T. N. AV. INQVO COLLIGET. ETC

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
41
G
14



Tomus Nonus in quo

MAGNI AVERROIS CORDVBENSIS

PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI,
Medicineq; artis eruditissimi septem libri Colliget,
& Auicennæ Cantica cum eiusdem Auer. Expositione ad rem medicam attinentes.

IN QVIBVS QVICQVID SPARSIM A GRAECIS
Arabibusq; medicis celeberrimis dictum est, enucleatius, clarius &
exquisite discussum in hoc ipso Auerroe reperies.

AD SVNT QVOQVE SECTIONES TRES COLLECTAneorum eiusdem, à Ioanne Bruyerino Campegio latinitate nitidißimæ donati.

HIS INSERVIMVS COMMODITATIS ET
affinitatis gratia, Aristotelis Problemata, nec non præstantissimi Philosophi Alexandri Aphrodisei Problematum libros duos.

QVAE OMNIA SVMMIS VIGILIIS, MAXIMAEQVE DILIGENtia, sic expolita pręstamus, vt ad summum studiosorum vtilitati commoditatiq; nos consuluisse sic ab omnibus facile iudicemur.

Quæ in hoc clausa sunt Tomo, sequens indicabit pagina.

Ex libris Monasterii S. Pudentianæ






Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.
VENETIIS MDLX.

IN HOC NONO VOLVMINE
HAEC CONTINENTVR.

Horum autem omnium pleniorem cognitionem ex præfatione percipies.

INDEX CAPITVM QVAE IN LIBRIS COLLIGET CONTINENTVR.

Summa, ac Capita Primi libri.

Summa, ac Capita Secundi libri.

Summa, ac Capita Tertii libri.

Summa, ac Capita Quarti libri.

Summa, ac Capita Sexti libri.

Summa, ac Capita Quinti libri.

Summa, ac Capita Septimi libri.

INDEX CAPITVM, QVAE IN TRIBVS COLLECTANEORVM SECTIONIBVS CONTINENTVR.

Capita Primæ sectionis, de sanitate.

Capita Secundæ sectionis, de sanitate tuenda.

Capita Tertiæ sectionis, de ratione curandorum morborum.

INDEX CAPITVM TRACTATVS DE THERIACA AVERROIS CORDVBENSIS.



FINIS.

SVMMAE QVAESTIONVM DVARVM DE QVADRAGINTA SECTIONVM PROBLEMATVM ARISTOTELIS.

SECTIO PRIMA.

FINIS.

AVERROIS CORDVBENSIS LIBER DE MEDICINA, QVI DICITVR COLLIGET.

Totius operis Procemium, ea declarans, quæ in ipso continentur.

Quæ sit libri intentio, ac doctrinæ ordo. Cap. I.

A
VANDO ventilata fuit super me voluntas per nobile prçceptum ex parte nobilis domini Audelach Sempse a mirelmomini de Marocho, pro consilio suorum Philosophorum Auosait, & Auenchalit, & præcepit mihi compilare vnum librum, in quo contineretur tota scientia Medicinalis in Arabico, quæ affirmaret et indicaret intentionẽs Priorum, quæ earum essent retinendæ, & quæ dimittendæ: tunc declinaui virtutes meas ad suum præceptum, & augmentaui eas ad suum seruitium, & compilaui istum librum vniuersalem, & vocaui nomen suum colliget: eo ꝙ incœpi in eo ordinem doctrinæ a rebus vniuersalibus, & ab illis procedam, quousque deueniam ad particularia. sicut fit in doctrina trium specierum compositionum, secundum ꝙ est declaratum supra Primo Physicorum: ita feci in isto libro, ꝙ ego primo consyderaui comprehendere vniuersales regulas huius scientię: & postea intendi ire ab illis ad membra sua, & ad partes suas in vno alio libro, quẽ componam, si placebit Deo. ideo vocaui ipsum colliget. Adhuc elegi in ordine B huius libri alium ordinem quam elegerint alij authores in suis libris. & iste est ille ordo, qui est magis conueniens in doctrina huius scientiæ. Et scias ꝙ aliquis non poterit stare super finem huius libri, nec intelligere maiorem partem eius, nisi ille, qui legerit tantum in Logica, ꝙ ipse possit ad minus cognoscere modos trium demonstrationum. Adhuc necesse est, ꝙ ipse sit de illis, qui vsi fuerint aliquid scire in radicibus Naturalium scientiarum. Et si non erit de aliquibus istorum, non solum erit priuatus a certitudine intentionis huius libri, & ab vtilitate eius, sed eueniet ei ab eo magnum nocumentum, eo ꝙ eum abominabitur & despiciet. Et qñ abominabitur istum, scientias ꝙ abominabitur veritatem huius scientiæ. Et diuisi eum in septem partes: & quamlibet eius partem posui pro vno libro. Et non expectes a me, ꝙ ego diuidam partes suas ad numerum capitulorum, neq; ꝙ appropriem ei vnicuique capitulum per se. In illa re vanagloriati sunt sapientes Hispaniæ Andaluxij, & maior pars præteritorum authorum,

Aliqua Hebrea exẽplaria hoc non habẽt procemium.

in procemio

Ordo.

Diuisio.

sed pater Philosophię non vanagloriatus fuit in faciendo hoc in maiori parte librorum suorum. Et forte quod induxit eos ad faciendum hoc, fuit debilitas discretiuę scholarium. Sed ille, qui habebit virtutem discretiuam sanam, cognoscet in vnoquoq; libro differentias rerum primas & secundas, & diuidet vnam rem ab alia, secundum ꝙ videbitur ei magis conueniens in hora legendi. & qui voluerit diuidere eos ad paruas partes, vel ad capitula, faciat, & nominet ea, sicut vult. D

Quo pacto vnusquisq; liber appelletur: quidq́, in eorum unoquoq; pertractatur. *Cap. II.*

PRimus liber tractat de Anatomia. & non multiplicabo in eo, ꝙ non promitto dicere rem nouam in eo, quę non sit dicta per alios authores. quod tamen promitto facere in alijs libris: quia in eis renouabo verba, quę nō senserunt antiqui Medici, & qui ante me transierunt, & probabuntur a a radicibus scientiarum Naturalium.

Secundus liber nominatur liber Sanitatis. In isto definietur sanitas vera definitione. Et narrabit complexionem, & complexiones omnium membrorum cō similium & officialium. Et narrabit omnes operationes eorum, & per quam viā habent agere eorum operationes, & pati suas passiones. Et narrabit omnes species sanitatis cuiuslibet membri per omnes causas quatuor. Et narrabit omnes species virtutum corporis humani, & quid sint, & quot sint, & situm earum secundum sententiam Arist. & Gal. breuiter. Et in isto loco cadet memoria disputationis super duo spermata, quod eorum est pars embryonis, & quod non: & cuius loco ipsa stant embryoni, an per materiam, an per formam. Et narrabit de virtute primi motoris, qui est in corpore motu voluntario, quid est, & vbi est situs eius, an in neruo, an in lacerto. Et narrabit de motu pectoris & pulmonis, & diuisionem, quę cecidit inter authores priores super sentiam Gal. & remouebit dubia. Et narrabit breuiter naturam aeris temperati, & de natura quatuor temporum anni, & qualis temperantia est illa, quę dicitur in vere. E

Tertius liber dicitur liber Aegritudinum. Et ibi definietur ægritudo. Et narrat species ęgritudinum simplicium, & membra consimilia, & officialia. Et ponit in vnoquoq; eorum omnes quatuor causas vniuersales, & etiam de particularibus. Et postea narrat omnes species ęgritudinum compositarum, quę sunt in membris: & ponit causas earum secundum istam eandem viam prędictam. Et narrat omnia accidentia, quę superueniunt super eorum operationes in diminutione, aut in debilitate: & ponit causas istarum rerum prolixe. & in isto loco cadit definitio doloris, & quę sunt causę eius, & quot. Et hię addimus verba super sententiam Galeni in hoc multum necessaria. Et narrat omnia accidentia sensuum & virtutum: & ponit causas secundum sententiam Aristotelis. F

Quartus liber nominatur liber Signorum. Et narrat omnes signorum species significantium supra sanitatem cuiuslibet membri per se in membris consimilibus, & officialibus ex parte operationum eorum. Et narrat super omnes species signorum significantium super omnes ęgritudines cuiuslibet membri per se: & signa accidentium eorum ex parte operationum ipsorum secundum sententiam Aristo. & hic cadit definitio signi. Et narrat signa dominij cuiuslibet humoris in corpore hominis secūdum complexionem propriam naturalem tali corpori. Et narrat signa cuiuslibet ęgritudinis, & cuiuslibet accidentis, quę superueniunt corpori ex causa aeris circundantis secundum dictum Hip. Et narrat viam signorum significantium super ęgritudines magnas ex parte paruarum anticipantium, aut ex parte accidentium. Et narrat signa significantia super sanitatem, & super ęgritudinem vniuersalem & particularem, ex parte pulsus, & vrinę. Et narrat signa significantia super ęgritudines, quę continent totum corpus, sicut febris & similia; & dat causas earum, & incipit a febre diei. Et narrat omnes modos crisis, & veros & falsos, bonos & malos, & tempora earum, & causas

A earum esse,& dies earum esse,& earum priuationis. Et hic redditur causa, quare Medici dicunt, ꝙ si etiam veniat crisis in diebus cõuersionis, ipsa est vera apud eos, dummodo veniat, in Die cretico cõuenienti illi ęgritudini. Et hic cadit inquisitio, si stellę sunt causa in operationibus corporũm inferiorũ, aut non. & si sunt causa, vtrum sunt causa propinqua, vel remota. Adhuc inquiritur, si Astronomia est necessaria scientię medicinarum, an non. Et narrat signa crisium ex parte rei exeuntis a corpore, aut ab eo quod videtur ab operationibus corporis ęgri. Et narrat signa significantia super quamlibet ęgritudinem membrorum interiorum. Et narrat signa significantia super ęgritudinem ex parte rei exeuntis a corpore exitu accidentali, & naturali. Et ponit differentias, quę sunt inter fluxum, qui accidit per ęgritudinem materialem, quę superuenit vni membro, aut plus quã vni, & fluxum qui accidit per ęgritudinem vniuersalem, quę superuenit membris. Et narrat opinionem plurimorũ, qui transibant de vna medicina ad aliam in vna medicatione alicuius ęgritudinis: & quare probant diuersas medicinas super eandem ęgritudinem. & hic exemplificabo exempla conuenientia, & sententiabo super securiorem viam. Et narrat omnia signa, per quę certificatur nobis in ęgritudine cuiuslibet membri, quę earum est materialis, & quę non. & ista res est multum declaranda: eo ꝙ est multum necessaria ad cognoscendum Medico.

B Quintus Liber nominatur liber Medicinarum, & Ciborum. In primis diffinietur in eo quod quid est cibus, & quid est medicina secundum sententiam Aristo. & Galeni. Et narrabo naturam cuiuslibet istorum, & eorum vniuersalem operationem in corpore humano, & etiam particularem, & per quem modum operantur in corpore, & numerum suarum principalium virtutum, & que ipsarum operatur per se, & quę per accidens, & quæ virtus earũ, quę est appropriata solum vni membro, & quę plus quã vni, & quę sunt illa membra. Et narrat quas operationes ipsa facit ex parte qualitatis, & quas ex parte materię, & quas ex parte formę specificę, & ponit causam istorum secundum sententiam Arist. Et narrat quomodo dicuntur cibus, & medicina temperati, & distemperati secundum Arist. Et narrat quę via est magis vera in cognitione eorum, an via syllogismi & demonstrationis, an via experimenti, & si solum vnum istorum sufficit in arte, aut si ambo sunt necessaria. Et narrat longo sermone omnes regulas compositionis & necessitatem eius, & modi illarum regularum incedunt secundum sententiam Antiquorum. Et frangam verba Iacobi Alkindi, qui se voluit ostendere sicut Philosophum, quãdo locutus fuit in gradibus compositionis. Et declarabo verba Galeni in hoc, ideo quia sunt multum confusa hic.

Sextus Liber nominatur liber Conseruationis sanitatis. In primis declarat

C verba Galeni in regimine illius, qui habet temperatam complexionem. Et postea narrat species pręparationum materialiũ, primas & secundas, quę inueniuntur in indiuiduis. Et dabo causam, quare inuenitur, ꝙ in faciendo conueniens, non eueniet quęsitum: scilicet, ꝙ nos aliquando regemus vno & eodem regimine in eodem tempore, & in vna ętate, & in eodem climate duo corpora, quæ erunt ambo communia in prędictis rebus in eorum pręparatione materiali super eandem pręparationem temperantię, & erit istud regimen proportionatum & conueniens pręparationi, quę inuenitur in ambobus eorum: & cum hoc toto non eueniet quęsitum ęqualiter: sed in vno complebitur, & in alio deficiet. Et similiter inueniemus corpora, quę reguntur cõtrario regimine conuenientię pręparationis eorum, & sanitas est completa in eis, & diu viuunt. Et hic frangam verba dicentium, ꝙ illi qui reguntur secundum pręceptum Galeni, habent longam vitam penitus: Et narrat iuuamentum aeris, & eius nocumentum secundũ diuersitatem complexionum, & iuuamentum exercitij & specierum suarum, secundum ꝙ conuenit vnicuiq; membro, & iuuamentum balnei & specierum suarum. & iuuamentum somni & vigilię, & nocumentum suum. Et narrat conseruationem sanitatis in vnaquaq; specie complexionum sanitatis, quę est pręsens eis. Et incipit in regimine illius, qui habet temperatã complexionem, cuius mala complexio est in fieri, & iste sermo similatur multum primo huius libri: sed

ponuntur in eo verba noua bona & vtilia. Et narrat regimen malæ præparationis manifestæ, scilicet plus laboris, qui euenit primum a se, non per accidens, nisi propter ægritudinem anticipantem. & ponam differentiam, quæ est inter hoc regimen, & regimen laboris, qui est anticipatus ab ægritudine, vel ab accidenti manifesto. Et hic procedam in regimine attractionis malorum humorum factę a corpore ad vnum mēbrum, aut ad plura, aut intus, aut extra, qua de causa ipsum est præparatum ad mala apostemata. Postea loquar breuiter in conseruatione corporis, & defensione eius a corruptione aeris. D

Septimus Liber nominatur liber Medicationis ægritudinum. & narrat medicationem, & remotionem accidentium, & iste est ordo suus. In primis narrat vias medicationis ægritudinum, quæ superueniunt membris consimilibus, siue sint materiales, siue non materiales. Adhuc narrat medicationem ægritudinum, quæ sunt in membris officialibus per eandem viam, qua narrauit in consimilibus, & facit longum sermonem de hoc. Et intrat sermonem tractatus remotionis malitię complexionis materialis & immaterialis, & tractatus multarum differentiarum, quas posui in regimine & medicatione malæ complexionis iuuenis, & malæ complexionis senis, quando elongati sunt a suis gradibus naturalibus, quomodo debeant reduci ad ipsos cum gradibus contrarietatis, & quot sunt gradus contrarietatis proprij vnicuiq; ipsorum. & in hoc loco intelligetur reprobatio super hoc, quod dicit Galenus in hoc. Et narrat modos graduum contrarietatis, cum nos faciemus regimen proprium in vnoquoq; membro causa reducendi ipsum ad propriam suam temperantiam, quando ab ea exierit. & etiam hic reprobabitur sententia Galeni in hoc manifeste. Et narrat modos euacuationis per flebotomiam & pharmaciam, secundum corpus ægrum, s. quod corpus est eis conueniens, & quod non, & quod tempus, & quę ætas, & quod est conueniens solum vni, & quod ambobus, & quod est priuatum ambobus, & alias differentias similes istis. Et hic etiam manifestabitur regimen prægnantium, & modi actionum partis oppositæ. & intentio huius sermonis erit multum nobilis. Et narrat vias medicationis & in omnibus febribus acutis & putridis breuiter. Et narrat vias medicationis malæ complexionis materialis superuenientis alicui membro ex mala materia accidente, vel attracta, vel currente ad ipsum. Et intendo in hoc sermone in medicationę omnium specierum apostematum, quæ generantur in membris interioribus & exterioribus, & in qua nos debemus flebotomare eum, & in qua non: & in qua nos debemus repercutere, & in qua non: & quibus repercussiuis, & in qua materia, & in quo tempore ęgritudinis. Et narrat medicationem ęgritudinum dissolutionis continuitatis, intus & extra, ex causa interiori & ex causa exteriori, & omnium vulnerum & percussionum. & cadit in hoc loco medicatio ægritudinum pulmonis, & fixurarum venarum, & arteriarum, & apostematum neruorum, & ægritudinum dislocationis. E F

AVERROIS

AVERROIS COLLIGET

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

De Anatomia.

De definitione Medicinæ, & eius distinctione. Cap. I.

A Ntentio mea in hoc tractatu est tradere in arte Medicinæ summas sufficiētes per viā breuē, vt sit ianua & introitus desiderantibus pfici in partibus artis. & vt sit memoria oibus, qui quęsiuerūt ipsam, & sciuerūt cognitionē eius. Et studebimus loqui in pluribus verba cōcordantia veritati: quamuis cōtrarietur opinionibus Antiquorū authorū istius artis. Et dicimus ꝙ ars Medicinę est ars operatiua exiēs ex prīcipijs veris, in qua quæritur cōseruatio sanitatis corporis humani, & ræmotio suę ægritudinis, scdm ꝙ possibile fuerit in quolibet corpore. quod est, qa finis artis istius nō est ad sanandum omnino, sed ad faciendū illud, qđ pōt fieri, & in quātitate cōuenienti, & tpe conuenienti, & postea expectari debet finis, sicut est in arte nautarū, & in regimine exercituū. Et quia artes practicę, inquātū sunt artes, cōtinēt tria: Primū est scire loca suorū subiectorū: Secundū est scire finē quæsitū ad adducēdū ipsum in locis subiecti: Tertiū est scire instrumēta, cū quibus valeamus ducere finē illū in locum illius subiecti: ideo ex necessitate ars Medicinæ primo diuisa est in istas

Intentio.

Medicinæ definitio. Vide alias, apud Hippo. lib. de Flatibus, apud Gale. in lib. Artis paruæ, apud Auic. prima primi ca. primo.

B tres partes. In prima parte, quæ est ad sciendū loca subiecti, faciemus scire mēbra, ex quibus cōpositū est corpus humanū, simplicia & cōposita, & humores, & spiritus. Et quia finis hic præintēti & quæsiti sunt duæ species, s. cōseruare sanitatē, & remouere ægritudinē, est adhuc ista pars diuisa in duas partes: vna est, in qua faciemus scire quid est sanitas in oibus rebus sustentantibus ipsam: & sunt quatuor causæ, s. materia, efficiens, formalis, & finalis, & in omnibus eam consequentibus: altera est, in qua faciemus scire quid est ægritudo in oibus suis causis, & eam cōsequentibus. Et quia non est sufficiens scire quid est sanitas, & quid est ægritudo, ad cōseruandū vnū, & ad remouendū aliud, diuisa est adhuc ista in duas alias partes, in vna faciemus scire qualiter sanitas cōseruatur: & in altera qualiter ægritudo remoueatur. Et quia nec sanitas nec ægritudo sunt per se notæ, ideo in prima obuiatione fuit necesse nobis cognoscere signa, quæ sunt signa sanitatis & ægritudinis. & ideo ista pars adhuc est vna partium istius artis. Ergo diuisa est scientia ista in partes septem magnas, In prima quidem narrabimus mēbra hominis, super quæ testificatur sensus, s. simplicia, & composita, & humores, & spiritus, In secūda faciemus scire sanitatem, & suas species, &

Medicinę diuisio.

cõsequentia. In tertia ęgritudines, & suas species, & accidentia sua. In quarta significationes significãtes sup sanitatẽ, & ęgritudinẽ. In quinta instrã, quę sunt cibi, & medicinæ. In sexta viã cõseruationis sanitatis. In septima ingeniũ remotionis ęgritudinũ. Et intẽdimus hoc hic ordinare scdm istã diuisionẽ: eo ꝙ hęc diuisio est ei subiecta. [a] Et qa vna rerũ, quas artes speculatiuæ recipiũt ab alijs, est loca subiecti & principia, siue sint illa loca subiecti a principijs notis ꝑ se, siue sint a rebus, quarũ declaratio fit ab alia arte: oportet nos cognoscere in primis artes, a qbus recipit hęc ars plurimũ suorũ principiorũ: deinde redibimus ad loquẽdũ de qualibet supradictarũ partiũ. Et dicamus ꝙ aliqd huius artis est speculatiuũ, & illud est eius scĩa Naturalis: & aliqd eius est practicale. Et pars practicalis est ars medicinarũ experimẽtalis: & ẽt illius est ars anatomię. Sed theoricalis plurimũ est accepta a causis sanitatis & ęgritudinis, et maxime a causis multũ remotis: sicut sunt elemẽta, & similia. Et ab arte Medicinę experimentali disces cognoscere virtutes pluriũ medicinarũ: qd est, qa res, quã cõprehẽdimus ꝑ viã experimẽtalẽ, est pauca valde cõparatione eius, qd necessariũ est nobis in hoc. Sed via artis medicinalis ratiocinatiua est ad dandum cãs rerũ, quas nobis inuenit ars medicinalis experimẽtalis. & hæc ars ab arte anatomię recipit multas partiũ sui subiecti. Et qa artifex artis, inquãtũ est artifex illius artis, nõ põt cognoscere principia recepta in illa arte, quãuis sciat illa: nescit. n. ea, nisi inquantũ est artifex alterius artis: ideo oportet eũ recipere illa principia artis suę ab illo loco, in quo sunt magis nota: & maxime principia, quorũ oẽs partes sciri nõ pñt scdm certitudinẽ, sicut est experiẽtia medicinarũ. Et ideo de pte huius artis dixit Hip. ꝙ vita hoĩs est breuis, qñ dixit: Vita breuis, ars vero lõga. qa pars, quę est ꝑ viã experimentalẽ, nõ est in ipsa breuitas. et ita est in hoc nr̃o tpe in pluribus mẽbris, quæ apparẽt per viã anatomiæ, eo ꝙ hęc ars iã est amissa. Et debes scire ꝙ artifex sciẽtię Naturalis cõicat Medico, eo ꝙ copus humanũ est vna partiũ locorũ subiecti naturalis. sed diuersificãtur adinuicẽ in hoc: qa ista cõsiderat sanitatẽ & ægritudinẽ, inquantũ sunt entia naturalia: & Medicus cõsiderat ea, inquãtũ appetit cõseruare vnũ, & remouere aliud. Et ideo necessariũ est Medico, postquã sciuerit summas, q̃ aggregatę sunt in hac arte studiũ lõgũ: & postea poterit in ipsa inuenire accidẽtia in materijs, q̃ sunt ĩpossibilia scribi. Et Medicus, qñ fuerit solicitus ĩ operationibus istius artis, erũt firmata in ipso principia experimẽtalia, per quę poterit inuenire in materijs illas summas: sicut est in artibus Mechanicis, & cogitatiuis. Et Arist. appropriat hãc artẽ inter artes Mechanicas in virtute. Et ex hoc manifestũ est, ꝙ res dicta in definitione Medicinæ, q̃ est cognitio sanitatis & ęgritudinis, & rerũ ꝓportionatarũ eis, ꝙ nõ est definitio vera, eo ꝙ diuisit in ea differẽtiã, per quã cognoscit differre speculationẽ artificis huius artis a speculatione artificis Naturalis scĩę. Et ad hoc nõ attẽdas ei, de quo dixerũt, ꝙ nõ est sanitas nec ęgritudo: qm̃ nõ est inter nocumentũ operationũ sensibiliũ & innocumentũ earundẽ mediũ: nec est variatio nisi secũdũ plus & minus. & nõ est mediũ inter duo cõtraria, ita ꝙ sit aliqd illorũ in parte absq; parte, in qua est aliud, nec in tpe absque tempore, in quo est aliud. & est manifestũ, secũdum ꝙ dictũ est in scientia speculatiua. Et postquam narrauimus intentionẽ istius artis, & partes suas, & viam speculationis in ipsas, necesse est nobis loqui super vnamquãque partem eius.

a De principijs Medicinæ.

Medicinæ aliqd est speculatiuũ, aliquid est practicale.

Medicus differt a Physico in modo cõsiderãdi.

Contra Gale. in primo technis.

Ratio, quod non dat corpus neutrũ, in prædicamentis. c. de Oppositis.

D

E

F

De Anatomia membrorum in uniuersali. *Cap. II.*

PArticulæ, quæ testificant super ea sensus in corpore humano, sunt species duæ. Vna est membrorũ consimilium: v. g. hæc definitio istius particulæ, & definitio totius istius est definitio vna: sicut sunt ossa, caro, et eo ꝙ quęlibet pars carnis de necessitate est caro, quęlibet pars ossis est os. Et secũda est membrorum compositorum, quorum partes non assimilantur partibus: sicut manus, quæ composita est ex carne, & osse, musculo, & chorda. Et membra simplicia sunt ossa, & musculi, & chordæ, & nerui, & ligamenta, & caro, & assungia seu pinguedo, & cutis, & villi, & sanguis, & phlegma, & melancholia,

Musculi sũt membra simplicia. Opp. apud Auic.

A & cholera, & spiritus. & iste est vapor perceptus in corde, & in cerebro. Et nos incipimus nunc in rememoratione membrorum consimilium, seu simplicium, & postea in rememoratione compositorum.

prima primi doc. 5. cap. 1.

De ossibus Capitis. Cap. III.

OSsa capitis absque dentibus sunt ossa. 23. sex quorũ appropriata craneo. & loca, in quibus coniunguntur ossa in craneo, vocata sunt in lingua Arabica asoan. & ossa decẽ in mãdibulis superioribus, & in auribus duo, & ossa paris, & duo in mãdibulis inferioribus, & vnũ, quod nominatur gethet. & hoc est os, quod est sub craneo, quod diuidit inter ipsum & superiores mandibulas. Et omnia hæc ossa coniunguntur simul coniunctione serratili, quæ nominatur in Arabico derarasi, præter duo ossa inferioris mandibulæ, quæ coniunguntur coniunctione nodatili.

Ossa capitis. 23.

De Dentibus, & omnibus ossibus totius corporis. Cap. IIII.

B DEntes sunt in vnaquaque mandibula. 16. Quorum duo anteriores nominati sunt duales: & in Arabico nominantur thomam. Et duo alij ex vtroque latere superiori & inferiori nominantur quadruales, et in Arabico rabiathan. Et duo superiores & inferiores ex vtroque latere dicũtur caniculares. Et quinque ex vtroque latere, scilicet dextro & sinistro nominantur molares. sed aliquibus de numero molarium deficit vnus, & sunt tantum quatuor. & radices molarium superioris mandibulæ sunt tres, & aliquibus quatuor, & radices molarium mandibulæ inferioris sunt duæ. & vnaquęq; radix aliorum dentium est cuiuslibet vna. ergo iam inueniemus ꝙ ossa capitis sunt ossa. 55. Et coniunguntur in capite apud foramen, quod est in ipso in posteriori parte spondyli colli: & sunt spondyli. 7. & sunt perforati ex vtroq; latere. & spondyli nuchæ coniunguntur cum ipsis: & sunt. 17. & dicitur de duodecim ipsorum, qui sunt spondyli anterioris pectoris, eo ꝙ ibi finitur eorum terminus: & quinque eorum sunt spondyli nominati in lingua Græca adinisos, & in Arabico alktan. ergo inuentum est ꝙ numerus omnium spondylorum a craneo vsque ad os nominatum hagit, sunt spondyli. 24. Sed aliqui sunt qui habẽt vnũ plus, hoc est. 25. & aliqui sunt qui habent vnum minus, scilicet. 23. Et huic spondylo inferiori cõiungitur os nominatũ hagit, & istud compositum est ex particulis tribus, quæ sunt similes spondylis. & in hoc adhuc coniungitur, scilicet in osse hagit in inferiori parte ipsius os nominatum cauda. Et ipsum compositum est ex tribus petijs, siue partibus. & tertia pars istius est vera cauda, & est quasi os chartilaginosum. Et hi omnes spondyli coniunguntur coniunctione nodatili, præter spõdylos duos colli primos. sed spõdylus primus, qui cõiungitur cũ ipso, ligatur duabus adeptionibus vel additamentis exeuntibus a craneo, & intrãt in duobus foraminibus spondyli primi. Et cõiunguntur ex vtroq; latere ossis spondyli hagit ossa duo, ex vtroque latere vnum. & in ipsis est planta cossæ, quæ in Arabico nominatur athaluorat. & ibi pendent testiculi. & hæc sunt omnia ossa partis posterioris. Sed ossa anteriora & posteriora ex inferiori parte occipitij sunt ossa duo in Arabico nominata charcohatan. Et ossa spatularum, & ossa pectoris, & ossa manuum, & ossa vmbilicalia, quæ nominata sunt in Arabico henina, & ossa pedum, Sed chartoa est os gibbosum exterius, & concauum interius. cuius vnum ex duobus suis capitibus iungitur cum humero & cum capite brachij nominati. haseth. & alia extremitas coniungitur in latitudinem, vel in altitudinem pectoris in loco foraminis colli, & ideo, quia spatula est posita supra dorsum, est ampla. & in ipsa coniunctum est caput, quod est chartilaginosum. & quanto plus appropinquatur chartoæ, tanto magis rotundatur. & est in ipso concauitas quædam, in quam subintrat caput brachij nominati aseth. Sed ossa pectoris composita sunt ex

Dentes. 32.

Ossa capitis. 55. secũdum alios. 59. dimittit. n. cõmissuras ossiũ oculorũ, per quas essent sex, & ipse ponit duo.

Spõdiles. 30

Adiutoria. 2

De spatul.

Spatulæ. 2.

De ossibus pectoris.

Septem ossa pectoris.

Costæ. 24.

ossibus septem: & in extremitatibus inferioribus sunt chartilagines. Ossa vero costarum sunt ossa duodecim in vnoquoque latere gibbositates, quorũ lõgiores sunt mediæ. & ex istis sunt septem costæ, quarũ extremitas vniuscuiusque coniungitur posterius in spondylis nuchæ, & in anteriori in ossibus pectoris cũ capitibus chartilaginosis. & quinque istarum non coniunguntur pectori, & nominantur costæ posteriores. & ideo quando præmuntur, cedunt præssioni. Et in parte inferiori pectoris non est aliquod os, nisi solum os vmbilicale, quod moratur inferius. Ossa manus sunt triginta ossa, scilicet os brachij nominatũ aseth. & istud est vnũ exterius gibbosum, interius vero concauũ. & habet caput vnũ, quod in concauitate spatulæ intrat: & alia extremitas ipsius intrat in marpec. & habet nisi spondylus vnus similis rotæ, qui in Arabico nominatur bachar: & in isto subintrat extremitas ossis nominati in Arabico zenad superior. Et ossa zenad sunt duo: longitudo quorũ est a marpec vsque ad os nominatum rasceth. sed vnũ ipsorum est paruum, & vocatur zenad superior: & aliud est magnũ, & nominatur zenad inferior. Et habent ista in duabus suis extremitatibus ex parte rascetæ additiones ædificatas & cõpositas ex ipsis: & inter rasceth & ipsa est nodus. Et rasceth compositũ est ex ossibus octo ordinatis in duobus ordinibus. & hæc ossa sunt fortia absque medulla, & sunt curuata curuatura, vt adueniat suæ cõiunctioni pulchritudo formæ ad formam rascethorũ. Et quatuor ex istis ossibus, vel istorum ossium compositũ est zenad manus: & tales eum vocãt mestal manus: & ipsum coniungitur radici rascetæ ligaturis fortibus, Quinque aũt digiti manus habent ossa quindecim, quilibet digitus tres, & nominantur in Arabico alsolemiath: quorum semper vnus coniungitur alteri: & ipsa coniungũtur ossibus solaht per viam ligaturarum fortium: & os primũ pollicis coniungitur extremitati zenach superioris ligatura ampla conueniente motui. Sed ossa pedis sunt. 29. principium ipsorum est os testiculorum: et est os exterius gibbosum, interius concauum. & habet extremitatem vnam rotundantem se in suo ascẽsu, & nominatur pomum granatum testiculorum. & alia est extremitas inferioris partis, quæ intrat in foramen zenad inferioris, siue maioris duorum zenatuũ cruris. Et duorum ipsorum zenatuum longitudo est a genu vsque ad os calcanei: maior vero ipsorum zenaht inferior, & minor zenath superior. & extremitas duorum zenatuum tangit simul calcaneum. & ibi in pede nascuntur nodi tres, & curuatura ossis testiculorum in cossa flectitur seu curuatur in parte posterioris & in curuatura alterius ossis foraminis zenad maioris est ligatura genu. Et supra eandem ligaturam est os circulare, & est rotundum: & est in ipsa cartilaginitas, & nominatur oculus genu. Et coniungitur in calcaneo interiori os nominatum alzochi. Et in inferiori parte est os calcanei. & in istis duobus ossibus cõiungitur rasceth. & ipsum est compositum ex tribus ossibus, & fabricatũ & ędificatum est ædificatione sibi conuenienti. Et postea cõiungitur huic scibaht pedis. & ipsum compositum est ex quinque ossibus. Et postea sequuntur ossa digitorum, quæ nominantur somiath: & sunt vnicuique digito tres, præter pollicem, qui non habet nisi duo ossa. Ergo inuentum est secũdum sensum Galeni, ꝙ ossa hominis vel hominũ sunt ducẽtum quadraginta octo, absque ossibus paruis, quæ replent spacia iuncturarum, quæ nominantur in Arabico scirsunaia: & absque osse epiglottidis, quod nominatur in Arabico alaniath: & absque osse cartilaginoso, q̃d dicunt aliqui anatomizatores ꝙ est in corde. Et nos non abreuiamus loqui super cõpositionis formam istorum ossium partem parti, nisi propter hoc, ꝙ imaginatiua in istis per viam æstimationis est breuis, & parua, compositione earum rerũ existentium in ipsis.

Os vmbilicale vnus.

De ossibus manus.

Ossa manus sexaginta.

E

De ossibus pedis.

Ossa pedum 58.

F

De anatomia Venarum pulsatilium. *Cap. V.*

VEnæ sensibiles sunt duarum specierum, scilicet pulsatiles, & non pulsatiles. Sed pulsatiles compositæ sunt ex duabus tunicis, præter vnã, & vnaquæque est similis alteri: nisi quod contextura interioris tunicæ tendit in latitudinem, & istæ sunt fortiores: & contextura exterio-

A ris tunicæ tendit in longitudinem. Et istæ venæ apparent per viam sensus ꝙ exeunt a corde: nisi quia exeunt a concauitate sinistra: eo ꝙ propter propinquitatem concauitatis dextræ hepati necesse est vt sit studiosum cor, vt attrahat nutrimentum ab eodem, scilicet ab hepate. Et illæ, quæ exeunt a concauitate sinistra, sunt arteriæ duæ. Vna quarum est minor altera, & habet vnam tunicā tantum: & illa est subtilior, scilicet maiori arteriarum habentium tunicas duas. & minor habens vnam tantum, habet eam tantum, eo vt sit leuis & mollis ad extendendum & adunandum se, & ad attrahendum aerem, & ad expellendum fumum vaporosum, & est amplior, vt adueniat ab ipso ad pulmonem sanguis subtilis, vaporosus, propinquus digestioni ad perficiendum se, eo ꝙ id quod nutrit pulmonem, est cor. & quia stat prope ipsum, fert, vel præstat ei calorem digestiuum & suauem. & ad hoc magis, quod membrum pulsans in ipso est membrum leue, & vocatur in Arabico serint: & non curatur vt noceat ei. Et vena ista intrat pulmonem: & diuisa est in ipso diuisione iam dicta: & vocatur arteria tauridi. Sed alia est maior, magnitudinis maioris valde alterius. & nominatur in lingua Arabica alahor. Et quando hæc vena ascendit, ramificantur ab ipsa duo rami. minor istorum tendit ad concauitatem dextram duarum concauitatum cordis: maior autem circulatur circa cor, & postea subintrat in ipsum, & diuiditur in eodem. Et illud, quod remanet post ramificationes istorum duorum ramorum, diuiditur in partes duas. maior earum descendit versus inferiorem partē corporis, & minor in superiorem corporis. Et pars, quæ tendit in superiorē partem corporis, diuiditur ab eadem, cum ascendit in lateribus duobus in ramos tangentes membra existentia ex opposito eorundem. Et quando exit versus ascellam, exit ab eodem ramus vnus cum vena quæ non pulsat, tēdens vsque ad manum * in diuisione eiusdem. Prima diuiditur ab eodem: & iunguntur ab eodem rami parui in lacerto exteriori, & interiori brachij nominati hasceth, & cum hoc sunt profundati & sepulti. Et quando iungitur ad latus marpech, ascendit superius modicum, & eius pulsatio apparet in hoc loco in pluribus corporibus. & vadit de subtus ascellam, & tangit eam, donec descendit aliquantulū a marpech. Et postea profundatur profunditate: et ramificantur ab eadem rami ad modum capillorum: & ipsi coniunguntur in lacertis brachij nominati cahat, donec occupent locum magnum brachij. Et postea diuiditur in duas partes, quarum vna tendit ad rasceth vadens vsque ad zenath superius. & hæc est vena, quæ palpatur a Medicis. Et alia tendit adhuc vsque ad rasceth, & vadit vsque ad zenath inferius. & hæc est minor istarum. Et hæc diuiditur in palma manus: & aliquibus apparent pulsationes in superficie palmæ manus. Et quando hæc particula superior iungitur in loco transitus, diuiditur in duas partes alias. Vna quarum transit venam profundatam, quæ nominatur in Arabico gedehg. &

C ascendit superius donec intret in craneo. & coniunguntur ab eodem in suo itinere rami intrantes in membrorum profunditates existentes ibidem. Et quando intra craneum, diuiditur ibi in multas diuisiones: & tunc ædificatur ab eisdem res nominata tela, quæ extenditur supra cerebrum. Et postquam est diuisa, coadunatur & profundatur: & tandem exeunt ab hac tela venæ duæ ęquales in magnitudine, sicut erant ante diuisionem: & conueniunt ad corpus cerebri, & diuiduntur in ipso. Sed vna istarum, & est minor, ascendit supra superficiem faciei & capitis, & partitur super membra ibi existentia. Et aliquibus apparent pulsationes in hac parte post aures, & in temporibus. sed pulsatio apparet prope istas duas venas: & est pulsatio particulæ, quæ est apud venam profundatam: & nominatur hic ramus arteria somni. Sed particula germinata a corde ad inferiora corporis tendit primo per viam rectam, donec appodietur supra marpech quintum: eo ꝙ locus suæ oppositionis est ex opposito loco capitis cordis. & ibidem existit pulmo absque appodiatione. Demum equitant supra spondilos nuchæ descendendo ad inferiora, & ramificantur rami ab eodem a lateribus vtrorūq; spondilorum, dextri & sinistri, & coniunguntur membris existentibus ex opposito eorundem. Et ramus primus, qui ramificatur ab ipso, est ramus veniens ad pulmonem. Et post ipsum veniunt rami venientes ad lacertum existentē intus

Arteria venalis.

* i. & indicem.

in costis. Et post ipsum veniunt rami ad diaphragma. Et post veniunt rami ad stomachum, hepar, & splenem, & myrach, & intestina, & renes, & vuluam, & testiculos, & vesicam, & virgam. Et exeunt ab ipsis rami iungentes lacertos exeuntes ex opposito istorum duorum locorum. Et quando veniunt ad terminũ siue ad finem spondilorum, diuiduntur in partes duas. & quælibet istarum tẽdit versus vnum ex pedibus per ramos duos magnos ex parte dextra & sinistra, & diuiduntur in ipsos diuisione venarum, nisi quia profundantur. Et eorum pulsationes sunt in lateribus duorum emunctoriorum, quæ in Arabico nominant orbitan: & in latere calcanei sub duobus ossibus nominatis calcagines: & supra dorsum pedum propechordam magnam. D

De anatomia Venarum non pulsatilium. *Cap. VI.*

VEnæ non pulsatiles sunt vnius tunicæ præter vnam istarum. Et inuẽtæ sunt per viã sensus, ꝙ ramificatur ab hepate. Et id quod germinat ab eis in primis, sunt venę duæ. Vna quarum est vltra concauitatẽ, & illa nominatur porta: & hæc est ad trahendum nutrimentum hepati. Alia est, vel exit a gibbositate hepatis: & ista est facta ad deferendum nutrimẽtum, & diuidendum nutrimentum, & nominatur concaua. Sed porta diuiditur in corpore hepatis in quinque partes. Et ramificantur hæ quinque partes in ramos paruos, donec iungantur gibbositati hepatis. Et quando exeunt ab hepate, diuiduntur in partes octo. Quarum duæ illarum paruæ sunt: & vna ipsarum iungitur intestino nominato duodeno: & secunda ramificatur ad fundum stomachi in portanario. Sed vna ex sex tendit ad superficiem dorsi partis dextræ stomachi ad nutriendum ipsum. sed pars interior nutritur, inquantum obuiatur stomacho. Et secunda iungitur spleni, & tandem separatur ab ipsa vena a latere sinistro stomachi. Et illud, quod remanet, diuiditur in partes duas. vna quarum iungitur medietati superiori stomachi, & spleni ad nutriendum ea: & secunda iungitur gibbositati stomachi, & ibi diuiditur in partes duas. Vna ipsarum diuiditur a dorso sinistro stomachi: & secunda profundatur vsque ad orificium stomachi: eo ꝙ proijcit ad orificium stomachi superfluum siccitatis & acetositatis melancholicæ: quoniam studet splen ad expellendum ipsam cum superfluo ad prouocandum appetitum stomachi sua titillatione. Particula vero secunda diuiditur in partes duas. vna ipsarum tendit ad inferiora medietatis splenis: & secũda pars influit ad myrach, & diuiditur in ipso. Tertia vero ex sex vadit ad latus sinistrum, & ad intestinum rectum, ad hoc vt sugat ab ipso. Et quarta tendit ad gibbositatem stomachi, & ad myrach, Et quinta tendit ad meseraicas, quæ sunt circa intestinum nominatum colon. Et sexta quasi circa intestinum ieiunum, & orbum. Sed concauæ, scilicet venæ radix eius separatur ex seipsa ad trahendum nutrimentum a ramis portæ. Et post ascendit ab ipsa, vena vna magna in gibbositate hepatis. Et quando ascendit ista vena, non vadit nec elongatur multum, donec diuidatur in duas partes. Et vna istarum est maior, & tendit ad partes inferiores corporis: & secunda ad superiora corporis. Et hæc pars superior tendit, vsque dum iungatur diaphragmati. Et ibi diuiditur in duas venas, quæ diuiduntur in diaphragmate: & post comprimunt diaphragma. Et post compressionem diuiduntur ab eisdem venæ minutæ: & diuiduntur in panniculo diuidente pectus in partes duas, & in panniculum cordis, & in glandulã nominatam chota, & diuiduntur in ipsa. Demum ramificatur ab ipsa ramus vnus, qui iungitur in auricula dextra ex auriculis cordis. Et hic ramus diuiditur in partes tres. Vna quarum intrat in concauitatem dextram concauitatis cordis, et iungitur pulmoni, & habet tunicas duas. & ob hoc nominatur vena arterialis. & hæc est maior omnium aliarum. Et secunda circundatur circa dorsum cordis, & extenditur in ipsum totum. Et tertia coniungitur in parte inferiori pectoris, & nutrit pectora ibi existentia. Et quando transit cor, tendit per viam rectam, donec peruenit ad oppositionem duorum tharcotan. (sic enim nominãtur in Arabico.) Et diuiduntur ab ea in hoc suo itinere rami parui ad ambas suarum par-

De vena porta — E

De vena cõcaua. — F

De cõcaua superiori.

A tium, & exeunt ab eisdem rami ad lacertos existentes ex opposito membrorum interiorum. Et quando sunt ex opposito assellæ, exit ab eis ramus vnus extrinsecus magnus veniens ad manus ex latere assellæ, & est vena nominata basilica. Et quando est in opposito in medio tracheæ in loco sui itineris, diuiditur in partes duas. Vna istarum tendit ad partem dextram, & alia ad partem sinistram. Et quælibet istarum duarum diuiditur in partes duas, & tandem equitat vna ex partibus spatulam, & venit ad manum ex latere dextro: & hæc est vena nominata cephalica. Et adhuc secunda diuiditur in partes duas in vnoquoque latere. Vna quarum vadit, & profundatur, & ascendit in sua profunditate, donec intrat craneum in suo itinere per collum, vsquequo intrat in cerebrum. Et ramificantur ab eadem rami parui coniungentes se membris interioribus propinquis colli. & hæc pars nominatur vena profundata. Sed secunda tendit in superficiem dorsi, donec diuiditur per faciem, & caput, & oculos, & per nares, seu per nasum. Et hæc est vena apparens, & ramificatur a vena spatulari in suo itinere per brachium nominatum hasceth, & diuiditur in nodo marpech. Et post suam diuisionem vena spatularis commiscetur cum partæ venæ assellaris, & descendunt: & tandem exit ex istis duabus in latere marpech vena, & est vena media seu communis: & dicitur in Arabico hachal. Et pars secunda ex parte venæ spatularis trahitur ad dorsum brachij nominati
B schahat, id est adiutorium: & demum equitat supra zenad superiorem, & illa nominatur chorda brachij. Et pars venæ assellaris, quæ moratur inferius, vadit per latus intrinsecus brachij ad cahat, donec iungatur capiti zenad superioris & est aliquid rami venæ existentis inter digitum minorem & annularē, & nominatur halarcia. Sed pars tendens ad inferiora corporis equitat spondilos nuchæ, & postea descendit inferius. Et ramificantur in primis ab ipsa rami venientes ad ligaturas renum, & nominantur in Arabico lafint alcolieth; & eorum villos & corpora propinqua eis. Et postea ramificantur ab eisdem rami magni duo intrantes in concauitatibus renum. Et postea rami duo tendentes ad testiculos. Et demum ramificantur ab ipsis in latere vniuscuiusque spondili venæ duæ tendentes duobus lateribus: & iunguntur membris interioribus propinquis ei, sicut vuluę, & vesicę: & etiam illis existentibus extrinsecus, sicut myrach, ventris, & lumbis. Et quando iungitur ad finem spondilorum, diuiditur ad partes duas. Vna ipsarum tendit ad pedem dextrum, & alia tendit ad sinistrum. Et tandem ramificantur ab eis rami iungentes lacertis testiculorum. Et aliqui istorum sunt profundi, & aliqui sunt apparentes. Et quādo iunguntur genu, diuiduntur in partes tres. Vna partium vadit in medio, & iungitur ramis, qui sunt in vnoquoque lacerto cruris interioris & exterioris. Et
C alia pars in parte interiori cruris, donec apparet prope calcaneum: & illa est nominata saphena. Et pars secunda vadit vltra apparitionem cruris: & illa profundatur ad latus exterioris calcanei. & illa est schia, quę s. nominatur schiatica. Et ramificantur ab vnoquoque istorum, quando iunguntur pedi, rami diuisi in pede. Et rami, qui sunt pedis ex parte digiti minoris & annularis, sunt ex ramis schiaticę. Et rami pollicum, sunt ex saphena, & nominantur in Arabico alscasen.

De contrau inferiori.

De anatomia Neruorum. *Cap. VII.*

CApita istorum corporum videntur coniungi in cerebro vel in nucha: ideo imaginatur seu ęstimatur ꝙ omnia ista exeant ab eis. Et videtur ꝙ caput nuchę coniungantur post in posteriori parte cerebri: & pellicula ipsius resistit nocumento illius, & durat vsque ad os nominatum hasceth, scilicet cauda, & ideo imaginatur seu ęstimatur quod ipsa oriatur a cerebro. Et iunguntur in nucha in latere vniuscuiusque spondili in vnaquaque parte duo nerui. vnus eorum vadit in partem dextram, & alter in sinistram, donec iungantur in fine hasceth. Et cōiūgitur in fundo ipsius caput vnū vnius nerui, & sic cōiunguntur in cerebro paria septem capitum neruorum. Par primum

De neruis cerebri.

funt nerui duo.& apparent quasi oriantur vel exeant a cerebro prope ex oppo D fito duarũ caruncularũ similium capitibus mammillarum,in quibus fit odoratus: & ipsi coniunguntur in oculis. Et isti duo nerui sunt concaui:& quando elógã tur a cerebro,tunc coniunguntur.Et foramen vniuscuiusque istorum tangit fora men alterius:eo vt spiritus aduenientes duabus pupillis oculorũ associentur, & vt sit duobus oculis fons vnus:& vt quasi orientur prope pupillas oculorum,ad hoc vt appodientur in ipsis.Et diuiduntur,donec sunt intus in cerebro.& demũ exeunt, & tendit vnusquisque illorum ad oculum existentem in latere sui. demum coadunatur in humiditate vitrea,vt deferatur oculo sensum visus. Et par secundum videtur,ac si natus fuisset post natiuitatem paris primi,& ipse tendit ex eo versus partem dextram,& exit a craneo supra foramen anterioris cellulæ secundæ. Et par tertium miscetur cum pari quarto existente post ipsum, & postea separatur ab eodem.Et diuiditur in quatuor partes. Vna istarum exit ab introitu nerui nominati schabachi,& descendit ad ventrem sub diaphragmate. Et secunda exit ex foramine ossis existentis in fodat, & tangit partes quinti. Et tertia exit ex foramine,a quo exit par secundum.Et diuiditur in partes tres siue ramos. Ramus vnus ex istis tendit ad locum existentem in extremitate oculi,nominatum in Arabico mach,& postea ad tempora,& supercilia, & fronte, & palpebras.Et secundus transit foramen existens prope caudam oculi: & ille B est locus nominatus in Arabico barbachi,& iungitur vsque ad ventrem nasi. Et tertius scilicet ramus descendit in concauitate barbachi prope os subtile. Et tandem ramificatur in ramos duos. Vnus tendit ad dentes,& alter ad cutim tẽporis,& ad extremitatem nasi,& superioris labij. Et quarta, scilicet pars, exit a foramine existente in mandibula superiori ad linguam,& transmittitur in cutem ipsius proprie ad dandum sibi sensum suum,scilicet saporem suum. Et residuum ipsius diuiditur in radices dentium inferiorum,& gingiuas, & in labium. Et natiuitas paris quarti est post natiuitatẽ tertij paris. Et diuiditur in palatum ad dandum ei sensum appropriatũ sibi,& est sapor. Et par quintum duplicatur: & exit ab ipso par vnum ad aures ad dandum eis auditum, & ipsum nascitur a parte posteriori cerebri: & par nerui mandibulæ exit a foramine nominato orobo.& in isto neruo est odoratus. Et paris sexti extremitas vadit ad gulam, & ad linguam.Et extremitas alia vadit ad lacertum existentem versus spatulam & circa ipsam.Et eius extremitas descendit in collum: & ramificantur ab ipsa in suo itinere rami coniungentes se aliquibus lacertis epiglottidis. & qñ deriuantur pectori diuiduntur adhuc ibidem.& tandem redeunt adhuc extremitates suæ ad superiora,donec iungantur lacerto epiglottidis.Et diuidũtur aliquę ipsorũ extremitates in diaphragma ꝓpe cor,& pulmonẽ,& meri,& partes existẽtes circa ista.Et residuũ istarũ,& maior pars ipsarũ vadit, donec cõprimant F diaphragma.Et cõiunguntur in orificio stomachi maior pars ipsarũ. Et residuũ coniungitur pelliculę hepatis,& splenis,& residuitatibus intestinorũ. & cõiunguntur ipsi ibi aliquę partes paris tertij.Et ipsum.s. par oritur a posteriori parte cerebri,& coniungitur quinto.Demum diuiditur ab ipso & exit a loco futuræ nominatę in Arabico aldaroallami. Et par septimum incipit a posteriori parte cerebri a loco natiuitatis nuchę,& diuiditur in lacertum linguę epiglottidis.Et videtur sensibiliter quasi vt exeant seu nascantur paria ex nucha trigesimaprima neruorũ.Et vnus,scilicet neruus,est absq; socio sibi opposito. Et paria octo ipsorum exierunt intus ex spondilis colli.Et duodecim paria ex spondillis nuchę ad locum oppositionis dorsi in directo pectoris. Et paria quinque ex spondilis nominatis alchacam.& ista sunt in inferiori parte dorsi.Et paria tria ex osse aggez.Et tria ex osse* asse,scilicet caudę. Et alterum non habens oppositum exit ex medietate extremitatis ossis nominati * assem,scilicet caudę. Et par primum exit ex foramine iuncturę primę iuncturarum colli:& ascendit vsquequo diuidatur in lacertos capitis.Et secundum par exit ex foramine existente in iũctura prima & secũda.Et tandẽ separatur in duas partes.& iungitur extremitas ipsius in cute capitis, & extremitas alia in lacertis colli, & in lacertis spatulę. Et tertium par ipsius exit ex foramine existente inter iuncturam secũdã et ter-

De neruis nuchę.

* hasceth
* hasceth

A tiam. Et diuiditur in partes duas, vna tendit ad lacertos existentes in dorso: & alia vadit versus partem anteriorem. Et diuiditur in lacertum positum ex opposito ipsius, & in existentem supra ipsum. Et quartum exit inter iuncturam tertiam & quartam. Et diuiditur in partes tres, vna quarũ tendit ad diaphragma: & alia ad extremitatem lacerti existentem in capite & in ceruice: & extremitas alia ad extremitatem lacerti spatulę. Et quintum oritur inter spondilum quartum & septimum. Et sextum oritur inter spondilum quintum & sextum. Et septimum inter spondilum sextum & septimum. Et octauum inter spondilum septimum & octauum. & ibi est finis nodorum colli. Et nerui descendentes ab istis, omnes sunt diuisi in partes: quarum ipsarum partium vna vadit ad lacertos pectoris & ceruicis: partes aliæ vadunt ad lacertos dorsi & diaphragmatis: præter paris octaui, cuius aliquid non tendit ad diaphragma: & reliquæ partes tendunt ad hasceech, & brachium, & spatulam. Sed paris sexti quædam pars tendit ad lacertum spatulæ, & pars alia ad hasçech. Et septimi pars vadit ad lacertũ existentẽ in hasceech. & alia pars diuiditur in cutim residui hasceech. Et aliquid octaui paris transmittitur in curtim brachij. & extremitas sui tendit ad lacertum brachij. Et par nonum exit inter spondilum octauum & nonum: & illud est principium spondilorum dorsi. Et diuiditur vna suarum extremitatum in lacertum existentem intus in costis: et alia extremitas in lacertum dorsi:
B & alia extremitas descendit ad spatulam, & extenditur in ipsam. Et par decimum exit inter spondilum nonum & decimum. Et pars vna ipsius vadit ad cutim hasceech. Et residuum diuiditur. & pars vna ipsius tendit versus faciem: & diuiditur in lacertum existentem in costis, & in lacertum inuestitum supra pectus. & alia diuiditur in lacertum dorsi & spatulę. Et per hanc viam est exitus neruorum, & diuisio ipsorum, scilicet par vnum inter iuncturas duas vsque ad complementum duodecimi paris, donec exeant ad par complens viginti paria ex corpore spondili, qui sunt decem & nouem. Et postea exeunt paria ex alchatini ex corpore totius ceruicis. par vnum vsque ad complementum quinque parium. & partes ipsorum tendunt ad anteriora, & diuiduntur in lacerto existẽte supra ventrem: & aliquę diuiduntur in lacerto existente supra lumbos, & miscentur in partibus tribus existentibus supra ipsum nerui descẽdentes a cerebro. Et a paribus duobus existẽtibus sub istis tribus descẽdunt ab ipsis rami magni ad crus, donec descendant ad extremitatem pedis. Et demum oriuntur paria tria ab osse haggez, ex vnoquoque foramine par vnum. principium eorum est a spondilo vigesimoquinto. Et demum exeunt paria tria ex osse caudæ, nominato in Arabico hasceech. Et solus absque socio, generatio ipsius prima est inter os tertium ossis haggez, & os primum ossis hasceth, scilicet caudæ, quod est os caudæ. Et postquam secundum istum ordinem inter duos spondilos par
C vnum vsque ad finem trium parium, & solus oritur ex fine caudæ, & etiam ista sex paria: par primum miscetur cum paribus venientibus ad crura, & residuum ipsorum diuiditur in lacertos ani, & veretri, & vesicæ, & vuluę, & pelliculas ventris, & in partes venientes ab osse vmbilicali, & a lacertis venientibus, vel orientibus ab osse haggez.

De Ligamentis. *Cap. VIII.*

ET ligamenta, quę sunt nominata in lingua Arabica rebathat, eius corpus est vel eorum medium inter corpus ossis & corpus musculi, & eorum ortus est inter extremitates nodositatum ossium.

De Chordis. *Cap. IX.*

CHhordę, quæ nominantur in Arabico bauthar, sunt medię inter ligamenta & neruos. Et earum ortus seu natiuitas est ex neruo veniente ad lacertũ, & a ligamento orto ab osse.

De Carne. *Cap.* X. D

CArnis tres sunt species. Vna est caro mixta cũ neruo et chorda.& illa nominatur lacertus siue musculus:et illa est maior pars carnis totius corporis. et hæc ero memoratus in capitulo membrorũ officialium. Secunda species est species carnis purę.& in hac sunt multa ligamẽta:& hęc est minor species corporis. Tertia speties est carnis glandulosę.et caro pura est illa, quę est in capite mẽbri, s. veretri: & illa quę est in loco occulto dorsi: et ex illa est caro existẽs inter dentes. Sed caro nominata glãdulosa est caro testiculorũ, & mammillarũ.& ex illa est ẽt in radice linguę.& ex illa est caro existẽs in subascellis,& in duobus emunctorijs nominatis in Arabico orbitam, & quæ est post aures,et in collo.et istius speciei est caro, q̃ est inter intestina & neruos.

De Villis. *Cap.* XI.

SEd de villis ero memoratus, cum ero rememoratus membra composita existentia intus in corpore: eo quia ille est locus conueniens rememorationis ipsorum ibi. E

De Humoribus. *Cap.* XII.

ET humores apparentes in corpore humano sunt quatuor, scilicet sanguis, phlegma, cholera, & melancholia.

De Simplicibus membris. *Cap.* XIII.

ET simplicia membra sunt cutis, vngues, & capilli. & hoc est manifestum.

De Spiritu. *Cap.* XIIII.

SPiritus duo sunt, scilicet spiritus apparens in corde, & spiritus apparens in cerebro. sed spiritus in hepate non apparet per viam sensus. Et hęc sunt verba dicta supra simplicia membra, quę sufficientia esse videntur in hoc loco.& qui volunt amplius addere, addant. Et nunc redibo ad loquẽdum supra officialia membra & incipiam a membro simpliciori omnium ipsorum:& istud est lacertus, siue musculus. F

De Lacerto. *Cap.* XV.

LAcertus est corpus compositum ex carne rubea, & ligamẽtis,& neruo, ascendentibus supra ipsum. Et ipse est induens ossa, ligatus ligaturis nascentibus ab ossibus.& istud est, q̃n neruus coniungitur supremę extremitati ipsius lacerti. tandem diuiditur in partes:& miscetur exiturę carnis lacertus,& germinat in osse posito sub lacerto ligaturam, et miscetur cũ neruo & carne:& demũ ex oĩbus istis exit corpus vnũ nominatũ lacertus. Et q̃n partes nerui veniunt ad extremitatẽ inferiorẽ lacerti, tunc adunatę sunt partes nerui ad partes ligamentorũ solũ absq; alia ammixtione carnis: & tandẽ exit ab istis corpus nominatũ chorda.& hęc chorda tendit, donec iungatur extremitati inferiori illius membri. Et oẽs lacerti secundum intentionem Galeni existẽtes in corpus sunt.529. Et dictum est, ꝙ hęc corpora variantur in forma, in quãtitate, & in compositione.& quando virtus ab istis germinantur, chordæ in forma compositionis ipsorum tandem variantur in quantitate: quoniam aliqui sunt magni, & aliqui parui, magnus est sicut lacertus positus supra coxam: &

A paruus est sicut lacertus positus supra oculū. Et variatio ipsorum est in forma, ꝙ tales sunt ex lacertis, quorū caro ipsorum non miscetur cum neruo. & variatio ipsorum est in chordis orientibus ab ipsis: quoniā tales ex ipsis sunt, ꝙ chorda oritur ex duobus lacertis. & tales sunt, a quibus ambobus ab vnoquoque eorum oriuntur chordę duę, vel tres. & hoc est, secundum ꝙ conuenit eis. Sed variationes ipsorum ex parte oppositionis ipsorum sunt, ꝙ aliqui ipsorum oppositio sua est in directo membri, et aliqui non. Et si deberemus loqui in vnoquoq; lacerto lacertorum. hęc verba essent prolixa valde: nec essent huic arti multum necessaria, hoc est ad medicinandum per cibos & medicinas: sed chirugicis, id est operantibus cum ferro magnum esset iuuamentum. Et dico adhuc, ꝙ post terminationem istarum rerum paruum lucrum consequeremur. Et ego narrabo de neruis, quando ero locutus iuuamentum ipsorum in libro Sanitatis.

De forma Capitis. Cap. XVI.

Forma capitis naturalis est rotunda, habens aliquam planitiem in vtroq; latere: ac si imaginatus fueris formam ceream rotūdam esse compressam in vtroque latere. Habens intrinsecus concauitates coniungentes se adinuicem: & nominantur cellulæ cerebri. & sunt duę existentes in parte B anteriori cerebri, & vna in medio, & alia in posteriori parte. Et prope coniunctionem istarum cellularum, scilicet partis vnius cum altera, sunt corpora formata formis talibus, vt sint conuenientes in aliquo tēpore ad claudendum, vel ad aperiendū. Et insunt cerebro duę additiones germinatę a duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mammillarū, deriuantes vsq; ad os nominatum colatoriū. & istud est os perforatū foraminibus multis: sed non ꝑ viā rectā, sed obliquam. & locus istius in craneo est locus, cui coniungitur extremitas nasi. Et ex panniculis duobus cerebri vnus ex istis est fortis & grossus, & alius est subtilis. Subtilis coniunctus est cerebro, & nominatus est capitis secundina vel secunda. & assimilatur secundinę, eo ꝙ in ipso sunt nerui & venę, ex quibus nutritur cerebrum. & ipse continuatur cerebro in aliquibus locis. Et panniculus grossus coniungitur craneo: & etiam cerebro coniungitur in aliquibus locis. Et hic panniculus fortis perforatus existit foraminibus multis in locis duobus. Vnus locus est in latere foraminis extremitatis nasi, & nominatus est colatorium, & alter est prope os existens in palato. & istud similiter est perforatū & sub cerebro. Et sub panniculo grosso est retis, q̄ in Arabico nominatur alagema, q̄ est ex arterijs ascendentibus caput. Sed nuchę spondylia ipsam cooperiunt, sicut os cranei cooperit cerebrum. & ipsa circūdatur a duabus pelliculis C exeuntibus a duobus pāniculis cerebri, et ex ipsa oritur neruus, q̄ ei cōiungitur.

Do forma Oculorum. Cap. XVII.

Forma oculi composita est ex septem tunicis & tribus humoribus. Prima ipsarum est, quę prope craneū moratur, & est tunica pannosa. & eius ortus est ex panniculo grosso existente in cerebro, & nominatur tunica fortis, & in Arabico nominata est aluocha alsalba. Et post ipsam versus partē exteriorē est altera tunica pānosa. et eius ortus est ex pāniculo subtili existēte in cerebro. & nominatur secunda vel secundina, & arabice almisima. Et post istā est tunica retina. & ortus eius ē ex aīa musculi exeūtis a cerebro, et est concauus. Et post istā in medio istius pāniculi est corpus vnū molle et humidū, nominatū humor vitreus, et in Arabico alzegia. Et in medio istius corporis est corpus vnū sphæricum habens aliquā latitudinem similē grandini in claritate & albedine. & hęc humiditas nominatur grandinosa: & est corpus profundatū in humiditate vitrea vsq; ad medietatē. Et post aliam medietatem existentem versus partem exteriorem, scilicet aeris ab humiditate grandinosa est vnum corpus simile telæ araneæ. & illud est in vltimo claritatis & tersionis: & no-

Idem. 2. huius. c. 15.
Prima tunica.
Secunda.
Tertia.
Primus humor.
Secūdus humor.
Quarta.

Tertius humor. minatur tela aranea, & in Arabico haantebuthia. Et post istam versus partem D exteriorem existit humiditas vna similis albugini oui: & nominatur humor al-

Quinta. bugineus. Et ascendit supra istam humiditatem versus partem exteriorem corpus vnum subtile asperum, nominatum in Arabico maciuaru, versus albuginem ex parte exteriori. & color eius variatur in corporibus: eo quod alicui est valde nigrum, & alicui minus, & alicui est coloris calcedonij. Et in medio versus grandinosam est foramen vnum, quod quandoque dilatatur, & quandoq; constringitur, vice vna post aliam, secundum quod conuenit humiditati grandinosę, quando est habens lucem: quoniam constringitur in magna luce, & dilatatur in parua.

Pupilla. Et istud foramen nominatur oculi pupilla. & hęc tunica nominatur tunica pupil-

Sexta. lina. Et post istam est coopertura vna corporis vnius grossi, & fortis, & clari, scilicet coloris cœlestis, simile cœlo, factum ad modum cornu albi, & nominata est tunica cornea, & color eius existit ad modum eius tunicę, quę existit sub ea.

Septima. Et ascendit supra istud, corpus vnum valde album nominatum coniunctiua: prę ter quod non cooperit locum nigredinis oculi: & istud nominatur albedo oculi. Et eius ortus est ex pellicula, quę est versus os exterioris cranei. & ortus corneæ est ex tunica forti. & ortus vuę est ex secundina. & ortus araneæ est ex retina.

De forma Nasi. Cap. XVIII. E

FOrma nasi sunt duę vię diuidentes se in partes duas. Vna earum deriuatur ad extremitatem oris: & alia ascendit desuper, donec iungatur ossi simili colatori. quod cōpositum est versus duas adeptiones anterioris partis cerebri similium capitibus mammillarum, & istę vię circundantur ex vna pellicula grossa orta ex pellicula oris.

De forma Auris. Cap. XIX.

VIa auris est in osse petroso: et ideo nominantur in lingua arabica agari. Et in ipso sunt vię obliquę multę. & tendunt taliter per viam ter am, donec iungantur musculo quinto orto a cerebro, a quo oritur pellicula extensa supra os petrosum. Sed corpus chartilaginosum existens exterius, est auricula nominatum, & istud est manifestum.

De forma Linguæ. Cap. XX.

LIngua est caro mollis et alba inuoluta venis multis & paruis, in quibus F est sanguis. Et sunt venæ in ipsa, & arteriæ, & musculi in quantitate maiori vltra quod suæ magnitudini videtur conuenire, & ipsa cooperitur pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia ingentia vsque ad carnem glandulosam ipsius, quæ est posita sub radice ipsius.

De extremitate Oris. Cap. XXI.

EXtremitas oris tendit vsque ad istas vias. Vna ex parte anteriori: & illa nominatur canna pulmonis. Et alia posita est post ipsam ex parte ceruicis supra spondylia colli: & hęc nominatur meri. & per istam transit cibus & potus. Sed per viam cannę pulmonis transeunt spiritus, & intrant, & exeunt per viam anhelitus. Et positum est supra viam istam coopertorium vnum ad cooperiendum ipsam in hora deglutiendi, vt aliquid non possit subintrare de eo, quod deglutitur. quia si aliquid subintrat, incontinenti prouocatur tussis. Et iam præparatum est in hoc loco instrumentum vnum, in quo est vox, versus orificium cannę pulmonis. & istud instrumentum est membrum nominatum epiglotium, & in arabico haugera. & ipsum est compositum ex tribus chartilaginibus compositione pulcra conuenienti esse vocis, ideo vt sit ędificata

A & fabricata ex istis tribus chartilaginibus zampogna vna, vel fistula similis zā pognę fistulę, scilicet & flaiboli. Et in concauitate istius zampognę est corpus simile linguę fistulę: & in istis locis sunt lacerta multa, vel secreta multa.

De anatomia totius Ventris. *Cap. XXII.*

SCias ꝙ concauitas totius ventris existentis sub osse tracheę vsque ad os lumbi diuisa est in duas magnas partes. Vna est superius cooperiens pulmonem & cor, & secunda est inferius cooperiens stomachum, & intestina, & hepar, & splen, & fel, & renes, & vuluam, & vesicam. Et diuiduntur istæ duę concauitates mēbro vno nominato diaphragma, & istud diaphragma incipit a capite pectoris tendens per diametrum inferius ad vnumquodque duorum laterum donec deriuetur. xij. spondyli nuchę. & istud est diuidens inter superiora & inferiora. Demum concauitas superior diuiditur in partes duas, & illę partes diuiduntur vno medio, quod transit per medium illarum partium, donec iungatur spondylibus nuchę. Et hæc concauitas superior tota nominatur pectus, et terminus ipsius est a superiori parte duorum tracheę vsq; ad diaphragma, quod diuidit superiora ab inferioribus. & hęc est forma pectoris.

B

De anatomia Pulmonis, & cannæ eius. *Cap. XXIII.*

CAnna pulmonis incipit ab extremitate oris, sicut diximus, & quando descendit sub trachea diuiditur in duas partes. et quælibet pars ipsarum diuiditur in pluribus partibus: & circa ipsas ædificata & fabricata est caro pulmonis. & iterum ædificata est ex omnibus istis cannis diuisis, & venis existentibus sub ipsis caro pulmonis, & caro ædificata & fabricata circa ipsas est corpus pulmonis. medietas vero pulmonis est in concauitate dextra, & medietas alia in concauitate sinistra. Et canna, scilicet ipsius pulmonis pręparata est & composita ex chartilaginibus in forma annulorum: sed non sunt annuli completi, eo quod in quantitate partis tertiæ annulorum ipsorum extremitatibus suis coniungitur pellicula vna tendens per viam rectam: & coniunguntur isti annuli simul villis et ligaturis multis. Sed isti annuli proprie sunt duri & chartilaginosi, & gibbositates istorum annulorū sunt versus partem exteriorem corporis, & possunt palpitari manibus, scilicet pellicula coniungens annulos per viam rectam. Sed locus rectus ipsorum coniūctus est meri. Et hoc est, ac si imaginatus fueris in corde tuo fistulam vnā vnius
C cannę. & tertia pars incisa sit in longitudinem, & partes duę integrę remaneāt, & pars tertia incisa in longitudinem coniuncta sit glutine cum charta vna cum ambabus extremitatibus linea recta sine perpendiculari. & tandem intelliges cannam pulmonis per viam conuenientem & rectam.

De anatomia Cordis & forma eius. *Cap. XXIIII.*

FOrma cordis est rotunda ad modum pineæ, quæ in Arabico nominatur semiara. sed est transuersa, eo ꝙ acuitas cordis existit versus inferiora corporis, & radix versus superiorem partem corporis. Et habet pelliculam vnam grossam circundantem ipsum: sed non coniungitur tota versus radicem. Et positum est in medio pectoris: sed caput eius, scilicet acuitas tēdit magis ad partem sinistram. Et arteria magna oritur ex ista parte, scilicet sinistra. & ideo apparet pulsus maior in ista parte. & propter hoc imaginantur aliqui, ꝙ cor sit positum in ista parte. Et habet cor concauitates duas magnas, vnam ex parte dextra, aliam ex parte sinistra, Et versus radicem suam est res vna similis chartilagini: & ipsa est quasi fundamentum totius cordis. Et a concauitate dextra ad sinistram sunt vię. Et in concauitate dextra sunt orificia duo. Vnum ipsorum est orificium uenę coniunctę hepati, quę oritur ab hepate secundū Gal.

& a corde secundum Aristote. Et supra istud orificium sunt pelliculę tres aperientes se, seu dilatantes in ora introitus sanguinis in ipsum, & demum clauditur clausione conuenienti. Et orificium secundum est orificium venę coniungens se ex ista concauitate in pulmonem, & est vena vna, quæ non pulsat, eo ꝙ tunicæ ipsius sunt grossæ ad similitudinem arterię, & istud orificium habet pelliculas aperientes se extra, &* non intus ex aduerso pelliculaꝝ alterius orificij. Et in concauitate partis sinistræ sunt duo orificia, vnum est orificium arteriæ magnę, & habet pelliculas tres aperientes se intrinsecus versus partem exteriorem. & secundum est orificium arteriæ coniungentis se in pulmone. & supra istud orificium est pellicula vna, aperiens se intus & extra. Et habet cor additiones duas similes auribus, vna ex parte dextra existit, & altera in sinistra. Et pulmo est volatizans supra cor, & cor habet texturas multas variantes se in oppositione.

* al.l. nunc

D

De forma Stomachi & Meri. Cap. XXV.

IAm diximus ꝙ in extremitate oris sunt vię duę: vna est via animę, scilicet aeris ad pulmonem: & secunda est via cibi & potus per meri. & hoc vocatur meri. Et istud compositum est ex duabus tunicis. vna est extrinsecus & est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem. & alia est intrinsecus, & est* neruosa, & textura ipsius tendit in longitudinem, et aliquid ipsius tendit per diametrum. & ipsum positum est in posteriori parte supra spondylia colli, & ipsum elongatur, & descendit inferius, donec transeat diaphragma, & ligatum est spondylibus & villis ipsum ligantibus, Et quando transit diaphragma dilatatur, & fit ex ipso stomachus, & tendit aliquantulum versus partem sinistram. & ideo dicitur ꝙ caput stomachi quiescit in parte sinistra, & fundum in parte dextra. imagina ergo in corde tuo cucurbitam vnam rotundam habentem collum longum, & cum ipsa iungatur collum aliud, & sic intelliges formam stomachi et meri, nisi ꝙ stomachus existit a latere versus deorsum aliquantulum longus. & vnum ex duobus capitibus ipsius stomachi superius est meri, et inferius est principium intestinorum, & nominatur portanarium, & in Arabico albeb. Et ipse, scilicet stomachus est ligatus spondylibus, & etiam cum aliquibus intestinorum fortibus ligaturis sustinentibus ipsum. Et corpus stomachi compositum est ex tribus tunicis, textura vnius tendit in longitudinem, & alia vadit per diametrū, & illa est intrinsecus: & est illa tunica, idest* neruosa, & exterior est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem.

* al.l. musculosa,

E

* al.l. musculosa,

De forma Intestinorum. Cap. XXVI.

F

INtestina composita sunt ex duabus tunicis. & habent texturam tendentem in latitudinem solum, & super tunicam interiorem adest viscositas, nominata in Arabico lasuen. inuestita ex ipsa inuiscatione, siue viscositate a natura. Et oīa intestina sunt sex: tria minuta, & sunt superiora, & tria grossa, & sunt inferiora. Et principiū minutorum est intestinum coniunctum fundo stomachi nominatum duodenum. Et post ipsum est intestinū nominatū ieiunū. & ista duo sunt erecta in longitudine corporis, & orificia istorum coniunguntur in hepate plus alijs intestinis. Et post ieiunum est intestinum nominatū gracile: et ipsum reuoluitur reuolutionibus pluribus. & latitudo istorum trium intestinorū est ad modum vel ad quantitatem latitudinis portanarij. Et post ista est intestinum nominatum orbum. et istud intestinum est latum non habens transitum nec iter, sed simile est fisculo vel marsupio. & quia non habet nisi vnum os, ideo per ipsum intrat, & exit quicquid intrat & exit: & ipsum est in parte dextra positū. Et post istud est intestinum nominatum colon. & incipit a parte dextra tendens per latitudinem ventris ad partē sinistram. Et post istud est intestinum rectum. & istud intestinum rectum habet concauitatem amplam, in qua coadunantur fęces, sicut vrina in vesica coadunatur. & super orificium illius est lacertus vring,

A *De forma Hepatis.* *Cap. XXVII.*

HEpar positum est in latere dextro costarum superiorum ex costis superioribus. Et forma ipsius est forma lunę. & est habens concauitatem in parte lateris stomachi, & additamenta. & aliquibus insunt quatuor, & aliquibus quinque. & ipsum est cooperiens supra latus dextrum stomachum. Et gibbositas ipsius est versus diaphragma, & est ligatum ligamentis coniungentibus se pelliculę existenti supra ipsum. Et oritur a concauitate ipsius hepatis canale vnum nominatum ianua hepatis. & forma ipsius est forma venę, nisi quia est non habens sanguinem. & illud canale est diuisum in partes: & illę partes sunt partes multę in quantitate multa. & veniunt ex ipsis, scilicet partibus partes multæ ad fundum stomachi, et ad intestinum nominatum duodenū. & multæ etiam partes ad intestinum veniunt ieiunum, & demum ad residuum aliorum intestinorum, donec iungantur intestino recto. Et istud canale, quod est in porta hepatis, diuiditur etiam in partibus interioribus ipsius heparis ad partes minutas, s. ad uenas capillares similes capillis. Et a parte gibbositatis hepatis apparet vena magna, a qua omnes venæ totius coporis exeunt, sicut diximus in anatomia venarum. & radix ipsius venę diuiditur ab hepate ad partes minutas B similes capillis, & obuiatur in partes diuisas a canali nominato porta. Et nutrimentum chymosum intrat in hepate per suam ianuam, & in illis venis decoquitur, donec redeat ad sanguinem, & demum exit per illam venam magnam existentem in sua gibbositate.

De forma Splenis. *Cap. XXVIII.*

FOrma splenis est longa. Et positus est in parte sinistra ligatus ligamentis coniungentibus pelliculę existentibus supra ipsum. & est continuatus stomacho ex vna parte, & ex alia parte costis posterioribus. Et oriuntur ab ipso conducta duo: vnum ex ipsis coniungitur ori stomachi, & aliud coniungitur in hepate versus concauitatem.

De forma Fellis. *Cap. XXIX.*

FEl positum est in hepate, & habet vias duas: vna coniungitur in concauitate hepatis, & alia ramificatur, & coniungitur inferioribus intestinis, & in fundo stomachi.

C *De forma, & anatomia Renum.* *Cap. XXX.*

DVo renes positi sunt in latere duorum laterum spōdilorum nuchę ꝓpe hepar, & ren dexter est in altiori loco rene sinistro. Et vnumquodq; habet colla duo. vnum ipsorum coniungitur in vena magna ascendente a gibbositate hepatis, & aliud descendit inferius, donec coniungatur in vesica coniunctione mirabili. & istę duę vię, scilicet ista duo colla, nominantur in Arabico alalbin.

De forma Vesicæ. *Cap. XXXI.*

LOcus vesicæ est inter anum & vmbilicum, qui locus est nominatus in Arabico ana.[a] Et composita ex duabus tunicis: & in orificio sui est lacertus vnus. Et vrina venit a renibus ad ipsam p vias nominatas alhalbin. & istæ duę vię tendunt per diametrum, & vadunt etiam per longū, donec transeant infra in vesicam. & oritur ab ipsis corpus vnum simile pelliculę, quę aperit vesicam, & claudit eam ex parte renum. & istud est sine dubio, vt aliquid non redeat de vrina ad renes.

a Vesica ẽ cōposita ex duabus tunicis. Idē. 19. tertij. c. 1. p hoc sane intellige lrām Auic. 15 ter. tij. c. 1.

De anatomia Mirach, & Zirbi. Cap. XXXII.

MYrach, quod etiam in Arabico nominatur Myrach, habet sub iacet to existente in vestito sub ventre pelliculam vnam, & est plana. & post istam est coopertorium, & post sunt intestina. Et iuuamentum istius pelliculę est ad obuiandum, ne intestina simul commisceantur, sicut fit in ægritudine in Arabico nominata sachot. Et iuuamentum coopertorij est ad calefaciendū intestina. et de istis ero locutus largius in libro Sanitatis.

De anatomia Veretri, & Testiculorum. Cap. XXXIII.

ORitur ex osse vmbilicali corpus neruosum, musculosum, amplum, & multarum concauitatum. & sunt sub ipso arterię multę & latæ, vltra id, quod conueniret suę magnitudini. & istud corpus est veretrum. Et oriuntur a pellicula vię duę nominatę in Arabico albarbach, & demum ramificatur & generatur ex ipsis pellicula, scilicet bursa testiculorum, & etiam testiculi. & veniunt a latere interiori ex parte venarum inferiorum rami habentes inuolutiones & ligamenta multa, & circundantur carne glandulosa alba. Et habent testiculi vias duas venientes ab ipsis ad veretrum. E

De anatomia Mamillarum. Cap. XXXIIII.

MAmmilla est composita ex arterijs, venis, & musculis: & est repleta carne glandulosa alba. & istæ arteriæ & venæ diuisę sunt in mammillis in partes multas minutas, & reuoluuntur, & torquentur reuolutionibus, & tortionibus multis.

De anatomia Vuluæ. Cap. XXXV.

VVlua posita est inter vesicam & intestinum rectum: sed est superans vesicam ex parte superiori, & ligata est ligaturis lenibus: & ipsę sunt musculosæ, vt de facili possint extendi, & dilatari, & coadunari, & cōstringi. Et habet cameras duas iungentes in vno orificio. & quælibet istarum camerarum habet loca concaua, & nominata sunt in Arabico alucch. & ista sunt orificia venarum, vnde sanguis menstruus transit in vuluam. Et post illas, scilicet duas cameras sunt additiones, quæ testiculi duo mulieris dicuntur, F & sunt minores testiculis virorum. Et id, quod superat ex vulua, durat vsq; ad orificium ipsius, quod nominatum est in Arabico fereg. habet additamenta prohibētia ipsum a frigore. Et orificium vuluę virginis est crispum. & ex crispitudine illa oriuntur venæ minutæ habentes pelliculam vnam contextam duabus texturis: vna tendit in longitudinem, & illa est minor, & altera vadit in latitudinem. Et quantitas huius anatomię membrorum sufficiat hic. & si aliqui volunt plus addere, addant.

AVERROIS COLLIGET

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI,

De Sanitate.

De Sanitate, & de Complexione; atque Compositione membrorum in uniuersali. Cap. I.

A SANITAS est bona dispositio in membris corporis humani, cum qua ipsum operatur operationem, quam habet agere per sui naturam, & patitur passionem, quam habet pati. Et ista definitio est ex definitionibus per se notis. Et ideo, quia membrorum, secundum ꝙ testificatur sensus, sunt duæ species, consimilis, & officialis: debemus intelligere in vnaquaque specie ipsorum quid ipsa est, & ponere differentias earũ, & postea debemus enarrare quæ est actio & passio, quæ appropriatur vnicuique membro. & quando nos faciemus istud, tunc cognoscemus quid est sanitas vera cognitione. Et incipimus loqui super corpus consimilium partium. Et dicimus ꝙ via in cognitione rei, cum qua operatur membrum consimile suas operationes, & patitur suas passiones, est via, per quam nos possumus certificari in radicibus istius scientiæ; postquã nos reperimus hæc verba declarata in Naturali philosophia, scilicet ꝙ omnia corpora similium partium, inquantum sunt similiũ partium, sunt composita ex quatuor elementis, scilicet ex igne, aere, terra, & aqua. Et est declaratum in libro Generationis & Corruptionis, ꝙ via generationis non est nisi ex parte temperantiæ commixtionis, & complexionis. Et in Quarto Meteororum est declaratum, quod complexio & commixtio non fit nisi per modum decoctionis, quæ decoctio non fit nisi per calorem. & ꝙ differẽtia quæ B reperitur in istis corporibus consimilibus non euenit nisi secundum differentiã, & mensurã seu temperantiã calidi, frigidi, humidi, & sicci, & secundum ꝙ inuenitur in eis alia forma temperantiæ & est determinatum ibi, ꝙ formæ eorum non sunt aliud quam formæ temperantiæ complexionalis, & ꝙ accidentia, quæ sunt propria in vnaquaque specie ipsorum, non sunt stantia per se, sed sunt sequentia formas complexionales. Et hæc est narratio, quæ erat multum necessaria anticipare hic: & sunt verba, quæ sunt declarata in Naturali philosophia ꝑ demonstrationes proprias & ordinatas. Et quando Medici student tractare de istis rebus in huiusmodi arte, eorum verba non sunt super ista nec propria, nec ordinata, eo quod student attribuere res vniuersales entibus particularibus. & ideo eorum dicta non sunt propria, & non sunt super viam, quam intendũt probare. & tunc cadunt in re, quam credunt adducere per demonstrationem. Et ista res accidit Galeno in libro de Complexione, scilicet ꝙ doctrina eius in illo libro non incedit secundum doctrinam, quam fecit in libro de Elementis per viam demonstratiuam, & ista verba erunt multum leuia apud illum, qui studuerit in Logica etiam paruo tempore. Et modo volumus reuerti ad ordinem verborum nostrorum. & dicimus quod istæ res, quando erunt secundum modum quem diximus, tunc erit intellectum, quod res, quam diximus, quod membrum

Definitio Sanitatis.

2. de Gñat. t. c. 49. Co. magno. & t. c. 30. & 14.

Contra Medicos.

Mēbrū cōsimile agit suas opationes per formā complexionalem.

consimile agit cum ea actionem suam, aut passionem suam patitur, non est alia res quam forma complexionalis, quæ prouenit a mensura commixtionis quatuor elementorum. Et quoniam res miscibiles non inueniuntur in mixto nisi duobus modis. Vnus est, vt mensuræ sint æquales: & ista mixtio vocatur mixtio æqualis, comparando ipsam extremitatibus, eo ꝙ est in medio earum non declinans. Secundus est, vt non sint in æqualibus mensuris. & ista etiam inæqualitas est multis modis. & secundum istam inæqualitatem sunt diuersificatæ, & inæquales factæ complexiones specierum. Sed dabimus pro exemplo huius, quod sicut complexio equi est diuersa a complexione hominis, ideo quia mensuræ elementorum sunt mixtæ in eo super latitudinem diuersam commixtionis mensurarum earum in homine. Et ideo, ꝙ illa forma complexionalis, quæ est propria in vnaquaque specie, inuenitur in ipsa eadem specie in æqualitate & distemperantia media inter multum & parum, & etiam habet latitudinem, quę recipit plus & minus intra extremitates, quæ temperantia & æqualitas non exit de eis, nisi quando corrumpitur forma specifica earum, necesse est ex hoc, ꝙ vna & eadem complexio specialis sit æqualis & exiens ab æqualitate. Et istud est aut in vna quatuor qualitatum, aut in duabus, quarum possibilis est compositio adinuicem, scilicet actiuarum & passiuarum, quarum vna non contradicit alteri, scilicet calida & humida, frigida & sicca, aut calida & sicca, frigida & humida. ergo complexiones consimilium partium sunt de necessitate nouem, scilicet æqualis calida, frigida, sicca, & humida, aut calida & humida, aut calida & sicca, aut frigida & humida, aut frigidida & sicca. D E

Vide Gal. 1 cōplexio. c. 2.3. & 8.

Cōtra Gal.

Sed si inueniuntur istæ nouem in corpore hominis in fine similanti fini extremitatis elementorum in mensura qualitatum, istud non posset esse, si non esset possibile inuenire corpus consimilium partium, in quo mensuræ elementorum essent æquales penitus in quantitate. & viæ speculationis multum necessariæ sunt hic. Tamen apparet, quod est impossibile esse hoc in quantitate partiū eorum, scilicet in grauitate & leuitate. ideo dominans super corpora partium consimilium est aqua & terra: ideo habent coagulationem & firmitudinem. & qualitates, quæ faciunt ipsa firmari & compleri, sunt illæ, quæ faciunt coctionem & digestionem. & ideo est appropriatum* generabile dominationi partis agentis & calidæ, & patientis humidæ, cum quibus fit mixtio & coctio. Et totum hoc est declaratum in Quarto Meteororum, & ab illis regulis est probatum, quod complexiones non sunt nisi quinque solum: vna scilicet æqualis, & quatuor inæquales. & quod est impossibile duo corpora inuenire, quæ sint communia in caliditate, quod vnum sit siccius alio, sicut opinatur Galenus in puero & iuuene. & iam declarauimus istud in alio loco melius. Et scias in summa quod mensuræ duarum qualitatum actiuarum sumuntur a mensuris duarum qualitatum passiuarum, eo quod formæ propriæ habent materias proprias sub eis. Et nos videmus, si nos exiremus ab intentione publica multitudinis Medicorum, esset difficile intelligere. & ideo nos loquimur de hoc nimis. Et adhuc error, qui accideret ex hoc, in hac arte est multum paruus. & ideo non facimus hic nouum præceptum. Et etiam error, quem diximus de temperata complexione, est paruus. Et ideo dicimus, quod est verum verbum Galeni de eo, quod dixit de cute volæ manus. & magis in ista pala vel palma apud Arabes, & sonat pro extrema parte palmæ versus digitos palmæ. & plus in ista, quæ est super partem, quæ vocatur formiculata. Et quando erit totum hoc, quod narrauimus, tunc res, cum qua operantur partes consimiles suas actiones, aut patiuntur suas passiones, est de necessitate vna istarum nouem complexionum, siue sint partes consimiles alijs, siue non. Et ideo necessarium est scire naturalem complexionem de istis nouem complexionibus cuiuslibet membrorum, quod illa complexio est temperata, comparando ipsam actioni membri, aut passioni eius. Et ista temperantia est illa, quæ est dicta temperantia specialis speciei. & ipsa est illa complexio, quam oportet conseruari in hac arte, aut restaurari. Et quando stabimus super complexionem cuiuslibet membrorum consimilium, tunc stabimus super complexionem membrorum compositorum ex ipsis. & quan- F

Idē. 4. Meteororū. cō. mag. & 29. & 1. Cœ. 7. & 2. de Genera. 45.

*a. l. naturale.

Cō. magn. Idē infra. c. 4. sed 7 h'. c. 23. curādo cōcedit eas.

Prīo cōplo 9. et 2. tra. 7. c. 13. & 1. theoricæ. c. 7. & vide. 2. de Aīa. 113. & pria pri. doct. 3. c. 1.

A doque plus: ideo quod complexio, quædam est, quæ appropriatur membro officiali inquantum est officiale, & quædam est appropriata ei inquantum est cõsimilium partium, non ex parte vnde est officiale. Et quandq nos stabimus ex hac parte super complexionem cuiuslibet membri membrorum officialium, tunc poterimus stare super complexionem temperatam appropriatam toti corpori: ideo quod complexionem nos non appropriamus, nisi in hoc, quod est inuenta membris officialibus, ex quibus est compositum, & ex membris officialibus, & ex parte consimilium. Et est necesse vt scias in primis quod ex membris vel corporibus quædam sunt composita ex elementis prima compositione, & quædam sunt composita mediante prima compositione. & membra consimilia, quæ sunt partes animalis, sunt huiusmodi speciei: ideo quia non generantur nisi ex sanguine solummodo, & sanguis generatur ex cibis & potibus. Et scias quod sperma non est ex rebus, quæ sunt pars membri, aut simplex, aut aliquod aliud membrorum, sicut declaratum est in Naturali philosophia. & ego faciam longiorem sermonem in tractatu de iuuamento membrorum. Nec etiam melancholia, cholera, & phlegma sunt elementa membrorum consimilium per viam, secundum quam est sanguis. Ideo quod res, quæ generantur plus quam ex vna re, non complentur, nisi quando miscentur illæ res adinuicem, & faciũt vnum corpus. sicut est squinzibin, quod fit ex commixtione mellis cum aceto & aqua, quorum quodlibet stabat per se in actu, & in vulua non inueniuntur

B melancholia nec colera in actu, quæ misceantur cum sanguine, ad hoc vt sint postea pars membri. sed cholera & melancholia sunt in corpore hominis ex certis iuuamentis, quæ nos festinamus declarare. Sed phlegma est materia remota; ideo quod ex ipso non generantur membra, nisi quando fit sanguis. Et duæ choleræ non sunt materiæ membri nec propinquæ, nec remotæ, ideo quia est impossibile ipsas conuerti in sanguinem, sed ipsæ sunt in eo in potentia: quia quando corrumpitur, multoties conuertitur ad eas. Et non fecit eos errare in hoc, nisi locus consequeutis: ideo quod viderunt, quod elementa non inueniuntur in composito ex eis nisi in potentia, cum dixerunt hoc. Sed & non conuertitur, quod res, quæ inuenitur in alia re in potentia, sit eius elementum: sed sanguis est materia transibilis, vel mutabilis ad aliam rem per accidens, non sicut est materia cibus istorum per accidens: sed sicut vita est materia mortis. Et ideo non dicitur quod fex & spuma sit elementum vini: sed dicitur quod vinum est completum existentibus separatis istis ab eo: ideo quia sunt eius superfluitates separatæ ab eo, quando digeritur, ita sunt veræ duæ choleræ cum sanguine, eo ꝙ quodlibet generabile habet aliquam superfluitatem, quæ separatur ab ipso tempore digestionis.

Cõtra Medicos. vide ĩ paraphra. de Aĩalibus.

Tres humores non sunt mẽbrorũ elemẽta vti sanguis.

Secũda rõ.

Prima rõ.

Rñsio rationi Medicorum.

C

De complexionibus membrorum consimilium. Cap. II.

ET postquam est declaratum istud, reuertemur ad ordinem nostrum ad enarrandum complexionem quorumlibet membrorum consimilium, & ab illo procedemus ad cognitionem eorum actionum, & passionum. Et dicamus quod ossa apparent ex suo esse, quod frigiditas & siccitas dominatur super ea: & similiter chartilagines, & pili, & chordæ, & ligamenta, & nerui, & venæ, & panniculi: eo quod calor ea coxit, & frigiditas congelauit: & ideo mollificat ea calor, aut dissoluit. Et ista qualitas est in vno eorum plus ꝙ̃ in alio. Et videtur ꝙ siccior omnibus sit pilus: post illum os, & post illud chartilago, & post ligamẽtum, & post illud panniculus, & post illum venę, & post illas sunt venæ pulsatiles, & post illas neruus, vel musculus. Sed superfluitas frigiditatis eorum est ista, ꝙ pilus est frigidior omnibus, & post illum ossa, & post illa chartilago, & post illam ligamentum, & post illud panniculus, & post illũ lacertus, & post illũ venæ pulsatiles, & nõ pulsatiles. Et ista mẽbra frigida & sicca non appropiantur frigiditati nisi propter hoc, quod frigiditas est illa, quæ complet ea, & dominatur in eis: non ꝙ ipsa sint priuata calore, sicut

Ordo, quem sequitur Aui. prima primi c. 2.

ipsa sunt appropriata siccitati, ideo quod siccitas est illa, quae complet ea, & dominatur in eis: non quod sint priuata humiditate, quia mixtio & digestio stant super humiditatem, & calor qui est in istis, est in specie specierum accidentis. Sed membra, super quae dominatur calor & humor, sunt caro, sanguis, & spiritus. Sed calidius omnibus est spiritus, & post illum est sanguis, & post illum caro. Et per istam eandem viam incedunt humiditates: ideo quod spiritus est de genere aeris, & aer est humidior aqua, sicut declaratum est in Naturali philosophia. Sed inter membra frigida & humida in primis est adeps, & post illum est pinguedo, & post illam cerebrum, scilicet substantia medullaris, & humiditates incedunt secundum hanc viam. Et hic est pelagus, in quo aliquis multum haberet nauigare, si tempus adesset. & in alijs nostris libris iam locuti sumus prolixe. Sed multum recordare, & caue ne obliuiscaris quod dictum est supra, scilicet quod de necessitate est, quod sint gradus virtutum actiuarum super vnam & eandem complexionem secundum comparationem graduum virtutū passiuarum, & non intendas post consilium ignoratum in hoc. & conueniens est Medico recipere complexionem istorum membrorum a Naturali. D

De complexionibus membrorum Officialium. *Cap. III.*

E

ET nunc incipiemus a complexione membrorum officialium, postquam diximus de complexione consimilium. Et dicimus quod cor, postquam est compositum ex panniculis & ligamentis & neruis, est de necessitate calidum propter multum spiritum existentem in eo, & propter sanguinem existentem in eo, & etiam propter partem carnosam quam habet, & stat in corpore ad similitudinem vnius clibani ignis in domo. Sed si est siccum, sicut dicunt Medici, aut temperatum, aut declinans ad humiditatem, hoc est speculandum. Sed mihi videtur quod est declinans ad humiditatem propter spiritum existentem in eo. Sed illud, quod videtur ex hepate ex sua essentia, est quod sit calidum & humidum: propterea quia maior pars suarum partium est carnosa, sanguinea, & etiam ad ipsum transmittuntur multae arterię. Et hic multa sunt inquirenda. & quia Medico non pertinent, ideo dimittamus. Et cerebrum est frigidum: ideo quod maior pars suarum partium est substantia medullaris, & neruosa, & similis huic. Et natura medullae, quę est in ipso, est diuersa a natura medullę, quę est in ossibus. qa tu vides, quod nō est in eo pars pinguosa, aut vnctuosa. & quando coquitur ad ignem, ingrossatur & desiccatur: ideo quod pars aquosa, quae est in eo, resoluitur propter calorem, & remanet pars terrestris. Et quemadmodum diximus de cerebro, eodem modo diximus de nucha. Sed splen, & renes ipsa etiam sunt de membris calidis & humidis: quamuis renes sint in hoc sub splene in gradu propter grossitiem sanguinis, qui stat in splene, sicut splen est in hoc gradu satis inferior hepate. F

Cor magis declinat ad humiditatē.

De Complexione temperata, & de distemperatis totius corporis. *Cap. IIII.*

ET postquam est declaratum in complexione membrorum officialium & consimilium, ab isto possumus cognoscere quid est temperata complexio totius corporis. Quod si inueniuntur ista membra proportionata super istas complexiones, ipsum est temperatae complexionis penitus. & inueniuntur in eo istae proprietates, & illa signa, quae dicit Galenus quod inueniūtur in temperata complexione. Et manifestum est, quod ista temperantia non dicitur nisi in comparatione omnium partium totius corporis; ideo quia impossibile est istis mēbris cōsimilibus exeūtibus eis a sua complexione naturali, aut in vna qualitate, aut in pluribus, quod nō superueniat pmutatio, aut corruptio p istum exitū. Et iste exitus habet multas cās, aut pp clima, aut propter materiam, aut propter agens, aut pter mutationem quatuor aetatum, eo quod puer est calidus &

Cōplo masculi calidior & siccior cōplone foeminae. Idem prima primi

A humidus,& iuuenis calidus & siccus,& senex est frigidus & siccus. & hoc manifestum est ex eorum operationibus,& ex propinquitate & longitudine generationis.& etiã masculi complexio est calidior & siccior complexione fœminæ.& hoc manifestum est ex operationibus eorum. Et aliquando permutantur complexiones propter exercitia,& propter cibos,& propter omnia extrinseca. Et sicut potest esse ista permutatio in consimilibus,ita potest esse in officialibus. Et post hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipsa omnia adinuicem. Et postquam est possibile esse hoc,& etiam ostensum quod exitus complexionum exeunt ad octo species apud Medicos:tunc res, propter quas operatur membrum suas actiones,& patitur suas passiones,aut totum corpus,sunt nouem species apud Medicum, vna temperata,& illa est naturalis, & octo sunt distemperatæ,eo ꝙ corpus,cui dominatur caliditas in membris & siccitas,appropriatur caliditati & siccitati,& sic in reliquis speciebus. Et hoc modo intellige,ꝙ species complexionis sanitatis sunt nouem. Et temperata communicat cum ambabus speciebus membrorum: saluo ꝙ ipsa est in simplicibus primo in substantia,& in compositis secundario & per accidens. Et ideo,quia Medici appropriant complexiones distemperatas qualitati actiuæ & passiuæ, conueniens est appropriare complexionem totius corporis istis duabus qualitatibus solum,& propter hoc sunt secundum rationem complexiones distempe-B ratæ solum quatuor.

c.3.doc.3.& Gal.2.compl'onũ. Intellige ergo oppositas autoritates d̃ driarũ morbis Hipp.c. 103.& in libro de Victus rõne.c. 215.& Gal. 2.de Spmate.& 25.pticula Aphorismorũ rab bi Moysi.

Compl'ones distẽperatæ sunt tm̃ quatuor. Idẽ supra.c.1.

De Sanitate membrorum officialium, & eius speciebus. Cap. V.

ET postquam est declarata sanitas consimilium partium propter earum complexionem temperatam,quam habent propriam,& in substãtia cõseruatam,& per accidens membrorum officialium & totius corporis: modo redeamus ad declarandum sanitatem membri officialis substantialiter,inquantum est officiale,& species eius. Et dicimus,ꝙ membra officialia,ideo quia sunt composita, apparet ex eorum esse quod non operantur suas actiones, & patiuntur suas passiones, nisi quando sunt in sua qualitate, & in qualitate quantitatis,inquantum ipsa est quantitas, & in positione sua secundũ modum naturalem,& in continuatione partium suarum, & in contiguatione terminorum eorum in coniunctione sua,& separatione,& in qualitate coniunctionis & separationis eorum,& situs eorum,& ordinationis. Et quidam sunt, qui opinantur ꝙ istud intret in genere positionis. sed si vocatur positio, hoc non est C nisi propter æquiuocationem. Sed qualitas eorum est,ꝙ sit forma eorum naturalis,& ꝙ concauitates eorum,& viæ sint secundum formam naturalem in eorum largitate & strictura,& ꝙ sint eorum superficies in lenitate & asperitate secundum modum naturalem. Sed quantitas est in tempore, quando inuenitur harum partium numerus naturalis, & eodem modo in suis mensuris. Sed modus eorum in coniunctione est etiam modus ille naturalis, sicut coniunctio partis membri officialis,pars parti,& separatio eorum pars a parte.& qualitas coniunctionis,& separationis intrat in hoc. Et continuatio,& contiguatio, & terminatio,& separatio,& coniunctio manifesta sunt. Sed continuatio plus conuenit in membro consimili quam in officiali.& paruum & magnum sunt in genere mensuræ:& sunt appropriata quantitati continuæ,sicut sunt satis,vel multum & parum appropriata quantitati discretæ:quamuis mensura in hoc ꝙ appropriatur, sit conuenientius appropriare eam membro consimili quam officiali: ideo quia officiale non est super mensuram suam naturalem,nisi quando est quodlibet consimilium,ex quibus est compositum super mensuram suam naturalem. Sed positio naturalis,quæ est in membro,hoc est vt sint eorum partes oppositæ membris manifestis, sicut cõsuetudo est membri positi. & istud erit locus membri naturalis in corpore, sicut est hepatis & stomachi.& sic in alijs est intelligẽdum. & ita est modus iste in positione partis membri in seipso, pars parti. Sed

quod diximus, quod erit modus ipsius ex communicatione eorum partium suis partibus, est modus naturalis, hoc existit in * positione prima, quae generalis est omnibus membris corporibus, sicut est communicatio omnium membrorum principalium, eo quod non complerentur eorum operationes, nisi cum eis. & etiam hoc est inuentum in membro cum membro, sicut communicatio stomachi cum cerebro in operatione sua, quae est appetitus. Et sicut est in partibus vnius & eiusdem membri officialis cum partae, quae dominatur plus in operatione illius rei, sicut est communicatio omnium partium oculi ad cryftallinam humiditatem. Sed sunt* gradus coniunctionis, & separationis, & eorum qualitatum. quoniam sunt ex membris, quę separata sunt absque ligaturis, sicut sunt digiti. Et eorum sunt, quae associantur ligaturis vel adeptionibus, quorum partes intrant partes. & eorum sunt, quorum coniunctiones sunt nodatiles. & hoc modo potest esse quod mouetur membrum, quod est pars coniunctionis ipsius situs. Sicut est planta manus, quae est pars coniunctionis brachij. quod est nominatum in Arabico scahat. & ipsa planta coniuncta est ligaturis & adeptionibus, & cum hoc est coniunctio nodatilis. Istę sunt species dispositionũ, quae quando sunt in membris officialibus, tunc habent agere suas actiones naturales, & pati suas passiones, siue illas, quas habent ab * vtilitate, siue illas, quas habent a nobilitate. Et a capitulis anatomię, quę ordinata sunt per multos alios authores, poteris scire istas res prolixius. & propter hoc non est mea intentio prolongare me in eis. Et si tu vidisti libros Galeni, & libros aliorum Medicorum, qui sunt secundum suam opinionem, & videbis istum, tunc cognosces quod illud, quod diximus in diuisione specierum sanitatis, est multũ melius, & verius quam illud, quod dixit homo quem scis. Et istud melius non poteris cognoscere, si tu non studueris in Naturalibus scientijs: quoniam oportet ꝙ tu teneas de via Philosophorum aliquantulum plus ꝙ̄ de via Medici, & ꝙ iste liber non est factus pro illo, qui incipit tantummodo legere.

* a.l. cōpositione.

* a.l. genus.

* a.l. necessitate.

De Sanitate aliqualiter in membris consimilibus. Cap. VI.

ET modo incipimus dicere: ideo quod inuenimus de complexionibus sanitatis appropriatis membris consimilibus, quę sunt in fine temperantię secundum se, & quasdam, quę exeunt a temperantia, sed exitu, per quem non prouenit lęsio sensibilis in actione, aut in passione. & similiter est in membris officialibus. & tunc inuenimus ibi qualitatem temperatam, & quantitatem temperatam, & positionem temperatam, & communicationem temperatam. Et ista est bona dispositio, super quam visus fuit Galenus demonstrare in tractatu habitudinis bonę. & qui eam voluerit addere in isto libro, non reputo malum. Ideo species sanitatum, quę sunt in officialibus membris, sunt apud Medicos octo, quatuor temperatę, & quatuor distemperatę, aut augmentatę. Sed quintum genus specierum vel generum dispositionum, quidam sunt, qui opinantur, quod est vnum, in quo communicant membra consimilia & officialia, & illa est forma coniunctionis nostrę. Ideo quia coniunctio est duobus modis, sicut scis, vna est coniunctio nodatilis, alia est coniunctio vera. & vera est appropriata magis consimili, & alia plus officiali. Sed coniunctio vera illa est consimilium, & debet numerari in habitudine sanitatis eorum. A modo declarauimus omnes species habitudinum sanitatum membrorum consimilium & officialium, communes siue proprias. & declaratum est in omnibus per quem modum est eorum communicatio. Et necesse fuit illi declarationi: ideo quod operatio complexionis temperatę membri officialis non est vna & eadem operatio cum illa consimilium: ideo quia est consimilibus propria & in substantia, & officialibus secundaria, & per accidens. & alij medici nõ subtiliati fuerunt in faciendo hanc diuisionem.

A *De Actionibus, & Passionibus, & de Virtutibus membrorum. Cap. VII.*

MOdo volumus tractare de actionibus, & passionibus propriis in quolibet membro. & istae intentiones & cognitiones sanitatis stant loco causarum finalium. & illę, de quibus hactenus locuti sumus, stant loco causarum formalium & materialium. & hic est ponendum vnum principium naturale. Et dicimus iam esse ostensum in Naturali philosophia, quod quodlibet corpus est compositum ex materia & forma, & quod materia non est inuenta, nisi propter formam. & propter hoc collectum ex materia & forma, scilicet ens naturale, non est nisi propter operationes suas proprias in ipso. Ideo dicit Aristoteles, quod natura non facit aliquid in vanum. Et similiter inuenitur istud in rebus artificialibus. verbi gratia, quia ligna nauis non sunt inuenta, nisi propter formam nauis, & figuram suam, & est inuentum collectum ex his ambobus propter operationem nauis, scilicet nauigare in aqua. ergo de necessitate est inuenire in membris hominis rem, quae sit etiam hoc modo, scilicet quod sit in eis res stans loco materiae, & res stans loco formae, & res tertia, scilicet actio & passio, quae res
B ipsa erit finis collecti eorum. Et hic est necesse inquirere in primis, quae sit illa res in membris, quae stat loco formae, & quae loco materię, & postea veniemus ad declarandum actionem, & passionem cuiuslibet eorum. Et dicimus quod membra consimilia apparent vt in pluribus eorum quod sint loco materiae compositi. quia ossa manuum, & ligamenta, & chordae, & nerui, & caro, & cutis apparent ex eorum esse quod non sint inuenta, nisi propter formam manus. & forma manus, quae est composita ex illis, non est inuenta nisi propter actiones & passiones, quibus ipsa appropriatur, scilicet quod manus non posset extendi, nec contrahi, nec colligere, nec facere alias suas operationes nisi propter hoc, quod est composita. Et quamuis membra consimilia non sint inuenta nisi propter composita, tamen habent quodlibet eorum per se operationem propriam, quę manifestatur plus in composito, scilicet quod manus non haberet firmitudinem ad sustentandum res, nisi propter ossa: & non haberet posse plicare se, nisi propter carnem, & propter neruos, & alia similia. Ergo postquam diximus quod membra consimilia non sunt inuenta nisi propter composita, necesse est nobis videre, si hic est aliqua res, propter quam sit inuentum compositum & collectum ex eo, cum qua compleatur operatio compositi. Et dicimus, ꝙ actiones, et passiones naturales membrorum
C non fiunt nisi propter calorem innatum in ipsis pręter calorem complexionalem, qui est in membris consimilibus. Et hoc est demonstratum per scientiam demonstratiuam, & cognitum per experientiam anatomię, ꝙ scilicet inuenitur in corde vnum corpus vaporosum calidum in fine, quod mittitur ab eo ad omnia membra per viam arteriarum. & ita opinatur ꝙ sit in cerebro. Et postquam sic est, & coniunctum huic, quod omnes actiones & passiones non fiunt nisi per calorem intrinsecum, sicut est declaratum in Naturali philosophia, & declarabitur adhuc in isto lib. ergo mēbra non faciunt suas operationes nisi cum formis eorum complexionalibus, & cum eo quod accidit eis de isto calore. & coniūctum in membro de istis duobus caloribus supradictis, istud est sua forma, cū qua agit, & patitur. Et ab hinc potes cognoscere dominationem cordis super omnia alia mēbra: quia tu vides ꝙ ipsum sufficiēs est ex se, et alia indigēt eo. Et similiter cerebrū est in hunc modū super mēbra, in quibus dominatur. ergo mēbra simplicia nō fuerunt inuenta nisi propter cōposita, & composita sunt inuenta propter istum calorem, qui est missus a corde, & iste calor stat in eis loco formae. & per istam collectionem fiūt actiones & passiones, quę sunt propriae in quolibet mēbro. Sed si sufficit iste calor in faciendo hoc, aut sine hoc est alia virtus stās isti calori loco formę, ista non est res, quā Medicus habeat inquirere, sed dimissa nobis, Et dicemus breuiter ꝙ hic sunt alię virtutes pręter formas cōplexionales,

quæ vocantur animæ. Et istud est conueniens anticipare in paucis verbis, antequam tractemus de actionibus & passionibus cuiuslibet membrorum, & narrare quot sunt illæ species, & postea reuertamur ad inquirendum rem, cui appropriatur quodlibet membrorum. & istud erit, quando cognouerimus in primis virtutes, a quibus veniunt operationes. Et scias ꝙ genera operationum sunt notiora quo ad nos quam virtutes, & virtutes apud naturam notiores. Et ideo dicimus, quod Physici & Medici, quando speculantur in operationibus, dicunt quod virtutes, quæ sunt in homine, sunt tres, aut virtus naturalis, aut vitalis, aut animalis. Virtutes naturales apud eos sunt, cum quibus fit nutrimentũ, augmentum, & generatio. Et virtutes vitales apud eos sunt virtutes pulsatiles, quæ sunt in corde, & habent dilatare & constringere, inspirando & respirando. & virtus motiua quæ est in corde, quæ vocatur electiua, per quam mouetur animal ad appetendum rem vel fugiendum ab ea. Et virtutes animales apud eos sunt quinque virtutes sensuum, scilicet tactus, & gustus, & odoratus, & auditus, & visus, & etiam virtus motiua in loco, & virtus imaginatiua, & æstimatiua, & cogitatiua, & conseruatiua, & reminiscibilis. Et ista est diuisio, qua vsi sunt Medici in diuidendo virtutes animæ. & quamuis non sit conueniens, parum tibi potest nocere in hac arte. Sed conueniens omnino est illa, quæ fit secundũ motũ naturalem. ideo quod manifestum est ꝙ istæ operationes non possunt appropriari quatuor qualitatibus solum, sed etiam virtutibus additis super eas, quę vocantur animæ. Et postquam inuestigati sunt super istas operationes, quæ vocantur animæ, dicunt ꝙ quædam sunt operationes quæ appropriantur plantæ, quæ habet tres virtutes supradictas, scilicet nutritiuam: & post illam, crescitiuam, & ista est finis nutritiuæ: & post illam, generatiuam, & ista est, quasi finis crescitiuæ. Et est declaratum ibi ꝙ ipsæ sunt animæ: ideo quia sunt organicæ, & quia non sunt virtutes naturales. quod si ipsi non appellauerunt eas naturales, nisi largo modo, istud esset veritas, si ipsi crederent ꝙ ipsa esset anima secundum relationem, aut secundum operationem. Sed si ipsi credunt quod ipsa in sui essentia sit virtus propria solum, istud est error. & significat super opinionem eorum quod ita est, quia nos videmus quod Gal. in vno suorum librorum assimilat ipsam adamanti, & venit ad diuidendum eam. Sed virtus pulsatiua est de necessitate cibatiua virtus, & diuisiua, & princeps. quia cum ipsa cordat calores alijs membris: & est sicut seruiens virtuti principali cibatiuæ quia cum ipsa conseruatur. Et ideo non est conueniens ponere illam vnam virtutem per se ab alijs virtutibus: ideo, quia est ista virtus animæ nutritiuæ, sicut aliæ quinque suæ virtutes, sicut attractiua, retentiua, & digestiua, & expulsiua, & discretiua: quamuis virtus pulsatilis approprietur plus vitæ propter multum calorẽ, qui est cum ea. Et quidam sunt, qui appellant plantam in ista virtute hayguam, scilicet vegetatiuam. Et forsitan Medici non vocauerunt istam virtutem euentationis vitalem nisi propter hoc quod appropriatur plus vitæ, quamuis sit de genere nutritiuæ, sicut diximus. Sed eorum diuisio, per quam diuidunt virtutes animales ad sensum, & ad virtutem motiuam in loco, & imaginatiuam, & rationalem, & conseruatiuam, & reminiscibilem, est omnino vera: saluo quod virtus motiua in loco non est aliud plus quam elenosoia, scilicet virtus motiua voluntarie, quando concordatur cum ea imaginatio, & consimilium. & ita est declaratum in libro de Anima. Et ipsi numerant virtutem motiuam voluntarie in numero vitalium, & ponunt motiuam in loco aliam speciem. & istud non est conueniens, quia non est nisi virtus nutritiua, & crescitiua, & sensitiua, & generatiua, & imaginatiua, & appetiua & rationalis, & motiua, & lactatiua ex istis, sicut est æstimatio, aut cogitatiua, & conseruatiua, & reminiscibilis. Et iam est hic dictum quod virtus rationalis est magis spiritualis quam imaginatiua: quia perfectio virtutis rationalis est apprehensio rerum vniuersalium, sicut potest intelligi a Philosopho in tertia particula primæ summæ Physicorum, & in primo Posteriorum: quamuis intelligatur contrarium circa finem primi libri Physicorum. Et qui habebit necesse soluere ista dubia, requirat in locis illis. Et quia res vniuersales, quæ sunt apprehẽsiones virtutis ratio-

Quinque virtutes aïales īteriores. sed infra de mẽte ꝓpria ponit tres tm̃. sed prīa primi doc. 6. c. 5. ponuntur quinque, & tres tantũ a Medico cõsiderandæ. Contra Medicos.

Quinque virtutes naturales. idē ī fine sequentis capituli. Contra Medicos.

D

E

F

A nalis, habet particularia, necesse est inuenire in homine virtutem, quæ apprehēdat essentiam illorum particularium contentorum sub vniuersalibus, & virtutem aliam recordantem ista particularia, quæ sunt comprehensa a virtute propria eorum aprehensioni. Et ideo, quia ista virtus apprehensiua particularium non apprehendit ea nisi habitudinibus imaginatis, fuerunt de necessitate tres virtutes, s. æstimatiua, quæ apprehendit essentiam particularium: & reminiscibilis impressionis æstimatæ: & imaginatiua, a qua apprehendit æstimatiuam suā impressionem, sicut seruientes virtuti rationali: ideo quia seruiens præparat seruito ea quę sunt sibi necessaria, aut studet in aliqua rerum appropiatarum seruito. Et manifestum est, ꝙ virtus imaginatiua præparat virtuti rationali ea, quę non sunt apprehensa, sicut est manifestum ꝙ duæ apprehensiones, scilicet scilicet ęstimatiua, & conseruatiua appropriantur apprehēsioni virtutis rationalis. & quando remouentur res vniuersales a virtute rationali; & virtus reminiscibilis facit recordari essentię particularis, & cognoscit illā virtus æstimatiua, & tunc inuenit virtus imaginatiua habitudinem illius essentiæ particularis, quę est recordata a reminiscibili, & cognita ab æstimatiua, & quando imaginatiua iam venit super suam habitudinem, tunc virtus rationalis reducet ad se illud, quod erat priuatum ab ea: ergo istę tres virtutes ex hac parte sunt ministrantes virtuti rationali, & ministrans est lactans. ecce, quia sunt lactantes ex hac parte, sicut dictum est. Et ista verba sunt dimittenda hic, secundum ꝙ stant, &
B recuperanda a Naturali, quamuis non sit necessarium arti Medicorū scire hoc, nisi per modum electionis melioramenti. Sed est sufficiens Medico in istis rebus cognoscere complexionem, cui appropriatur vnaquęque istarum virtutum, conseruando ipsam, si esset præsens, & restaurando ipsam, si esset deperdita. ideo quia sufficiens est ei in hac arte venire a cognitione formæ complexionalis ad formam spiritualem: sicut est sufficiens ei venire a cognitione materię ad cognitionem quatuor humorum, & membrorum.

Virtutes animales interiores sunt tres. Idē clarius infra. c. 20. & 3. huius, c. 40.

De iuuamentis membrorum consimilium. *Cap. VIII.*

Sed cum quieuit res super locum suum positum in hac arte, tunc erit manifestum ꝙ omnia membra non sunt inuenta, nisi propter has virtutes, & istæ virtutes propter has suas actiones. ergo non est inuentum in corpore aliquod membrorum, nisi propter aliquam actionē istarum virtutum, aut passionem earum. Ideo est nobis necessarium inquirere actiones & passiones membrorum, & complexionem cui appropriantur: & cognoscētes illud, cognoscimus sanitatem cuiuslibet membri per suas finales causas prędictas in hac arte: ideo quia iam cognouimus eam per causam materialem & formalem. Sed
C causam efficientem non est necesse nobis hic narrare: ideo quia iam est separata: saluo si ibi esset res, quæ staret loco efficientis in statu conseruante. Et inciciemus a iuuamento membrorum simplicium, et dicemus ꝙ res, quam diximus, quę est necessaria per aliam, est duobus modis. Vnus est, vt sit essentia primæ necessaria essentiæ vltimę, sicut fuit intentio essentiæ consimilium necessaria propter intentionem essentiæ officialium. Alius est, vt non sit ex necessitate: sed est, quia meliora sunt duo quam vnum, & significat nobilitatem in agente & patiente: sicut oculus, qui non est inuentus nisi propter necessitatem videndi: sed natura duplauit eos propter melioramentum duplationis, sicut nos declarare debemus. Sed nos non recordabimur istorum iuuamentorum nisi illius, quod erit magis necessarium.

De membris simplicibus quædam sunt ossa, & similia ipsis, sicut chartilagines, & vngues, quędam sunt nerui, lacerti, ligamēta, panniculi, chordæ, cerebrū, & ossa sua, & nucha, & caro, & sepum, & his similia; & pili, & cutis, & sanguis, & phlegma, & cholera, & melancholia, & spiritus. Sed ossium autem iuuamentum ipsorum est ad fortificandum & stabiliendum, & in summa, ipsa sunt sicut fundamentum totius corporis. Et iuuamentum secundum est ad defendendum & abscondendum, sicut ossa capitis, & ossa pectoris. Sed multitudo eo-



rum in corpore fuit propter motus particulares, & multos: quia manus non posset moueri per se, nisi esset discontinuata ab osse brachij cum cõtiguitate amborum ossium, scilicet manus & brachij. & ita est in quolibet membrorum nodatilium mobilium discontinuatorum. Iuuamentum tertium est, vt possit fieri resolutio superfluitatum vaporosarum, sicut sunt commissurę, quæ sunt in osse capitis. Et potest esse ꝙ sunt & alia iuuamenta: ideo ꝙ si eueniret aliqua læsio alicui ossium, non transiret ad aliud os alterius membri, quia discontinuatum est ab illo. Item fuit necessitas multorum ossium propter diuersitatem figuræ eorum, & qualitates secundum illud, propter quod ordinata sunt, & propter paruitatem & magnitudinem eorum. Sed diuersitas in paruitate & magnitudine est sicut ossa parua, quę sunt in digitis, & ossa cruris, & coxę. Sed diuersitas in figura est sicut os, quod de necessitate habet esse forte. & graue fuit factum durum & clausum. & illud, in quo fuit intentio vt esset leue, fuit factum durum & perforatum in qualitate. & illud, quod habet de necessitate esse coniunctum cũ carne, fuit factum tenerum, sicut chartilagines, & similia. & ista iuuamenta sunt nota per se. & homo potest cognoscere maiorem partem per seipsum, vel ab eo, qui aliquantulum studuerit in cognoscendo. Sed vngues fuerunt facti propter duo iuuamenta. Vnum, quod est commune, & est propter conseruationem extremitatum digitorum, sicut ponitur ferrum in postremo hastæ lanceę. Secundum est propter sustentamentum carnis digiti, quando capit aliquid. Et istud iuuamentum est magis proprium in vnguibus manuum, quam in vnguibus pedum. sed primum iuuamentum communicat homini & alijs animalibus. In iuuamentis neruorum cadunt multa dubia. Gale. sentit ꝙ iuuamentum eorum est ad ferendum sensum, & motum voluntarium omnibus membris. Sed quod apparet a sententia Aristotelis est, ꝙ non sit factus neruus nisi ad temperãdum calorem intrinsecum, ad hoc vt det virtutem sentiendi. & hęc opinio sequitur plus iuuamento cerebri. Sed si est instrumentum motus voluntarij, in hoc cadit speculatio. Et confirmatio Gal. quod sensus & motus sint a neruis, est, eo ꝙ remoto neruo remouetur sensus & motus. & hoc non est per viam demonstratiuam. & iam disputauimus hoc in libris Logicalibus. Sed apparet quod iuuamentum nerui est de genere iuuamenti cerebri. & apparet manifeste ꝙ nascitur ab eo, & ꝙ non sint fixi in eo, sicut dixit Galenus.

Secundo de Parti. aĩaliũ cap. 8. & in Paraphrasi Auerr. opp. 2. de Aĩa. 7. & c. 116. vide. 3. de Natura aĩali. c. 5. qđ Auer. nõ nouit neruos dissemi-natos, Tertio đ Locis affectis. 6. opposi. 3. de Natura aĩa-lium, c. 5.

Et ligamentorum iuuamentum, & chordarum ad motum voluntarium est apparens ad oculum. Et panniculi fuerunt facti propter abscondere & defendere, & etiam vt sustineant membra, quę sunt suspensa, et retineant ea: quãuis hoc iuuamentum sit magis proprium ligamentis. Et iuuamentum panniculi positi supra ventrem est de specie huius iuuamenti, eo ꝙ prohibet intestina egredi de proprijs locis, sicut accidit herniosis. Sed venarum duę sunt partes. Vna est arterię, quę portant spiritum, & sanguinem a corde. & istę sine dubio fuerunt factæ propter hoc, & fuerunt ramificatę & partitę per totum corpus, ad ferendũ rem istam, aut spiritum solum, aut spiritum, & sanguinem simul. Alia est non pulsatilis, in quibus non est spiritus sensibiliter. nisi nos induceret ad hoc vnum dictum simile dicto, quod dicit Galenus in hepate, quia dicit, ꝙ est fons spiritus naturalis, quem diximus non esse nisi propter virtutem nutritiuam.

Sed quod apparet ex iuuamento istarum venarum, est. quia factę sunt ad diuidendum sanguinem coctum in hepate per alia membra: & propterea fuerunt ramificatę sicut arterię. Hic scire debes ꝙ Aristoteles vult, ꝙ cibus & nutrimentum omnium membrorum fiat ex duobus sanguinibus mixtis insimul: & sanguis qui est in uenis non pulsatilibus, & in hepate est sicut materia sanguini missо per arterias cordis: & ꝙ sanguis arteriarum est sicut forma sanguinis. & hoc est, quia dat eidem complementum, & coctionem, & facit ipsum cibum propinquum actui. Et Galenus sentit ꝙ sanguis. qui prouenit ab hepate per venas ad membra, est cibus propinquus per se. Et probatio quidem Philosophi in hoc est hęc, quod sanguis, vt est sanguis, est conueniens vt sit cibus membris: & omne, quod nutrit, debet euenire membris: & duo sanguines, vt sit cibus membris, veniunt eis: ergo membra debent nutriri ex eis. Et propterea ꝙ vnus

Sanguis venalis, et arterialis sunt cibus mẽbrorũ. idẽ. 8. de Natura aĩaliũ. c. 1. & 3. de Par. c. 5. & 4. eiusdẽ, c. 4. & 1. de

A eorum est crudus, & alter coctus, crudus conuenientior est vt approprietur materię, & coctus formę. ergo debet esse comparatio cocti ad crudum, sicut formæ ad materiam. & hoc est declaratum bene in lib. de Animalibus. Et ex verbis Gale. apparet ꝙ idem asserit, ꝙ membra superiora cibantur a sanguine arteriali, quando præcipit incidi arterias in passione hemicranea, & in epilepsia perseuerante. & vtinam ego scirem quid prohibet eum credere, ꝙ iste sanguis arterialis non nutrit alias partes corporis. Sed cerebri medullę sunt duę species. vna est, quę stat in olla capitis. & istud sine dubio est materia spiritus, cum quo fiunt sensus. sed medulla, quę est in ossibus, est superfluitas cibi eorum. Et ossa solida non habent medullam, quia non sunt perforata. Et nomen medullę dicitur æquiuoce ad hanc medullam, & ad eam, quę est in olla, & non nominamus eam medullam, nisi quia sic a vulgo nominatur. Sed medulla, quę est in ossibus, est superfluitas penitus. & hęc est substantia temperata. Sed natura nuchę est de natura cerebri, & iuuamenta eorum sunt eadem. & adhuc exponam differentiam, quę est inter ea, qñ narrabo iuuamenta membrorum officialium. Sed carnis duę sunt species, sicut dictum est, & Arist. dicit super has duas, quia sunt instrumenta sensus tactus, proprie stantia cum eo, sicut stat oculus cum visu. & demonstrat hoc, quia sensus simplex non inuenitur nisi a corpore simplici, &
B ꝙ neruus est seruitor carnis in hac apprehensione ad temperãdum spiritum sensus, qui mittitur a corde. & ista fundamenta necesse est vt Medicus a nobis recipiat. & nos dicimus de sensu & motu, ꝙ vna ex rebus, a qua est eorum permanentia, sunt cerebrum & nerui. Sed vna species carnis, quam Gale. vocat musculosam, est vnum ex membris officialibus, & in illo est virtus primi motoris. Propterea ꝙ istud est illud, quod mouetur ex se per hanc virtutem, & non mouetur per aliud membrum, quod ipsum moueat. quia, si per aliud moueretur, hoc induceret nos ad inueniendum corpus aliud, quod mouebitur ex se. alias res duceretur in infinitum, quia nullum corpus mouet nisi moueatur. & est necesse, ꝙ res quiescat apud primum, quod mouetur a motore immobili. & hoc probatum est in Naturali Philosophia. Et hæc species carnis apud Gal. est instrumentum motus localis. & loquemur de ea, quando loquemur de membris officialibus. Sed caro spongiosa inguinum, & subascellarum est facta propter expulsionem seperfluitatum. Et non est multum longinquum ad credendũ, ꝙ multa ex carne non sit facta nisi ad implendũ loca vacua, & ad defendendũ. Et in summa istud est simplex membrum, in quo communicant omnia animalia, sicut cor est membrum officiale, in quo communicant omnia animalia. Et sanguis manifestum est, ꝙ non fuit factus nisi propter vnam duarum rerum: aut propter dandum nutrimentum, sicut sanguis qui est in hepate, & in venis, quas opinãtur Medici vt
C nascantur ab hepate: aut vt sit vehiculum spiritus, & caloris, & iste est sanguis arterialis. Phlegma est sanguis indigestus: & propterea debet dici superfluitas sanguinea, hoc est superfluitas diminuta vt sit sanguis, non superfluitas, cuius separatione a sanguine remaneat sanguis completus, sicut a cholera, & melancholia. ergo si ita est, esse phlegmatis fuit in corpore de necessitate: hoc est ꝙ impossibile est cibum conuerti, nisi ex eo generentur superfluitates phlegmaticæ. Et potest etiam cum hoc, ꝙ sunt in ipso alia iuuamenta, quia humectat membra, & adaptat ea ad cibandum, & quasi est sicut cibus pręparatus eis, quando cibus tardatur eis. Sed melancholia, & cholera sunt primo & per se in corpore propter necessitatẽ: quia cibus chylosus, qui vadit de stomacho ad hepar non posset digeri, nec esse sanguis, nisi separentur ab eo istę duę superfluitates. sicut mustum non potest esse vinum, nisi separentur ab eo duę superfluitates, vna grossa & terrestris, & alia subtilis. Et propterea ordinauit natura eis propria membra. & nõ fecit sic phlegmati. quia istę duę superfluitates non habent aptitudinem, vt possit esse ex eis aliqua pars membri aliquo modo: quod in phlegmate bene potest esse. Et apparet etiam cum hoc, ꝙ natura non præparauit istas, vt essent instrumentum seruiens virtuti nutritiuæ per viam electionis boni. quia bursa fellis habet vnum meatum ramificatum, qui aduenit intestinis superioribus, & partibus infimis stomachi, & in aliquibus hominibus tangit stomachum, & facit

Gener. c. 19. & 2. eiusdẽ c. 5. et Auer. in paraphra li. 3. de Par. c. de corde. & 2. de Genera. aĩaliũ. c. 3. & in fine quarti libri eius.

Natura nuchę ẽ de natura cerebri idẽ. 3. ꝺ ali. c. 9. Oppo. videtur. 2. de Par. c. 7. et. 1. cõplo. nũ. 2. Vide. Cõcilia. differẽtia. 25.

idem opus, quod facit in intestinis: quia bursa fellis mandat per hunc meatum intestinis partem cholerae, quae moueat ea ad expellendum superfluitates, & facit quasi abstersionem. Et similiter splen habet vnum meatum, qui tangit os stomachi, & mittit ei partem paruam melancholiae ad pungendum illud, & ad mouendum appetitum cibi: quia ista operatio prouenit a rebus acetosis. & multa verba dicta sunt in alijs libris: sed non expectes ex me, vt laborem ad narrandum ea. Sepi vtilitas in corpore fuit, vt calefaceret, sicut cirbum, diaphragma. Et sepū est superfluitas sanguinis cocti, a quo cibata sunt membra. Et propter hoc, qñ est in corpore temperate, significat magnam sanitatem: quia significat super bonitatem nutrimenti. & qñ non inuenitur in corpore, significat ꝙ non est bona digestio: quia non est superfluitas, quae venit a bona digestione, hoc est calida & humida. Et necessarium illud est ad implendum vacuitates etiam mēbrorum. sed quando multiplicatur in corpore, significat super malam dispositionem. quia multitudo materiae nutritiuę, quę est sanguis, est conuersa in sepum: & tunc infrigidantur membra & moriuntur, quia in hac superfluitate non est sensus, & perduntur membra sensibilia, quando multiplicatur super ea. Pilorū capitis, superciliorum, & palpebrarum iuuamentum est vt defendant. & hoc est manifestum. quia videmus ꝙ pili capitis defendunt cerebrum a frigore, & calore: & superciliorum, & palpebrarum adiuuant ad defendendum oculos a rebus extrinsecis. Sed pili subascellarum, & pedum, & multi alij, qui sunt superficie corporis, quod apparet ex eis plus est ex necessitate materię: eo ꝙ generatur pilus ab vno vapore fumoso adusto secundum Gal. Et hoc indiget speculatione. quia videtur ꝙ pilus sit corpus extendibile, siccum, & tale est superfluitas cibi sicci; quando nimis coquitur, durante in illo admixtione pinguedinis. ergo non est ille vapor, cuius sit aggregatio partis supra partem: sed est corpus continuū fortis continuationis, extensiuum, crescens in longitudine. Et mihi videtur ꝙ natura adducit istum vaporem, vt sit materia pili, ad hoc vt pilus trahat illam malam materiam ex corpore ad mudificandum ipsum per hoc, sicut tu vides ꝙ similiter artificialiter faciunt laboratores terrę, qui quando volunt vt ipsa fructificet, seminant semina, quę habent attrahere partem terrestrem adustam. & per hunc modum potest esse vt sit iuuamentum corpori. Sed cutis videtur esse propter defendere, & abscondere, & stat foris, sicut sunt coopertur ę membris intrinsecis. Et spiritus sunt propinqua instrumenta virtutis regitiuę corporis. & sic dicendum est ꝙ ministratur a quatuor virtutibus, aut quinque, hoc est attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua, & discretiua. Et adhuc est inuenta alia virtus, quę communicat toti corpori, quę regitiua nuncupatur, & quę sit, & vnde sit multa dicenda sunt. & postea disputabimus. quicquid sit, ab anima est. propterea priuatio eius est subita mors necessario.

Cōtra Gal.

Quinq; sunt virtutes ministrantes. Idē. 3. huius. 16. & c. sequēti ī fine. Opp. 2. tra. 1. capi. 6.

De iuuamentis membrorum officialium, quae sunt instrumenta virtutis nutritiuae. *Cap. IX.*

ET postquam narrauimus iuuamenta membrorum simplicium, narrandum est iuuamentum membrorum officialium, & vniuscuiusque partis ipsorum. Et hoc faciemus breuiter, exceptis casibus, in quibus prolongādi sunt sermones illis, q nobis sunt similes. Et eligemus ex his, quod manifestum est, & quod opinatur esse magis necessarium in hac arte: & incipiemus a membris, quę sunt instrumenta virtutis nutritiuę. quia haec est virtus necessaria prima nostro esse: & propterea fuit corruptio suarū operationum mors. Et dicimus, secundum ꝙ testificantur sensus, ꝙ membra disposita ad faciendas operationes istius virtutis sunt stomachus, & sui ministri, sicut os, & instrumenta eius, & oesophagus: & post hęc intestina, & hepar, et venę, & renes, & splen, & sacculus fellis, & vesica. Primum iuuamentum oris est masticatio cibi. & propterea fuerunt positi dentes, vt faciant ad hoc conueniens praeparamentum dentes quidem anteriores, vt incidant: maxillares, vt frangant: molares, vt mo-

A lant. Et scias, ꝙ in ore est aliquantula digestio: & homo, quem tu scis, appellat eam alio nomine. Oesophagus est meatus, per quem transit cibus ab ore ad os stomachi, & operatio sua non est nisi in duabus virtutibus, quæ sunt lactantes virtutem nutritiuam, hoc est attractiua & expulsiua: quia est necesse attrahere ab ore, & expellere ad stomachum. & quando ista operatio perditur, moritur homo fame. Et instrumentum seruiens naturę in his duabus operationibus, necesse est vt varietur. Et apparet per anatomiam, ꝙ œsophagus est compositus ex duabus tunicis: vna quę est secundum latitudinem, & alia, quæ est secundum longitudinem. & ista, quę procedit secundum longitudinem, quando colligitur, & constringitur, & ascendit ad epiglottidem, tunc fit attractio. & illa, quę vadit in latitudine, facit expulsionem, quando aggregatur, & amplectitur cibū: sicut vola manus aggregat se super res humidas, & constrigendo eas expellit. Manifestum est, ꝙ stomachus est locus digestionis missi cibi eidem ab ore, conuertendo illum in chylum: quia non potest conuertere ipsum in sanguinem. Et hoc apparet ab eo, quod ministri sui in hoc opere sunt quatuor virtutes particulares supradictę. Sed digestio est magis manifesta in tunica carnosa, propter calorem, qui est in ea plus, & propter illud, quod ei aduenit ex arterijs, & venis, quę ei adducunt calorem: & etiam est suppositus hepati, ita ꝙ ipsum calefacit, quia hepar est ei circa positum a latere dextro: & splen est ei circa positus

B in latere sinistro, qui dat calorem. Sed attractio cibi, quam facit œsophagus, & meri, fit per tunicam villorum longitudinalium, & adiuuat ipsum in hoc, qđ est in eo de tunica diametrali angulari. Et * receptio, & expulsio fiunt per tunicam, quę procedit per latitudinem. ideo quia quando recipit cibum, illa tunica aggregatur super ipsum ab omni parte, quousq; completur digestio; & digestione facta aggregantur omnes suę partes superiores super eam, & premunt eam inferius, & est expulsio per hanc tunicam, quæ vadit per latitudinē: & habet duas operationes contrarias, hoc est expulsionem inferius, quando est facta digestio: vel superius per vomitum. Sed operatio virtutis discretiuę non est multum manifesta in stomacho: nisi diceremus ꝙ stomachus nutriretur ex chylo, quia desyderaret cibum, & aggregaretur super ipsum, quod fit in eo. & opinio affirmat hoc. Quod si non diceremus, ꝙ stomachus nutritur ex chylo,* quare desyderaret cibum, & aggregaretur super ipsum, et cessaret fames, quando comedimus? Et si contingat ꝙ vnum membrum seruiat alteri, seipsum obliuioni non tradit: ergo recipit nutrimentum, & vtilitatem ex eo. Et accidit vt aliqui ex nostris socijs dubitent ex hoc: quia membra ex chylo non debent nutriri, nisi postquam conuersus fuerit in sanguinem, & non est adhuc conuersus in sanguinem in stomacho. Ergo dicamus ꝙ stomachus nutritur ab eo ex modica re,

C quę plus assimilatur qualitati quam quantitati. & testificatur ex hoc, ꝙ subito quiescit fames, cum comedimus, sicut subito quiescit sitis, cum bibimus. Et adhuc non est inconueniens, ꝙ in eo sit aliqua pars subtilis, quę nutriatur cito per aliquam humiditatem, quamuis non sit sanguinea. quia tu vides multa animalia, q̄ nutriuntur. licet non habeant sanguinem. Et digestio fit in eo per caliditatem et humiditatem primo, & secundario fit per aggregationem, quam facit stomachus super cibum, & quia ipsum amplectitur. Et propterea tunc, quanto stomachus in animalibus est grossior & durior, tanto fortior digestio fit. & hoc apparet in stomachis volucrum. Et propterea voluerunt quidam Antiquorum ꝙ digestio fiat propter costrictionem aggregationis. & opinantur ꝙ stomachi volucrum prosint stomacho, sicut sunt stomachi gallinarum & perdicum, quia hoc membrum non fuit positum in eis durum & forte, nisi propterea quia non habent dētes molares. Sed intestina etiam videntur esse instrumenta nutrimenti: quia ipsa non fuerunt facta principaliter, nisi vt transeat per ea digestus cibus in stomacho per foramen, quod appellatur porta. Propterea cum facta est digestio in stomacho, aperitur locus iste, & mittitur cibus ad intestina; & interim hepar trahit ab illis succositatem chyli per venas, quæ attingunt istud. & quando compleuerit operationes, tunc expellunt intestina superfluitates inferius: & illa est superfluitas sicca, ergo vtilitas intestinorum est bina. Prima, quia sunt via, per

*a. l. retētio.

* a. l. qn̄ desideraret, & aggregaret sup ipsum, nō esset virtus discretiua, vel eius opatio multum manifesta in eo.

Argumentū contra se.

Prima respōsio.

Secunda responsio.

Vtilitas bina intestinorum.

quam cibus vadit ab illis ad hepar. Secunda propter expulsionem superfluitatis siccę. Et virtus in illis manifestior est expulsiua. & propterea fuerunt ambę suę tunicę euntes per latitudinem. Sed virtus attractatiua non est manifesta in eis, propterea non habuerunt tunicam vnam in longitudine. & ipsis est virtus digestiua: quia eorum complexio est propinqua complexioni substantię stomachi. Sed illa intestina non habuerunt multam reuolutionem, nisi vt moraretur in eis cibus, donec hepar traxisset ab eis, quod necessarium erat. Et propterea dicit Arist. ꝙ animalia habentia paucam reuolutionē in intestinis, sunt gulosa. Et habuerunt duas tunicas, vt essent fortia: quia sunt via superfluitatum. & etiam quia operatio virtutis expulsiuę in hoc est fortior. Manifestum est in hepate, ꝙ est immutatiuum cibi ad conuertendum ipsum in sanguinē: & postea mittit ipsum ad omnia membra. Et propter dominationem, quam facit super omnia membra nutritiua, opinabatur Gale. ꝙ esset penitus in virtute nutritiua princeps. & ipse nesciuit, ꝙ postremum nutrimentū est in corde: & in eo prima virtus nutritiua est princeps. Et apparet de hoc membro, ꝙ habet quinq; virtutes dictas, hoc est digestiuam, quando facit sanguinem, retentiuam tempore digestionis, attractiuā quando trahit chylum ab intestinis, discretiuam quando diuidit et cognoscit tres superfluitates: hoc est superfluitas aquosa, quam trahunt renes: cholerica, quam trahit bursa fellis: melancholia, quam trahit splen. Et inueniri virtutem expulsiuam affinem virtuti attractiuę, magnum dubium est. & hic non est locus suę solutionis. Et debes scire ꝙ istę quatuor virtutes aut quinque non sunt separatæ abinuicem, sed sunt sicut multi operarij super vnum opus: & sunt virtutes, quæ sunt sicut instrumenta vni virtuti, quæ facit nutrimentum, & facit ei cum istis quatuor virtutibus in quolibet membro. & illę in toto corpore datę sunt propter necessitatem vnius virtutis intrinsecę, quę est in vnoquoque membro. et hoc est virtus nutritiua principalis. Deinceps contemplandum est, si ista principalis virtus est propria in hoc membro ad hoc vt sit ipsum solum princeps membrorum istius virtutis: aut illic est aliud mēbrum, quod sit princeps ad ipsum in hoc opere. super hoc est multum necesse disputare. Et dicimus, iam apparet per hoc, quod declaratum est in Naturali philosophia, ꝙ ista virtus non facit nisi vnam partem membri nutritij & ꝙ membra sunt composita ex elementis; & ꝙ compositum ex elementis non est compositum, nisi per modum temperantię complexionis: & complexio fit per modum decoctionis: & decoctio per modum caloris: ergo necesse est, ꝙ instrumētum istius virtutis sit principium fortis caloris: quia non est differentia inter illam rem, quę est nobis necessaria ad esse partis, vel esse totius. & si ita est, ergo de necessitate iste calor est in hepate, & in alijs instrumentis nutritiuę. Et si ita est, sicut dicit Gale. ꝙ non lucrata sint alia membra, quę habent hanc virtutem istum calorem, cum quo agunt suas operationes, nisi a calore hepatis: ergo hepar certe est princeps ipsorū membrorum: quia nō completur eis hoc opus nisi per ipsum, & ipsum complet opera sua per se. & tale membrum, quale est istud, est dignius vt vocetur princeps. & ista est dominatio, quam dixerunt tantum authores ipsum per se habere. Et propterea de recto re agricultorum dixerunt ꝙ sit princeps eorum: propterea quia seruitia eorum non complentur, nisi ex regimine ipsius, & opus illius completur per ipsum. & hoc est in omni specie dn̄ationis. Dico ergo, vtinam ego scirem, si possibile est, a Galeno, & alijs qui sequuntur suam sententiam, vt dicant ꝙ hepar est sufficiens per se in ista operatione, ipso concedente cum eis, ꝙ multę arterię veniāt hepati a corde, quę adducunt eidem multū calorem, ꝙ si hepar est sufficiens sibi in hac operatione: ergo calor iste est in vanum, & sine aliqua causa. Et si dixerint ꝙ iste calor non det hepati, nisi virtutem vitalem: Dicemus, quid est virtus vitalis, quę est in membris? est ne alia virtus, ꝗ virtus nutritiua aut sensibilis? & nec nomen vitę intelligitur, nisi super has duas, licet accidat vt nomen vitæ attribuatur magis sensibili. & hoc est contrarium ei quod intelligitur ex verbis hominis, quem scis. Nec aliud certificatum est ex istis virtutibus, nisi propter earum operationes; nec sunt hic aliæ operationes, nisi istę duę, hoc est nutribilis, & sensitiua. Si responderent, ꝙ virtus pulsatilis in corde est tertia virtus; &

Galeni opinio, de hepatis principatu in nutritiua virtute.

Cōtra Gal.

Responsio.

Replica.

Responsio.

A illa dicitur virtus per se: Respondemus quamuis nos concederemus vobis hoc, cor tamen dat hepati virtutem pulsatilem: quia manifestum est ꝙ venę hepatis non sunt pulsatiles. Deinceps apparet ꝙ virtutes pulsatiles sunt proprię cordi, & ista virtus est propria sua dominatio: & quando dominationem habet cor cũ hac virtute, quia cum hac virtute dat & partitur virtutem omnibuss membris, quoniam dat & partitur eis calorem naturalem, cum hoc ipsum habet conseruationem sibi per modum flabellationis. & cum ista virtus videlicet pulsatilis, sit illa, cum qua cor dat alijs membris primum nutrimentum, dando & partiendo eis omnes alias virtutes: ergo ipsum debet appropriari de necessitate isti virtuti, hoc est nutritiuę a latere, ꝙ nutrimentum cordiale, ꝙ ipsum est instrumentũ, cum quo laborat ista virtus in dando nutrimentũ. Et si esset alia virtus hic prę- ter istam virtutem nutritiuam, daret alijs mẽbris. quia impossibile est esse in aliquo membro virtutem contrariam in specie alijs virtutibus, quę sunt in alijs mẽbris. & non inuenitur in alio mẽbro, nisi in ipso existẽte mẽbro principe: nec Galenus, nec alter medicus dicit hoc. Et si ita est, sicut diximus, & apparet ꝙ comparatio cordis ad hepar sit, sicut comparatio, quam ponit Galenus hepatis ad membra alta: ergo cor ex necessitate erit peinceps super hepar in hac virtute. quia hepar non est sufficiens in faciẽdo per se suam operationem, nisi propter calorem transmissum a corde temperatum in quantitate, & qualitate. Et est re- B firmatus iste sermo, vt cor sit de necessitate princeps virtutis nutritiuę, quod Galenus, nec alij ex anatomicis dixerunt nec crediderunt, ꝙ cordi veniret calor ab alio membro, sed est sufficiens per se, sicut conueniens est principi. Et ergo iam probaui tibi virtutem & calorem per viam doctrinę dissolutiuę. Et si tu videris ꝙ indiget cor hepate pp̄ pręparationem nutrimenti, non est propterea hepar dignum vocari princeps: sicut non est conueniens stomacho pp̄ pręparationem cibi vt vocetur princeps hepatis: nec ẽt bubulcus, qui pręparauit cibũ alijs bubulcis, vocabitur princeps. Postquam declaratum est, ꝙ cor est princeps virtutis nutritiuę: et apparet per anatomiã ꝙ non est in corpore vnum membrum, ad quod non veniant arteriæ a corde: ergo cor est dator virtutis nutritiuę omnibus alijs membris per viam, quam ego superius dixit tibi. & si ita non esset, arteriæ essent in vanum. Et adhuc non fuit visum vnquam per anatomiam, vt transiret sanguis ab eo per venas ad cor. Adhuc sanguis, qui est in venis, est sanguis imperfectus, et non est creatus in vehiculum spiritus, nisi sanguis arterialis. Et si diceret aliquis homo, ꝙ medicus nõ habeat necessariam hanc inquisitionẽ dico ꝙ habet multum necessariam. & hoc in futuro melius explanabo. Et qñ Galenus vituperauit Archigenem, quia curabat virtutem memorialem cum medicinis cordialibus, credendo ꝙ esset transmissa a corde: & dicebat, si credis ꝙ virtus memorialis sit in corde, quare non apponis ventosam super ipsum, & sit C intentio tua in medicando ipsum. Et ego dico ꝙ hęc est vna reprehensio, quæ est magis vituperabilis, quam verba Archigenis, secundũ ꝙ declaraui hucusq;, & declarabo deinceps: quia cor est princeps omnium membrorum. Et fuit locus eius in medio: quia hic est locus regis: ad hoc vt sit regimen huius proportionatum æqualiter omnibus suis circunferentijs, et etiam vt melius custodiatur. Et propterea fuit circũpositus panniculus grossus, vt circundaret ligamentũ suũ. Sed nutrimentum cordis est ex vena, quæ coniuncta est inter hepar & ipsum. Cooperimentum, quod fuit positum super auriculam cordis, fuit positum vt aperiatur interius, ad hoc vt sanguis posset ingredi ad ipsum, et postea clauderetur p̄fecte. Sed auricula, quę est in alio latere, hoc est auricula vene, quę prouenit ab ista camera ad pulmonem, secundum opinionem quorundam fert sanguinem ad nutriendum pulmonem: quia non sunt venę continuatę cum illo. Et cooperimenta, quę super hanc auriculam, ordinata fuerunt vt aperirentur extra, & non intus, ad hoc vt sanguis posset exire per eas ad pulmonem. Sed vni duarum auricularum, videlicet quę est in camera sinistra, hoc est os arterię magnę, non fuerunt ordinata tria coopertoria, vt aperirentur ab interiori parte ad extra, nisi vt iret sanguis & spiritus ad arterias & non rediret: & alia auricula, quę est in hoc latere, est os arteriæ venę, quæ venit ad pulmonẽ, & ab hac arteria fit euetatio

Replica.
Secunda replica.
Tertia rõ.
Rñsio tacitę obiectioni.
Rõ prima qđ cor ẽ princeps virtutis nutritiuę.
Rõ secũda.
Primaprimi doc. quinta, cap. primo, & p̃io tra. 11. cap. 2.
Ratio Gale. contra Philosophos.

cordis. & propterea fuerunt ordinata cooperimenta istius auriculę, vt aperirentur deforis ab intus. Sed quia splen non habet nisi duos meatus: vnus qui continuus est hepati, & alter cum stomacho: & in splene stat spissitudo sanguinis: opinatur ꝙ sit factus ad trahendum superfluitatem melancholicham hepatis. & videtur longinquum, vt sint duo hepata, quia non apparent in eo venę missę ad aliud membrum. Bursa fellis ordinata fuit ad trahendum superfluitatem cholericam ab hepate. Et renes etiam sunt membra seruientia hepati: quia attrahunt aquositatem, quę est in sanguine per venam magnam, quę venit a gibbositate hepatis. Sed vesica fuit ordinata ad trahendum superfluitatem aquosam a renibus, & coopertura quę est inter ipsam & renes similis cortici, quando humiditas trahitur ad eam, aperitur, & quando remanet, clauditur, ad hoc ne reuertatur ipsa superfluitas ad renes. Et scias & non tradas obliuioni, ꝙ vnumquodq; istorum membrorum, quę ordinata sunt ad trahēdum superfluitatem sanguinis, non trahunt, nisi quia sint sibi conuenientes in cibo: & etiam cum hoc faciunt iuuamenta, quę sunt necessaria. Et propterea in eis sunt de necessitate quinque uirtutes particulares, scilicet attractatiua, & retentiua, digestiua, discretiua, & expulsiua supradictę. Ista sunt omnia instrumenta nutrimenti. Et habes ꝙ digestiones, quę communicant omnibus memoris, sunt duę, videlicet digestio stomachi, & digestio hepatis: saluo ꝙ tu non ponas sanguini unam digestionem in venis; & si est, pauca est. Sed tertia digestio est, quę est propria oībus mēbris. D E

Tres tm̄ digestiones.

De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta virtutis generatiuæ, Cap. X.

ET postquam declaratum est, quę sint instrumenta virtutis nutritiuę, volumus declarare instrumenta virtutis generatiuę. Virtus enim augmentatiua non habet propria membra sibi: sed eadem membra, quę sunt virtutis nutritiuę, sunt et istius. Membrorum generationis quędam sunt, quę sunt propria fœminę, sicut vulua & mammillę, quędam sunt propria mari, sicut testiculi & virga. Sed testiculi fuerunt ordinati ad faciendum sperma. & ideo fuit caro eorum alba & spongiosa, sicut caro mammillarum. & ideo, quando cōuertitur sanguis, conuertitur ad similitudinem eorum, & faciunt ipsum album: sicut hepar conuertit chylum propter suam rubedinem ad ruborem, quia vis est agentis assimilare sibi patiens suum. Et debes scire ꝙ istud membrum non est sicut princeps virtutis generatiuæ: quamuis ipsa virtus sit in eo, sicut opinatur Galenus, quia illud non potest agere suam operationem per se, nisi per spiritum missum eidem a corde temperatum in quantitate & qualitate. Ideo apparet ꝙ virtus cordis, quę hunc calorem mensurat, vt possit facere suas operationes, sit principaliter generatiua; & virtus, quę est in hoc membro, est eius seruiens: & si habet aliquam prędominationem, illa est particularis. Sed testiculi, quos dicit Galenus fœminam habere, apparet ꝙ non habeant effectum in generatione: quia sperma mulierum, quod generatur in mulieribus, in generatione inuentionem non habet. Et si aliquis vellet dicere admirando: ergo facti sunt in vanum. Respondemus ꝙ nec in hominibus mammillę habent aliquam inuentionem in generatione, & tamen habent eas. ergo debes scire ꝙ aliquod iuuamentum est in vtrisq;. Et si tu dices, vnde apparet ꝙ sperma mulieris non habet aliquam inuentionem in generatione: dicendum ꝙ manifestatur sensu, & cognoscitur p argumentum per sensum. quia homo videt ꝙ mulier impregnetur, absq; eo ꝙ spermatizet. Et postquam legi libros Aristo. ego quæsiui a multis mulieribus de hoc, & responderunt ꝙ plures impregnatę fuerunt absq; spermatizatione: & ēt vidi quamplures ex istis impręgnatas, quæ fuerant a masculis violatę. Et vicina quædam mea, de cuius sacramento confidere multum bene poteramus, iurauit in anima sua ꝙ impręgnata fuerat subito in balneo lauelli aquę calidæ, in quo spermatizauerunt mali homines, cum essent balneati in illo balneo. Et ego perscrutatus fui vnum librum, quem fecit Auemcladis de spermate: & inueni eum, F

Testiculi nō sunt prīceps virtutis gignitiuæ.

Sperma mulieris nō ingreditur generationē. Idem in paraphrasi de Aīalibus.

Rō prima ab experimento.

Nota locū.

Hęc pars vſque ibi, Sed

D A eum, qui dicit ꝙ hoc possibile est esse. & reddit de hoc rationem plurimum mihi placentem: quia vulua trahit sperma propter vnam propriam virtutem, quam habet cum eo a tota specie: & ad hoc non est necessaria delectatio. o quam bene placet mihi. Sed illud, quod cognoscitur argumento naturali, est, ꝙ si sperma mulieris posset facere hanc operationem, quam facit hominis sperma: ergo generaret per se fœmina, & homo non esset necessarius. in quo nec esset opinandum, ꝙ hæc operatio diuidatur in illos in quantitate, hoc est vt sperma mulieris faciat aliqua membra, & sperma viri aliqua. quia quamuis membra sint multa, illa sunt vnum in vno principio, quod est in eis: & dator istius principij, quod est cor, ipsum est dator omniũ membrorum in potentia. & si esset sufficiẽs mulieris sperma in dando hoc principiũ: ergo sperma hominis non haberet etiam inuentionem in generatione. & similiter dico in spermate viri. Et si diceretur, quod aliquod istorum spermatum non facit hanc operationem, quousque non sunt mixta adinuicem, & adepta sunt aliam formam & aliam dispositionem: sicut non est sufficiens per se acceptum, & per se mel, vt fiat oximel, nisi quando sunt mixta simul. Respondemus, & confiteamur hoc, quod complexionem habent illa duo spermata: & istud, quod dat eis hanc formam, necesse est vt sit complens. & ista duo spermata sunt hic loco materiæ. & hic non est res, quæ

illud, in aliq bus exẽplarib' Hebreis non repitur.

Secũda rõ.

Responsio.

Impugnatio responsionis.

E B det formam, nisi virtus generatiua. & de necessitate est, ꝙ membrum, quod habet hanc complexionem, vel quod facit hanc complexionem, est membrum, in quo est virtus generatiua. Et secundum hanc opinionem esset necesse dicere, ꝙ virtus generatiua est in vulua. Et vtinam ego scirem, quæ necessitas est spermatis & sanguinis ad faciendum hanc operationem: quia sanguis est sufficiens ad faciendum omnia membra, quia ipsa nutriuntur ex eo. Et postquam ita est, & apparet impossibile, ꝙ sit operatio spermatis mulieris, & spermatis viri vnũ in specie: & etiam apparet prima fronte ꝙ mulier habet operationem in generatione: ergo conueniens est, ꝙ operatio vnius sit sine operatione alterius, & ꝙ sint ambo declinantes in eorum operationibus ad vnum finem, hoc est embryonis: ergo quodlibet eorum dat embryoni partem, per quam stat, vel est. Et istæ duæ partes sunt materia & forma: & vnum eorum est dator materiæ, & aliud est dator formæ. Et impossibile est vt fœmina det formam, & masculus materiã: ideo quia dator nutrimenti debet de necessitate esse dator materiæ, & fœmina est datrix nutrimenti. ergo debet esse datrix materiæ, & masculus dator formæ. & sic dixit Arist. Et postquam mulier non habet aliquid, de quo possit opinari, ꝙ sit materia, nisi sperma & sanguis menstruus: & est manifestum, ꝙ sperma est humiditas aquosa similis superfluitati: neque solum est simile superfluitati, sed pro certo est superfluitas: & impossibile est, ꝙ ex eo membra nutriri possunt;

Impugnatio secunda.

Tertia ratio ad principale.

F C quia si possibile esset, sufficientior esset sanguis: qa ex eo nutriuntur membra: quia non est differentia inter nutrimenti materiam & materiam essentiæ: quia nutrimentum est essentia in parte, & generatio esse est in toto, & materia totius & partis est idem. Et etiam hoc testificatur, ꝙ sperma mulieris non est materia embryonis: quia multæ mulieres impregnantur absque spermatizatione, sicut dictum est. Et iterũ vulua mulieris vomit suum sperma, & trahit sperma viri ad se. Quæ omnes res istæ ostendũt, ꝙ sperma mulieris est superfluitas discurrẽs propter delectationem: sicut discurrit saliua ex ore alicuius famelici, cum videt aliquem comedentem. Et apparet manifeste ꝙ sperma viri tenet locum agentis. quia membra non nutriuntur nisi per calorem naturalem, qui est in corde: & iste calor est primum instrumentum animæ nutritiuæ. Et propterea necesse est vt sit primum instrumentum virtutis completiuæ. Et similiter necesse est in spermate viri, aut in sanguine, qui est in vulua, magnam partẽ istius naturalis caloris esse in actu. & impossibile est esse hoc, nisi in spermate ꝓpter suum calorem, & humiditatem. Et sanguis, ex quo generatur embryo, est sanguis venarum mulieris, qui est in vulua retentus. & remotus. & remotus est vt habeat in se virtutem talem, qualis est ista; eo quia est sanguis indigestus. & adhuc remotius est vt sit in spermate mulieris. vel etiam non est dicendum ꝙ calor naturalis sit in embryone ex se: ideo quia non generatur calor naturalis,

Idem est materia generationis & nutrimenti.

Quarta rõ.

Quinta rõ.

Conclusio. nisi a calore, qui est in nutriente. Propter omnes ergo istas rationes nō est credendum ꝙ sperma mulieris sit materia vel forma embrionis: sed sperma viri stat loco formæ, & sanguis menstruus loco materiæ, & sperma mulieris nō habet inuentionem in generatione. Et non est credendū vt sperma præbeat iuuamentum solū qualitate, sed confert in iuuamēto caloris quātitatiui. Et propterea non habet Aristo. reprehensionē ab Hip. & Gale. ꝙ in muliere, quæ in saltādo abortiuit sexta die, & fuit inuentum sperma inuolutum panniculo. nec etiā quærendum ab Aristo. quo loco erat istud sperma. Et scio ꝙ non erat necessaria in Medicina ista inquisitio: quia magis est inquirēdum in Generatione animaliū: sed nos narrauimus istud hic pro maiori iuuamento. & qui vult scire quæstiones, quæ sunt inter Aristo. & Galenum, legat librū de Animalibus. & ibi inueniet illud, quod dixi. Et deinceps volumus reuerti ad illud, a quo fuimus separati. Et dicimus ꝙ primum iuuamentū virgæ est, vt iniiciat sperma in matricē: & secundum, vt sit meatus superfluitati aquosæ. Et iuuamentum vuluæ est, vt sit locus generationis. & cum hoc sunt alia iuuamenta, vt sit meatus & via superfluitati sanguinis non cocti, qui generatur in fœminis: & est sanguis menstruus, qui propter nimiam humiditatē, quæ generatur in eis ex paucitate caloris earū intrinseci, non est sufficiens calor earum ad decoquēdum sanguinē, qui mittitur ad membra earum. & idcirco expellit ipsum natura certis paroxismis per meatum huius membri. Et est compositū multis villis transuersorijs propter virtutē retentiuā, quæ est in eis: & habet aliquos villos longitudinales propter virtutē attractiuam, vt trahant sperma. sed virtus expulsiua, quæ est in hoc membro, magna est: & propterea habet vnum villum latitudinalem. Et si tu quæreres vtrum vulua habet virtutem immutatiuam, hoc indiget speculatione. quia non potest dici ꝙ vulua faciat membra embryonis: sed virtus informatiua ipsa facit cum calore fixo in spermate. ergo virtus immutatiua, quæ est in vulua, non est nisi loco conseruationis. & ideo cum attingit sperma aer, corrumpit complexionem eius. & per hanc viam potest intelligi ꝙ virtus immutatiua est in vulua. Sed manifestum est ꝙ mammillæ sunt ad faciendum lac: propterea ꝙ caro ipsarum fuit spongiosa & alba: & ista membra habent colligantiam cum vulua. Et propterea, quando materiæ propter aliquam causam non veniunt ad vuluā, currunt ad mammillas: sicut est in mulieribus lactantibus, quia non habent menstrua: & si habent parum habent. Et sunt aliquæ mulieres, quæ non possunt impregnari, dum lactant. & iterum cum materiæ descendunt ad vuluam, priuantur a mammillis. Hucusque diximus iuuamenta menstruorum & spermatis: deinceps volumus narrare iuuamenta instrumentorum sensus.

An in vulua virtus sit immutatiua.

D

E

F

De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta sensus in generali. Cap. XI.

ET dicimus ꝙ quinque sunt sensus, s. visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Manifestum est ꝙ cerebrum nō fuit creatū, nisi propter ipsos, & proprie propter visum, auditum, gustum, & odoratum: & quilibet istorum habet suum instrumentum proprium, videlicet visus oculum, auditus aures, odoratus nares, gustus linguam. Sed de instrumento proprio tactus est dubium. quia Galenus dicit ꝙ neruus, qui oritur a cerebro, est proprium instrumentum eius, & est dator ipsarum virtutum alijs membris. & Aristo. dicit ꝙ istud instrumentum est caro. Et hoc sequitur opinionem, quam habent de cerebro. quia Galenus dicit ꝙ in eo sunt quinq; sensus, & dicit ꝙ est princeps istius operationis, hoc est ꝙ facit eam per se sine alicuius necessitate. Aristo. autē dicit ꝙ dominiū suum est particulare: quia est in hoc opere seruitor dominationi cordis, posito ꝙ sensus fuerint in eo quinque, vel quatuor. Et nos volumus speculari in hoc, secundū ꝙ speculati fuimus in dominio hepatis. Et dicimus ꝙ manifestū est ex anatomia ꝙ multæ arteriæ a corde mittūtur ad cerebrū & fortes: & omnes anatomici, & Galenus cum eis hoc confitentur: & ex hoc est prima

Cerebrum creatū fuisse propter sensus.

Dubium de instrumento sensus tact'.

In quo membro siti sunt sensus, in cerebro, an in corde.

Contra Galenum.

A probatio, quod cerebrum in hac operatione indiget corde. Sed si res, qua iuuatur cerebrum propter cor per calorem istum, quem ei transmittit, est virtus nutritiua, qua cerebrum nutritur: ergo cor de necessitate esset seruitor cerebri in hac re. ideo quia nutrimentum & virtus nutritiua non sunt data in animali, nisi propter sensus & virtutem sensibilem. sed res, qua iuuatur cerebrum propter cor per calorem, quem ei transmittit, est quinque sensus: ergo virtus sensibilis primo & principaliter est in corde. & ista virtus est sensus communis, cuius esse probatum est in libro de Anima. Sed Galenus dicit quod hæc virtus est in cerebro, & Arist. dicit quod est in corde. Et si tu quæris, vnde apparet quod cor sit dator cerebro caloris mensurati in quantitate & qualitate, & secundū quod conuenit vnicuique sensui ex sensibus cerebri: Respondemus quod ratione debita est, quod non cū omni calore fit quilibet sensus. quia calor, cū quo operatur virtus nutritiua, non est ille calor, cum quo operatur virtus sensibilis. Et hoc apparet in dormiente & vigilante. quia nos videmus quod operatio virtutis nutritiuæ est fortior cum nos dormimus, & tunc non est sensus in actu. ergo calor, cum quo operatur virtus sensibilis, non est in sensibus in actu, cū homo dormit. Et hoc apparet. quia quādo homo dormit tenēdo oculos apertos, non videt. & si non esset, quia reuertitur calor, in quo est visus, per neruum opticum ad partes intrinsecas visus, non esset B priuatus. Et scias quod vna & eadē virtus non potest inueniri in potentia & in actu simul & semel. ergo postquā manifestum est, quod virtus visibilis vadit cum spiritu visibili, & spiritus visibilis cū calore naturali, quando dormit homo, non est virtus visibilis in actu. quia si esset in actu, videret in actu: & non est ita: ergo calor naturalis, qui viuificat virtutem sensibilem, non est calor virtutis nutritiuæ, quando dormiens nutritur, & non videt. & quando tu scies vbi reuertitur, & vnde transmittitur, tunc scies de necessitate locum virtutis sensus communis. Sed mihi videtur prima fronte, quod a corde transmittitur iste calor, & ad illud reuertitur. Et propterea sunt calidiores partes extrinsecæ, quando homo vigilat. & operatio virtutis nutritiuæ est fortior, cum homo dormit, & corpus est frigidū deforis. Et nemo debet dicere quod ortus istius caloris, cum quo stant sensus & vigilia, generetur primo in cerebro: quia cerebrum est membrum frigidum, & nerui membra frigida, & in maiori parte eorum apparet manifeste frigus: ergo incredibile est vt calefaciant corpus. Et adhuc de ratione apparet, quod calor qui est materia animæ nutritiuæ, & calor qui est materia animæ sensibilis, est vnum loco subiecti, vel vnum in situ: et non est duo loco subiecti, nec in duobus diuersis membris etiam duo. Quia anima nutritiua, quæ est in embryone, est præparata recipere animā sensibilem, & stat cum ea loco formæ & finis: & nutritiua est ei loco materiæ: ideo fuit receptio in illo loco de necessitate, qui præparatus C est recipere. Et manifestum est quod anima nō est præparata recipere, nisi in loco sui subiecti & sui situs, qui est calor naturalis. ergo receptio animæ ad formam sensibilem est de necessitate in hoc loco. Ideo ergo res vnita ab his duabus est vnū loco subiecti, vel situs: quamuis non sint vnum in aliqua duarū figurarū, vnum simpliciter, hoc est vnum numero, & vnum definitione. & hæc est nobilis sententia, quā dedimus. Et postquam ita est, & etiam apparet quod calor, cū quo reguntur sensus, est calor cordis: ergo virtus, quæ regit sensum communē est ibi, & cerebrum est seruiens istius virtutis, sed ipsum cor est princeps istius virtutis veraciter: quia dominatur super his ī hac perfecta dominatione. Et nos potuissemus probasse has res magis per viā demōstratiuā: sed nostra intentio est abbreuiare. Et postquā declaratū est quod cerebrū est seruiens cordis, dādo ei virtutes sensibiles per modū, quem dat camerarius regi, vt impleat voluntates suas, quāuis rex det ei illam virtutem, propter quam agit: necesse est deinceps scire, quæ est via, per quā seruit cerebrum cordi: quia iam declarata est via, per quam seruit hepar cordi, hoc est, quia præparat ei suū nutrimentum. Et dicimus quod non in qualibet mensura caloris completur operatio cuiuslibet sensus. Et adhuc apparet ad sensum, quod nō indiget forti calore. quia fortis calor prohibet eos apprehēdere sensata extrinseca, & impedit eos, sicut videmus quod hoīes, qui distēperati sunt forti calore in cerebris eorū, in ægritudinibus acutis credūt audire, & vide-

Secunda rō.

Declaratio secundæ rationis.

Deductio cōtra tacitā responsionem.

Secunda deductio.

Virtus sensitiua est ī corde.

Idē Hip. de cord' aīalis. virtus est in corde: mens ī sinistro vētriculo. Idē in paraphrasi lib. 2. de partib'. c. 7. ab Arist. Vide prīo Theīsir tract. 12. ca. 1.

re ea quæ non sunt,& maxime apparet hoc in sensu tactus: quia fuit intentio in eo apprehendere quatuor qualitates.& fuit impossibile vt instrumentum illius esset vacuum ex eis:quia ipsum est complexionatum ex eis. vnde fuit factum in fine temperantiæ,vt habeat sensum fortiorem. Et propter hæc omnia,quia cor est in fine caloris,fuit ordinatum contra ipsum cerebrum ex opposito ad tẽperandum calorem suum,vt sensus possit apprehendere perfecte. Nec fuit possibile ponere hanc frigiditatem eandem in corde a principio creationis : quia essent diminutæ operationes nutrimenti diminutione manifesta. Et ꝙ dum voluerit natura facere has duas operationes in animalibus perfectis in vltimitate perfectionis,fuit positum cerebrum contra cor.Sed animalia, quæ dicuntur spõgia marina,& multa animalia bruta non videntur indigere cerebro,& specialiter neruo magno,qui oritur a cerebro. & propterea si incideretur aliqua pars illius animalis,posset viuere, & nutriri,& crescere, donec rediret ad id quod erat. Et propter hanc causam videmus multa animalia, quæ viuunt, cum sint incisa vsque ad medium sui. Et istud est seruitium,quod dicit Aristo, & sequaces sui,& secta circuentium,quæ dicitur,emensam,idest viator, ꝙ cerebrum facit cordi. Et fuit ordinatum os capitis ad defendendum cerebrum. Et fuit rotundum,quia figura rotũda est magis remota a læsione: sicut faciunt castellani, qui faciunt turres rotundas,vt machina non possit eis nocere. Et adhuc, quia figura rotunda plura continet in se: & etiam est magis apta ad motum continuum.

Vtilitas cerebri.

Idem primo cœli Ar.

De iuuamento fili Spinæ. Cap. XII.

ET iuuamentum fili spinæ est de genere iuuamenti cerebri, & est quasi clauus ligans spondylos. Et postquã declarata est ex hoc sermone* cõpositio dominationis cerebri,& similiter dominationis cordis,& declaratum est iterum ꝙ est eius iuuamentum:deinde narrandum est iuuamẽtum membrorum vniuscuiusque,quæ data sunt his quinque virtutibus.

* a.l. cõparatio.

De proprio instrumento sensus Tactus. Cap. XIII.

ED dicimus ꝙ caro est proprium instrumentum sensus tactus ; propterea quia illud est membrum,quod communicat omnibus animalibus , sicut tactus est sensus communis omnibus animalibus. Et in carnibus perfectorum animalium sunt sparsi multi nerui ad temperandum complexionem carnis.& quia nerui sunt similes complexioni cerebri, est iuuamentũ eorũ de genere iuuamenti cerebri.& propterea membra, ad quæ non veniunt multi nerui,sunt duri sensus.Et istius virtutis quiddam est, quod cõmunicat omnibus partibus carnis:& hic est sensus quatuor qualitatum contrariarũ,sicut caliditas, frigiditas,siccitas,& humiditas:& quiddam est, quod est proprium vni mẽbro: sicut est quando os stomachi sentit resolutionem factam in eo:& iste sensus appellatur fames & sitis.Sed fames est sensus resolutionis substantiæ grossæ, calidæ & siccæ:& sitis est sensus resolutionis substantiæ frigidæ & humidæ: ergo sensus proprius est duplex.Et sensus capitis membri de titillatione,quam habet in hora coitus,isti duo sunt connumerati in genere sensus tactus.

Caro est instrumentum sensus tact'.

Quid fames Quid sitis.

De iuuamento Linguæ. Cap. XIIII.

ET linguæ iuuamentum est manifestum, ꝙ illa & nerui sui non fuerunt facti,nisi propter operationem gustus,quamuis huic adiungatur alia res propter electionem meliorem,hoc est ad proferendum literas locutionũ. Et in radice linguæ sunt duo orificia,quæ tangunt carnem glãdulosam, quæ appellatur generatrix saliuæ. & iuuamentum istius saliuæ est, vt faciat manifestare gustum rerum saporatarum.

A *De iuuamentis Oculorum, & partium suarum.* *Cap. XV.*

ET manifestum est, ꝙ oculi sunt instrumenta visus, & ꝙ sunt compositi ex septem tunicis, & tribus humiditatibus: & sciendum est iuuamentum vnicuique ipsorum. Et apparet ꝙ proprium instrumentum illius sensus sit humiditas rotunda, quæ vocatur crystallina, vel glacialis, aut reticula aranea posita super hanc humiditatem. Quia declaratum est in Naturali philosophia, ꝙ hæc apprehēsio nō pōt perfici nisi in corpore peruio, hoc est aere & aqua. quia propter claritatē & peruietatem, quæ est in eis, fuit eis possibile recipere colores. & nō apparet in oculo corpus existēs in vltima claritate, & luciditate natū ex temperātia aeris & aquæ, nisi duo corpora. & non fuit ordinata rotunditas istius humiditatis cum aliquantula deuexiatē, nisi vt reciperet rerum sensibilium multā quantitatem. Sed aliæ humiditates, & aliæ tunicæ nō fuerūt factæ, nisi propter hanc humiditatem. Et cum deuexitate modica non est nisi vt recipiat a grandinosa: quia vitrea humiditas fuit facta ad nutriendū hanc humiditatē per viam rorationis. & hoc fuit, propterea quia natura sanguinis est remota a natura huius humiditatis. vnde fuit necessarium, vt aliqua re mediante fiat transitus sanguinis in primo, vt ipsa adaptentur ad nutriendum hanc humiditatem. Et albuginea humiditas facta fuit iterum ad humectandum hanc humiditatem, & ad custodiendum humiditatem suam ab aere extrinseco, & etiam ne tangat vueam tunicam. Sed tunica fortis vocata coniunctiua, fuit ad custodiendum oculum a duricie nerui, & etiam ad ligandum oculum cum osse, & etiam propter aliam vtilitatem, quam dicemus post. Sed tunica, quæ dicitur * ferina, fuit facta ad nutriendum dictam retinam per venas, quæ sunt in ea: & etiam vt iuuet ipsam propter calorem naturalem per arterias, quæ sunt in ipsa. Sed iuuamentum telæ retinæ, primum est vt det spiritum visibilem per neruos, qui sunt in ipsa, hoc est calorem naturalem, cuius complexio adaptata est in cerebro, & per duos neruos, qui vadunt ad oculos: & etiam nutrit crystallinam humiditatē per viam rorationis, & dat iuuamentum caloris naturalis per arterias, quæ sunt in ea. Sed Galenus confitetur ꝙ aranea est vltimitate peruietatis, & luciditatis: quia colores & formæ imprimuntur in ipsam. ergo ista tela est proprium instrumentum visus, vel per se, vel per adiutorium crystallinæ. Et telā vuea dicitur habere tria iuuamenta. vnum est vt nutriat telam corneam: & propterea fuit multum venosa. secundū vt defendat crystallinam a duritie tactus corneæ: & propterea fuit hæc tela mollis tantum, ne disgregaretur spiritus visibilis. & hoc facit propter calorem nigrum quē habet, quia natura est coloris nigri vt aggreget. Et foramen, quod est in medio istius telæ, non fuit factum, nisi vt esset forma sensati humiditatis crystallinæ, aut araneæ, aut ambarū: quia visus, sicut scis, non fit extramittendo. Sed oculus recipit colores per sua corpora peruia per modum, per quem recipit speculum. & quando colores sunt impressi in ipsum, tunc apprehendit eos spiritus visibilis. & hoc ego bene probaui in libro de Sensu & sensato sex rationibus, ꝙ si aliquod corporum, quibus est compositus oculus, est conueniens vt in eo imprimantur colores per nimiam eius peruietatem, ipsum corpus est propriū instrumentū oculi. Et iuuamentū telę corneę ēt fuit vt defendat humorē albugineum. & fuit facta clara & subtilis, vt nō resistat humiditati crystallinę ad recipiendum formas. Sed secundū iuuamentum coniunctiuæ fuit factum ad mouendū secum musculum, qui mouet oculum. Ista sunt iuuamenta partium oculi secundum Galenum. & maior pars iuuamentorum, secundum ꝙ vidisti hic, sunt iuuamenta arbitratiua: sed sine dubio quodlibet ipsorum habet iuuamentum proprium in se. & pars dominans in eo, & suus finis non est, nisi vt imprimantur colores in ipsum.

Idem primo Theisir tra. 8. cap. 14.
Idem vbi supra.

A · B

* a.l. secundina.

Contra Galenum.

Tela vueā habet tria iuuamenta.

De iuuamentis instrumentorum Auditus. *Cap. XVI.*

SEd instrumentorum auditus manifestum est ꝙ sunt aures. et primum in quo auditus est, est neruus, qui venit ad eas, qui cooperit foramen auris. Et di-

ctum est, quod foramen auris non fuit tortuosum, nisi vt aer frigidus non intret tali modo, quod lædat auditum. Et melius est dicere quod fuit tortuosum, ne virtus auditus fuisset læsa a vocibus fortissimis. Et in summa scias quod hæc figura habuit iuuamentum in receptione vocis. & ideo factum fuit chartilaginosum, & vocatum est auris tortuosa. Et alia animalia habent hoc pro alio iuuamento, hoc est vt recipiant voces venientes ab omni parte. & propterea plus regrediuntur foras, & mouent eas. D

De iuuamentis instrumentorum Odoratus.

Cap. *XVII.*

MAnifestum est quod instrumenta odoratus sunt nasus. & fit in animalibus olfactilibus per viam attractionis, & in non olfactilibus sine attractione: sicut in apibus, & in alijs animalibus non habentibus olfactum. Et secundum Aristo. iste sensus fit in duobus meatibus, qui sunt in naso. & secundū Gale. fit in duabus caruculis similibus capitibus mammillarū: & dicit quod propter remotionē istius loci indiguit attractione. Et ego dico, quod si ita esset, vt dicit Galenus, ergo odoraremus, quamuis nares essent oppilatæ, quando attraheremus aerem per os: quia palatum est apertum naso. Et secundum quod dicit Auenzoar nos odoramus odorem ciborum, qui incipiunt digeri in stomacho: ergo a contrario non est probatum, quod per illas duas caruncūlas fiat odoratus. quod si ita esset, animalia inolfactibilia non odorarent. Et scias quod nō fuit data attractio odoratui, nisi propter vnā duarū rerum: aut electione propter melius: aut grossicie sensus istius in animalibus olfactilibus. Quia possibile esset vaporem euenire a re odorata per se ad virtutem sensibilem propter nimiam subtilitatem substantiæ, & propter naturam suæ impulsionis. Sed propterea quod operatio olfactionis est vita duarum rerum, aut trahendi, aut mittendi: & est impossibile vaporem venire ex re odorata tempore transmissionis aeris extra. Et est possibile ipsum venire tēpore attractionis: quia aduentus aeris odorati fit magis per modum attractionis, quam per modum effusionis: sicut tu vides, cū volumus certe sentire odores, quod nos conamur super attractionem. & hæc est causa, propter quam fuit data attractio. Et apparet quod animalia, quæ odorant sine attractione, habent clariorem sensum quam animalia, quę odorāt cū attractione, sicut videmus in formicis & apibus: propter debilitatem ipsius sensus in animalibus olfactiuis sentitur odor paucus sine attractione, & quasi videtur vt non sentiatur. Et cum sit comparatio istius sensus inter hominem & multa ex animalibus, est iste sensus diminutus in homine ab illis animalibus, quæ indigent in hoc sensu in venādo vitā suam. & propterea dicitur in prouerbijs, quod cū ista animalia venantur vitam suam. & hoc est quasi per viam prophetiæ, vel diuinæ prouidentiæ. Et postquam narrauimus instrumenta quinque sensuum, volumus narrare instrumēta, quæ facta sunt propter virtutem motiuam.

Prima ratio, quod odor non fit in caruculis, cōtra Galenum.
Secunda rō.
Tertia rō.

E F

De iuuamentis membrorum voluntarii Motus.

Cap. *XVIII.*

ET dicimus quod virtus, quę facit mouere aīal, hęc est imaginatiua vel æstimatiua, quā præcessit virtus cōcupiscibilis, & postea ibi cōfirmatum est consilium, vel ratio pp repræsentationē rei imaginatæ aut ęstimatę, secūdū quod declaratū est in libro de Aīā. Et est necesse perscrutari in hac virtute, hoc est, vt sciamus instrūa, quibus oportet operari, & quot sunt. Dicamus quod motus volūtarij quidā est ꝓprius, & quidā est cōis. Cōmunis est motus cūdi, qui motus est totius corporis. Sed ꝓprius est motus cutis frōtis, & motus oculorū, & mādibularū, & duarū nasi extremitatū, & labiorū, & linguę, & epiglottidis, & mādibulę inferioris, & motus capitis & colli, & motus nasi, & motus nodi, vel

A humeri spatulę cū bredone,& motus brachij a cubito inferius, & motus iūcturę noīatę in Arabico rasceth,& motus digitorū,& vniuscuiusq; suarū iuncturarū, & motus mēbrorū existentiū in collo, & motus pectoris ad inspirandū, & virgę,& vesicę quando clauditur,& motus extremitatis intestini recti qn̄ retinēt fęces ne exeāt,& myrach,coxæ,& cruris,& testiū,& pedū, & digitorū pedū. Isti sunt motus,qui dn̄r voluntarij.Et est necesse perscrutari res,a quibus veniūt isti motus. Et dicimus ꝙ manifestū est per dispositionē istorum motuū, ꝙ fiunt a pluribus vno motore.v.g.motus manus fit a chorda,& motus chordæ est a musculo,& motus musculi est per se,& musculus est primū mobile: & nō est hoc corpus,quod moueat ipsum.Ideo quia omne corpus, qđ mouet corpus mobile, est a necessitate mobile.& ideo est cōueniens,ꝙ corpora,quorum vnum mouet alterum,veniāt in fine ad vnum corpus,qđ moueatur per vnam virtutem motiuā missam eidem,& non ꝓpter aliud corpus,sed propter aliud principiū, quod est in eo:sicut probatū est in Naturali philosophia,ꝙ si ita non esset, res proterderetur in infinitum.ergo de necessitate debemus dicere ꝙ principium est in musculo. Et quando opinantur Medici ꝙ motus musculi sit a neruo,opinantur falsum.ideo quia,si ita esset,neruus moueretᷓ aut ꝑ se aut per aliud, hoc est ꝓ aliud principium,quod esset in eo.& ideo quia declaratū est in Naturali philosophia, ꝙ quodlibet mobile habet motorem,& ꝙ ille si est corpus,non moueat nisi moueatur,& si motus esset a corpore,res procederet ī infinitū:ideo necesse est hic esse motorē,qui moueat & nō moueatur,& qui sit non corpus. Hæc est vna ratio,per quam vr̄,ꝙ qui mouet primo animal,non est corpus,sed virtus est animæ.& ꝙ hoc sit de necessitate in musculo. Et hęc virtus est virtus volūtaria,q̄ pręcędit imaginatiuā,vel ęstimatiua,& confirmatio consilij. Et ideo quia iste motor non est corpus,necesse est vt primū mobile,quod mouetur per ipsum, sit corpus,ad hoc vt hoc mobile sit sicut materia.& ipsum erit ei sicut forma: quia impossibile est primū motorē in animali,vt sit sine materia.ergo necesse est speculari quid sit hoc primū corpus:& apparet ꝙ sit calor naturalis, qui est in nobis.Et tu vides,ꝙ qn̄ infrigidātur mēbra,eorū motus priuatur. Et est res nota ꝑ se,ꝙ vna rerū receptarū in definitione istarū operationum est calor naturalis. Sed iste calor naturalis differt proprijs differētijs in quolibet mēbro scđm operationes,quibus appropriatur istud,maxime in operationibus nutrimenti. & de hoc nullus discordat. Sed Galenus sentit ꝙ origo situs caloris istius sit cerebrū, & ad totū corpus per neruos ab eo mittitur. Sed Aristo.sentit ꝙ cerebrū sit seruitor cordis in hac operatione per viā,qua seruit ei in sensibus.secundū ꝙ dictū est superius:et ꝙ origo istius caloris est in corde.Et hoc pōt videri manifeste,ꝙ ita est,vt verū est.quia tu vides ꝙ nascitur in corpore iter agentis,qn̄ vadit, qđ non fuerat.& istud mēbrum,a quo nascitur calor,& vadit ad totum corpus, est cor. Et propterea qn̄ accidit homini aliquid,quod ipsum terreat, redit calor ad cor,& tremunt crura.& pōt esse ꝙ cadit homo,aut nō poterit moueri.ergo prima virtus regitiua in hoc motu, & illud qđ mensurat calorē in quantitate, est de necessitate in corde. Et adhuc,quod Galenus,& omnes alij medici cōfitentur,ꝙ virtus volūtaria est in corde.& si ita est,& apparet ꝙ animalia nō mouētur,nisi voluntarie:ergo virtus hæc est in corde, & cerebrū eius seruiēs in dādo ei temperantiā.Et cōe erit cum diceretur de hac temperantia,vt fiat per neruū, aut fiat cū spiritu animali eunte in ipsum.& nō est differētia in hoc:excepto ꝙ in neruis spiritus aīalis scđm Galenū nō est apparens,nisi in duobus neruis opticis. Sed primū mobile a calore naturali est musculus:ideo quia cōueniēs est, ꝙ calor naturalis operetur in primo, hoc est vt primo moueatur istud corpus,cum quo habet similitudinē propinquiorem ex parte caloris,hoc est musculus ꝓpter compositionem suā:quia est cōpositus ex prima carne simplici, & neruis,a quibus nascūtur chordę.Sed neruus solus frigidus est multū, & non habet partē similem cum calore naturali.Et vena per se nō est digna,vt sit principium istius motus:ideo quia nascitur a membro non primo.Et de ratione non est ꝙ instrumentum,quod dat nutrimentum,sit instrumentū motus:quia magis est conueniēs vt nutrimentū fiat per instrumentum quietis. Nec etiā arteria conueniens erit

Quod sit primum motus volūtarij instrumētum.

Contra Medicos ratio.

B

Ratio prima contra Gal.

C

Secunda rō.

Ratio cōtra Galenum.

huic motui:quia est operatrix operationum pulsationum,quæ dissimiles & non conuenientes sunt motui voluntario:immo est simile vt sit contraria ei, & sit quasi disposita,sicut res,quæ vellet,& nollet aliquid simul. Ergo remanet vt sit musculus primũ instrumentũ,qđ mouetur a calore naturali. Sed in membris, quibus non sunt ossa,& non sunt ramificata,& sunt parua, musculi ipsi mouent ipsa sine medio:& ramificata mouent ea mediantibus chordis, quæ nascũtur ab extremitatibus eorum.ideoque cũ contrahitur,trahit illam chordam.& quia alligatus est cũ extremitate ossis,mouetur os suo motu. Et quando membrum habet duos motus contrarios adinuicẽ, tunc habet duo ossa, vel duos musculos in duobus locis contrarijs adinuicem:quorum quilibet trahit per se suo tempore,& prohibet alteri suo contrario,ne faciat operationem suam illa hora.& si operati essent ambo vna hora,tunc stat æqualiter membrum,& trahitur secundum vnũ statum.verbi gratia,quando musculus qui est in syluestri parte manus,trahit ipsam,vertitur versus partẽ syluestrẽ:& qñ musculus, qui est in parte domestica, trahit ipsam versus partem domesticam, vertitur versus illam:& quando trahũt ambo simul,existit æqualis.& nullus est ipsorum per se, vt tractu suo faciat ipsam verti intus,& extra.Et numerus musculorum secundum Galenum est.529. quorũ in facie sunt.45.quorum.24.sunt,vt moueant oculos,& palpebras,& 12. vt moueant mandibulã inferiorem,& 9.vt moueant alia membra faciei,quę mouentur voluntarie.& in istis sunt musculus occultus subcute frontis , & prodest fortitudini apertionis oculorum:& duo musculi qui mouent extremitatẽ nasi,& musculi duo qui mouẽt labiũ superius sursum,& duo qui mouent labium inferius deorsum,& duo qui mouent maxillã. Et musculi,qui mouent caput & collum, sunt.23.quidã eorum trahunt caput versus illam partem solum,versus quã positi sunt.& alij sunt,qui trahunt caput,& collum.eorum quidam sunt,qui trahunt caput superius,& quidam sunt,qui trahunt ad partem anteriorem, & quidã trahunt ad partem posteriorem superiorem,& quidam trahunt ad dextram,& quidam ad sinistram. Et nouem musculi mouent linguam.Et 32. musculi sunt propter motum colli & epiglottidis. Et septem musculi vnicuique spatulæ. Et 14. vnicuiq; lateri,quibus mouetur brachium.& quatuor musculi positi super cubitum:quorũ duo sunt intus, qui faciunt ipsum verti versus partẽ domesticam: & duo stant extra,vt faciant ipsum verti ad partem syluestrem:& 17.sunt in quolibet brachio.10.extra,& septem intus.& 36.positi sunt super manus.18. super vnaquaque,qui mouent manus ad partem domesticam,& partem syluestrem,et ad motus pollicis,& parui digiti,& volam manus.Et musculi pectoris sunt.107. eorum quidam dilatant,& quidam constringunt.Et musculi spondylorum sunt 48.& octo extenduntur super ventrem sub ossibus pectoris vsque ad vmbilicũ. & quidam extenduntur secundum longitudinem,& quidam secundũ latitudinẽ, & quidam secundum transuersum,qui faciunt motum ventris constringendi & laxandi,& iuuant omnes alios motus.& quatuor musculos habẽt duo testiculi, & quatuor musculi mouent virile membrum.& vnus musculus tenet os vrinæ, ne indebite fundatur.& quatuor musculi tenent orificium intestinorum,ne stercus ante tempus egrediatur. Et 64.musculi ad motum coxarum & crurium, & 28.ad motum pedum,& aliquorum digitorum pedum.& 22. alijs motibus digitorum pedum,& positi sunt super pedes.Isti omnes musculi sunt prima res, quæ mouetur a calore naturali communi,aut calore proprio cuiuslibet musculi. Et postquam ita est, ꝙ aliquod mẽbrum nõ mouetur nisi per calorem naturalẽ, qui stat ei loco formę,& propter calorem,qui est in musculo, et ille nõ mouetur nisi per principium animę:& sciendum est quid est illud principium,& vnde est, & vbi est. Et dicimus ꝙ quando associabitur huic,quod declaratum est, quod per vniuersalem sermonem:hoc est,ꝙ virtus,quæ facit motum in loco, est anima. Et est declaratum etiam,ꝙ conueniens est,ꝙ motus vniuscuiusque corporis fit per virtutem voluntariam fixam in membro communi, quod cõmunicat toti corpori,ꝙ sit mobile per se:& per virtutẽ propriã voluntarie mentis membris particularibus,quæ mouetur per se,& sunt musculi:& apparet sensui, ꝙ in corpore nõ est mẽbrum,quod communicet toti corpori, & sit mobile per se nisi

Calor naturalis musculi stat loco formæ.

Secunda rõ.

A cor: ergo virtus voluntaria communis est in corde, hoc est in musculo qui est in eo, & virtutes particulares voluntariæ sunt in quolibet musculo particularium musculorum. Sicut videmus ꝙ motus communis vitalis animalium, qui est inspiratio, habet principium a corde. & iste motus est coniunctus motui expirationis pulsatilis. Et propter hoc accidit, ꝙ pulsus magnificatur per motum, & minoratur per quietem. Ergo cerebrum, & neruus non fuerunt nisi ad temperandum istum calorem, in quo est principium virtutis voluntariæ communis, & propriæ. Debes scire ꝙ non est impossibile hic esse motum voluntarium absq; musculo. sed si est, est propter calorem naturalem, aut propter rem, quæ stat loco eius in animalibus, quæ non sunt sanguinea, nec musculosa. Et sine dubio isti musculi non sunt, nisi in animalibus perfectis. Ideo graue fuit Galeno ad dandum musculos, qui moueant linguam exterius, & motus duriciei membri tempore coitus: ideo quia intentio sua erat omnino, vt motus non esset nisi per musculos. & non est ita.

Tertia rō. Intentio Gale. est, quod motus volūtarius nō fiat nisi per musculos. Vide prio de motibus liqdis. c. prio, &.4. & primo de locis affectis sexto. & inde motu musculorum.

De iuuamentis Anhelitus, & membrorum eius. *Cap.* XIX.

B POstquam narrauimus iuuamētum membrorum motuum voluntariorum, est narrandum de anhelitu, & membris suis. Ideo quia Galenus ponit ipsum motum voluntarium. et quia videtur ꝙ cerebrum operatur in hunc motum, credit ꝙ motus voluntarius sit in eo. & similiter credidit ꝙ esset in neruo, & credidit falsum, ideo quia iam probatum est, ꝙ hoc conuenit esse in membro mobili per se. & propterea ægritudo, a qua prouenit læsio in motu, est primo & per se in musculo, & per modum colligantiæ in cerebro & neruo. Quare Medicus debet curare læsionem istius motus, intendendo primo ad musculum, & secundario ad cerebrum & ad neruum. Instrumenta anhelitus sunt diaphragma, pulmo, canna, trachea arteria, epiglottis, & vulua. Et priusquam nos tractemus de iuuamento vniuscuiusq; istorum membrorum, est tractandum de iuuamento istius operationis, hoc est de anhelitu. Et dicimus ꝙ Medici, sicut Galenus & alij, visi sunt dicere, ꝙ anhelitus est propter duo iuuamenta. Vnum ad ventillandum calorem naturalem cordis per attractionem aëris frigidi, & expulsionem vaporis, qui resoluitur a calore naturali, qui est corpus fumosum, qui non est conueniens eidem. pro certo istud iuuamentum est vnum & necessarium animalibus calidis sanguineis. sed illis, quę non sunt calida nec sanguinea, non est necessaria hęc operatio: sed sufficit eis motus arteriarum, qui venit a corde. & hoc reputo sicut anhelitum. Sed aliud iuuamentum, quod dicunt esse, est,
C vt det nutrimentum virtuti intrinsecæ ex aëre, qui recipitur restaurando ex spiritu tantum quantum resolutum est. hoc est falsum. quia impossibile est compositum nutriri ex simplici. quoniā si ita esset, iam inueniretur animal esse simplex ex vno solo elemento. & Galenus negat hoc: & propterea dicit ꝙ aqua non nutrit. & propterea dico ꝙ primum verax est. Sed cui ex virtutibus animę debeat attribui anhelitus, hoc est perscrutandum. quia Galenus dicit, ꝙ debet attribui virtuti voluntariæ. & dicit hoc. quia a nostra voluntate est vt anhelemus, et non anhelemus. Et etiam dicit ꝙ proprium instrumentum huius virtutis est neruus. & dicit ꝙ si incideretur neruus, qui mouet diaphragma, homo non viueret, nisi tantum quantum viueret strangulatus. Sed alij dicunt ꝙ stat virtuti, sicut motus pulsus. Et potest quæstionari dictum Galeni duabus rationibus. Vna, qa tu vides ꝙ anhelamus, quando dormimus: ergo non est voluntarius. quia operatio voluntaria non fit nisi cogitatione, & voluntate, sicut dictum est. Alia, quia videmus ꝙ anhelitus, qui fit improuise, similatur motui pulsuum: ita ꝙ Hippocrates ponit ipsum pluries loco pulsuum, scilicet tempore, quo non ægrotant mēbra anhelitus. & dicit ꝙ denunciat complexionem cordis, sicut denunciat pulsus, excepto ꝙ non sit ægritudo in instrumentis anhelitus. Et alij sapientes vo-

Instrumēta anhelitus.

De iuuamētis anhelitus.

Contra Medicos.

Cui virtuti aīæ anhelitus attribui debeat.

Galeni opinio.

Prima rō cōtra Galenū.

Secunda rō.

sunt ꝙ sit compositus duabus virtutibus, videlicet voluntaria, & non voluntaria, hoc est naturali, & animali. & hic inuenitur in motu plurium membrorum, sicut in motu palpebræ oculi, & in motu deglutionis. quia manifestum est, quod ambę virtutes istæ sunt compositæ. & ideo, quando debilitantur istę duę virtutes, cadit defectus in operatione deglutiendi, sicut accidit, quando cadit virtus appetitus. Et mihi videtur ꝙ opinio postrema sit veracior, hoc est, ꝙ hæc operatio sit composita. Vel possibile esset dicere ꝙ fortior esset opinio illius, qui dicit eam esse naturalem: quia plures anhelitus, quos facimus tempore sanitatis & ægritudinis, fiunt sine intentione. quare ponuntur ad denuntiandum cōplexionem cordis. & etiam suspiria proijciuntur absq; intentione. & etiam, qn̄ magna necessitas anhelandi incumbit, desistere non possumus: sicut accidit in tussi, & similibus. Et natura non inuenit hanc virtutem actione voluntaria, nisi propter necessitatem superuenientem: qn̄ non sufficit virtus naturalis ad exigentiā cordis. Sed probatio, qua probat Galenus, affirmando ꝙ hæc virtus penitus est voluntaria, est priuatio istarum virtutum, qn̄ est incisus neruus. & dicit probando, postquam est incisus neruus, est incisum instrumentum motus voluntarij: & inciso neruo, cessat motus voluntarius: ergo est in neruo. Et iste syllogismus est falsus in principijs, & corruptus in figura. quia qn̄ tenetur vnum prędicatū rei, quę data est a subiecto, non debet semper remoueri prædicatum ab illa, a qua est remotum subiectum. & qui opinabuntur hoc, tenentur credere cum cōtradictione oppositi antecedentis in tota materia contradictionem oppositi consequentis. & ideo hęc verba non sunt digna, vt hic audiantur. Et iste est vnus modus, in quo est manifestum, ꝙ non habuit verā radicem in Logica. quia si per remotionem nerui remouetur aliquis motus, illud non est ex necessitate, vt qn̄ neruus est, vt sit ille motus, vt dicatur ꝙ neruus sit propria cā in hoc motu. Et iam uisi sunt homines percussi super venas & neruos dormitorios, qui vadunt ad cerebrum, & tunc in eis priuatę sunt omnes operationes voluntarię. & propterea hoc nomine nuncupantur. & dicit Rasis, ꝙ quādo rex Indię volebat interficere nobiles, interficiebat eos per hunc modum. Et vis tu dicere propter hoc, ꝙ omnes motus voluntarij sunt fixi in his duobus. Item, quę res est illa, quæ iubet hanc operationem in neruo, nisi vna ex rebus, propter quam completur hęc operatio. et qn̄ illa lęsa est, tunc necessario lęsa est illa operatio: quamuis non sit propria cā in hoc: quia corrumpitur propria operatio propter corruptionem virtutis transmissę illuc. Et de necessitate non est propter hanc priuationem voluntarij motus ꝙ quilibet motus, qui est in neruo, qui ingreditur suam essentiam, sit positus substantialiter voluntarius: & per accidit ei vt sit & ille voluntarius. Et quō poterit negare hoc, quia iam concedit ꝙ motus palpebrarum sit per musculos, sicut notum est per se. & cum hoc toto non est voluntarius. Et si vellet dicere ꝙ sit totus voluntarius, adhuc nihil hic lucratur: eo ꝙ est in musculo, non in neruo. Et postquam declaratum est ꝙ iuuamentum sit in anhelitu, & quę sit eius virtus, necesse est narrare iuuamentū proprium vniuscuiusq; membri proprij huic operationi. Et dicimus ꝙ membrum, quod manifestum dat iuuamentum in hac operatione, est pulmo: sicut videmus ꝙ qn̄ dilatatur, attrahit aerem intus, & quando constringitur, expellit foras. Et non est dubium, quia illud est proprium instrumentū in operatione illa. Sed quod necesse est speculari subtiliter in hoc, est illud, vtrum ille motus, cum quo fit inspiratio & respiratio, sequatur motum pectoris, nec per se habeat aliquem motum: an sit motus pectoris in anhelitu, inde cōtinuus semper cum motu pulmonis, vt sit eius adiutor. Sed Gale. dicit ꝙ pulmo nullum habet proprium motum in se: et ꝙ motus illius sequitur motum pectoris: & ꝙ motus anhelitus, qui sequitur motum naturalem, fit per rem musculosam magnam, quę dicitur diaphragma, quod separat inferiora mēbra a superioribus. & dicit ꝙ magis propria res iuuamenti istius membri est hęc operatio: quia nos videmus ꝙ incontinenti cū pectus dilatatur, repletur pulmo aere: sicut videmus in follibus fabrorum. Et testificatur super hoc, ꝙ quando vulnus factum fuerit ibi, & intret aer pectus, tunc cessat motus pulmonis, & moritur. Et posset esse ꝙ

Marginal notes: Tertia rō. — Rñsio ad rationē Gale. — De pulmōis iuuamento. — Opīo Gale. ꝙ pulmo nō mouet, nisi motu pectoris. — Rō secūda. Vide tertiā

D E F

A cessatio motus pulmonis, quando vulneratum est pectus, est propterea quia infri gidatur pulmo. Et in temporibus Aristotelis non cognoscebatur aliud iuuamentum huius membri, nisi propter separationem membrorum principalium a nutritiuis, ad hoc vt non accideret tempore digestionis eis aliud ex calore illo. Et nõ debet imputari Aristoteli hoc in defectum. quia istud, quod apprehenditur per anatomiam, est sicut res, quę apprehenditur numero motuum circulorũ. nec illa erat plene scientia completa tempore Aristotelis. Et si tempore Galeni erat ars Medicinę plene completa, tamen dicit Galenus non est impossibile post me venire, qui inueniat in arte Medicinę, quod per me non est inuentum. Et propterea in maiori parte rerum, de quibus opinantur homines, ꝙ Galenus contradicat Aristoteli, non est vera contradictio, sed sicut additiones & complementa. quia nullus deperit Aristote. de eo, quod dicit in iuuamento diaphragmatis & motu neruorum, secundum ꝙ dicit in tractatibus vniuersalibus de esse motus, & sensus, & iuuamentis cordis, & cerebri. & similiter hic est sic dicendum: & non est dicendum ꝙ illud, quod dicit Galenus in rebus particularibus, contradicat in vniuersalibus Aristoteli. Et modo volumus reuerti ad illud, a quo separati sumus: & dicimus ꝙ illud, quod diximus ex sententia Galeni, ꝙ motus pulmonis sequitur motum pectoris, & hoc indiget speculatione. quia Galenus non verificat hoc, nisi propterea quia videt ꝙ cessante motu pectoris, cessat motus pulmo-

B nis, & tunc moritur animal. Et ego dico ꝙ non est hoc ita absolute dicendum, ꝙ motus pectoris sit causa principalis motus pulmonis. quia possibile est vt quilibet istorum, idest pulmo, & pectus, habeat hunc motum ex se, sed habeant vnam proprietatem coniunctionis: propter quam nullus eorum mouetur sine alio. & propterea cum cessat motus vnius, cessat motus alterius, & non est quilibet eorum causa motus alterius. Et si nos poneremus quod quando pulmo non mouetur hoc motu, tunc cessaret motus pectoris, sicut dicit Galenus, essemus arbitrati per hoc secundum eum, ꝙ pulmo esset id quod moueret pectus, dicendo quod si non moueretur quod non moueretur pectus. Ecce hic videtur ꝙ Galenus prodiderit in opinione sua quod non est impossibile esse motum pectoris & pulmonis vt moueatur simul, sicut in globo vno: vt si vnum non moueretur, quod aliud non moueretur: quamuis vnus non sit motor alterius secundum modum qui dictus est. Item non est impossibile, superueniente pectori mala complexione per incisionem nerui, quę ei aduenit, quod illa malitia non penetret ad pulmonem per illam colligantiam. quia vna rerum, ex qua ęgrotant membra, est colligantia. & Galenus hoc concedit. Etiam per hanc eandem viam debemus dicere, ꝙ motus pectoris adiuuet motum pulmonis: & maxime quando indiget forti anhelitu. Et melior via, quam eligere possumus in fine no-

C strę propositionis, est hęc, quod membrum, quod lęditur, cum cessat inspiratio & respiratio, est cor, sicut manifestum est. & si cor est illud, quod recipit hanc lęsionem propter hanc cessationem, & non solum lęsionem, sed & mortem: ergo de necessitate est illud membrum, in quo est principium istius iuuamenti. Et motus pulmonis secundum Galen. erat violentus, per viam, vel per violẽtiam, qua mouentur corpora artificialia. Et nobis est dicendum ꝙ illud principium motus est in ipso per viam, quę est in corporibus naturalibus. & adhuc ꝙ completur hic motus per duos motus, videlicet naturalem et voluntarium. Ergo melius, quod dicere possumus ex his, est, vt sint sicut duo primi mobiles. s. ꝙ musculus sit primus in motu voluntario, & cor et pulmo primi in motu naturali. Et Galenus tenuit in hoc tractatu viam, quã in alijs regulis suis, qui putat vt iste sit motus uoluntarius, & putat ꝙ non sit voluntarius nisi per neruũ. & non apparet per anatomiam vt neruus veniat ad pulmonem, per quem possit sentire, et maxime per quem possit mouere: & potest esse ꝙ nostra principia non sunt sufficientia veniendi ad veritatem plurium harum inquisitionum, sed tamen conueniens est vt loquamur de his secundum aptitudinem huius temporis. quia non est impossibile vt cadant hęc verba, per quę possumus certificare de veritate harum rerũ tpe futuro, cũ ad pręsens spatiũ non habeamus. Et nõ fuerunt ordinatę partes dupli-

ratione primo Theizir trac. 11. ca. 2

Excusatio Aristotelis, ꝗ Anatomię cognitione.

Opinio propria.

ces pulmonis, nisi propter hoc, vt si superueniret vni parti mala dispositio, vt alia staret in iuuamento loco ipsius: sicut contingit in vulneribus, quæ laniant vnam cameram pectoris, quia stat pars pulmonis, quæ est in camera non vulnerata loco iuuamenti anhelitus. sed quando vulnerantur ambæ, tunc statim moritur patiens. Et iuuamentum cannę pulmonis est propter inspirationem et respirationem & respirationem, & cum hoc habet iuuamentum vocis. Et propter hoc fuit positum in extremitate huius membri vnum, quod habet possibilitatem generandi vocem, & assimilatur vni paruæ linguæ. Et missæ sunt eidem a musculo res, quæ dant ei diuersas dispositiones, vt possit generare diuersas voces. Et hoc iuuamentum est tantum propter bene esse, & non propter necessitatem: propterea ꝙ vox non est necessaria in esse nostro. Et in maiori parte facit natura hoc, quia facit in vno membro duo iuuamenta, aut tria, quando debet esse hoc. sicut videmus in naribus: quia sunt ordinatæ ad odorandum: & ad hoc vt sint propter mundificationem superfluitatum cerebri. & in vna parte seruit virtuti expulsiuæ, & in alia parte seruit virtuti sensibili. Et etiam iuuamentum vuulæ est vt defendat, ne puluis, aut fumus, aut similes res nociuæ veniant ad gutturę. & cum hoc defendit, ne aer frigidus ingrediatur ad membra anhelitus. & ideo quando multum inciditur ab ea, fortificatur frigiditas ad pectus, & pulmonem, & apparet vt habeat inuentionem in esse vocis. Et testificatur nobis ꝙ epiglottis est instrumẽtum, quod appropriatur voci. quod est, quia cum sufflamus fortiter in cameram, vel cannam pulmonis alicuius animalis, egreditur vox extra ex ea, quę assimilatur voci illius animalis. Et fuit positum super hunc meatum cooperimentum vnum ad defendendum a rebus, quę vadũt ad œsophagum, ne ingrediatur in ipsum, quia moriretur homo. Et propterea, quando intrat aliquid modicę quantitatis, amouet tussim. Ista sunt, quæ sunt possibilia dici de iuuamento anhelitus.

De cāna pulmonis.

De vuula.

De Epiglottide.

De iuuamentis Cerebri, & partium eius.

Cap. XX.

ET virtutes cerebri, scilicet imaginatiua, & cogitatiua, & reminiscibilis, & conseruatiua, quamuis non habeant membra vel instrumenta, ipsa tamen habent propria loca in cerebro, in quibus manifestantur operationes earum. & propterea de eis dicendum est. Et dicimus, ꝙ virtus imaginatiua stat in prora cerebri: & illa est, quæ retinet figuram rei, postquam separata est a sensu communi. Sed cogitatiua plus manifestatur in media camera. & per hanc virtutẽ cogitat homo in rebus, quibus pertinet cogitatio et electio, quousq; apprehenderit quod conuenientius est. Propterea non inuenitur hæc virtus, nisi in homine: & animali bruto concessa fuit æstimatiua loco istius. Et locus virtutis reminiscibilis & conseruatiuę est pupis, siue pars posterior capitis. Et inter conseruatiuam & reminiscibilem non est differentia, nisi quia conseruatiua est conseruatio continua, & reminiscibilis est conseruatio intercepta. Et differentia, quæ est inter conseruatiuam vel reminiscibilem, & imaginatiuam, est quia imaginatiua præstat alijs formam rei sensatæ, postquam priuata est a sensibus: quare non est sensus. Et virtus conseruatiua & reminiscibilis non sunt nisi ad conseruandum, aut ad faciendum reuerti apprehensionem illius figuræ. Et ex hoc apparet, ꝙ sunt magis spirituales quam imaginatiua. Et non est tradendum obliuioni, quod quamuis camerę cerebri sint membra, in quibus complentur operationes istarum virtutum, tamen inueniuntur earum radices in corde: & ꝙ illa loca non sunt illis, nisi sicut instrumenta, in quibus manifestantur eorum operationes. Et sicut virtus visibilis dicitur esse in humore crystallino, quamuis sit in corde, vel in cerebro: sic istæ virtutes, & iuuamentum istorum locorum est ad temperandum eas secundum modum, qui dictus est iuuamento cerebri ad alias apprehensiones. Et hoc declarabitur per viam, qua declara-

Operatiões dictarũ uirtutum cõplentur ĩ cameris cerebri, sed earũ radices sunt ĩ corde.

Prima rõ.

A tum est illud: hoc est ꝙ virtutes istæ non laborant, nisi cum calore intrinseco; & calor intrinsecus non aduenit eis, nisi cum calore mensurato: ergo virtus datiua & mensuratiua de necessitate est in corde: ergo radix istarum virtutum est cor. Item, quia operatio imaginatiuę non est, nisi in signum, quod remansit ex sensatis in sensu communi, sicut declaratum est in libro de Anima: & ibi declaratum est, quod locus & radix habitationis sensus communis est cor: ergo habitationis locus virtutis imaginatiuę est in corde necessario. Et iterum, quia imaginatio est, quæ mouet animal, mediante virtute motiua voluntaria, manifestum est quod motiua voluntaria est in corde. ergo imaginatiua est in corde. Et in loco, in quo est imaginatiua, de necessitate est cogitatiua: quia cogitatio non est nisi compositio rerum imaginatiuarum, & dissolutio earum. Et in loco, in quo cogitatiua de necessitate est, est reminiscibilis & conseruatiua: propterea quia propter ipsam sunt inuentæ. Et non est necessarium in videndo ægritudines istarum virtutum, & in ægritudinibus istarum camerarum cerebri, vt iudicetur propter hoc, quod istę virtutes sint solum in cerebro: sicut non est dicendum in videndo virtutem visibilem ægram, quando ęgrotat humor crystallinus, ꝙ virtus visibilis non sit principaliter, nisi in crystallino. Et tu vides iterum, quod ęgrotant istę virtutes apprehensiuę propter ęgritudinem diaphragmatis: & non fuit aliquis, qui crederet ꝙ istæ virtutes apprehensiuæ essent in diaphragmate:

Secūda rō.

Tertia rō.

Rñsio ad rationē Galeni per exemplū.

Secundum exemplum.

B propterea quia non fuerunt ordinatę istæ camerę cerebri, nisi propter istas virtutes. Et fuit ordinata earum complexio ad faciendum illud, quod conuenit istis virtutibus. & propterea ista virtus non manifestatur primo, nisi in duabus cameris proprie, & ab ea vadunt ad duas cameras, quę sunt in parte posteriori per meatum, qui est inter vtrasque: & sunt posita corpora in illo meatu, quæ aperiuntur, quando necesse est vt aperiantur ad intrandum calorem intrinsecum in illas: & postmodum clauditur in illis, sicut dictum est in libro Anatomiæ. Et quia cerebrum est membrum humidum liquidum, ideo ad custodiam ipsius positum fuit os cranei, & panniculi circundantes ipsum, sicut positæ sunt costæ pectoris ad conseruationem cordis. Et positum fuit hoc rotundum; eo ꝙ hæc forma est melioris dispositionis aliarum omnium formarum, & maioris capacitatis aliarum; & quia a nocumentis remotior omnibus alijs existit. Et fuit positum cerebrū in altiori loco corporis in animalibus perfectis propter sensus qui sunt in eo: propterea ꝙ sensus, secundum ꝙ dicit Galenus, sunt custodia corporum: & rationis est, vt custodes sint in locis altis.

De Somno. *Cap.* XXI.

C ET iam declarauimus iuuamentum vniuscuiusque membri, secundum ꝙ sufficiens nobis videtur. & restat vt declaremus aliquas operationes, quę conseruant sanitatem. Et incipiemus ab operatione dormiendi: & faciemus te scire quid sit dormire, & in quo membro fiat hęc operatio, & quę sit eius causa: eo ꝙ est vna ex rebus necessarijs in esse animalium dormientium, & homo est vnum ex his. et propterea priuatio huius operationis est vna ex rebus, quę facit perdere vitam. & quando compleuerimus narrationem istius virtutis cum modico eius, quod sequitur ad hoc, tunc erit completa ista particula, & incipiemus loqui in alia particula de ęgritudinibus, & causis earum, & accidentibus ipsarum, si Deo placuerit. Et dicimus quod dormire est ligamentum, & quies sensuum, & reuersio ipsorum ab instrumentis eorum ad partem intrinsecam corporis. Et istę res per se notę sunt. & propterea transeūt res sensatę super dormientes, & non sentiunt eas. & etiam videmus dormientem oculos habentem apertos, & non videbit. & si esset virtus visibilis in suo instrumento, tunc videret. Et non solum accidit hoc in hora dormiendi, sed etiā accidit hoc, quando homo subtiliter sollicitatus est circa aliud, tunc etiam transeunt super ipsum multa sensata, & non sentit ea. Et postquam dormire non

Somni definitio.

Declaratio definitionis.

est, nisi reuocatio sensuum ad partes interiores corporis, & est impossibile sensi- D
bus, vt moueantur in motu vniuersitatis corporis sine corpore vno, quod staret loco eius proprię materię: & est manifestum ꝙ istud corpus est calor naturalis: ergo dormire necessario fit per caloris naturalis reuersionem ad partes intrinsecas corporis. Et testificabitur super hoc, ꝙ partes exteriores corporis refrigerantur, cum homo dormit. Et etiam operatio digestionis est fortior cum homo dormit: eo ꝙ calor naturalis, cum quo operatur natura in vigilando in exterioribus, vt det sensum et motum, reuertitur dormiendo ad partes intrinsecas corporis. Et postquam transmissio caloris naturalis membris non fit nisi a corde, sicut dictum est superius: ergo reuersio ipsius tempore dormitionis non fit nisi ad cor: propterea quia a loco, vnde incipit motus, ad eundem reuertitur: sicut est in domino: quia ab eo res habent initium, & ad ipsum reuertuntur. Et postquam declaratum est, ꝙ somnus est quies sensuum, & cessatio suarum operationum propter reuersionem caloris naturalis, qui est eorum subiectum ad cor: etiã sciendum est, quę sit causa istius reuersionis: propterea quia hęc res stãt loco formę dormitionis, & loco vltimę digestionis. Et dicimus ꝙ dilatatio caloris naturalis in partibus extremis non est nisi propter augmentum quantitatis eius: & nõ fit propter augmentum qualitatis, nisi propter augmentum quantitatis, quę est in eo: sed constrictio sua est diminutio quantitatis. et hoc fit necessario, dominantibus super ipsum frigiditate & humiditate: ergo somnus non accidit nobis, nisi quando infrigidatur & humectatur calor naturalis: propterea quia, quando acquirit humiditatem & frigiditatem, & reuertitur ad suam radicem, diminuitur a sua quantitate. Et propterea quia iuuamentum cerebri fuit, vt temperaret caliditatem & siccitatem cordis, necessarium est vt recipiat maiorem partem istius operationis a cerebro. Et hoc accidet, quando dominabitur super complexionẽ ipsius frigidam & humidam. & hoc non accidet ei, nisi quando trãsmittitur eius cibus. & similiter quando accidit cibus cordi, acquirit frigiditatem & humiditatem. Et propterea ꝙ hoc non accidit cordi vt in pluribus, nisi mediante cerebro, nos faciemus embrocationem super cerebrum vigilantium cum rebus, quę habent humectare. Opinabantur multi hominum, ꝙ cerebrum esset solum proprium membrum somni. & non est ita. Et rationes, quę nobis ostendunt ꝙ dormitio non fit nisi per frigiditatem et humiditatẽ, sunt; quia nos videmus ꝙ maior pars ciborum, qui faciunt dormire, sunt frigidi & humidi, sicut lactucę, & similes: & cibi qui inducunt vigilias, sunt calidi & sicci. & causa materialis somni est vapor humidus, qui ascendit a membris inferioribus ad cerebrum propter aliquam causam generatus. & quando est in fine sui ascensus, ingrossatur a frigiditate cerebri, et recipit grauitatem ab alijs humiditatibus miscentibus se cum eis, quę ibi sunt. & quia non possunt resolui, nec vlterius ascendere, descendunt F
inferius ad membra, & oppilant meatus virtutum sensibilium. Et somnus non aduenit multum animalibus post laborem, nisi propterea quia animalia, quando mouentur & laborant, spargitur calor suus naturalis, & diminuitur quantitas sua, & refrigeratur. & propterea reuertitur de necessitate ad locum sui principij, & sui thesauri. Sicut similiter accidit ei res, quę impedit ipsum: quia reuertitur ad principium suum. & sicut homines exercituum, quando accidit eis grande periculum, reuertuntur ad capitaneum. & propterea cor est istud membrum, quod vltimo refrigeratur tempore mortis. Et somnus est vna operatio naturę, quę regit corpus animalis. Et propterea fuit somnus necessarius in animalibus perfectis. quia nisi esset somnus, perirent sensus propter nimium exercitium. & pereuntibus sensibus, periret vita. Et inde est, ꝙ citrinatur facies dormire non potentium, & ledũtur eorum operationes, & proprie operatio virtutis nutritiuę. & etiam exercitium sensuum est ex rebus, quę refrigerant calorem naturalem propter sparsionem suam ad partes exteriores. Et quando refrigeratur, reuertitur ad partes interiores, & diminuitur quantitas sua. Et est sciendum, ꝙ hęc operatio, quamuis ipsa non sit nisi propter aliquam permutationem complexionis factam in calore naturali, quę est augmentum complexionis frigidę & hu-

A midę, tamen veraciter efficiens hanc est virtus regitiua; quę est in corde: & calor, qui est in corde, hoc modo est suum instrumentum. Et propter hoc est hic natus locus inquisitionis, hoc est cui virtuti animæ debet attribui hęc operatio: & videtur ꝙ debeat attribui virtuti sensibili, ideo quia crescit, & fortificatur propter hanc operationē: & non debeat attribui nutritiuę, inquantum est nutritiua, propterea quia vegetabilia non dormiunt, eo ꝙ non habent sensum. Et ista virtus est ex virtutibus sensibilibus appropriatis sensui communi. Et nos non attribuimus hāc operationem virtuti sensibili, nisi quia est vna rerum, propter quas conseruatur esse suum: quamuis tunc cesset. Istę sunt illę res, quę possunt dici in operationibus omnibus, quas habet sanitas. Et de iuuamento istorum erit declarata res, quę est necessaria in esse animalium, & illa, quę non est necessaria.

De complexionibus Temporum. *Cap. XXII.*

ET etiam membra virtutis nutritiuę, & operationes illius, sunt necessaria in esse animalis, ꝙ non est generatiua. & etiam sensus tactus est necessarius. & propterea fuit priuatio istius virtutis mors ex necessitate. & anhelitus est etiam operatio necessaria. Et ex hoc apparet, quod res,
B quæ stant corpori hominis loco conseruationis, sunt aer, aqua, cibi: quę non conseruant, nisi quando sunt super suum cursum naturalem. Et quia aer non est super formam suam naturalem, nisi propter operationem Solis & corporum cœlestium, cum eo fuerunt causę, quę stant corpori humano loco conseruationis, ipsa eadem corpora. Et non completur hęc operatio in aere, nisi propter operationē solis in eo in quatuor temporibus, quę sunt ver, æstas, autumnus, & hyems. & hoc est ex incessu ipsius in circulo obliquo. & propterea conueniens est Medico cognoscere naturam horum quatuor temporum: quia propter ipsa stat sanitas plus quā per alias causas. Et dicimus ꝙ ver est tempus, in quo operationes nutritiuę sunt perfectiores. & hoc non accidit nisi propter multiplicationem calor naturalis in corpore: propterea quia calor naturalis est calidus & humidus. & dicitur ꝙ complexio istius tēporis est propter caliditatem & humiditatem: propterea quia speculatio in complexione huius temporis est in comparatione ad corpus humanum: & operationes iuuenum in hoc tempore sunt perfectiores. & propterea potest dici, ꝙ est tempus temperatum comparatum complexioni hominis. Sed si tu diceres ꝙ esset temperatum propter proportionem qualitatum, ex quibus est vna cum alia, hoc esset falsum. quia vnaquęq; rerū, quę appropriatur cōplexioni, appropriatur de necessitate dnationi vnius qualitatis actiuę, quę stat loco formę, & dominationi vnius qualitatis passiuę, quę stat loco materię. *Ver esse tēperatū in cōparatiōe ad humanū corpus.*
C & si ita non esset cōplexionatum, non esset vnum in forma, imo essent duo. nec etiam esset recepta vna operatio in suo termino, si duę qualitates contrarię dominantes essent super ipsum ambę ęquales in potentia, vel in actu. quia ex duabus rebus in actu contrarijs non potest fieri vnum in actu. & etiam de duabus non contrarijs, sicut non fit ex duabus lineis in actu vna linea in actu. Et hoc non consenserunt multi ex eis, qui appropriāt sibi Philosophiam hoc tempore, nedum Medici. & de hoc habebunt manifestam declarationem: quia nunquā inuenitur temperata complexio in proportione quatuor qualitatū, hoc est tēperantia. quę est secundū extremitates: sicut non potest inueniri temperata cōplexio appropriata vni qualitati actiuę, propterea quia quęlibet actiua habet gradū suę operationis propter vnā qualitatem passiuam propriā ei, quę stat ei loco materię. Et postquam declaratum est hoc, reuertamur ad illud, a quo separati sumus. Et dicimus ꝙ vr̄ ꝙ tempus ęstiuum habeat in dispositione sua dominiū caliditatis & siccitatis. & etiam apparet ꝙ humiditas & frigiditas dominentur super dispositione hyemis: & hoc est comparatione ad tempus veris, & cōplexione hominis. Sed cōplexio autumni, quia est media inter ęstatem & hyemē, opinatur ꝙ sit quasi in tēperantia veris, sed res est contraria, quia est in fine cōtra-

rietatis veri: propterea quia est illud tempus, in quo debilitantur virtutes, & sunt D
confusę, sicut videtur in vegetabilibus & animalibus. & propterea dicēdum est
ꝙ frigiditas & siccitas dominentur super ipsum, quę sunt contrarię caliditati &
humiditati. & quamuis non sit frigidum, multum prędominatur et siccitas. &
vniuersaliter dico ꝙ confusus est in suis partibus; & Sol in illo est medius nobis inter propinquitatem & longitudinem. & quāuis hęc eadem comparatio sit in vere, tamen est magna differentia inter istas duas cōparationes ex parte pręparationis naturalis: propterea quia virtutes sunt in autumno in fine declinationis: & siccitas iam dominata ęst super omnia animalia. & propterea non inuenitur aliquod iuuamentum in temperantia caloris ipsius temporis in rebus generationis. Sed temperantia, quę est in vere, est conueniens generationi; & sedet super naturam, quę est conueniens generationi. & hęc est humiditas. Et hęc tēpora non habent terminum stabilē generaliter in breuitate & lōgitudine, sed diuersificatur in regionibus. & hęc diuersificantur in latitudinibus ipsarum. Et tēperatior regio est illa, quę habet tempus autumni breue. & tempus veris longū. & tales regiones sunt in quinto climate, & proprię quę sunt propinquę mari. Et autumnus in terris nostris Hispanię habet quasi duos menses, & sedet in principio quinti climatis. & sub lance diei non est tempus temperatum, secundum ꝙ opinantur multi hominum. & hoc declaratum est alias. Nec etiam verū est quod dicunt quidam, ꝙ quartum clima sit melius quinto, & Galenus sentit ꝙ temperatior est terra Gręcorum. & inter alias temperatior ęst terra Hispanicis, & dicit ꝙ totum tempus illarum terrarum est sicut tempus veris. Deinçeps declaratum est ex istis locis sanitas cuiuslibet membri in omnibus quatuor causis scilicet, materiali, efficiente, formali & finali, & hæc fuit nostra intentio a principio libri. E

*

Auerrois

AVERROIS COLLIGET

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De Aegritudinibus, & Accidentibus.

De Aegritudinis definitione, & eius speciebus in generali. Cap. I.

A Efinitio ęgritudinis est manifesta per definitionem sanitatis, eo ꝙ ægritudo est opposita sanitati. Et quia sanitas est vna bona dispositio in membro, cum qua agit actionē, quā habet a natura sua agere: & similiter patitur passionē, quā habet pati per sui naturam: fuit necessarium vt ægritudo sit mala dispositio in membro, propter quā agit, & patitur cōtra naturam. Et necessarium est, vt faciamus in cognitione specierum ægritudinis quod fecimus in cognitione specierū sanitatis, hoc est vt narremus in primis quot, & quæ sint eius species, & quæ sint suæ causæ: & postea declarabimus quæ sint actiones, & passiones non naturales. & Medici vocant passionē accidens. Et quando nos hoc fecerimus, tunc cognouerimus ægritudinem per omnes suas causas, quæ sunt finis cognitionis rerum. & hoc totum poterimus cognoscere a cognitione sanitatis, quæ a nobis prius dicta est. Quoniam numerus specierum ægritudinis est sicut numerus specierū sanitatis: & a cognitione sanitatis cognoscitur ægritudo: quamuis opinatum sit ꝙ notiores sint species ægritudinū speciebus sanitatis: ꝑpterea quia multæ ægritudines habent nomina, & sanitates oppositæ illis nō habent nomina: & tñ impossibile est cognoscere ægritudines perfecte, nisi ꝑpter cognitionem suorum oppositorum. Et propterea dictū est, ꝙ contrariorū eadē est disciplina. Reuertamur igitur, & dicamus ꝙ propterea ꝙ dispositiones sanitatis membri habent duas species: vna est bonitas cōplexionis membri, quæ in mēbris inuenitur consimilibus: & alia est bonitas complexionis, quæ est in membris officialibus: fuit necessariū diuidere similiter ęgritudines secundū has duas species. In primis narrabimus ægritudines membrorū consimiliū, & dicemus earū causas efficientes, & materiales: & postea narrabimus ægritudines membrorum officialiū, & dicemus earū causas. Et dicimus, ꝑpterea ꝙ membra consimilia nō agunt, nec patiuntur secundum cursum naturæ: nisi qñ mensuræ caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis erunt in illis cū proportione conuenienti in omnibus speciebus complexionis sanitatis: sicut narrauimus in libro Sanitatis. Similiter est necesse, vt sint ægritudines illorum membrorum ipsis egredientibus ab ipsis mensuris proportionatis in vna qualitate vel duabus ex illis, quæ possunt combinari. ergo species ægritudinis istorū mēbrorū sunt octo, videlicet frigida, humida, vel calida, sicca, vel calida & humida, & calida & sicca, aut frigida & sicca, & frigida & humida. Et non solum est intelligendū de primis qualitatibus, sicut dicit Gale. sed ēt de qualibet qualitate, cū qua operatur membrum suas operationes, sicut duricie et mollicie, & his similibus qualitatibus proprijs mēbris, & improprijs. Et species* harum gritudinū primo inueniūtur in mēbris consimilibus, secūdo in compositis pp consimilia, sicut dictū est in speciebus sanitatis. Et istarum octo specierū quædā sunt ma

(margin, beside "Sanitates oppositæ..."): Sanitates oppositę ęgritudinibus non habēt noīa.

(margin, B beside "rea ꝙ dispositiones")

(margin note): * a.l. istorū mēbrorum.

teriales, & quędam non. Sed difficile est imaginari ęgritudinem materialem esse simplicem: propterea quia ægritudines materiales sunt compositæ: quia nulla ægritudo materialis lædit operationem, nisi propter aliam non materialem, quæ superuenit membro a calore, vel a frigore. D

De causis Aegritudinum in generali. Cap. II.

DEinceps volumus dicere causas earum. Et dicimus ꝙ occasiones materialium ægritudinum sunt humores quatuor, quando ægrediuntur ab eorum temperãtia in quantitate, aut qualitate. Et hoc accidit aut a parte materiæ, aut a parte efficiẽtis. & hoc est, propterea quia membra nõ permanent super complexionem sanitatis, nisi quando sanguis, qui aduenit eis, est in quantitate, & qualitate in proportione temperata in caliditate & frigiditate. Et hoc accidit, quando membra, quæ efficiunt nutrimentum, stant super cõplexionem sanam: & cibi qui adueniũt corpori, sunt naturales, & recipiũtur in quantitate conuenienti, & ordine debito, & tempore conuenienti. Sed qñ sunt secundũ contrariũ, tunc non sunt solum causæ materiales ad generandum in corpore istos humores, sed etiam inducunt membra facientia nutrimentum ad malam complexionem. & tunc dicitur, ꝙ humores exiuerũt a natura a duabus partibus, videlicet a parte efficienti, & a materiali simul. Et plures erunt cibi naturales, & recipiuntur secundum ordinem naturalem, vt dictum est. Sed res extrinsecæ acquirent membris efficientibus malam cõplexionem, & generabunt tales humores: & illæ sunt sicut aer, exercitium, & similia. & tales sunt exeuntes in quantitate, & qualitate. & tales sunt euenientes a mala complexione in radice creationis membrornm agentium in nutrimento. & tales accidunt causa parentum, qui exiuerunt a sua complexione, & ex præparatione prima in creatione, quoniam plures homines sunt similantes se adinuicem in creatione eorum & regimine, tamen variantes se in accidentibus. quia tales sunt multarum ægritudinum, & alij paucarum ægritudinum: & tales multorum annorum, et alij paucorum annorum. Et pluries accidet hoc a mala complexione fixa in principio generationis membrorum efficientium. Et plurimũ hæc talis complexio est hæreditaria: quia ab istis primis præparationibus accidit, quod videmus ẽt de similitudine multorũ hominũ ad inuicẽ in forma, consuetudine, & accidẽtibus ęgritudinum in paucitate & longitudine annorum. Et postquam diximus causas humorum distemperatorum vniuersaliter, deinceps narrandum est, quomodo fit generatio vniuscuiusq; istorũ, & quot sunt ęgritudines, quę generantur ab eis. E

De causis Aegritudinum materialium calidarum & siccarum. Cap. III. F

ET incipiemus ab ægritudinibus calidis & siccis materialibus. Et dicimus ꝙ ægritudo calida & sicca generatur ex cibis calidis & siccis distẽperatis: vel quia recipiuntur in multa quãtitate, aut nimis diminuuntur: aut quia recipiuntur super ieiuniũ. quia quando recipitur cibus post multum ieiunium in stomacho & hepate, permutabitur ad calorem & siccitatẽ fortẽ & inducet stomachum, & hepar ad eandem complexionẽ: & tunc erit facta operatio eorũ ab ambabus partibus supradictis: & sanguis, qui generabitur ab hoc cibo, erit calidus & siccus, & distemperatus: & multiplicabitur in ipso cholera in multa quantitate, & distemperabitur in multa qualitate: & tunc impedietur operatio fellis, & non poterit attrahere choleram secundum debitam quantitatẽ, & sic remanebit imbibitus ex ea. Et illud est, eo ꝙ, quando exit cholera a via sua naturali in quantitate, vel qualitate, aut in ambabus simul, & tunc remanet cholera influxa in sanguine. & qñ nutriẽtur mẽbra ex illo sanguine, exibũt paulatim a sua cõplexione naturali ad malã cõplexionẽ calidã, & siccã, & generabũtur multę ęgritudines calidę cholericę, et similia accidẽtia veniẽti a amẽbris a rebus extrinsecis, sicut ab aere calido, & a multo exercitio, & vigilia, &

A accidẽtibus alę,quę habẽt calefacere,ficut ira,& furor,& cogitationes cordis,et his fimilia.& cã fortior,quę eft iftarũ cãrum plus aliarũ rerũ, eft aer, & ars. & aliqñ erit caufa iftarũ oppilatio pororũ q̃ funt in cute,per quos euaporat calor et retinet:& cõculcabitur calor intus,& faciet qđ dictũ eft. Et aliqñ erit hoc a cõplexione naturali,vel radicali. Et cholera nõ naturalis,quę fit in corporibus fupradictis,habet quatuor fpẽs. Vna fpẽs eft,q̃ afsimilatur vitello oui, qđ natũ eft in illa die Gale.dicit in pluribus locis,ꝙ hęc fpẽs eft calidior naturali: qa pars ignea in hac fpecie dñatur plus.& dicit ꝙ eius grofsities eft pp nimiã caliditatẽ et ebullitionẽ,ob quã rẽ habet ifta fecũ iftũ calorẽ igneũ. Et alij medici p̃ter ipfum,dicũt ꝙ hęc eft minoris caloris naturali.& dicũt ꝙ grofsities ipfius eft pp alicuius mixtionẽ phlegmatis.& fcdm hoc debet effe rubedo ipfius infra rubedinẽ naturalẽ. & eft cõtra illud,qđ dicit Gale.& nos videmus ꝙ ita nõ eft,vt dicũt. Ad hoc fcdm illos debet habere cũ fua grofsitie aliquantulũ vifcofitatis, ficut debet habere corpus humidũ mixtũ cũ corpore calido.& fenfus vifus ĩ hoc adiuuat Gale. Et fecũda fpẽs habet colorẽ aurichalchi,vel citri:et gñatur ab humiditate aquę admixta cũ ipfa.& fine dubio hoc infra fiftit ĩ caliditate a cholera naturali.& ęgritudines,q̃ fiũt ex hac fpecie,& vitellina fcdm illos, q̃ dicunt ꝙ fit groffa pp admixtionẽ phlegmatis,nõ funt enumerãdę cũ ęgritudinibus calidis & ficcis fimplicibus,fed cũ cõpofitis.fed ęgritudines vitellinę fcdm Gale.

Opĩo Auic. prima primi c.de humoribus.

B funt pofitę ĩ vltimitate caliditatis & ficcitatis. & põt effe ꝙ hęc cholera eft cholera,q̃ nõiat Gale.cholerã rubeã. Et alię duę fpẽs funt ficut prafsina, & ęruginofa.& dr̃ ꝙ ambę gñantur in ftomacho.& mihi vr̃ ꝙ Gale.nõ appropriet eas cholerę fimplici:qa dicit ĩ libro de Virtutibus naturalibus ꝙ iftę duę fpẽs gñantur a cholera vitellina mixta cũ alijs humoribus:& ꝙ hę duę fpẽs fint cõpofitę. & manifeftũ eft ꝙ gñantur in ftomacho fcdm eos. Et ftomachus per fuã naturã nõ habet gñare cholerã naturalẽ,nec nõ naturalẽ.qa qđ generat naturalẽ,generat nõ naturalẽ,qñ corrũpitur ipfius cõplexio:qa ipfius cõplexio intẽdit aut remittitur.ergo prafsina & ęruginofa nõ habẽt hoc nomẽ,nifi ęquiuoce. Et vr̃ ꝙ cã iftarũ generationũ eft,ꝙ qñ cholera egreditur a fua natura ĩ caliditate et ficcitate,pp̃ fparfionẽ ipfius ad ftomachũ,tũc remifcetur cũ alijs humoribus, et ꝓprie cũ melãcholia:& ibi recipit aliquã fpeciẽ putrefactionis, & ꝑuenit ad talẽ cõplexionẽ. & ꝓpterea afsimilãtur ifti humores veneno, & ꝓprie ęruginofa. Et ęgritudines,quę ꝑueniũt ab his,funt incurabiles,ꝓpterea qa nõ recipiũt digeftionẽ,nec ꝑmutãtur a colore naturali:immo corrũpunt formã fpecificã ipfius ficut corrũpit venenũ. Deinceps volumus declarare,qualiter generãtur ęgritudines cholericę:& incipiemus a febre cholerica fcfraria. Et dicamus ꝙ,poftq̃ dictũ eft ꝙ febris eft calor,qui cõtinet totũ corpus,qui lędit actiones & pafsiones

C mẽbrorũ oĩum,ab hac parte apparet ꝙ eft calor extraneus. et apparet ex parte, qua manifeftatur in ipfa operatio caloris intrinfeci digerẽdo humores,& recipit fanationẽ,et nõ eft ficut calor extraneus,qui inuenitur in corporibus mortuorũ, ob hoc apparet,ꝙ ẽt eft naturalis.& eft veritas,quia eft calor naturalis mixtus cũ aliqua qualitate caloris putredinalis. Et adhuc,poftquã calor ifte fpargitur, et cõtinetur ꝑ totũ corpus per arterias,dicimus ꝑ hoc,ꝙ fubiectũ ꝓpinquũ iftius caloris eft cor:et ꝓpterea eft ĩpofsibile ipfum effe totũ extraneũ. Et ꝓpterea qa calor cordis eft ille calor,cũ quo mẽbra faciũt oẽs fuas operationes, neceffariũ eft,qñ recipit aliquã ꝑmutationẽ,vt lędantur oẽs eorũ operationes. Ergo definitio febris eft hęc,ꝙ eft calor cõpofitus ex calore naturali et extraneo putredinali miffo a corde ad totũ corpus,& lędit oẽs actiones,& pafsiones. Et dicimus ꝙ ifte calor eft ꝑmutatio caloris naturalis ꝑmutati in quãtitate,& qualitate operãdi ĩ corpore operationes nõ naturales,aut ĩ materia nõ naturali. Deinceps volumus dicere ꝙ caufę gñationis iftius caloris funt eędẽ cũ caufis gñationis caloris extranei:faluo ꝙ ĩ hoc calore funt ęquales,et fi ita nõ effet, ergo eẽt extraneus abfolute, quia res attribuitur extraneo dominanti. Et iam declaratum eft in Quarto Meteororum, quod caufa efficiens putredinem ftat duobus modis, Vnus eft calor extrinfecus, propterea quia ifte calor fpargit, & exhalare facit calorem intrinfecum ; & maxime, quando eft cum forti qualitate,

Febris definitio,

& quando spargitur calor intrinsecus, sicut conuenit tempore magni caloris, qui regit materiã generatam in illa materia calor extraneus: & maxime si sit humida, quia humiditas de facili permutatur a rebus extrinsecis: quia difficile esset effici per seipsam. Alius causa est efficiens per accidens, hoc est frigiditas. quia qñ dominat super calorem intrinsecum, extinguit ipsum: & tunc generat su per materiam loco istius caloris naturalis alium calorem extraneum. Et ibi declaratum est, ꝙ ens naturale non permanet in suo esse, nisi qñ virtutes agentes dominantur super patientes. Et quando debilitantur istæ virtutes regitiuæ, & dominantur virtutes extrinsecæ, tunc tendit ens ad viam * imperfectionis. Et causæ, quæ adiuuant ad generandũ calorem extraneũ, illæ eædem sunt cum illis, quæ adiuuant ad extinguendum calorem naturalem. & hoc fit, qñ subiectum est præparatũ ad recipiendum istam generationem extraneam: sicut sanguis ex quo generatur cholera, qui egreditur a natura in quantitate, aut qualitate: aut propter multitudinẽ sanguinis, aut propter ipsius grossitiem, aut viscositatẽ. quia per hoc refrigeratur calor intrinsecus, & extinguitur, sicut faciunt multa ligna humida, quando ponuntur super ignem. Et ẽt oppilatio pororũ adiuuat ad hoc: quia resistit euentationi caloris intrinseci. & accidit hoc, sicut accidit igni, quãdo non habet euentationem, qui cito extinguitur, vel debilitatur: sicut tu vides ꝙ carbonarij tegũt carbones cum terra, vt ignis non transeat per omnes partes carbonum, & faciat ex eis cinerem. D

* a.l. corruptionis.

E

De generatione Febris choleræ sefrariæ. *Cap. IIII.*

ET postquam declaratum est vniuersaliter quid sit febris, & vniuersales causæ suæ generationis, dicendum est quomodo generatur febris cholerica, quæ dr̃ sefraria. Et dicamus ꝙ fortior causa in generatione istius febris est, qñ dominatur complexio sanguinis in caliditate & siccitate. Et habet præparationem vt generetur in eo talis calor, aut propter præparationem superfluitatum tertiæ digestionis, quæ est in membris: sed grossities, & viscositas, & oppilatio venarum non imaginantur in operatione istius febris, nisi diceretur in cholera vitellina secundum illos, qui dicunt contra Galenum: aut propter quantitatem suam. Et debes scire ꝙ non est in homine cholera absoluta, ita vt sit pars membri hominis, excepta cholera, quæ stat in sacculo fellis secundum quosdã: sed natura expellit eam a mẽbris sanguineis, qñ separatur ab eo. sed propterea est impossibile opinari ꝙ subiectum febrium sefrariarum sit cholera absoluta: sed est sanguis, aut humiditas, in qua dominatur cholera. Et propterea potest recipere digestionem, & reuerti ad suam naturam: quia nõ denudatur a sua forma specifica. Sed qñ separatur ab eo cholera absoluta incontinenti expellitur a natura. & si separatur ab eo res, quæ habeat possibilitatẽ recipiendi digestionẽ, nutrientur ex eo membra. Et non est possibile vt cholera recipiat aliquam digestionem. quia non est possibile illi rei, quæ transiuit terminum decoctionis, vt redeat ad terminum decoctionis: sicut non est possibile vt assum reuertatur ad elixum. nec ẽt in ea est aliqua pars, ex qua possint membra aliquo modo nutriri. & dico hoc de naturali. sed si sic de naturali, quanto plus de non naturali. Et illi qui solum sunt Medici, qui dicunt ꝙ cholera est cibus alicuius membri, sunt qui dicunt ꝙ quatuor humores sunt elementa membrorũ consimilium. Et ego nolo laborare plus in quæstionibus cum eis: quia ego declaraui hoc perfectæ in libro Sanitatis. Et propterea quia calor extraneus generatur in humiditate, quæ est extra naturam cum debilitate caloris intrinseci: dico ꝙ non est cũ excessu naturalis caloris, sicut opinatur Galenus in multis locis. Sed propterea ꝙ humiditas est velox ad putrefactionẽ: propterea quia calor intrinsecus plus laborat ad ipsius corruptionẽ: quia illa nõ habet a se rem, quę eam cõsumat. Et si cõfiteretur Galenus, ꝙ oĩs calor extraneus esset putredinalis, caderet periculũ magnũ in dictis Arist. ꝑpterea quia quilibet calor extraneus fit secundũ ipsum primo, & substãtialiter pp calorẽ aut frigiditatẽ. & qñ debilitatur calor naturalis ꝑpter frigiditatẽ, tunc dominatur humiditas, & fatigatur ca- F

A lor intrinsecus in dominando super ipsum,& fit putrefactio ꝑp calorē extraneū superuenientem. Sed qñ causa caloris extranei fit a calore, tunc superuenit membris assatio vel cōbustio, sed non putrefactio. propterea ergo non est ex necessitate vt oīs calor extraneus, aut omnis febris sit putredinalis,& maxime causus. & etiam, quando calor extraneus generatur in locis, in quibus fit digestio, & in locis, in quibus fit pars membrorum in actu,& aggregātur ibi superfluitates existentes in natura distemperatæ similes choleræ in qualitate, aut distemperatæ in quantitate, etiā erūt illæ humiditates, quæ sunt in corpore occasione cholerę, & inuentæ loco digestionis. Et manifestum est ꝙ locus maioris digestionis est locus digestionis secundæ, qui est hepar,& venę: & alter est locus digestionis tertię,& illa est in mēbris. Et propterea spēs harū febriū sunt duę: vna quę est in venis,& altera quę est in mēbris, hoc est in locis digestionis tertię. & in libro Prognosticorū declarata est differentia istarum duarum febrium. Et sunt etiam aliæ febres, quæ sunt appropriatæ puræ choleræ: & tales etiā appropriatæ sunt choleræ non puræ. & ibi declarabo differentiam vnius ab alia.

Nō est necesse qd oīs febris sit putredinalis.

De Aegritudinibus cholericis localibus. *Cap. V.*

ET postquā declarauimus vniuersaliter quō fiūt febres cholericæ: deinceps volumus loqui,& narrare quō fiunt ęgritudines cholericæ locales, B quę nominātur alguase: in Latino dñr apostemata cholerica: & in Græco erysipelata. Et dicimus ꝙ hæc apostemata generātur in mēbris duobus modis: vno, qñ expellitur ad aliud mēbrum humor cholericus: & tunc pp eius quātitatē fit dilatatio in membro scdm oēs dimēsiones. Et propterea dr̄ ꝙ elmare, siue erysipelas,& similia sunt cōposita ex morbis cōsimilibus & officialibus. Et causa expulsionis istius humoris est ꝑpter fortitudinē virtutis expulsiuæ in mēbro mādante,& ꝑpter debilitatem eiusdem virtutis in mēbro recipiēte. Et nō fit, sicut dicūt grossi, ꝙ fit pp fortitudinē retētiuę mēbri recipiētis. Verū ad hoc multū adiuuat largitas viarū cū suppositione patiētis mēbri: & maxime qñ mēbrū expellens est superius,& recipiens inferius: et maxime qñ humor est grossus & terrestris. & qñ fuerit incineratus,& fuerit in mēbro, tunc propter illius quantitatē calor intrinsecus in eo suffocabitur,& generabitur calor extraneus in mēbro extraneo: saluo si humor non esset in vltimitate siccitatis. Et si apostema istud generatur in aliquo mēbro principali, aut prope ipsum, ꝓcedet ab eo calor ad cor,& generabitur febris fortis. & si nō erit prope mēbrū principale, non faciet febrē: & possibile erit vt tendat ad mortē. Et alio modo generatur, qñ membrū nō pōt digerere cibum qui ei mittitur, nec ipsum permutare in quātitate aut qualitate, nec ipsum pōt expellere: tūc materia augmētatur in mēbro illo taliter, vt recipiat dilatationē in oēs tres dimēsiones: & extinguitur eius C calor naturalis eidē mēsuratus,& generatur in eo calor putredinalis propter necessitatē materiæ extraneę. Et istæ ægritudines, quæ dicuntur erysipelata, sunt duarū specierū. Vna est, quæ dr̄ erysipelas ruboris. & apparet ab hac specie, vt sit mixta cū multo sanguine ꝑpter rubedinē quā habet: & nō facit in mēbro magnū tumorē,& nō est dolor eius acutus. Alia species dr̄ erysipelas formicularis. & in ea plus dominatur cholera: & propterea inducit pustulas, & corrosiones. Et aliquando ista non apparet, nisi in cute: & aliqñ est fixa in substantia membri,& illa peior est. & potest esse vt fiat in concauitate alicuius membri, sicut in stomacho, aut ī intestinis, et lędet ipsius operationes sine apostemate manifesto.

Erisipelatæ Duę species.

De Aegritudinibus frigidis & humidis materialibus. *Cap. VI.*

ISTę ęgritudines fiūt ꝑpter phlegma, qđ est extra naturā in quātitate, & qualitate. Et causę gñationis istarū sunt oppositę causis, ex quibus gñantur ęgritudines cholericæ. & manifestiores istarū ęgritudinū sunt febres phlegmaticę,& apostemata, quę dñr zinniæ. Quod vero plus adiuuat ad gñationem harū febriū est oppilatio, quæ fit propter grossitiem istius humoris, aut viscosita-

tem. Et vniuersaliter fit hæc putrefactio per viam extinctionis caloris intrinseci: sicut extinguitur ignis a superpositione lignorum viridium. & cum extinguitur intrinsecus, augmentatur extraneus in materia extranea. & ista febris fit ex hoc humore in venis, & in tertia digestione membrorum. Et istius humoris exeuntis a natura sunt quatuor species. Vna est salsi, & est siccior naturali: propterea quia salsugo ei aduenit a substantia terrestri adusta mixta cum aliqua humiditate, sicut apparet in generatione salis. Alia est acetosi. et quamuis sit siccū, tamen est frigidum: & propterea quia acetositas generatur a frigiditate. Dulce est calidius, sicut est videri in acetosis fructibus, qui post acetositatē acquirūt dulcedinē. Et vitreū est deterius omnibus: quia habet cum frigiditate multam viscositatē. Et species febriū phlegmatis diuersificantur secūdū diuersitatem harū specierū. & quando nos tractabimus de febribus, tunc de hoc loquemur lato sermone. Et species phlegmatis melius recipiunt digestionem q̄ cholerę, secundū q̄ quidā dicunt q̄ recipiunt species cholerę digestionē. Sed febres, quę fiūt a phlegmate, sunt periculosiores febribus cholerae propter grossitiem phlegmatis; & propter oppilationes quae fiunt ab eo, & quia interpollatio earū est valde breuis, secundū q̄ dicā post. Sed apostematum phlegmaticorū quaedam sunt, quae fiunt a phlegmate subtili, & quaedam a phlegmate grosso: sicut sunt apostemata, quae nominantur scrophulae. & ipsae nascuntur in carne glandulosa, sicut in collo, subascellis, & inguinibus. Et hæc materia, quae est inclusa in apostematibus, est dura valde: & sunt ex apostematibus glandulosis, quae sunt grossitudinis grani pini, vel nucis. & hoc efficitur in locis carnosis. Et istius generis sunt verucae, & claui. & ex apostematibus malis, quę appropriata sunt grossitudini humorum & exeuntium a natura, quae nominata sunt adubelati in Arabico. & inueniuntur in istis apostematibus substantia similis feci, & stercori, & luto, vel carboni. Et maior pars istorum apostematū composita est ex duobus humoribus, scilicet ex phlegmate, & melancholia. Et apostemata appropriata proprie phlegmati, sunt apostemata nominata in Arabico cala. & dicunt q̄ huius species sunt quatuor, s. lutosarum, mellitarum, vittearum, & pultesarum. Lutosae fiunt ex phlegmate grosso. Mellitę fiunt ex phlegmate putrido habente intus substantiā mellis. Et alię duę species fiunt similiter ex phlegmate mellito. & ex phlegmate fiunt, & quaedam a ventositate: sicut accidit in illis, quae fiunt in extremitatibus hydropicorum: & multę alię ęgritudines, quas narrabimus, cum loquemur de accidentibus, quae superueniunt actionibus, & passionibus membrorum.

Vid tres species libro de tumoribus.

De causis Aegritudinum frigidarum & siccarum materialium. Cap. VII.

ISTę ęgritudines fiunt ab humoribus melancholicis, qui aegrediuntur a natura in quantitate, aut qualitate, aut in ambabus simul. & quae faciunt humores istos egredi a sua natura, sunt materiae, quae sunt similes eis, sicut cibi frigidi & sicci, aut calidi & sicci: aut qñ exeunt membra ab eorum cōplexionibus ad frigiditatē & siccitatē, vel ad caliditatē & siccitatē distemperatam. Et exeunt ēt a suis cōplexionibus propter res extraneas, sicut propter aerem, & exercitium. Et aliquando accidit a generatione, sicut accidit leprosis. & maior pars talium fit ab hęreditate, aut propter coitum cum menstruata in diebus, quos dixit Zacharā: quia lepra illa a beneficio medicinarum curā non recipit, nisi fiant tempore crisis annorum, quod natura ordinauit. & hoc testificatur mirabilis Zacharā: & ego expertus sum. Et quando multiplicātur isti humores in corpore, splen conatur eos attrahere & nequit, aut pp quantitatē, aut malam qualitatem, aut propter vtrunque, tūc remanent cum sanguine, & vadūt ad membra. & quia membra abominant eos, correctionem eorum facere non possunt. quare ex eis generantur aegritudines difficilis curationis. Et cholerę nigrę exeūtis in quātitate a natura sunt duę spēs. vna est pp adustionē melancholiae naturalis: & alia species est ex adustione cholerę nō naturalis. Et istę species gñantur a mol

A to calore & intensa siccitate, quãuis remaneant per earum naturã frigidę, & misceatur cum eis calor extraneus extra naturam multũ. Et ꝙ significat hoc, s. ꝙ complexio earum sit talis, est earum acetositas. quia qñ sparguntur super terrã, fermentant ipsam. & vnaquęque istarũ specierum inducit corrosionem in membris, & aliqñ fistulas, & maxime quę fit ab adustione cholerę. Et ægritudines, quę fiunt ex humoribus istis, quędã sunt febres, quędã apostemata. et febriũ, quę in eis fiunt, quædã fiunt in secunda digestione, & quędam in tertia. & quod adiuuat generationem istarũ, est oppilatio pororum cum grossitie humorum, & difficultas digestionis. Et apostemata, quæ dicuntur sclerotica, fiunt ex melancholia naturali & adusta, & aliquãdo cancer. sed quę fiunt a naturali, semper sine vlceratione sunt, & quæ fiunt ab adustione non naturali cum vlceratione. & aliquando spargitur hęc materia super omnia membra, & tunc fit lepra. & propterea dicitur, ꝙ lepra est cancer vniuersalis. Et istius duę sunt species. quia quędã est cum vlceratione, & quædã sine. & quę fit cum vlceratione, est de melancholia, quę est extra naturam, & phlegma salsum, & sanguis secundum quosdã recipiunt adustionem.

De causis Aegritudinũ calidarũ & humidarũ materialium. *Cap. VIII.*

B ISTę ęgritudines generantur propter exitum sanguinis extra naturã in quãtitate, aut qualitate. Sed exitus ipsius in qualitate debet dici paucus: quia qñ exit multum, debet attribui ęgritudo nomini illius ęgritudinis, ad quã declinauit, & illi cui dominatur manifeste: hoc est, quia qñ inflammantur nimis, debet attribui cholerę; & sic de alijs. Et debes scire ꝙ ęgritudines simplices nõ fiunt ex humoribus simplicibus istis: & maxime ex illis, qui nõ recipiunt digestionem, nec sunt apti nati recipere ipsam. quia quando cholera, vel melancholia simplex dominatur singulariter & simpliciter, fiunt ęgritudines ex eis, quæ nullo modo habent curationem, sed nominantur simplices propter humores in eis dominantes: sicut nominantur compositæ, quando apparent in eis, & videntur duo humores, aut plures dominantes. Et maior pars ęgritudinum, quæ generãtur ex sanguine, sunt febres, & apostemata. Et ipsius febris sunt species duæ. Vna fit ꝓpter augmentum quantitatis solũ. & ꝓpter illud augmentũ quãtitatis claudũtur pori, & inflammatur sanguis, & fit hęc species febris. & hęc febris in suo principio non est putredinalis. Sed si Medicus fuerit negligẽs in eius curatione, fit putredinalis. & hęc species est media inter ephemeram & putridam. Et alia species fit propter aliquam putrefactionem. Et febres, quæ fiũt a sanguine, fiunt in omnibus venis: propterea quia non est sanguis in actu in corpore, nisi in venis, & non habet interpolationem manifestam. Sed apostemata, quæ fiunt (Datur Synocha. idem. 3. Theisir. tra. 1. c. 4. Vide 4. Colliget. 31.)

C ex hoc humore, sunt quæ dicũtur phlegmone. & fiunt plus propter distemperantiam in quantitate, quam in qualitate. Et diuersificantur ista apostemata propter maiorem profunditatem & minorem. & quod est minoris profunditatis, est leuius. Sed sanguis, qui currit ad membrum, si distemperatus sit aliqñ in qualitate calida, fit erysipelas phlegmonodes: eo ꝙ tunc est cholericus propter inflammationem cholerę. & hęc species est periculosior. Et apostemata vniuersaliter diuersificantur per diuersitatem membrorum, in quibus fiunt. quia quando fiunt in aliquo ex membris principalibus, necessario sequitur mala febris: & maxime quando apostemata est phlegmone. Et aliquando fit phlegmone in subascellis, & in inguinibus, & in auribus. & quæ fiunt in partibus subascellarum, generantur ex superfluitatibus transmissis a corde. Et fiunt hęc apostemata propter alia apostemata facta in alijs partibus corporis: quia omne membrum habet virtutem expulsiuam mandantem alteri. Et etiam fiũt ex hac variolæ, & morbilli, & propterea quia nullus euadit ab his duobus, nisi habeat hęc. Et non potest dici, vt fiant a causis extrinsecis: quia illę non sunt necessarię in omni homine. & ista ęgritudo est sicut naturalis. & propter hoc dicitur, ꝙ hęc ęgritudo prouenit a mala materia fixa in cibo embryonis. & propterea fiunt hę ęgritudines cũ febre sanguinis: quia si sanguis esset nimis corruptus, patiẽs posset ex eo mori.

De causis Aegritudinum compositarum materialium. Cap. IX.

TV debes scire ꝙ ęgritudines simplices singulares, quæ dictæ sunt, non fiunt ex humoribus simplicibus, nisi raro. Sed maior pars ægritudinum supradictarũ est cõposita ex pluribus humoribus vno. Et compositio ægitudinum aut est complexionis compositio, aut compositio vicinitatis. Sed compositio vicinitatis est, sicut siquis haberet ab vna parte febrẽ cholericam, & ab alia febrem phlegmaticã, & paroxismi harum duarum febrium essent in vna hora. Et febres, quæ fiunt propter cõpositionẽ complexionis, sunt duplices. quædam enim sunt, quarum cõmixtio est absoluta: & quædam conuenientius possunt appellari cõpositæ ꝙ̃ mixtæ. & propterea communicãt febres in signis & proprietatibus, quæ appropriantur humoribus simplicibus. Et hæc cõplexio, & cõpositio quæ est in humoribus, inducit ad multas cõmixtiones innumerabiles. Et propterea quia hæ duæ species compositionis sunt in febribus, possunt tamen inueniri febres mixtæ, quamuis non sint duarum specierum, sed vnius. & hoc accidit, quando fiunt febres in duobus locis diuersis in corpore. Et manifestior febrium compositarum est hemitritæus & plurium specierum. Et omnes fiunt ex phlegmate & cholera. sed quædã est, quæ est ex phlegmate intus, & cholera extra: & quædam est econtrario: & quædam est, quæ est composita ex phlegmate & cholera, aut intus, aut extra. Et febres diuersificantur secũdum diuersitatem mensuræ quantitatis, aut qualitatis, vel loci humoris, sicut casus, & sicut febris, quæ fit ex phlegmate vitreo, quæ dat calorem & frigus simul in partibus extrinsecis: & sicut febris quæ habet fortissimum calorem in partibus intrinsecis, & in partibus exterioribus sunt econtrario. & potest esse, vt partes exteriores sint multum frigidæ, & vocatur febris inclusa. Et quęlibet istarũ ægritudinum habet quatuor tempora, principium, augmentum, statum, & declinationem. Et principium est tempus, in quo apparet ægritudo in actu, & natura nihil manifeste operatur. Et quando humor incipit digeri, natura incipit operari contra humorem: & illud tempus est tempus augmenti. & dicitur augmentũ, quia tunc sunt fortia accidẽtia. Et qñ cessat digestio, cessat tempus augmenti, & incipit status. & illud est tẽpus, in quo apparet certamen inter naturam & humorem. Et qñ natura est fortificata super humorem, & ipsum vincit, dicitur tũc esse tempus declinationis. Et quędam ęgritudines sunt, quę habent dissolutionem humorũ sine euacuatione manifesta, & sanantur, & quędam sunt, quę habẽt dissolutionẽ virtutum paulatim donec moriuntur: & quędam sunt, quę habent euacuationem manifestam ad sanitatem, vel ad mortem. & ista nominatur vera crisis. Et crisis salubris sunt duę species: vna est, quę ducit per suam euacuationem ad perfectã sanitatem: & alia est quę relinquit ęgritudinis reliquias, quę paulatim dissoluũtur & liberantur, & tẽpore longiori salutem pręstat. Et illud idem est in crisi mala. Et maior pars crisium reperitur in febribus acutis, i. quę finiuntur tempore breui. & quia crisis accidit post digestionã, si illa digestio est integra & perfecta, erit crisis perfecta: & si digestio est imperfecta, erit crisis lõgior. et digestio cõpletur pp longitudinẽ tpis secundũ cõparationẽ agẽtis ad patiẽs: qa non in omni tpe, quod aduenit, patitur patiẽs ab agẽte: qa quodlibet habet tempus propriũ cõparatione, quã habet agẽs cũ patiente. & hoc pōt cognosci in rebus artificialibus: quia mẽsurę tẽporum decoctionis in rebus artificialibus diuersificantur. Et propterea quia ita est, & sunt longo tpe cognitę, & sentiũtur ęgritudines, & virtutes, & humores: tũc certũ est per experientiã & rationẽ naturę, vt sciãtur tpa, in qbus fit bona digestio, aut mala, videlicet dies critici. & qa digestio bona est pfecta operatio naturę, ideo tẽpus illud fuit ꝓ maiori parte laudabile. sed digestio imperfecta, quia habet latitudinẽ, nõ verificat bonitatẽ suarum crisium, sicut perfecta. Et quidam dicũt, ꝙ inuentio crisium hoc ordine est Luna. Sed tu debes scire, ꝙ est causa remota, quę Medico non est necessaria, & cã propinqua est illa, quam diximus, & infra in libro nostro monstrabimus rõnem

De temporibus morbi.

Crisis salubris duę species.

Tertio de diebus creticis Gale. &

A in hoc,& dabimus exempla. Et aliquando accidit mors in principio ęgritudinis.& hoc fit,propterea quia humores dominantur multum super calorem naturalem, & extinguunt ipsum propter quantitatem, aut qualitatem,aut propter vtrunque.Et aliquando accidit in augmento, aut in statu, aut in declinatione. & declinatio in ægritudinibus mortiferis fit a debilitate virtutis, & non a debilitate ægritudinis, sicut est in salubribus ęgritudinibus declinatio propter dominationem virtutis. Et sufficit quod diximus hucusq; de ægritudinibus materialibus,& earum causis. & nunc volumus facere tractatum breuem de ægritudinibus immaterialibus.

10. Theoricę.c.9.Hali. &.1.Theyzir.trac.9.c. 7. &.3.eiusdē. tracta.2.

De causis Aegritudinum non materialium in generali. *Cap. X.*

ET dicimus,ꝙ hę ægritudines,quando sunt absq; causa humorum, est locus subiecti earum de necessitate membra,vel spiritus. Et efficiens ipsarum sunt duę res, aut res exteriores, aut alię ægritudines materiales. et volumus dicere de manifestioribus ipsarũ,hoc est de calidis & siccis.

Duę res sunt efficiẽs ęgritudinũ materialium.

De causis Aegritudinum immaterialium, calidarum & siccarum. *Cap. XI.*

B QVia quædam ægritudinum calidarum & siccarum sunt in spiritu cordis solum: & hæc est febris diei.& hoc fit propter res extrinsecas.& est propter quatuor causas, quarum vna diuiditur in quatuor partes, quarum quędam sunt per se,& quædam per accidens: & earum quæ per se sunt, quædam sunt in potentia, & quædam in actu. Et quæ sunt in actu sunt sicut calor solis,& ignis, & vniuersaliter res extrinsecę calidę in actu. & quæ sunt in potentia sunt sicut balneum in aqua sulphuris, quę calida est in potentia,& similiter quæ sunt per accidens, sunt sicut illæ,quæ claudunt poros,ob quam rem accenditur calor in partibus intrinsecis, sicut est balneum aquę aluminosæ,& similia. Secunda causa sunt res sumptæ in corpus,sicut cibi,& potus calidi potentia,& actu. Tertia causa est corpora,aut animata.corporea,sicut immoderatus motus,& immoderatũ exercitium: animata, sicut ira,tristitia, & vigilia,& similia. Quarta est propter ægritudines materiales, sicut apostemata inguinis, & titillicorum,& radicum aurium. Et iterum est istius speciei ægritudinis febris ethica. & hęc febris est calor extraneus fixus in substantia membrorum,& prohibet fieri operationem ipsorum,& consumit eorum substãtialem humiditatem.& habet tres species. Leuior ipsarum est, quæ accensa est a calore extraneo in humiditatibus naturalibus & radicalibus,quæ existunt in substantia paruarum venarum. Et secunda est, quæ est in humiditate existente in carne ipsa:quæ quando dissoluta est,potest a cibis restaurari adhuc. Et tertia est omnibus deterior,& est illa,cuius calor extraneus profundatus est in mẽbris solidis:quia impossibile est in eis,quod ab eis resolutum est restaurari.quia mensura vitę naturalis est secundum mensuram humiditatis radicalis in quolibet indiuiduo proportionate proportione duplici, secundum ꝙ dictum est in libro causarum Breuitatis & Longitudinis vitę. Et prima species istius febris vtplurimum fit ab ephemera. Sed aliæ duæ species fiunt pro maiori parte propter febres materiales humorosas præcedentes.

Nota.

C

Tres spẽs febris ethicę.

De causis Aegritudinum immaterialium, frigidarum & siccarum. *Cap. XII.*

ET Aegritudinum frigidarum & siccarum quædam sunt, quę appellantur ægritudines senectutis,hoc est dominatio frigiditatis, & siccitatis super mẽbra. Et propterea quia illud,quod dat vitam, est calor cum humiditate,ob

hoc hęc ęgritudo coniungitur cum senibus. sed non est vera ęgritudo, nisi quando fit in non senibus. Sed ęgritudinem calidam & humidam, frigidam & humidam est difficile imaginari. sed calidum simplex, frigidum, & humidum, & siccum possunt imaginari. Et nos debemus enumerare, quando tractabimus de rebus, quæ lędunt actiones, & passiones. D

De Aegritudinibus membrorum officialium. *Cap. XIII.*

ET postquam dictum est breuiter de speciebus ęgritudinum appropriatarum membris consimilibus, & de causis ipsarum, dicendum est de ęgritudinibus officialibus. Et dicimus, ꝙ iam dictum est in principio primi, quia sanitas membrorum officialium est, quę est in quantitate, qualitate, & positione, & colligantia: quia hęc species colligantię est inseparabilis, & nō reuertitur ad alias species, quas dixerunt Medici. & intrat prædicamentum habitus, sicut panniculi, & cutis intrant prędicamentum habere. ergo tria genera ægritudinum intrant quinq; pręedicamenta, hoc est in qualitate, quantitate continua, & discreta, & habitu, & vbi, & habere. & postea inuenitur hęc res in quādo, hoc est in prioritate & posterioritate. Sed ordinatio membrorum officialiū, & prioritas & posteritas plus ponenda est in sex sequentibus pręedicamentis. E Et debes scire ꝙ ægritudo non superuenit vnicuiq; generi sanitatis, sicut nos videmus in ordine tunicarū oculorū, & in maiori parte membrorum officialiū. quia in illis non superuenit ęgritudo ordinationis, hoc est vt prius fiat posterius.

De Continuitate, & Solutione continuitatis, & suis causis aliqualiter. *Cap. XIIII.*

SEd continuitas, & solutio, & causę illarum secundū aliquam partem aliquando possunt ingredi in genus ęgritudinum officialium. sed genus colligantię non intrat in ęgritudinibus eiusdem per se. Sed ægritudines mēbrorum sunt hę, quę faciunt accidere membris ægritudines, quibus altera communicat cum altera. et cōuenientius est, vt colligantia enumeretur potius in causis ęgritudinum, quam in genere ægritudinum. Sed genus ęgritudinum, quod est contrarium continuitati naturali, quę nominatur continuitatis solutio, est duobus modis. Vnus est solutio continuitatis veracis, & continuitatis partis cum parte in consimilibus. & hoc genus debet magis attribui consimilibus quam officialibus membris: propterea quia hęc solutio accidit membro officiali ex parte, qua compositum est ex membris consimilibus, & non ex parte, qua est officiale. Altera est separatio contiguitatis termini a termino. & hęc continuitatis solutio nō veraciter appellatur: quia hęc continuitas fit per modum contigui, & per modū penetrationis, & per modum societatis membri cum membro, aut ligamenti. & hoc genus solutionis posuimus in genus ægritudinum officialium. & hoc genus communicat coniunctioni & separationi. Et propterea non est solutio continuitatis, vt dixerunt Medici dicētes, quia erat ęgritudo, quę communicat membris consimilibus & officialibus. quia solutio est distincta in his duobus modis, quos diximus. Et propterea quia species sanitatis, quę est in qualitate, in figura, in meatibus, lenitate, asperitate, & grossitie, sunt ęgritudines istius speciei proportionatę istis diuisionibus. Et ęgritudinum, quę sunt in quantitate, quędam sunt in mensura. & hoc est in superfluitate & diminutione. & hoc primo est in consimilibus, vt dictum est. sed Medici assueti sunt ponere in officialibus. Et quędam peccant in numero. & quę sunt in numero etiam habent duas species, quę sunt superfluitatis & diminutionis. et quędam est naturalis, et quędam non naturalis. naturalis. naturalis est sicut superfluitas sexti digiti, & diminutio naturalis est diminutio quinti digiti. non naturalis superfluitas est sicut cucurbitini, qui inueniūtur in intestinis, & similes. Et peccatum positionis est sicut dislocatio vnius mēbri ab alio, vel alicuius partis mēbri ab altera, Et ægritudines, quas dicunt Me- F

A dici ęgritudines colligantię, fiunt ex colligantia membri officialium cum altero pro parte vnius cōmunicantis cum altero, ficut communicant cor, & hepar cum omnibus membris, videlicet vnum cum arterijs, & alterum cum venis. & aliquando est colligantia ab vno membro ad aliud proprium membrum, ficut colligatum est os stomachi cum cerebro per neruum euntem ab vno ad aliud.

De causis Aegritudinum membrorum officialium. *Cap. XV.*

LOcuti sumus breuiter de ęgritudinibus membrorū officialium, nunc volumus loqui de ipsarum causis. Et dicimus ꝙ ęgritudines, quę fiunt in figura, sunt propter duas res: quia aut a natura, aut a rebus extrinsecis. Et ęgritudo, quę prouenit a natura, est propterea, quia materia est inconueniens, nec apta operationi virtutis informatiuę, nec instrumento, cum quo operatur virtus informatiua; nec instrumentum est aptum ei. A rebus vero extrinsecis est, sicut fit embryoni, quando nascitur, vel quando nutritur. Et aliquando fit ex errore Medici, quia aliquando credunt rectificare membra, & dislocant ea. & hoc debes cognoscere in figura membri, et figura partium. & sic debes intelligere in qualibet ęgritudine attributa membris officialibus, in eo ꝙ sunt officialia.
B Et causa stricturę meatuum & constrictionis eorum est propter dominium frigiditatis et siccitatis super eorum complexionem, aut quia comprimuntur ab alijs membris, aut propter oppilationem. & oppilatio fit, aut propter apostemata, aut propter humorem grossum, aut viscosum, aut propter durū lapidem, aut propter carnositatem nascentem in poro, aut propter fortitudinem virtutis retentiuę, aut debilitatem expulsiuę virtutis: quia ob istas causas multa in eis quantitas aggregatur. Sed largitas meatuum fit aut a caliditate & humiditate, aut ab humiditate, aut ab humore calido mordicatiuo, aut propter medicinas vel cibos aperitiuos, aut propter debilitatem virtutis retentiuę. et causa lenitatis est a causis lubricatiuis humidis, sicut ab humoribus mucilaginosis & similibus. Et causa asperitatis est a causis calidis mordicatiuis, siue veniant ab humoribus, aut a rebus extrinsecis. Et ęgritudines numeri sunt secundum hunc modum. si quod superfluit est secundum cursum naturę, fit a superfluitate materię, quę est in membro: & si extra cursum naturę, est sicut cucurbitini, & eorum similia; quę proueniūt ab humoribus extra naturam, aut in quātitate, aut in qualitate. Et diminutio prouenit ex putrefactione, sicut est casus capillorum, aut propter corrosionem: & maxime quando putrefactio est ab humore corrosiuo, aut ab aliqua re extrinseca. & causa magnitudinis membrorum, quando est membrum per viam naturę, est ꝑ multam materiam membri, & propter dominationem virtutis informatiuę super
C ipsum. & qñ non est per viam naturę, fit propter aliquam superfluitatem sparsam membro. & paruitas membri fit propter paucitatem materię, si est secundū cursum naturę. & quę est pręter cursum naturę, fit ex debilitate virtutis nutritiuę, sicut accidit ethicis. Sed causę ęgritudinis malę positionis duę sunt. Vna est extrinseca, sicut dislocantur membra propter immoderatum exercitium: et sicut quando frangitur panniculus, qui separat intestina a testiculis, aut propter dislocationem ossis anchę. Intrinseca autē est, sicut humiditas superflua, quę mēbra mollificat & lubricat, ita vt egrediantur a loco proprio: sicut accidit in zirbo, et intestinis propter multam humiditatem aquosam aut lubricatiuam, quę trāsit ꝑ meatum, qui tendit ad testiculos. Et causa separationis, & coniunctionis mēbrorum est duplex. vna propter debilitatem virtutis informatiuę, aut malitiam materię. & hoc nocumentum prouenit tempore generationis, & quod nō prouenit a generatione, est sicut carnositas, quę fit inter duas carnositates, quādo nascitur caro inter membra ipsa, conglutinantur. Sed solutio continuitatis in membris officialibus est eadem cum ea, quę fit in consimilibus. & accidit hoc, aut propter res extrinsecas incidentes, aut conquassantes, vel extendentes, aut ab intrinsecis, sicut ab humoribus acutis corrosiuis, aut extendentibus qui lacerant, aut grauitate, aut ventositate.

De Accidentibus superuenientibus virtuti Nutritiuæ in generali. Cap. XVI.

DEinceps volumus narrare de accidentibus, quę superueniunt actionibus, & passionibus, & appropriare vnumquodq; illorum ęgritudini, a qua emergit. & hoc cognito, cognoscemus ęgritudinem vniuscuiusque membri. Et dicimus ꝙ, cum accidens non sit aliud nisi lęsio actionis, & passionis mēbrorum, aut impressionis ipsorum, fiunt genera ipsorum accidentium secundum computationem generum actionum, & passionum. Et tu scis in libro Sanitatis ꝙ quędam operationes sunt, quę appropriantur animę nutritiuę, & quædam animę sensibili, & quædam appropriantur motui, & quędam appropriantur virtuti imaginatiuę, & cogitatiuę, & memoratiuę. Et est incipiendum ab accidentibus, quæ superueniunt operationibus virtutis nutritiuę, quia sunt magis necessarię in essentia animalium. Et dicamus, ꝙ membra, quæ ordinata sunt operationibus uirtutis nutritiuę, quę dicta sunt in lib. Sanitatis, sunt sicut os, œsophagus, stomachus, hepar, renes, vesica, sacculus fellis, & splen. Et lęsio, quę superuenit vniuersaliter membrorum actionibus & passionibus, est tribus modis. vnus est, vt cum operatio membri cessauerit, vt sit propinqua puncto priuationis. secundus, vt sit diminuta a suis naturalibus operationibus. tertius, vt sit permutata ad malas operationes. Et debemus incipere in membris nutritiuis, nutritiuis, secundum ꝙ ordinatur in officijs cibi. Et dicamus ꝙ minuitur operatio oris, vel priuatur propter vlcerationem, quę ei accidit, aut propter apostema, aut propter putrefactionem dentium, vel propter aliquas ægritudines, quæ fiunt propter aliquas complexiones materiales. Et œsophagus læditur aut apostematibus, quę in eo nascuntur, & dicuntur eldalbuata, hoc est synanchia. & fiunt ꝑ maiori parte in musculo illius. Et etiam priuantur, aut diminuuntur illius operationes, quando dislocantur spondili colli, & contrahuntur propter apostemata interius: aut propter humorem mucilaginosum, qui illuc discurrit in magna quātitate: aut propter res aduenientes ab extrinseco. & hęc species est propter causam magnę suffocationis superuenientis pueris paruulis propter humiditatē suarum complexionum. Et generaliter accidit eis species omnis ægritudinis malæ complexionis materialis. Et etiam veniunt ægritudines propter malam complexionem non materialem, sicut testificatur Gal. de iuuene, cui Medici multū vetabant aquam, et ipse bibit multam aquam frigidā auide vna hora assumpta, & perijt virtus attractiua, & etiam expulsiua œsophagi, & non potuit vlterius deglutire. De stomacho sunt manifestę quinque virtutes, videlicet digestiua, attractiua, retentiua, expulsiua, & discretiua. ideo fuit necessarium, vt numerus accidentium esset secundum istarum virtutum. Et incipiamus a digestiua, & dicamus, quia quando deficiet virtus digestiua in stomacho, acescent cibi in stomacho. & causa acetositatis est frigiditas, quæ est inuenta, eo ꝙ hoc accidens prouenit a mala complexione frigida, siue sit materialis, siue nō materialis. Et quę est non materialis, talis est causa intrinseca, & talis est causa extrinseca. ergo hoc accidens prouenit a mala complexione materiali. Et causæ non materiales extrinsecæ sunt sicut res extrinsecę in actu frigidę in ipso sumptę, aut res frigidę in potentia sumptę, aut propter multam quantitatem cibi, aut propter receptionem ipsius inconuenientem in ordine & tempore. Sed causę materiales intrinsecę sunt sicut humores frigidi. Et isti humores fiunt duobus modis, aut vt generentur in ipso, aut vt attrahantur ab alijs membris: sicut a cerebro, quod proprium est ad spargendum humorem phlegmaticum, & splene, vt spargat humorem melancholicum. Sed sparsio, quę prouenit a splene, quando est in mensura temperata in quantitate et qualitate, tunc est operatio naturalis. sed quando egreditur a temperamento in aliquo istorum, tunc fit acetositas hæc, quæ dicta est. & quando dominantur multum super stomachum occasiones supradictę, perijt ipsius operatio penitus, sicut accidit in fluxu, in quo egreditur cibus, sicut recipitur sine aliqua permutatione, quę dicitur lienteria. Et quando steterint isti hu

Accidentis definitio.

Lęsio tribus modis.

Manifestū est qđ stō insunt quīque virtutes. Idē 2. huius. c. 8. Oppo. c. 9. eiusdē. & 2. de morbis, & sympto. matis. c. 6. et ptima pri. mi. doc. 6. c. 3. et. 1. cāticę

D

E

F

A mores longo tempore in stomacho, est causa vt quęramus malam complexionē frigidam difficilem ad curandum in substantia stomachi. & si diu durauerit, ob hanc causam adueniet homini complexio senectutis. & aliquando erunt aposte mata frigida, quę fiunt in stomacho causa istorum accidentium: & maxime, quando apostemata erunt sicca et dura. Et Alexan. dixit, ꝙ acetositas prouenit a calore. Et tu debes scire ꝙ accidens prouenit sicut accidens, quod fit ex vino, quod acescit propter aerem calidum. & apparet vt sit vna actio, actio accidenta lis, quę substantiali er fit a simili, & accidentaliter a contrario, sicut in pluribus perscrutari potest, & inueniri. & propterea subtiliter Medicus has res debet per scrutari, vt cognoscat perfecte. Et humorum, qui generantur in stomacho, quidā eorum imbibuntur in ipso, et quidam sparguntur in concauitate ipsius. Et etiam accidit stomacho propter diminutionem digestionis ventositas. & quamuis hoc accidens communicet debilitati virtutis retentiuę, propterea quia stomachus, quando colligitur supra cibum bona collectione, aduenit tunc bona digestio: & quando non bene colligitur, tunc calor naturalis non bene dominatur ibi, & tunc natat cibus in partibus superioribus, & tunc refrigeratur, & generantur vētositates in eo, propterea quia pars superior est neruosa, sicut dictum est. Et scias ꝙ calor debilis est causa generandi ventositates, propterea quia calor fortis carminat, & dissoluit ipsius materiam dissolutione non manifesta. nec etiam fortis

B frigiditas generat ventositatem, eo ꝙ non habet a sui natura, vt generet ventositatem. Et ab hac mala operatione accidit ex necessitate permutatio in cibo ad malam qualitatem fumosam, vel humorosam. Et manifestum est ꝙ hoc accidens fit a calore extraneo, qui est plus extra naturam, quā calor qui cibum resoluit in fumum, & cōuertit in fumositatem. nam ab isto generatur humor putre factus, & sapor corruptus fœtidus, similis odori raphani: quia ille conuertitur in stomacho ad malam complexionem. Ergo ęgritudines, quæ fiunt ab his, fiunt a mala complexione calida materiali, vel non materiali. & quę fiunt a nō materiali, fiunt vel proueniunt a cibis calidis, & a rebus extrinsecis. materialis fit ab humoribus cholericis generatis in ipso, vel missis ab alio membro. & membrum appropriatum ad hoc est hepar, vel fel. Et quibusdam hominibus est fel tangens stomachum: eo ꝙ quidam sunt habentes meatum fellis ad stomachum, sicut splen habet: & tales homines sunt, quibus cholera in stomacho generatur. & hęc cholera non dicitur cholera nisi æquiuoce. & hic humor cadit in fundo stomachi, aut imbibitus est in corpore ipsius. & aliquando accidunt stomacho il la mala accidentia ab apostematibus, quæ nascuntur in ipso, hęc sunt omnia accidentia, quæ veniunt vituti digestiuæ. Et virtus discretiua est, quæ cognoscit omnes species cibi & nutrimenti, & cognoscit sanguinem a superfluitatibus, vt nutriat membrum ex conuenientiori, & mittat vnicuiq; membro quod est ei simile. Vide infra ca. 20.

C mile. Et istius virtutis non fuit memor Gal. & separatiua, de qua loquitur, non est hęc. & est magna differentia inter separatiuam & discretiuam, & in esse, & tempore. sed hanc habeo ab Abumazare, qui eam afferit fortiter. Et non est du bium quoniam ipsa sit in core, & est necessaria, sicut sunt aliæ virtutes. Et ipse dicit in illo libro omnia accidentia, quę adueniunt corpori, quando impediun tur operationes illius virtutis. & dicit ꝙ quando debilitantur in stomacho, necessarium est vt generentur mali humores in toto corpore: eo ꝙ non est facta se paratio inconuenientis a conuenienti, vnde aliquando proueniet morphea. Et erit etiam, propterea quia debilitata erit virtus hęc in splene, quia non erit attra cta cholera nigra ad ipsum. Sed non manifestat Abumazar per quam complexionem ista virtus operatur, nec ꝙ sit eius instrumentum, sicut dixit in alijs qua tuor. Et hic est magnus defectus. quia quando volumus remouere accidentia, q̄ superueniunt eidem, & si non cognouerimus complexionem qua laborat, non cognoscemus modos curationis ipsius. Et nos domino concedente debemus suum esse declarare, & qua causa laborem infert, & quando priuatur eius operatio, aut minuitur, post hæc ex necessitate sequetur debilitas in virtute nutritiua, quam habet stomachus in seipso, aut ab ea priuatur. quia iam dictum est, ꝙ stomachus nutritur ex chylo aliquo modo nutrimēti. et si nō nutriretur a chylo,

Vitus sepāti ua ē alia a discretiua. pro quo vide. 6. de mor. & sym. c. 1. & 14. tertij tra. 1. c. 29. & tract. 4. c. 6. qūo detur, et qd sit virtus separatiua.

non amplecteretur ipsum. & quando debilitatur virtus in stomacho, sequitur ex necessitate ęgritudo, quę dicitur indigestio stomachi. et causa istius sunt duę res, aut mala complexio calida & sicca fixa in substantia radicali stomachi, quæ si prolongatur, inducit ethicam: aut mala complexio frigida & sicca, quę inducit senectutem. D

De accidentibus superuenientibus uirtuti Retentiuæ. *Cap. XVII.*

ET virtutis retentiuę, quando diminuitur operatio, sequitur inflatio & ventositas, & aliquando exit cibus indigestus. Et causa huius est mala complexio frigida & humida: & aliquando solum frigida non materialis, et in materialis. et quando hęc operatio appropinquabit priuationi sui, fiet ęgritudo lubricitatis intestinorum. Sed quando hęc virtus retinebit cibum mala retentione, adueniet stomacho vt sit tremulosus: eo ꝙ virtus retentiua coniungetur cum fece cibi. Et hoc accidens apparet in stomacho plus tempore satietatis superfluę, quando impletur stomachus, nec potest regere cibum. & hoc accidit propter vnam malam complexionem materialem, aut non materialem. E

Vide infra ca. 20. *De accidentibus virtuti Expulsiuæ superuenientibus.* *Cap. XVIII.*

VIrtutis expulsiuę operatio aut diminuitur, aut priuatur. Ad diminutionem vero ipsius accidit vt remaneat & retineatur cibus in stomacho mala retentione, ita vt putrefiat. Sed a priuatione ipsius accidit ęgritudo, quę dicitur colica. Et huius causa est complexio mala frigida materialis, vel non materialis. & hęc est substantialis causa priuationis ipsius. Et aliquando priuatur propter oppilationem, quę fit in intestinis, sicut accidit in colica. & hęc priuatio est accidentalis. Sed superflua expulsio, quę superuenit operationi istius virtutis, facit vnam ex speciebus lubricitatis intestinorum. Et hęc est fortior illa, quę fit propter priuationem retentiuę. quia hoc fit ꝓpter aliā rē, quę mouet hanc virtutē ad expellendū nimis, sicut sunt humores vlceratiui, vt cholera, aut phlegma salsum, & melancholia acetosa. Et etiam pōt fieri propter apostema generatum in orificio uel porta stomachi, aut propter cibos corruptos permutatos ad tales humores, sicut accidit in fortissimo fluxu. Et aliquando remotis his omnibus causis, virtus expulsiua mouebitur hoc malo motu: & etiam propter aliquam leuem causam eidem aduenientem. & hoc propter errorem virtutis illius membri, propterea quia hęc mala dispositio est reuersa in habitudinē stabilem. & propterea curant Medici hanc ęgritudinem cum medicinis, cū quibus curant vertiginem, & melancholiam, vt remoueatur error iste, & sensibilitas mala. Et adhuc declarabo melius in libro de Ingenio sanitatis, & potest esse vt hoc fiat propter apostema factum in superficie stomachi. Adhuc ēt isti virtuti attribuitur malum accidens, quod dicitur singultus: quod accidit propter rem, quę lędit ꝓpter qualitatem calidam aut frigidā. & quędam species fit ꝓpter malam cōplexionem calidam & siccam fixam in substantia stomachi, ita ꝙ generatur in ipso vna species spasmi, cuius sanatio aut est difficilis, aut impossibilis. & aliquando fit spasmus propter multam humiditatem, quę est in substantia neruosa stomachi, sc̄dm ꝙ dictum est in causis spasmi. Et vomitus appropriatur malę operationi istius virtutis: sed non est ita substantialis ipsi, sicut expulsio, q̄ fit per inferiores partes. Et cū vomitus est propter causam natantē in ore stomachi ex multa humiditate cholerica, aut phlegmatica, quia qn̄ isti humores erunt in partibus superioribus stomachi, mouent vomitū, & qn̄ erunt in partibus inferioribus stomachi, mouent fluxum. Et aliqn̄ sparguntur ad stomachum ab alijs mēbris, sicut ab hepate: vt videmus in multis, quibus aduenit febrile frigus, & cum vomunt, curantur. & hoc accidit proprie ab humoribus cholericis, & aliquando a phlegmaticis, & quod fit a melancholicis, significat maius malum. F

A *De accidentibus superuenientibus virtuti Attractiuæ stomachi.* *Cap.* XIX.

CAusa impedimenti attractiuę stomachi eadem est cum causa, quę hoc facit in œsophago. Sed diminutionem appetitus, & augmentum ipsius in stomacho dicemus, quando tractabimus de accidentibus, quę adueniunt virtuti sensibili.

De accidentibus, quæ superueniunt virtuti Nutritiuæ intestinorum. *Cap.* XX.

HVcusq; diximus de accidentibus, quę fiunt in operationibus, quę manifestatur in stomacho: deinceps volumus dicere de accidentibus, q̃ superueniunt virtutibus nutritiuis intestinorem. Et dicimus ꝙ manifestior virtus, quę est in eis, est virtus expulsiua, & post illam retentiua. Accidentia, quę superueniunt ipsis, sunt secundum corruptionem istarum duarum virtutum. Et quando priuatur operatio virtutis expulsiuę, aut diminuitur, tunc fit ęgritudo, quę dicitur colica. Et priuationis causa istius virtutis stat propter ma-
B lam complexionem cholericam materialem, aut non materialem. Et priuatio, quę prouenit a mala complexione frigida, est pluribus manifesta, propterea q̃a frigiditas est contraria calori naturali propter suam qualitatem, & impedit spiritum in omnibus suis operationibus. Sed quando prouenit a caliditate, non est admirandum: propterea quia multa membra non agunt nec patiuntur, nisi propter calorem temperatum mensuratum vnicuiq; membro. & quando calor egreditur multum extra naturam in aliqua duarum qualitatum, tunc priuantur eorū operationes propter calidum, aut frigidum. Sed quando distemperantur parum in calore, tunc erit operatio mala, sicut calor stomachi, qui permutat cibos in fumositates. Et aliquando priuatur operatio istius virtutis in intestinis prepter oppilationes, quę in eis fiunt. Et illę fiunt aut propter stercus durum aut viscosum, aut humorem grossum & viscosum, aut propter apostema ventosum. quamuis lęsio, quę prouenit ab apostematibus in hac operatione, fit duabus de causis: vna, quia acquirunt intestina malam complexionem materialem: & alia, propterea quia claudit vias. Et ventositas etiam claudit intestina propter duas res: vna, quia pręponit se stercori, sicut accidit canalibus subterraneis, vnde fluunt aquę: alia, quia torquentur intestina, donec claudantur. Item fit oppilatio propter lumbricos. & accidit in intestinis propter corruptionem istius virtutis ex-
C pulsiuę, quę fit propter oppilationem, ꝙ facit operationes non naturales: eo ꝙ expellit superfluitatem per partem superiorem, quam debet expelere per partem inferiorem, & tunc euomit stercus. Et aliquando debilitatur virtus expulsiua propter oppilationē vię a cysti fellis ad intestina: quia tunc non pōt peruenire ad intestina ex cholera illud, quod adiuuet ad stercoris expulsionē. Sed si hęc operatio permutata fuerit ad malū cōtrarium, tūc malā faciet operationē, & fiet aliquo modo fluxus: eo ꝙ stercus non trahit in intestinis moram conuenientem propter augmentum istius virtutis. Et cā augmenti istius virtutis est ꝓpter humores mordicatiuos, qui sparsi sunt ad intestina ab hepate, & venis, & stomacho, aut felle, aut ab alijs membris: & aliquando proueniunt a capite. Et quando humores mordent intestina, multum vlcerant ea, & fit ęgritudo, quæ dicitur vlceratio intestinorum, quę dysenteria nominatur. Item accidit istud isti virtuti propter qualitatē ciborum, qui sunt extra naturam: quia aliquando stomachus expellit ad intestina cibum, antequam digeratur. & aliquando fit propter multam cibi quantitatem, quando est superflua. Et aliquando accidit propter oppilationem meatus, qui est inter hepar & intestina: & tunc non transit cibus ad hepar. & cibus aggrauat virtutem expulsiuam, & propterea ipsum expellit. Et aliq̃n causa, quę prohibet penetrationem cibi ad hepar, est grossities ciborū, & grossities cibi est, aut propter naturam ipsius eiusdem cibi, aut ꝓpter

debilem operationem stomachi in ipsum, aut propter vtrunque. Et aliquando non trāsit cibus ad hepar propter debilitatem virtutis attractiuę in ipso, sicut accidit in ægritudinibus hepatis. Et quando debilitatur virtus retentiua, fit vna species fluxus, quæ nominatur elicalsa. & hoc prouenit necessario propter malam complexionem materialem, & non materialem. Et quando priuatur ipsa operatio, fit alia species fluxus, quę dicitur lubricitas intestinorum. & operationes extremitates intestini longationis impediuntur, aut propter vlcerationem factam a duritie stercoris, aut propter hæmorrhoidas ibi natas. & aliquando venis ipsius apertis, fluet inde sanguis. & aliquando fluet sanguis iste per viam naturalis purgationis & laudabilis, & hoc est, quod dicit Aristote. malus sanguis discurrit a naso, & ano. D

De accidentibus superuenientibus virtutibus Hepatis. Cap. XXI.

QVia hepar habet quinque virtutes, ideo accidentia ei aduenictia totidem sunt. quia quando diminuitur in ipso virtus digestiua, sanguis suus erit phlematicus, & membra, quę nutrientur lōgo tempore ex tali sanguine, conuertentur secundum suam complexionem ad naturam istius humoris, & poterit fieri ęgritudo, quę dicitur hydrops hyposarca. Et hoc accidens euenit propter malam complexionem frigidam materialem. Et aliquando fiet propter qualitatem cibi, aut malitiam sui ordinis. Et aliquando fiet propter res extrinsecas. & potest fieri ab omnibus causis, quæ inducunt frigiditatem complexionis. Et aliquando propter colligantiam membrorum seruientium hepati cum ipso, sicut stomachus. quia quando diminuitur operatio stomachi in digerendo chylum, & mittit ipsum non coctum hepati; & quando in hoc fit perseuerantia, conuertitur natura hepatitis ad complexionem frigidam. Et splen quando debilitatur, & non mundificat, sicut debet, tunc remanet pars frigida & sicca in hepate, & conuertit ipsum ad complexionem frigidam. & quando etiam intestina gracilia acquirunt malam complexionem, & sic tunc læditur hepar propter colligantiam, quę est inter ipsam & hepar. Et aliquando acquirit hepar malam complexionem propter apostema: sed apostema non erit causa pro maiori parte istius ęgritudinis, nisi induretur, & fiat lapideum. Et aliquando erit causa ægritudinis hepatis ęgritudo officialis, sicut sunt oppilationes, quę fiunt in ipso: eo ꝙ oppilatio habet extinguere calorem intrinsecum: & maxime quando humor faciens hoc est frigidus. Sed quanpo operatio virtutis digestiuæ acquisiuerit maximum errorem, tunc accidet vnum ex duobus: quia aut hydrops tympanites, aut aliæ ægritudines calidę. Et tu debes scire ꝙ membra non agunt, & patiuntur nisi cū quodam calore temperato ex frigiditate proportionata ei: ideo quia ostēsum est in Naturali philosophia ꝙ frigiditas est in corpore, sicut instrumentum temperans calorem naturalem, qui est primum agens & substantiale. ergo quodlibet membrum operatur suam actionem per istum calorem correctū cum isto instrumento conueniente ei. Et quando frigiditas aduenit membro multa, ita ꝙ calor non egreditur ad suam formam naturalem multum, tunc diminuitur operatio mēbri, sicut in cibis, qui acescunt in stomacho, & sicut in sanguine phlegmatico, qui generatur in hepate frigido. Et quando augmentatur calor agens breui augmento, quod tamen tunc non trahit calorem agentem a sua forma naturali, tunc fit mala augmentatio in operatione membri, sicut in stomacho generante fumositatem ex cibis, & sicut in hepate generante multam choleram. Sed quando fit magnum augmentum in caliditate vel frigiditate, ita ꝙ calor membri exeat a sua forma naturali, tunc faciet membrum operationem cōtrariam operationi naturali; sicut stomachus, qui corrumpit cibos. ergo causę istarum ęgritudinū fiunt æque a mala complexione calida, sicut frigida. Et postquam assignauimus causam communem omnibus membris, volumus reuerti ad locum, vnde separati fuimus, & assignare causas proprie in hepate. Et dicimus, quia quando accidit hepati mala complexio calida parum excedens, sicut diximus, tunc acquiret multam amaritudinem. Sed quando augmentabitur hęc mala cōplexio calida, E F

Cur frigiditas est in corpore.

ita ꝙ

A ita ꝙ egrediatur a sua forma naturali, tunc erit operatio ipsius hepatis operatio non naturalis, tunc erit operatio ipsius hepatis operatio non naturalis, & proueniet illa operatio solum a calore, in eo ꝙ est calor, & non in eo ꝙ talis calo. ergo quæ proueniet ab isto calore, in eo ꝙ calor simpliciter, inducet partem aqueam, quam inueniet ad fumum, & faciet ex eo ventositatem, & proueniet ex hoc tympanitis hydrops, aut simile. & si fuerit causa remotionis naturalis caloris ægritudo calida, attribuetur illa remotio ægritudini calidæ. & si fuerit frigida, attribuetur frigidæ. Et propterea multum laborant Madici, vt dēt causam bene istius speciei: eo ꝙ æquæ fit a calore, sicut a frigore. Et propterea hęc species difficilior est cæteris ad curandum. Sed causa acquirendi malam complexionem vniuersaliter sunt causæ calidæ materiales, & non materiales. Et causa, quæ magis est propria in hac læsione, est quando cystis fellis suam operationem non facit. & hoc accidit aut propter oppilationem, quæ est in meatu, qui est inter cystin & hepar, aut propter debilitatem virtutis attractiuæ in ipsa cysti, aut propter oppilationem meatus, qui transit a cysti ad intestina, aut propter debilitatem virtutis expulsiuæ, quæ est in ipso felle, quod est, quia quando clauditur ille meatus, tunc accidit eidem illud accidens, quod aduenit habenti clausa intestina, hoc est, quia non petit cibum, nec desiderat. Et accidit hoc, propterea quia virtus attractiua est in quolibet membro propter nutritiuam: & virtus nutritiua complet suas operationes propter quatuor has virtutes. & quando B priuatur vna istarum, priuantur omnes: & sic accidit hepati propter fel. Et accidens, quod dicitur ictericia, fit ex necessitate propter vnam duarum rerum, aut propter priuationem operationis fellis, aut propter diminutionem: quia tunc remanet amaritudo permixta sanguini, & virtus expulsiua mittit eam ab omnibus membris, & expellit eam ad superficiem corporis per modum curationis, sicut expelluntur aliæ superfluitates. & hæc species non est timorosa: aut quia hepar, aut quia membra acquisiuerunt malam complexionem calidam, sicut accidit, quando generantur apostemata calida in eis, aut propter venena calida ebibita, quia tunc dominatur multa quantitas cholerę in corpore, & spargitur ad cutim. Et hoc manifestatur propter quantitatem superfluam, & malam qualitatem, & non per viam mundificationis. & propterea hæc species est periculosa. Quando debilitatur virtus discretiua in hepate, tunc debilitantur operationes ipsius, & sparguntur per totum corpus humores hi cum sanguine, & fiunt propter hoc multæ ægritudines sicut hydrops, quæ dicitur ascites. quia nisi hæc virtus cognoscat aut separet aquositatem, quæ est in chylo, tunc spargitur in sanguine, & natura pellit ipsam ad concauitatem ventris. Et quidam dicunt ꝙ non expellit ad hunc locum nisi per venas vmbilici: propterea quia istæ venæ continuantur cum hepate, & per istas exit superfluitas aquosa, quæ est in embryone, C quando est in corpore matris. Et aliquando fit hoc accidens propter debilitatem virtutis attractiuæ, quæ est in renibus, aut propter oppilationem, aut propter stricturam illius meatus. Et quando debilitatur virtus* retentiua in hoc mēbro, est causa, vt exeat sanguis ex eo crudus, aut non coctus. Et quando virtus expulsiua erit permutata ad malum in hoc membro, tunc reuertitur sanguis ad intestina per meatus, per quos cibus transit, & fiet fluxus sanguinis. & hoc est aut propter acumen sanguinis, aut propter malitiam complexionis. Quando debilitatur, aut priuatur operatio virtutis attractiuæ, etiam ex hac prouenit malus fluxus. Et causa vniuersalis læsionis harum virtutum est propter ægritudines appropriatas membris officialibus aut consimilibus. sed officialis est causa per accidens, quia mediante ægritudine complexionali, quæ est appropriata consimilibus. Et istæ duæ species ægritudinis lædunt membrum duobus modis, aut in eo ꝙ est in ipso membro, aut in eo ꝙ est in membro communicante cum eo. Et propterea si aliquis quæreret a nobis in hunc modum, postquam vna rerum, per quam læduntur operationes membrorum, est per communicationem vel colligantiam, & cor est illud, quod dat calorem hepati, per quem facit suas operationes, lædentur operationes hæpatis propter passiones cordis, aut non? Respōdemus, ꝙ postquam cor est dominans membrum super omnia ex toto, imposs-

Tympanitis est difficilior alijs spēbus. Oppo. a Rasi. 9. Almanso. & ab Auicē. 14. tertij tract. 4. c. 4.

* a. l. attractiua.

Dubium.

bile eſt vt in eo generētur ęgritudines ſenſibiles tales, quę poſsint lędere hepar, D
aut alia membra, ſtante homine viuo. & hoc ſi accidit, accidet per viam extraneitatis, quę fit in rebus naturalibus. & hoc fit valde raro. Sed maior pars ęgritudinū, quę fiunt in corde, remanēte homine viuo, per comparationē fit ad membra inſenſibilia: quamuis nō ſit impoſsibile vt cordi adueniant ęgritudines occultę ꝓpter malam complexionem. Et qñ ſunt ſenſibiles lęſiones operationū hepatis, tūc ſunt fortiſsimę, ſicut tu vides, ꝙ pp paruū motū, vel ꝓpter paruum remum aduenienē gubernatori magnę nauis fit magnus motus in parte priori nauis: ſic ēt habet ſe quęlibet diſpoſitio cordis ad oīa mēbra principalia. Propterea qñ medicabimur hepar, non debemus negligere cordis diſpoſitionē: immo ante oculos pręferendum vel pręponendum. Et adhuc melius declarabimus in Ingenio ſanitatis.

De accidentibus ſuperuenientibus uirtuti Digeſtiuæ uenarum. Cap. XXII.

Accidentia, quę veniunt digeſtioni venarum, ſequuntur pro maiori parte ęgritudines hepatis: ſed habent ęgritudinem propriam eis, hoc eſt E
fluxū ſanguinis. Et in ęgritudinibus fit hoc pp fortitudinē virtutis expulſiuę, & maxime ī criſi laudabili. Sed illud, qđ eſt accidēs abſolutū, fit pp ſanguinē mordicatiuū, & acutū. & propterea diſſoluit cōtinuitatē orificiorum earū, aut ꝓpter ſubtilitatem, ſicut videmus in ęgritudine, quę dr̄ claulor: & ſicut tu vides ꝙ accidit in vtribus olei: aut accidit pp multitudinē ſanguinis, quā venę continere nō poſſunt. & aliqñ accidit propter debilitatē ſubſtantię venarum, quę pręparatę ſunt ſciſsioni, aut quia ſunt ſubtiles nimis, aut nimis durę. Et res, quę ſcindunt venas cito, ſunt multitudo ſanguinis, & res extrinſecę, ſicut caſus & percuſsio. Propter paſsiones horum membrorū, & hepatis multa accidūt accidentia in vijs vrinalibus. & in libro Signorum hoc declarabo.

De accidentibus ſuperuenientibus virtuti Nutritiuæ membrorum. Cap. XXIII.

Sed accidētia, quæ accidūt vltimæ digeſtioni, quæ eſt in mēbris, ſunt tria, ſicut in alijs: aut quia priuatur operatio virtutis nutritiuæ in ipſa, ſicut fit in ethicis: aut quia diminuitur, ſicut accidit in macie appellata alchaul: aut permutatur, ſicut in lepra, & morphea. Et cauſa horum accidētium eſt aut F
propter malam cōplexionē ipſorū membrorū: aut propter cōicationem aliorū, ſicut in lepra, quæ fit propter duas res: aut propter debilitatem virtutis digeſtiuæ, quæ eſt in membro: aut pp malam materiā eidem ab alio tſāſmiſſam. Et malicia materiæ eſt aut propter ſeipſam, aut propter debilitatē hepatis & venarū. Et cauſa morpheę eſt pro maiori parte ꝓpter debilitatē virtutis diſcretiuæ hepatis, aut propter debilitatē attractiuæ in ſplene. Et aliqñ accidit propter malā complexionem acquiſitam in ſubſtantia membrorum, & aliquando propter cibos. Et tu debes ſcire, ꝙ quando enumeramus cauſas iſtorum accidētium, ꝙ tūc non dicimus res contrarias adinuicem, aut ꝙ ipſa etiam accidentia aliquando non poſſunt eſſe ſimul. ſed pluries hæc accidentia ſunt per plures cauſas vna: & poſſet etiam eſſe, vt omnes adeſſent.

De accidentibus impedientibus digeſtionem Cerebri Cap. XXIIII.

Et operatio virtutis digeſtiuę in cerebro aut diminuetur, aut corrūpetur. Et ab hoc ꝓuenit fluxus, vel curſus ſuperfluitatū nō coctarū a cerebro per nares, & palatū, & hoc accidēs appellatur naſſa, & accidit a rebus

A frigidis extrinsecis. Et aliquando fit propter res calidas, & volumus dicere ꝙ fiat a calidis. Et dicimus, ꝙ propterea ꝙ hæc superfluitas est non cocta, dicimus ꝙ causa efficiens hanc ægritudinem est debilitas virtutis digestiuæ, quæ est in cerebro propter malam complexionem dominantem ex frigiditate. Et hoc bene potest assignari in reumatibus ex causa frigida extrinseca. Sed reumata, quę fiunt a causis calidis extrinsecis recipiunt perscrutationem: qualiter fiant per viam debilitatis virtutis digestiuæ. propterea dicimus ꝙ debilitas virtutis digestiuæ hoc facit per accidens, hoc est propter multam quantitatem materiæ, & ipsius fluxum: propterea quia calor facit fluere res congelatas, dissoluendo eas. Insuper attrahit cerebrum a toto corpore ad caput. & propter istam multam malam materiam, quæ in cerebro colligitur, prouenit accidens prænarratum: quia refrigerabitur, & virtus digestiua impedietur, & fatigabitur circa cerebrũ propter reparationem tantæ quantitatis superfluæ. Ista est causa quantitatiua, propter quam debilitatur virtus digestiua cerebri propter causas extrinsecas. Causa vero qualitatiua est, quod calor extraneus extrinsecus habet per sui naturam refrigerare calorem intrinsecum, sicut Sol refrigerat ignem. & etiam aliæ causæ sunt, quæ non indigent prolongatione sermonis. Et hæc verba habent locum in omnibus tribus digestionibus, si vis eas ponere tantum tres, sicut fecit Galenus, aut quatuor secundum dictum hominis, quem tu scis. Sed mihi melius B videtur, vt in venis non ponatur tertia digestio, propterea quia sanguis in eis nõ transit ad aliam formam, sicut fit in stomacho, hepate, & alijs membris: quia stomachus conuertit cibum ad chylum, hepar ad sanguinem, membra alia conuertunt ad sperma album. Sed venæ non faciunt transire ad aliam formam, quamuis nutriantur ex eo aliquo modo ex necessitate.

In uenis est tertia digestio.

De accidentibus superuenientibus uirtuti nutritiuæ Cordis. Cap. XXV.

DEinceps volumus enarrare de accidentibus superuenientibus membro principi virtutis digestiuæ: & hoc est cor. & postea narrabimus accidentia, quæ superueniunt membris spermatis, & vrinæ: & postea erit completus sermo accidentium, quæ superueniunt virtuti nutritiuæ. Et dicimus ꝙ accidentia, quæ superueniunt cordi, sunt sicut syncope cardiaca, & tremor, & vniuersaliter quando exeunt virtutes pulsatiles a sua natura. Et horũ causa aut est intrinseca, aut extrinseca. Extrinsecæ causæ sunt accidẽtia animæ, quæ calefaciunt complexionem cordis, sicut ira, & furor: & causæ, C propter quas occultatur interius calor, sicut ex ira, & his similibus. quia quando prouocantur suæ virtutes interius, & calefit nimis, tũc fortificatur suus motus pulsatilis, vt tẽperet suam complexionem, attrahendo aerẽ, & expellẽdo exterius. Et causę intrinsecæ sunt mala complexio, aut vt sit in eo, aut in mẽbris sibi colligatis. Et aliquando erit complexio cordis non materialis, sicut in febre ethica, & quandoque materialis, quando recipit sanguis, qui est in eo, aliquam permutationem. Sed apostema non potest tolerare in sui substã tia, eo ꝙ prius infirmus deficit. Et Medici dicunt ꝙ potest generari in ipsius panniculo. & si Medicus accelerat curã ipsius, põt curari. & si nõ, moritur. Et dicit Galenus ꝙ cor sustinet ægritudinẽ materialẽ, videlicet quandam humiditatem aquosam, quæ generatur in ipsius panniculo, a qua prouenit ægritudo, quæ vocatur ronol, & sonat liquæfactio totius corporis. Et aliquando nascuntur super panniculo eminẽtiæ durę. & vniuersaliter dico ꝙ non est impossibile, vt super ipsum non adueniat omnis mala cõplexio, excepto vt nõ sit cũ apostemate, aut non vltimetur, quia quãdo vltimabitur, aut superflue fiet syncope, aut simile. Et syncope est reuocatio subita caloris naturalis ab omnibus partibus corporis ad cor, ita ꝙ mẽbra regi non possunt. & hoc accidit aut propter paucitatem caloris, aut propter ipsius nimiam dissolutionem, & propter alias causas. Et membra, quæ læduntur propter ipsius communicantiam, sunt membra principalia. Et membrum, quod

maxime cum eo communicat, est os stomachi. & propterea nominatur segnandi, quia cor nominatur segat. & propter hoc segnandi dicitur paruum cor. Et accidit syncope propter dolorem stomachi pluries, & accidentia virtutum pulsatilium, & causæ illorum. & quod potest comprehendi ab eis, melius est enarrare in lib. Siguorum, & ibi dicam. D

De quibusdam accidentibus Splenis. *Cap. XXVI.*

IAm diximus ꝙ membra, quæ seruiunt hepati, sunt saccus fellis, splen, & vesica, & renes. Et iam diximus accidentia, quæ veniunt propter priuationem fellis operationis, quando diximus accidentia hepatis, & locuti fuimus de splene, & adhuc dicemus de eodem. Quando corrumpitur operatio virtutis attractiuæ splenis, tunc diffunditur cholera nigra cum sanguine. & aliquando expellit ipsam natura ad cutim, & fit morphea nigra: & vniuersaliter propter hoc accidens fiunt omnes ægritudines melancholicæ. Et quando dominatur superflue ipsius virtus expulsiua, tunc infirmatur stomachus, ita ꝙ aliquando ob hoc accidit fluxus melancholicus. Et spleni aduenjunt omnes species ægritudinis complexionalis, officialis, & communis, sicut in apreatibus. Et propterea quia cibus, ex quo nutritur istud membrum, est grossus, & vtplurimũ ægritudines, quæ in eo fiunt, sunt grossæ substantiæ. E

De accidentibus superuenientibus uirtutibus Renum.
Cap. XXVII.

REnes habent quinque virtutes, sicut alia membra. & quando priuatur virtus discretiua, quæ est in renibus, aut digestiua, aut retentiua, tũc funditur sanguis in vrina: propterea quia aquositas sanguinea, quæ mittitur eis ab hepate vt nutriautur, tunc ab eis immutari non potest. Et quando priuatur eorum virtus attractiua, tunc fit hydrops ascites, sicut dictum est. Et qñ augmentabitur multum, tunc fiet fluxus vrinæ cum forti siti. & hæc ægritudo dicitur diabetica. Et quando dominante virtute attractiua, debilitatur retentiua, & digestiua eorum omnino, & propterea in hac ægritudine exit vrina non cocta. Et causa huius accidentis est iterum propter malam complexionem, aut ægritudinem officialem, aut communem. & conueniens est appropriare hanc ægritudinem malæ complexioni calidæ, propterea quia attractio fit propter calidum. Et non est impossibile attractiuam augmentari propter debilitatem retentiuę. quod est, quia quando debilitatur retentiua, non nutriuntur renes ab aquositate conuenienter propter paucam moram, quam habet aquositas, & tunc conatur virtus attractiua ad trahendũ plusquam conueniens sit. & ob hoc accidit, ꝙ vrina parum manet in vesica, quamuis non sit plena. Virtus expulsiua impeditur in his membris propter oppilationem, quæ fit in his ex corporibus lapideis generatis in humiditatibus grossis cum calore dusiccatiuo, & recipit duriciem, sicut later, & terra. Et maior pars istorum fit in substantia renum, & non in concauitate. & hęc ęgritudo nominatur hascac. F

De accidentibus impedientibus opera Vesicæ.
Cap. XXVIII.

VIrtus expulsiua impeditur in vesica propter oppillationem quæ fit in ea, sicut ex apostemate, aut humiditate grossa, aut a sanguine coagulato, aut a lapide, & tunc constringitur vrina. Et aliquando constringitur vrina propter impedimentum virtutis expulsiuæ. Et aliquãdo fluit vrina propter dominationem virtutis expulsiuæ. & hoc accidit propter vlcerationem ipsius vesicæ, quæ fit propter qualitatem mordicatiuam, quæ est in ipsa vrina. Et aliquando accidit ꝙ vrina exit sine voluntate, & sine dolore. & hoc

A accidit, quando paralyticatur musculus, qui est in collo vesicæ. Et de hoc loquemur, quando narrabimus accidentia, quæ accidunt virtuti voluntariæ mobili. Et maior pars accidentium, quæ adueniunt istis duobus membris, deuenit vltimo ad vlcerationem: & in principio sui aduentus nominatur scabies, quæ fit propter malam complexionem materialem propter malos humores, qui sparguntur ad ipsam. Et debet hoc accidere ei, eo quod est via & receptaculum superfluitatum corporis, & hypostasis ipsius.

De accidentibus superuenientibus membris generationis, sicut Testiculis, Virgæ, & Vuluæ. *Cap.* XXIX.

QVando virtus digestiua priuatur in testiculis, aut diminuitur, tunc nõ faciunt sperma aptum ad generationem. Et hoc accidit ab vna specierum malæ complexionis. quia quando dominatur multum in calore & siccitate, tunc comburitur sperma. Et similiter si dominatur in frigiditate, & siccitate, aut humiditate per se, aut in frigiditate per se, non decoquitur sperma, sed remanet subtile aqueum. Et quædam ex istis complexionibus sunt tales a principio generationis, & non recipiunt correctionem, & quæ-
B dam sunt per accidens, & corriguntur. Et quandoque priuantur operationes istorum mẽbrorum propter apostemata, aut incisionem suspensoriorum suorum, aut propter malitiam, quæ in eis superuenit in mensura, aut in passione, sicut est in herniosis. Et hoc accidit propter largitatem neruorum, ad quos suspensi sunt testiculi propter humiditatem superfluam, & relaxantur illi nerui, & descendunt intestina ad bursam testium. Et potest esse vt descendat ad bursam ventositas, aut aquositas. Et aliqñ accidit hæc ægritudo propter rupturam, quę aduenit huic foramini. & hæc est deterior, & multæ aliæ maneries inueniuntur in libris practicorum. Sed virtus expulsiua priuatur in virga propter oppilationem suorum meatuum, aut ꝓpter debilitatẽ, aut laxitatem, aut quia accidit in eius forma mala figura, quando induratur. & hoc accidit, qñ lęsa est chorda, quæ sustentat erectionem ipsius, aut propter multam siccitatem, aut quia ingrossata est ex apostemate simili lapidi. Quoniam vulua fuit creata ꝓpter gñationem, & quia est via superfluitatum secundæ digestionis: ideo accidentia, quæ huic mẽbro adueniũt, istis operationibus adaptantur. Et in vulua sunt quatuor virtutes, s. attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. sed loco digestiuæ debet poni conseruatiua. & hoc est conueniens, quia propria virtus est conseruatio embryonis. Sed operatio virtutis discretiuæ non est manifesta in ipsa: quia non est credendum, vt nutriatur ex eo quod colligitur in ipsa. Et quamuis hic cadat magnum dubium, hic nõ
C soluetur, sed hoc relinquetur libro de Animalibus. Sed attractiua, & retentiua, & expulsiua sunt manifestæ in ipsa. & propterea volumus narrare accidentia, quæ superueniunt vnicuique earum. Et dicimus, ꝙ quando debilitatur, vel priuatur virtus conseruatiua, quam diximus esse propriam sibi virtutem, tunc minuetur, aut priuabitur conceptio. & hoc accidet aut propter malam complexionem materialem, aut non materialem. Et quæ est non materialis, quædam est, quæ est a principio generationis, & illa nominatur sterilitas: & quædam est, quę est per accidens. Et quidam dixerunt ꝙ hoc fit propter dispositionem corporum cœlestium. sed hoc ego non video nec affirmo. Sed via, qua ledunt istæ malæ complexiones sperma in vulua, est eadem cum illa, qua mala complexio testiculorum lædit sperma in eis. quod est, quia quando ista membra erunt calida & sicca, tunc comburetur in eis sperma: & quando erunt frigida, tunc infrigidabitur, & fiet aquosum cursibile. Et quando impeditur virtus retentiua matricis, aut debilitatur, tunc erit causa abortiendi. & causa impedimẽti illius virtutis est humiditas lubricatiua pro maiori parte. Et qñ debilitatur virtus expulsiua illius, habebit difficilem partum, queadmodum superfluitas expulsiuę est causa abortionis. Et qñ virtus attractiua diminuitur, aut priuatur in ipsa, est causa diminutionis, aut priuationis cõceptus. Et aliqñ lędũtur oẽs istæ operationes in vulua pp apostema, quod fit in ea, aut ꝓpter ægritudinem, quæ suffocatio matricis appel-

fatur. Et ista ægritudo non lædit solum operationes matricis, sed etiam operationes membrorum totius corporis: eo ꝙ hæc ægritudo fit in hoc membro ex humore simili veneno, & facit fumum, qui resistit propter malam suam formam calori naturali, sicut faciunt venena. & fit ab hoc priuatio omnium priuationum vitę, & fere cor pulsatione priuatur. Propterea quia hoc accidens accidit vt plurimũ mulieribus, quę remotę sunt a coitu, * operatur ad hoc putrefactio, quę hoc accidens mouet collecta in eis. & fit pp corruptionem spermatis, propterea quia illarum sperma pręparatũ est illi corruptioni. Et ego dico, ꝙ nõ est impossibile vt generetur in malis corporibus, & eorum substantia vnus humor similis veneno, & maxime in hoc membro: eo ꝙ locus est, & receptaculum superfluitatum corporis, quæ pręparatæ sunt recipere corruptionem, & aliquando incarcerantur ita, ꝙ non recipiunt correctionem, & sanationem. & si ceciderit ad manus perfecti Medici, recipiet sanationem. Et huic membro accidunt ægritudines positionis, ita ꝙ priuantur ab eo omnes suę operationes: quia paralyticatur, aut ęgreditur de loco suo, & suspenditur. & aliquando est causa istius ægritudinis saltus, aut percussio, & aliquando est humiditas lubricatiua. Et ex rebus, quę resistunt matricis naturæ, vt non concipiat, est ægritudo nominata mola. & ista ægritudo fit propter defectum virtutis informatiuę in spermatę. & hoc accidit aut propter corruptionẽ membri, aut pp corruptionem materiæ. Et tunc generatur in vulua quoddam frustum simile frusto carnis. & venter mulieris similatur ventri prægnantis donec abortit. & aliquando accidit vt natura ipsam digerat, & conuertat ipsam in humiditatẽ, aut ventositatem. Sed accidentia, quę adueniunt sanguini menstruo sunt eadem accidentia, quę accidunt digestioni venarũ. & propterea superfluitas fluxus sanguinis fit propter vnã duarum rerum, aut propter debilitatem virtutis retentiuę in venis, aut propter augmentum expulsiuę, aut propter ambo simul. Sed defectus virtutis retentiuę prouenit ab vna ex speciebus malę complexionis. & augmentum virtutis expulsiuę fit aut propter mordicationem humorum, aut propter quantitatem eorum. Et causę constrictionis sanguinis sunt oppositę causis supradictis: saluo ꝙ ex rebus vna, quę debilitat virtutem expulsiuam, aut ipsam priuat, sunt oppilationes, quę fiunt in venis propter grossiciem sanguinis, aut propter suam viscositatẽ. Et tempus naturalis purgationis mẽstrui breue est vnius diei, & lõgũ est septẽ dierũ. Et tẽpus breue interpolationis mẽstrualis est viginti dierũ, longum est tringinta dierum.

* a.l. opinaĕ ꝙ putrefactio, quę hoc accñs mouet collecta in eis, fit pp. Non est impofe gñari ĩ corpore humor similis veneno.

D

E

De Expulsiua plurium membrorum. *Cap. XXX.*

ET aliquando adueniunt accidentia virtutis expulsiuę vni membro solũ, & aliquãdo toti corpori. & quæ adueniũt toti corpori, sunt sicut tremor, rigor, & alices, & similia. Et accidentia, quę adueniunt vni membro soli, sunt sicut tussis pulmoni, & sternutatio cerebro, & oscitationes ori, & ructus, & singultus stomacho. Et nos narrabimus causam vniuscuiusque istorũ. Et nos non appropriamus hęc accidentia animę nutritiuę, nisi propterea ꝙ non sunt voluntaria: quamuis voluntas habeat in aliquibus earum aliquam inuentionem. Et dicimus ꝙ tremor, & rigor sunt motus virtutis expulsiuę in musculo propter expulsionem humoris lędentis, caliditate sua, vel frigiditate. Et ꝙ ita fit, nobis ostenditur. quia tales tremores adueniunt corpori propter res extrinsecas: sicut si subito super corpus spargatur aqua calidissima: quia ex hac prouenit rigor. Et aliquando accidit horripilatio, aut tremor. & hoc accidit propter aerem frigidũ, & aquam frigidam. & cum istę causę erunt debiles, tunc fiet rigor: & in maiori parte tunc accidit in febribus. & quando erunt fortes, tunc accidet tremor, & tñ non potest fieri tremor, nisi pręcedat rigor: & maxime qui fit propter humores calidos in febribus. Sed qui fit ex humoribus frigidis phlegmaticis, aliquando accidit, sicut dicit, tremor absque putredine. & hoc accidit solum in speciebus vitrei phlegmatis. Et Medici dicunt ꝙ ille, qui fit ab humoribus calidis, est fortior, quia humor est magis mordicatiuus. & qui fit a frigore, est minus mordicatiuus. Et nos videmus quod fit contrarium huius in rebus

F

Tremoris, Rigorisq; definitio.

Argumentũ contra Medicos scdm. Cõtra Medicos de rigoris causa.

A extrinsecis, quia aer frigidus dat hoc accidens vehementer, & aer calidus nihil, sed horripilationem bene facit. propterea dicitur ꝙ fortis tremoris causa est cõclusio caloris naturalis in partibus intrinsecis, & infrigidatio membrorum exteriorum: quia tunc mouetur natura ad expellendum illud, quod est suum contrarium, siue calidum, siue frigidum, sed frigidum est plus contrarium. Sed tremor, qui fit in hora mortis, est motus virtutis expulsiuę propter impotentiam sustentandi membra. & propterea extinguitur calor intrinsecus, & ex toto resoluitur. & assimilatur ille motus motui, qui non habet principium, nec finem, nec causam, sed solum defectum: sicut vr̄ in motu flammę candelę, & in casu foliorum arborum propter consumptionẽ. Et propterea, quando aduenit aliquid naturę ab extrinseco, quod sit mortiferum, ipsa expellit tunc corporis superfluitates propter terrorem: sicut accidit illis, qui decapitantur. Sed tussis est motus virtutis expulsiuę in pulmone propter expulsionem rerum, quę lędunt instrumẽta anhelitus cum aere, qui egreditur secum, et propter adiutorium pectoris. Et ob hoc patet, ꝙ virtus voluntaria habeat aliquam inuentionem in hac re: quamuis natura ipsa violentiã inferat. Et efficiẽs causa tussis est vna ex speciebus complexionis malę materialis, vel non materialis. Sed materialis fit propter humorem, qui stillat a cerebro, sicut accidit a reumatibus: aut a re, quę ꝓuenit a pectore ad pulmonem: aut a spondilis, sicut propter apostemata, quę sunt in ipso pectore: aut B propter rem quę generatur in ipso pulmone, sicut apostemata aut vlcerationes: aut propter sanguinẽ, qui egreditur ab eo, & exit sanguis ab eo propter venam fixam in eo. & hoc est periculosum. Et aliqñ exit sanguis a pulmone per viam resudationis, eo ꝙ istud mẽbrum est vaporosum. & aliquando currit sanguis ad pulmonem a parietibus pectoris. Et Medici dixerunt, ꝙ cuidam homini accidit fortissima tussis, & cum tussi proiecit vnum lapidem. & incontinenti fuit inde liberatus. Et adhuc dicũt ꝙ est vna species tussis, quę fit ꝓpter mucillagines, quę nascuntur in pulmone. Et aliqñ res extrinsecę mouẽt tussim, sicut puluis, & fumus, & lana spinarũ, quę dicitur lana canina, halicacabus. Et ẽt complexiones non materiales mouent hoc accidẽs. saluo ꝙ virtus expulsiua non est nata laborare pro illis, sicut pro materialibus: sed mouetur hoc motu ꝑ accidens. Et ꝓpea quia illud, qđ quęritur a pulmone, est vt moueatur ad expellendum illud, quod ipsi nocet, concessa fuit ei a natura bona virtus sentiendi. Et quando sentit rem lędentem tangendo ipsum, tunc mouetur virtus expulsiua, quę est in illo. Et sicut mouetur pulmo ad hoc propter complexionem materialem, sic etiam mouetur propter complexionem non materialẽ: quia nõ habet a sui natura facere nisi hoc. quia res, quę fiunt a natura, fiunt duobus modis, aut necessitate, aut iuuamẽto. Sed accidit tñ raro, vt hoc accidens fiat a rebus extrinsecis, quę non sequuntur viam naturę. sicut dictum est, ꝙ vnus homo habebat fortissimam tussim, & C vnus Medicus ex experimentalibus pręcepit ei vt clauderet os, & incontinenti fuit liberatus. & in alio pręcepit vt stringeretur collum, & fecit, & liberatus fuit. Et qñq; accidit tussis ꝑꝑ compressionem, quę fit pulmoni ab alijs mẽbris, sicut fit in apostemate hepatis: aut propter nimiam vel superfluam satietatem. Et sternutatio est motus virtutis expulsiuę in cerebro propter mundificationem superfluitatum, quę fiunt in eo. propter hoc aliquando mũdificantur superfluitates corporis, & pectoris, & pulmonis. & aliqñ ex sternutatione expellũtur aliquę ex superfluitatibus, quę sunt in ore stomachi. & propterea fortis sternutatio aliquando mouet vomitum. & hunc motum aliquãdo facit virtus expulsiua, qñ humor sui qualitate mordet meatus narium. propter hoc res appositę naribus acutę prouocant sternutationem. Et si tu quęreres, si hęc superfluitas prouenit a cellulis cerebri ad nares, & mouet sternutationem: Respondemus ꝙ hoc raro contingere põt. Et ructus propter expulsionem fit ventositatis, quę est in stomacho a virtute expulsiua. Et alyces fiunt ꝑꝑ motum virtutis expulsiuę in mẽbris propter expulsionem superfluitatis fumosę, quę est in membris. Similiter oscitatio est extensio musculorum mandibularum propter expulsionem superfluitatum fumosarum. Ista sunt accidentia, quę superueniunt operationibus virtutis nutritiuę, & illis, quę appropriantur ei.

De tussi.

Dub.

Solu.

Cur oscitatio.

De accidentibus superuenientibus uirtuti Sensibili. *Cap.* XXXI.

D

DEinde volumus narrare accidentia,quæ superueniunt virtuti sensibili. & a simpliciori incipiemus,vt a virtute sensibili. Et dicimus ꝙ quãuis virtus sensibilis princeps communis sensibilitatis sit in corde,vt dictum est,non tñ completur eius operatio manifeste nisi in cerebro,nucha,& neruo. Et propterea hæc membra,quæ dicta sunt, sunt frigidæ complexionis,& humidę substantię, & sunt passibilia:nec est eorum dominatio, sicut dominatio cordis.& ideo fit,vt maior pars accidentium,quę superueniunt operationibus sensibilibus,sunt a parte cerebri,nuchę,& nerui. Sed cordi non potest accidere ægritudo, propter quam proueniat priuatio harum virtutum , eo ꝙ mors antecedit:quamuis non sit impossibile vt accidat ipsis a corde aliqua debilitas,& diminutio.& * ascendit hoc,ꝙ si incidatur vna ex magnis arteriis alicui ex membris,diminuitur sensibilitas illius membri. Et adhuc videmus ꝙ priuatur sensus & motus,quando syncopizat.& etiam fit magnus tremor,quando homo multum timet.Et nos non facimus demõstrationem istius, sicut facit Gal. de incisione nerui: quamuis declaratum sit,ꝙ cor habet inuentionem in operationibus harum virtutum. Et adducimus probationem a loco essendi & nõ essendi pro melioratione probationis.& quia ita est, dixerunt Medici ꝙ causę aductus accidentium super has virtutes sunt a cerebro,& nucha,& neruo. Et tamen cum tu curas ista membra,caue ne obliuiscaris curam cordis,sicut dictum est in libro Sanitatis . Deinde volumus narrare accidentia quę accidunt sensui tactus,& postea dabimus eorũ causas.Et dicimus ꝙ hęc virtus est de genere virtutum passiuarum,quia illa patitur a quatuor qualitatibus, quę dominãtur in ea. Ipsius accidentia tot sunt, quot sunt accidentia aliarum virtutum : hoc est quia corrumpitur penitus,sicut in membro paralytico:aut diminuitur, sicut in stupore:aut permutatur in malam qualitatem,sicut est in sensu doloris . Sed priuatio sensus in toto corpore est mors de necessitate.sed priuatio in vno membro, & diminutio in toto corpore possibilis est .Et causę,quę faciunt hęc accidentia, sunt de necessitate mala complexio materialis,& non materialis. & mala complexio,quę ipsa facit,est in cerebro,nucha,aut neruo. Et est perscrutandum, si hęc accidentia fiunt ab octo speciebus malę complexionis,aut a parte earum. Et dicimus ꝙ quędam istorum membrorum sunt frigida & sicca, sicut nerui:& quędã frigida & humida, sicut cerebrum,& nucha.& quia ita est, ista membra patiuntur a frigiditate,aut a frigiditate & humiditate vt plus.& propterea sunt causę istorum accidentium istę duę res. Sed ꝙ mala cõplexio calida hoc faciat, non est impossibile.quia iã declaratũ est,ꝙ operatio alicuius membri non cõpletur nisi per calorem mensuratum & temperatum.& non est differẽtia ex qua qualitate exeat tẽperantia.& si accidit,est de raro contingentibus. Nec ẽt est impossibile,vt hoc accidat ꝓpter siccitatẽ:quia nos videmus decrepitos,qui valde parum sentiunt.sed si prouenit a siccitate,remotũ est vt fiat subito. Et postquam qualitas frigida,inquantũ est frigida,est causa horũ accidentiũ,pro maiori parte existẽs coniuncta cũ humiditate,aut non coniuncta:quamuis humiditas sit pręparata ad hoc agendũ,eo ꝙ facit relaxationem, propterea qñ est composita cũ caliditate,remotum est vt fiat hoc accidens.sed non dicimus ꝙ sit impossibile, sed difficile est inuenire complexionem materialem solum humidam, nisi sit cõiuncta cum caliditate,aut frigiditate:quia quod facit hoc non est nisi humor extra naturam.Et humor non est nisi aut frigidus & humidus, aut frigidus & siccus,aut calidus & humidus,vel calidus & siccus. Et postquam dictum est quę species complexionis pro maiori parte est causa huiusmodi accidentis,dicendũ est quomodo accidunt super has operationes.Et dicimus ꝙ hęc mala cõplexio, quãdo fit in cerebro,sequitur ex ea diminutio sensibilitatis in toto corpore. Sed quando fit in cerebro,fit in ipso primo & substantialiter, aut fit propter cõicationem, quam habet cum ore stomachi, Et quando fit in vno latere cerebri,

* a.l. conuenit.

E

F

A fit in latere corporis hoc accidens. Et similiter quando generatur aliquis malus humor dominans in aliquo neruo, tunc priuatur, aut diminuitur sensus illius mēbri, cuius proprius est ille neruus. Et humor potest generari in neruo duobus modis. Vno, sit ab humore, a quo nutritur neruus ipse, & tandem paulatim nutrietur, donec acquiret malignam complexionem. Alio modo, vt non sit humor in neruo, sed infusus in humore ipsum circundante. Et aliquando accidit hoc accidens neruo perforato propter oppilationem: & oppilatio fit aut propter apostema, aut propter humorem grossum, aut propter compressionem. Et quamuis hęc aegritudo sit morbus officialis, tamen etiam est consimilis: quia post apostema, et grossiciem humorum, & compressionem sequitur mala complexio. Et quando istae causae fortificantur, erunt causae priuationis sensus in vno membro, aut in pluribus, aut in toto corpore. & cum causae istae sunt debiles, sunt causae diminutionis sensus. Sed quando permutantur ad malum, hoc est vt sit mala sensibilitas, quae nominatur dolor, prouenit a mala complexione calida, aut frigida materiali, aut non materiali. Et dolor fit, quando non dominatur haec mala complexio super totum membrum. et illa complexio nominatur a Medicis mala cō plexio diuersa. Sed quando dominatur super membrum totum mala complexio, tunc non sentit ipsam, aut sentit stupide. Et causa huius, quare membrū non sentit ipsam, aut sentit stupide, non est nisi propter complexionem suam natura-

B ralem. Et quando fiet in parte ipsius mala complexio extra naturam, sentit ipsam per remedium bonae complexionis. Et quando bona complexio erit permutata tota, tunc non sentiet dolorem, quia non erit cum eo causa sentiens, & erit membrum sicut mortuum. Et quaelibet qualitatum passiuarum potest dare accidens hoc membro. propterea quia istę qualitates pro maiori parte habent plus pati quam agere, sicut caliditas & frigiditas plus habent agere quam pati. a Et solutio continuitatis non est causa doloris, sicut dicit Gal. sed solutio continuitatis est causa complexionis, quae facit dolorem. quod est, quia solutio continuitatis est cum malo motu, & conueniens est vt talem motum sequatur mala complexio. Nec sunt etiam causę doloris duę res simul, videlicet solutio continuitatis, & caliditas & frigiditas, sicut dicit errans Auicenna. quod est, quia declaratū est iam in lib. de Anima, ꝙ iste sensus sentit primo inter sensus omnes, s. quatuor qualitates, hoc est calidum, frigidum, siccum, & humidum. ergo dolores non fient, nec sentientur ab eo sensu, nisi quando multum superabunt sua propria sensata, sicut accidit alijs sensibus. Similiter quia oculus non dolet nisi propter superfluitatem colorum, quando exeunt viam temperatam vel mediam, & sic lingua cum saporibus, auditus cum sonis, & odoratus cum odoribus. Et si accideret huic sensui tactus dolor propter solutionem cōtinuitatis, tūc esset suum proprium sensatum substantialiter solutio continuitatis solum. Et sicut oculus do

C let suderfluitatem colorum, propterea quia suum sensatum est de genere colorū, & non res, quę sit contraria colori. Sed solutio continuitatis est, propter quam accidunt qualitates superfluę: & anima sensibilis non est nisi ad qualitates. Et Gal. etiam hoc confitetur, quando dicit ꝙ vola manus non fuit facta in fine tēperantiae, nisi ad apprehendendum contraria. Et ad hoc apparet, ꝙ superfluitas contrariorum est causa doloris, qui fit in sensu, eo ꝙ parum & multum de necessitate sunt sub eodem genere. Et delectatio, quę est contraria dolori, non est nisi comprehensio sensati temperati, & similium: sicut delectatur sensus tactus ex aqua calida, & visus ex coloribus viridibus, & gustus ex saporibus dulcibus, & auditus ex amenis vocibus, & odoratus ex odoribus aromaticis, & quasdam delectationes praecedit molestatio, & illę sunt delectabiles naturę, & quaedam sunt absq; molestatione praecedente. Dolorum quidā fiunt in toto corpore, & quidam fiunt in vno membro, sicut dolores, qui fiunt in stomacho, vel hepate, vel capite, vel intestinis. Et nos loquemur de manifestioribus, & dicemus eorum causas, Et dicimus ꝙ dolores, qui fiunt in capite, qui nominantur in Arabico soda, causę eorum sunt absq; dubio, aut ex mala complexione calida eorum, aut frigida: & sunt, aut materiales, aut non materiales, & hęc mala complexio potest fieri primo in substantia cerebri, & aliquando fit propter commu-

Cā doloris ē prima qualitas ꝓ quo uide 1. Theisir tra. 9. c. 19.

a Cōtra opinio. Gal. opināis causā doloris esse tm̄ solōnem cōtinui in libro de Morbis & symptomatis. Vide 2. primi doct. 2. sum. 2. C. 19. Ratio cōtra Gal. & Aui.

probatio maioris ꝓpōnis a simili, i. qd fit ab eo, qd ē i gñe ꝓprij sensibilis.

Vide. 2. huius c. primo. Cōfirmatio. Scda rō a cōtrario. Nota tn̄, qd Rabi Moyses. 25. ptic. aphor. dubio. 18. imponit Gale. op. quā sequitur Auic. de

doloribus qđ videtur sentire.3.de Locis affectis.

nicationem alterius membri, sicut propter stomachum. Et horum quidā sunt, q perseuerant longo tempore, sicut dolor oui: & fiunt paroxismaliter. & hoc fit propter malos humores, qui generantur in cerebro successiue: & sic permutātur sua cōplexio ad malum ad generandū hunc humorem semper. & per candē viam currunt omnes ægritudines chronicę: quia illę permutant complexionem in mēbris, & acquirunt dispositionem generandi malos humores. Vnde earum curatio est difficilis, aut impossibilis, sicut est dolor hemicranię. Et materia, ex qua fiunt aliquę huiusmodi ægritudinis species, aliquando est in sanguine arteriali. & conuenit hoc, quia curatur ęgritudo, quando inciditur arteria. Et hęc ægritudo fit propter duas malas complexiones, videlicet calidam, & frigidam. sed non est materialis: quia illa, quę non est materialis, longo tempore durat. Et membra consueta dolorosa sunt intestina, & stomachus. & hoc accidit propter digestionem, quę est in eis manifesta multum, quia errant sępe. Et causę, quę faciunt dolorem in ipsis, aut sunt cibi ventosi, aut humores grossi, aut melancholici. & dolor, qui prouenit ab eis, est multum fortis, & chronicus. & aliquando fiunt dolores fortes propter humorem cholericum. Sed humores, a quibus procedunt dolores chronici in intestinis, sunt aut humores grossi frigidi, sicut phlegma vitreum, & eorum similes: & humores calidi. Sed dolores, qui continent totum corpus, sunt illi, qui dicuntur labores. & sunt trium specierum sc̄dm Medicos. vnus dicitur vlceratiuus, alter extensiuus, & alter apostemosus. Et quidā istorum fiunt a rebus intrinsecis, & quidam ab extrinsecis. & vlceratiuus fit penitus propter humores. & qui fit propter multum motum, fit propterea quia dissoluuntur ex corpore humiditates propter ipsum motum. & illud accidit ꝑpter causam humoris materialis, qui est in corpore malę qualitatis. Sed alię duę species lassitudinis sunt vna, nisi quia diuersificantur secundum magis & minus. q̄a quando superfluit dolor extensiuus, fit apostemosus. Et causa, quę similiter facit hos duos dolores, est humor, aut motus magnę lassitudinis. & ille, qui fit propter humores, fit necessario propter multitudinem humorum, si sint distemperati in qualitate, aut non. Et multitudo humorum attribuitur duabus rebus: aut vt sit multitudo per accidens, hoc est propter defectum virtutis: aut vt sit multitudo per se: aut propter ambo. Et multitudo humorum quantitatiua cum sanitate virtutis nominatur repletio secundum locum: & multitudo, quę est cum vno malorum accidentium, nominatur repletio secundum virtutem. quod est, quia virtutes impediuntur pro maiori parte propter quantitatem, & qualitatem. sed cum illo impedimento necessario coniungitur malitia qualitatis, & illi plus appropriatur. Et aliquando fiunt isti dolores propter malam complexionem calidā, aut frigidam sine materia. Et generaliter accidunt dolores in corpore causa apostematum, accidentium causa grossorum humorum. Et propterea quia sensus, qui dicitur desyderium, est proprius oris stomachi, videnda sunt accidentia, quę eidem superueniunt.

D E F

De accidentibus superuenientibus uirtuti Appetitiue. Cap. XXXII.

ET dicimus ꝙ accidentia superueniunt huic operationi, secundum ꝙ accidunt aliis, aut ꝙ permutatur, aut diminuitur, aut corrumpitur. Et accidentia diminutionis sunt sicut accidentia corruptionis. & illud, quod corrumpit appetitum, aut diminuit, est de necessitate vna ex speciebus malę complexionis non materialis, aut materialis, quę fit primo in membro patiente, aut per communitatem, quam habet cum aliquo membro. Et complexio, quę fit in membro, qualis dicitur operatio ista, est calor extra naturam. Sed quidam opinantur ꝙ frigiditas est causa magis propinqua dandi appetitum quam auferēdi: propterea quia hęc operatio, quę est in hoc membro, iuuatur, & completur ꝑ frigiditatem, & acetositatem, quę ei transmittitur a splene. sed quando hęc frigiditas vltimatur, est causa priuationis istius operationis. Nec est dicendū, ꝙ acetositas, inquantum est frigida, adminiculetur huic operationi: sed inquātum est acetositas, est causa stimulans ad bonum. Et similiter quando dominabuntur humi

A ditas & ficcitas, impediunt hanc operationem. quod est, quia nullum membrũ agit, & patitur naturaliter, nisi propter complexionem temperatam in quatuor qualitatibus. Sed lęsio, quę fit propter colligantiam cum alio membro, est sicut mala complexio, quę prouenit a cerebro propter neruum colligantem vtrunq;. Et aliquando accidit hoc propter repletionem corporis ex multis superfluitatibus. et propter hoc non indigent membra cibo. quod est, quia appetitus non fit, nisi quando dissoluuntur ex nostris corporibus res, quę debent restaurari per simile. & non est contra Gal. vt sit vna causa sensus istius membri, ꝙ membra, quando carent nutrimento, trahunt ab hepate, & hepar ab ore stomachi, & tũc fit desyderium in os stomachi, & nititur restaurare illud, quod dissolutum est ab eo, & alijs membris. Et motus attractionis in stomacho per modum apetitus & sensus, est contrarius motui attractionis, qui fit per modum nutrimẽti solum. quod est, quia ille, qui fit per modum nutrimenti, est attractio oris stomachi ab hepate. Sed attractio, a qua prouenit motus desyderij in stomacho, est attractio hepatis ab ore stomachi. Et nos non sumus locuti de hoc, nisi quia vnicuiq; membro necesse est vt restauretur per simile, quod ab eo dissoluitur: & tamen nullum ex alijs membris sentit euacuationem rei, quę dissoluitur ab eo. & si ita est, nullum membrum sentit euacuationem hanc, nisi per hoc membrum. & est eorum seruiens in hoc. Aut potest dici ꝙ dissolutio, quę fit in ipso, quasi colligata dissolutioni

B aliorum membrorum in eo, ꝙ est membrum eorum, & ipsa habent trahere ab eo. Sed propterea quia fortificatur desyderium huius membri, quando dissoluuntur a membris humores, & debilitatur, quando non dissoluuntur: apparet ꝙ hoc fit, propterea quia inter ipsum & alia membra fit similitudo, & societas substantialiter, & non per accidens. Et est hoc membrum, quasi sit species omnium membrorum, qua ipsa debent sentire hanc resolutionem. sicut nos videmus, ꝙ membra sentiunt per neruum etiam in locis, quę non sunt neruosa, & sicut discernit lingua cibos conuenientes ab inconuenientibus toti corpori. Et propterea quia sensus istius membri, & desyderium istius est substantię calidę & siccę, sicut est cibus, vel frigidę & humidę, sicut est aqua: fuit necessarium vt venirent accidentia istis duabus speciebus. & iam diximus causas corruptionis, & diminutionis appetitus calidi & sicci. Sed causa corruptionis apetitus frigidi & humidi fit propter hanc complexionem in eo exuberantem. propterea dicunt Medici ꝙ corruptio appetitus cibi fit per calidum & siccum superfluẽs in membro. Et corruptio appetitus potus est per frigidum & humidum exuberans in ipso. & vniuersaliter hoc non fit nisi propter malam complexionem frigidam & humidam, aut frigidam solum: quia difficile est imaginari, ꝙ hoc fiat propter malã complexionem calidam & siccam: saluo ꝙ opinatur ꝙ ab hoc etiam venire

C possit in fine febrium ardentium, quando appropinquatur morti. Sed corruptio istius operationis, aut eius exitus a cursu naturali fit propter qualitatem, aut quãtitatem. Et quod fit propter quantitatem, sicut appetitus augmentatus comedendi multum, est propter vnam duarum rerum: aut propterea quia corpus est nimis dissolutum, sicut in conualescentibus, qui habent fortiorem appetitum digestione: aut propter frigiditatem multam oris stomachi. quod est, quia istę operationes, secundum ꝙ dictum est a Medicis, iuuantur, & complentur frigiditate temperata. & quando fortificatur, tamen non fit * vltima, quia tunc quidam appetitus falsus fit. Et aliquando accidit, vt hęc mala complexio sit non materialis, & aliquando est materialis, sicut propter humorem acetosum, aut melancholiam. Et quod fit propter malam complexionem materialem, dicitur caninus appetitus. Sed causa superfluitatis appetitus frigidi & humidi est de necessitate propter malam complexionem calidam & siccam, materialem vel non materialem. Et materialis, quę facit hoc accidens in hoc membro, est cholera, aut phlegma salsum. Et hęc mala complexio, quæ fit in hoc membro, aliquando est primo proprie in eo, & aliquando propter communitatem alterius membri: sicut est hepar, & pulmo, & alia, sicut diximus superius, quod sensus membrorum propter dissolutionem calidi & sicci ab eis causa est attractionis eorum. eodem modo accidit in appetitu frigidi & humidi. Et debes

* vltra. lib.

ſcire, ꝙ aliquando eueniunt mala accidentia virtuti expulſiuę, aut attractatiuę propter priuationem ſenſus membri. quod eſt, quia virtus nõ expellit pro maio ri parte, niſi quando ſentit rem ipſam lędentem: ſicut accidit inteſtinis. quia quã do diminuitur, aut priuatur eorum ſenſibilitas, accidit eis vna ſpecies colicę. & ſimiliter quando diminuitur, aut priuatur ſenſibilitas oris ſtomachi, priuatur vir tus attractiua, quę eſt in ſtomacho. D

De accidentibus ſuperuenientibus virtuti Motiuæ voluntariæ. *Cap.* XXXIII.

ET poſtquam ſumus locuti de accidentibus, quę adueniunt ſenſui tactus, deinceps narrandum eſt de his, quę accidunt motui voluntario. propterea quia vt plus, quando vnus corrũpitur & alter corrumpitur, excepto quando accidens eſt vniuerſale toti corpori. ſed quando eſt particulare in vno membro, poſsibile eſt vt ſtupefiant, aut priuentur ambo ſimul, & poſsibile eſt vt priuetur vnus, & alter remaneat. Et hęc eſt ſententia Gal. & hoc conuenit cum eo, quod dictum eſt in cauſa ſenſus & motus. quod eſt, quia calor, cum quo fit ſenſus, non eſt idem cum eo, cum quo fit motus, & diuerſitas, quæ eſt in eis, non eſt niſi menſura temperantię in vnoquoque ipſorum calorum propria his duabus operationibus. Et propterea fuit neceſſarium, vt ſit complexio neruorum motus alia complexione neruorum ſenſus: propterea quia ipſi nerui habent temperatum calorem, cum quo fiunt iſtæ operationes. & propterea priuatur ſenſus, quando inciditur neruus ſenſus, & remanet motus. & quando inciditur neruus motus, aut percutitur, priuatur motus, & remanet ſenſus. & quando inciduntur ambo, aut percutiuntur, priuantur ambę operationes. Et quando aduenit hoc accidens toti corpori, fit apoplexia. & quando accidit vni membro, fit tunc paralyſis. Et tu ſcis per teipſum omnia accidentia ex accidentibus accidẽtium ſupra membra motus per ea, quæ præceſſerunt. & ſic accidit, quando priuatur virtus nerui vocis, quia tunc priuatur vox. Et quando priuatur virtus diaphragmatis, ſuffocatur homo vniuerſaliter in omnibus alijs motibus voluntarijs: ſicut accidit in motu muſculi veſicę, aut in muſculo ani. quia tunc egrediuntur ſuperfluitates humidæ, & ſiccę ſine voluntate. Et propterea quia tu ſcis ab alio loco loca nerui, & colligantiam quam habent cum quolibet membro, tu poteris cognoſcere, quando fuerit læſa operatio alicuius membri, per quem neruũ fuerit læſa. Et accidentia, quę veniunt inſtrumentis motus, ſunt tribus modis ſimiliter, aut vt priuentur eorum operationes, ſicut in apoplexia, aut paralyſi: aut vt diminuantur, ſicut in ſtupore, & dormitione: aut vt operationes permutentur ad malas, ſicut in tremore, aut ſpaſmo. Et nos uolumus dare cauſas vniuſcuiuſq;. Et dicimus ꝙ cauſæ diminutionis motus, aut corruptionis ipſius ſunt illę eædem cauſæ cum cauſis corruptionis ſenſus. Et debes hoc ſimiliter ſcire, quod dictum eſt ſuperius de communicatione cordis. & ſimiliter quod dictũ eſt in ſpeciebus malæ complexionis, quę facit hoc accidens, ſic debet hic intelligi. Et ſcias ꝙ tremor eſt motus compoſitus, qui fit in membro: eo ꝙ virtus animalis motiua pugnat cum virtute declinatiua, quę eſt in membro trahente membrum ad ſe. propterea fit in his motus contrarius aliquando ſuperius, quando fortificatur virtus motiua: & aliquando inferius, quando fortificatur virtus declinatiua. Et cauſa iſtius accidentis eſt vna ex ſpeciebus malę complexionis. & vt plus accidit propter malam complexionem frigidam & humidam, quia neruus non debet lędi, niſi per iſtas vt plurimum. Et ſpaſmus, qui dicitur in Arabico taſueg, eſt cõtractio nerui in ſe, & decurtatio ſuę longitudinis, propterea ꝙ contrahitur, & colligitur. Et illud accidens aduenit membro propter duas res, ſicut accidit in rebus extrinſecis, & in chordis, & in ſimilibus. & iſtæ duæ res ſunt, aut mala complexio calida dominans ſupra membrum, propter quam colligitur, & contrahitur, ſicut chorda in magno æſtu: aut mala complexio humida materialis, quę implet neruum, & diſtendit ipſum; & propterea creſcit latitudo, & diminuitur

Idẽ.1. Theizir. tract.9. c.5.

E

F

A longitudo secundum proportionem extensionis latitudinis necessario. Et ista repletio, & distensio, quæ fiunt in membro, fiunt propterea ꝙ illa humiditas conuertitur in substantiam aeream. & ob hoc neruus laboriose eam continet, sicut nos videmus in vtre vini bullientis. & accidit propterea, quia partes aereę indigent maiori capacitate partibus aqueis aut terrestribus. & ob hoc, quando res humidę conuertuntur ad siccitatem, tunc nerui colliguntur et contrahuntur: sicut accidit corrigijs quæ calefiunt ad ignem. & quando conuertuntur ad aereitatē, augmentatur eorum quantitas. Et scias ꝙ hęc est indigentia necessaria propter superfluam humiditatem, quæ accidit in neruo, ad hoc vt extendatur, & crescat secundum omnes dimensiones, non vt contrahatur, aut colligatur. Et vtinā ego scirem, quare extenduntur in latitudinem, & non in longitudinem. Saluo quia potest dici, ꝙ extensiones, quæ fiunt in latitudine, vincunt, quando fit collectio extensionum, quæ fiunt in longitudine: & propterea contrahitur neruus de necessitate. Et Gal. non sentit in hoc nisi contractionem, quę est decrementum descendent versus terram, & pluries appellat ipsum distensionem, & maxime cōtractionem, quę continet corpus ante, & retro. Et plures Medici intendunt, ꝙ extensio sit opposita contractioni. sed hoc non accideret nisi propter humiditatem solum, & fieret longitudo. sed illis cadet idem dubium, quod accidit in distensione, quæ fit in latitudine, siue in longitudine, quę est secundum Gale. causa contractionis humidę. Vide.2.tertij.c.de Tetano.

B Et scias ꝙ verba Medicorum in hoc accidente vniuersaliter sunt propinquiora, vt sint verba Musicorum, quam vt sint demonstratiua. Et si Deo placuerit, ego faciam vnum ex hoc solum tractatum, qui sequetur viam demonstrationis, & poterunt intelligi ab illo res nobiliores, quam hæc. Sed quando fit hæc contractio, nascitur bellum inter duos motus, vt inter motum virtutis motiuę, & motum contractionis. & aliquando fit in neruo vna species contractionis, quę non accidit propter dominationem caliditatis, nec siccitatis, nec propter humorem aereum, qui distendat: immo est propter fortitudinē virtutis expulsiuę, quę est in neruo ad resistendum rei lædenti, & tunc colligitur in seipso, & contrahitur, vt fortificetur super rem, quam expellere intendit: sicut faciunt animalia, quę volunt se mouere ad cursum vel ad saltum, in primis colligunt, & contrahunt omnia membra, & postea complent eorum voluntatē. Et hęc species contractionis est velocis curationis, nec debet attribui ægritudini, & dicitur expandidatio.

De Sapore, & Odore in generali. *Cap.* XXXIIII.

C HVcusque declarauimus accidentia, quæ fiunt super sensum tactus: deinceps volumus loqui de accidentibus superuenientibus sensui gustus. & primo dicemus de saporibus, & postea de odore. Et dicimus, propterea ꝙ elementum non habet odorem, nec saporem, eo ꝙ ista duo nō sunt nisi in composito, & corpus vegetabile & animale declinat ad calorem & humiditatem: necessarium fuit ꝙ sapor naturaliter declinaret ad has duas qualitates. quia sapor fit per admixtionem substantię siccæ cum humida, quando coquitur per calorem decoctione determinata. Et propterea diuersantur species saporum secundum diuersitatem quantitatis huius decoctionis. Propterea temperata est calida & humida, & facit saporem dulcem: & distemperata est calida & sicca, & facit saporem amarum. & ista duo sunt elementa saporum secundum nos, sicut album & nigrum sunt elementa colorum. Sed media, quæ sunt inter ea, sunt secundum remissionem vel crementum decoctionis. quia propinquius dulci est vnctuosus, & propinquius amaro est salsus, & inter istos sunt acutus, stypticus, & acetosus. Sed quia odores sunt ex radice vaporum fumosorum, & ab hac parte est aer suum subiectum, si fuerint dominantes super ipsos caliditas & siccitas: propterea inuenies multas res, quarum odor non manifestatur, nisi quando calefiunt ab igne, sicut lignum aloes, & similia. Et alię res sunt, quę indiget fricatione manus: & tunc dant earum odores propter caliditate fricationis manus. Et propterea videtur ꝙ homo sit aptior ad discernendum indi-

uidua odorabilium cæteris alijs animalibus: quamuis quædam animalia habeant fortiorem sensum odoratus a remotis. D

De sensu Gustus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXV.

DEinceps volumus dicere de sensu gustus. Iste sensus non indiget medio extrinseco, quemadmodum indigent tres alij: propterea quia est quidam tactus, & sentit propter humiditatem, quę est in ore. Et propterea factę fuerunt duę venę in lingua, vt continue generent hanc humiditatem. & quando corrumpitur hęc humiditas in ore, sicut in infirmis, non possunt tunc sapores veraciter comprehendi. Deinceps volumus dicere accidentia, quę veniunt huic sensui. Et dicimus quod accidunt illis tribus modis, quibus accidunt alijs. & hoc est, quia aut corrumpitur iste sensus, aut diminuitur, aut conuertitur ad malum sensum. Corruptio fit propter vnam ex speciebus malę complexionis in eodem instrumento istius sensus. & istud est in lingua, aut membro communicante cum eo, sicut in cerebro, & neruo misso a cerebro eidem. Et diminutio fit propter easdem causas, quando sunt debiles. Sed accidens, quod facit ipsum sentire malo sensu, fit duobus modis, aut quia sentit aliquem saporem non discernendo quis sapor sit, aut quia sentit saporem contrarium ei. sicut si sentiat dulce illud, quod est amarum: & sic de alijs. Sed si sentit aliquem saporem nullo saporato pręsente, hoc fit propter malam complexionem materialem. quod est, quia nos videmus, quod sentit saporem illius humiditatis, ita quod si sit cholera, sentit amaritudinem; & si sit acetositas, sentit acetositatem: & si est dulcis, dulcorem. Et quando fortificatur hęc mala complexio, tunc sentit omnia secundum illum saporem. & iam declaratum est in Naturali philosophia, quod omnia instrumenta sensuum sunt vacua a sensibilitate suarum apprehensionum. quia si ita non esset, ipsa non apprehenderent eas. quod est, quia si pars visibilis oculi esset colorata, non reciperet omnes colores; quia in rebus naturalibus recipiens nō recipit suū simile, sicut dicemus. & sicut est in isto sensu, similiter est in alijs. Et propterea quando aduenit ei hoc accidens, sentit omnes sapores, sicut vnum. Et aliquando accidit, quando iste sapor non erit multum fortis, vt sentiat sapores quasi tēperatos propter hunc malum saporem, quem habet. & hoc idem accidit etiam propter res extrinsecas: sicut accidit comedēti res amaras, & postea bibit aquā, & tunc sentit eam quasi dulcem. B

De sensu Odoratus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXVI. B

ISte sensus recipit res odorabiles per medium aerē. Et in multis animalibus reperitur fortior quam in homine, sicut in aquilis, apibus, & similibus. Et propinqua sunt indiuidua odorabilia indiuiduis saporibus: saluo quod nos non comprehendimus ita bene differentias odorum, sicut differentias saporum. quod est, quia iste sensus debilior est in nobis, & gustus est fortior: quia est quidam tactus, & sensus tactus est fortior in homine, quam in cæteris animalibus, quemadmodum quidam aliorum sensuum sunt fortiores in aliquibus aliorum animalium. Sed operatio aeris in sensu odoratus est per hunc modum, quia aer fert illud, quod resoluitur ex substantia aerea ex rebus habentibus odorem per similitudinem, quam habet cum eo, quousque perducit ipsum ad sensum per se, & per adiutorium partis ignez. Et iste sensus inuenitur etiam in animalibus carentibus sanguine, sicut in formicis, & apibus, & illis quę degunt in aqua. Et diuersificatur homo ab alijs animalibus in hoc. quia homo non potest odorare, nisi cum olfactione: sed multa alia animalia odorant sine olfactione, sicut animalia, quę carent sanguine. Sed quomodo transiet odor per medium aerem, aut ignem, nunc dicere volumus. Et dicimus quod quia pręparatio est in aere, vt accipiat vaporosum odorabile vel odorosum, & etiam vaporem, qui fit in aqua pro-

Diuersitas inter hominē et cętera animalia.

A pter naturã, quam habent elementa, vt vnum ab alio recipiat vapores, qui generantur in eis propter similitudinem, quę est in eis: ergo fit per hunc modum. quia terra mittit vaporem suum aquę, & aqua recipit ipsum propter similitudinem, quã habet cum terra in frigiditate, & humectatur in aqua: & aqua mittit vaporẽ suum humidum aeri, & aer recipit ipsum propter similitudinem, quã habet cum ea in humiditate: & aer mittit igni propter similitudinem, quam habet cũ aere, & ignis recipit ipsum. & per hunc modũ dissolutionis peruenit ad nostros sensus. Propterea dicendum est, ꝙ sensus visus est appropriatus aquę, & odoratus parti igneę fumosę, & auditus aeri. & propterea fuit maior pars odorabilium sanatio ęgritudinum frigidarum cerebri. De odore vero rerum frigidarum hic tractare volumus. Et deinceps volumus dicere, ꝙ accidentia huic sensui venientia sunt sicut aliorũ: quia aut corrũpuntur, aut diminuuntur, aut permutantur. Et corruptio fit propter vnam duarũ rerum, aut propter dominationem malæ complexis, aut propter oppilationem factam in instrumento hoc. Et diminutio fit, quando istę causę sunt debiles. Et permutatio fit, quando accidit suo instrumento mala putrefactio, & tunc sentit omnes res odoratas fœtidas. Nota.

B *De sensu Auditus, & de accidentibus ei superuenientibus.* Cap. XXXVII.

Sonus fit propter iactationem corporum solidorum. & quanto illa iactatio erit fortior, tanto erit sonus fortior, & acutior. & prodest ad sonum faciendum forma instrumentorum recipientium, vt sint concaua, aut perforata, aut rara. & apprehendit iste sensus mediante aere, aut aqua. Item dicitur ꝙ sonus est pulsatio aeris refracti in talibus instrumentis. Et sicut aer ducit colorem ad instrumẽtum visus propter peruietatem corporis, sic adducit sonum ad auditum propter velocitatem receptionis motus istius rei: quia aer recipit ipsum velociter, & formatur in ipso, & remanet hęc impressio motus. Et iam postquã separatus est motor, & similiter forma, quę fit ab illo, & similiter remanet in aere sonus tempore sufficienti, donec possit venire ad aurem: propterea quia sonus est motus vel a motu, & omnis motus est in tempore. & hoc est contrariũ rei visus. Et propterea audimus tonitrua post visionem corruscationis, & videt homo ictum lotricis vltra aquam, antequã audiat sonum: quamuis cã amborum sit eadem. Et hęc est causa, quare audimus vltra murum, & non videmus vltra murum. Et etiam figura instrumentorum est causa istius. & quęlibet iactatio aut pulsatio facit reuerberationem. & propter hoc accidit, vt homo audiat suã propriam vocem. Et vox fit per instrumenta anhelitus. Et propterea non potest homo facere vocem, & anhelare simul: quia tussis nec vox non fit nisi propter aliquã imaginationem. Et instrumentum, cum quo operatur sensus auditus, est aer receptus in aure, & secundum ꝙ aer est quietior & subtilior, est operatio eius perfectior & similiter est in odore. Et hęc operatio priuatur propter malam cõplexionem, aut propter oppilationem factam in instrumẽtis istius sensus, hoc est in aure. Et ab his eisdem causis fit diminutio, quando sunt debiles. Sed auditus phantasticus fit propter vnam duarum rerum: aut propter acumen auditus, quod est in instrumento auditus, quia sentit etiam paruum motum qui fit in aure: aut propter ventositatem, quę fit in ipso extra naturam.

C

De sensu Visus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. XXXVIII.

Proprietas visus est, ꝙ recipit colores non denudatos a materia, & propterea habet conuenientiam propriam cum materia, & propter illam cõuenientiam est factum proprium abstractum a ratione, & ab intellectu. & non esset sic, ipse intellectus esset. Et hęc receptio fit mediantibus aere, vel aqua. Et ista duo elementa sunt quasi media inter materialia & formalia: & propterea sunt dominantia super hoc instrumento aqua, & aer: quamuis Vide contr. Zim.

hic cadat aliquid dubij:quia iam dictum eſt,ꝙ ignis eſt veracius medium,quod D
eſt inter formam & materiam.& hanc ſolutionem volumus relinquere alteri tē
pori. Et adductio coloris,quam facit aer ad viſum , fit per corpus peruium cum
Lux quid. adiutorio lucis. Et ſi tu quæſieris quid ſit lux: Reſpondeo ꝙ eſt illud, in quo fit
vmbra ex corpore groſſo. Et ſcias ꝙ ſenſus viſus recipit formas rerū in hunc
modum.quia aer mediante lumine recipit formas rerum primo, & poſtea mittit
* interiorē. ad tunicam inferiorem,et illa dat aliis,quouſque hic motus peruenit ad tunicam
poſtremam,poſt quam ſtat ſenſus communis,qui apprehendit formas rerum. Et
in medio iſtarum eſt tunica glacialis,quę eſt ſicut ſpeculum, media inter natu-
ram aeris,quia eſt ſicut ſpeculum:& mittit eas aquę , quia ſua natura communi-
cat iſtis duabus naturis.& aqua,quam dicit Ariſto. ꝙ ſtat poſt humiditatem glà
cialem,eſt illa,quam appellat Gale. vitream . Et in hoc recipit ſenſus commu-
nius formam.& quando ipſam recipit,mittit ipſam imaginatiuæ, & ibi recipitur
ſpirituali receptione. Et propterea dicitur ꝙ forma recepta habet tres gradus:
primus eſt corporeus: ſecundus ſpiritualis,qui eſt in ſenſu communi: tertius gra-
dus eſt ſpiritualior,qui eſt imaginatiua. & ab iſto gradu deuenit ad alios gradus
altiores,& nobiliores. Et qui argumentantur a lineis radioſis,quę exeunt ab
oculo,& vadunt vſque ad rem viſam:dico ꝙ inuentio talium linearum non ha-
bet intentionem ſecundum ſenſum,ſed ſecundum intellectū,ut intelligatur quaſi E
vt exeant ab oculo.Sed vere videre,& quod accidit ab eo non completur niſi
per intentionem harum linearum in figura noua : & figura noua eſt verax . &
propterea ſubiectum harum dimēſionum eſt corpus peruium:quod eſt, quia hoc
corpus a ſua natura habet recipere lumen,& colorem tali receptione.Et qui ſta
Argumētū, qđ viſus nō fit extramittendo. re vult ſuper hoc, legat ſecundum librum de Senſu & Senſato. Et ſcias ꝙ vi-
ſus hoc modo recipit colorem:quia aer recipit ipſum primo, & poſtea tranſmit-
tit ipſum viſui:eo ꝙ eſt corpus peruium luminabile. Et ꝙ hoc ſit verum,ꝙ aer
ipſum recipiat,eſt;quia videmus nebulas raras , vltra quas Sol pertranſit . quia
tunc corpora,quę ſupponuntur iſtis nebulis , colorantur ſuo colore . Deinceps
volumus dicere de accidentibus,quę ſuperueniunt ſenſui viſus, quæ fiunt tribus
modis.nam aut priuatur hęc operatio,& dicitur cæcitas:aut debilitatur, & dici-
tur offuſcatio:aut permutatur in malum viſum non bene apprehendentem . Et
hoc accidit propter aliquod corporum,quæ ſunt ordinata ad hanc apprehenſio-
nem,vel plura. Et iam tu ſcis ex quot rebus compoſitum eſt inſtrumētum iſtius
ſenſus.& propterea volumus dicere cauſas iſtorum accidentium per hunc mo-
dum. Et dicimus ꝙ cauſę cæcitatis ſunt multæ. quia aliquando accidit propter
oppilationem,quæ fit in neruo , per quem tranſit ſpiritus viſibilis a cerebro ad
oculos.& non eſt impoſsibile hoc accidere propter malam complexionem fa-
ctam in ipſo ſpiritu:quia tu pluries ſciuiſti ꝙ membra non habent agere, nec pa F
ti,niſi propter complexionem conuenientem illis in quātitate,& qualitate. Sed
malitia complexionis aut eſt frigida,aut calida. & ſi eſt frigida , tunc ingroſſat
ſpiritum taliter,ꝙ inſtrumentum viſus non poteſt recipere ab eo . & ſi eſt cali-
da,tunc ſubtiliantur ſpiritus.& ſparguntur ita , ꝙ formæ non poſſunt figi in eo.
Item prouenit hoc a paſsione humoris glacialis. vel telę araneę , vel ab ambo
bus,quādo obſcuratur eorum claritas propter multas cauſas,quæ hoc facere poſ-
ſunt,quia tunc conuenienter colores non poſſunt figi in eis . Item poteſt accide-
re propter decurſum aquę in humiditatem albugineam taliter,vt obſcuretur cla-
ritas.Et etiam accidit,quando vulneratur cornea:& tunc egreditur vuea.& hoc
fit ſicut granum.vel ſcabies,quę naſcitur in oculo.Item poteſt accidere,quando
fluit humor,albugineus. Item accidit propter vngulam,que naſcitur in coniun-
ctiua,quando cooperit totum foramen vueę . & maiora & peiora accidentia,
per quæ prouenit cæcitas,ſunt mala apoſtemata,quę fiunt in totalitate oculi:ita
ꝙ aperiuntur omnes partes oculi,aut plurimæ , & effluit oculus, aut fiunt fiſtu-
lę,quę rodunt ipſius tunicas. Et nunc dicamus de cauſis debilitatis ipſius viſus.
Et dicimus ꝙ cauſę debilitatis,& diminutionis viſus ſunt diuerſę. propterea qa
accidit debilitas viſus hominibus multis modis , quia quidam ſunt , qui vident a
remotis,& non vident a propinquis, & quidam ſunt,qui vident econtra. & qui-

dam ſunt,

A dam sunt, qui debiliter vident, & longe & prope. Sed istorum, qui habent debilem a propinquo, habebunt debiliorem in remoto. & hęc species est opposita optimo visui. quia optimus visus non est, nisi quando videmus in remotis, & propinquo, debito modo. Sed vniuersaliter non dicitur quod virtus visibilis sit fortis, nisi quando videt remotas res. sicut dicitur ꝙ* turtur habet oculos similes colori rubini, & videt multum longe, & dicitur ꝙ habet fortem visum. & hoc accidit ei propter claritatem instrumenti, & bonitatem virtutis, & subtilitatem sensus, sicut videmus in vulture, & multis alijs volucribus. quod est, quia dicitur ꝙ eo existente in Damasco, videbat carnes morticinas Babylonię. quia, sicut dictum est superius, in hoc sensu sunt plura animalia fortiora homine, & maxime quędam volucres. & similiter in instrumentis visus, & auditus sunt fortiora. Et postquam nos diximus ꝙ debilitas virtutis, quę est opposita optimo visui, fit propter debilitatem virtutis istius sensus, aut fit propter claritatem instrumenti: ergo optimus visus fit propter bonitatem omnium istorum. Et aliquando debilitas ista est naturalis, & aliquando est accidentalis. & naturalis est propter eminentiam nimiam, quia tunc debilitatur visus propter multitudinem aeris, & multum lumen, quod colligit. Item debilitatur, quando dilatatur foramen vuę, propterea quia aer dominatur super complexionē oculi, & ipsam permutat. Et
B largitas istius foraminis fit aut propter corrugationem, quę fit in vuea versus circunferentiam propter siccitatem, aut propter multam humiditatem fluentem illuc ad ipsum dilatantem. Et aliquando fiunt hæ debilitates propter stricturam illius foraminis. Et strictura eidem accidet aliquādo, quādo paralyticatur vuea. quia ipsa paralyticatur, aut per multam humiditatem ipsius, aut propter defectū albuginei: quia ob illius causam paralyticatur, & cadent partes ipsius super partes. Et est dictum, ꝙ si strictura istius foraminis sit naturalis, ipsa est laudabilis. Et aliquando fit debilitas visus propter passiones palpebrarum oculorum, sicut diximus in alijs nostris voluminibus: & spicatores, & collectores etiam ipsam numerauerunt. & hoc fit propter malam complexionem naturalem. Et tu debes dicere vniuersaliter: quoniam causæ debilitatis visus sunt sicut medietas causarum cæcitatis. Et illi qui vident res propinquas & bona visione, & res nō vident a remotis, visus ille non est adeo bonus, vt est visus eorum, qui vident propinqua, & remota, bona visione. Et est dicendum ꝙ debilitas visus istorum est media inter visum debilem penitus, & inter illos qui habent bonum visum penitus: ideo quia impossibile est esse visionem rerum propinquarum & remotarum æqualem, nec in debili in fine, nec in bona in fine. Aut possumus dicere ꝙ sanæ visiones non habent excessum super alias nisi in visione remotarum rerum. quod est, quia res propinquæ videntur a debilibus & fortibus secūdum
C vnum modum: quia sine dubio nos videmus res propinquas, sicut vident aquilę. quia aquilæ non habent excessum super nos in visu, nisi in rebus remotis. & sicut hæc res inuenitur in specie, ita in indiuiduis. Et causæ in illis, qui vident a remotis, & non vident a prope, est debilitas instrumentorum ipsorum. Et propterea quia res visibiles non videntur, nisi mediante aere lucido, indiguerūt debiles oculi pluri luce oculis fortibus. & quando visibile est remotum ab oculis, lux, quæ est inter ipsum & oculum, est in maiori quantitate. Item quando res visibilis erit remota, erit motus, quem facit visui, debilior. & propterea oculus debilis poterit melius recipere. sed quando visibile esset propinquum, oculus debilis pati non posset. Et quidam dicunt ꝙ hoc accidens fit propter grossiciem spiritus visibilis. quia quando erit longa dimensio inter oculum & visibile, tūc subtiliabitur spiritus in aere, & erit aptior receptio impressionis visibilis factæ in aere. Et quamuis hoc verbum sit declaratum, ipsum declinat opinioni illorum, qui dicunt ꝙ radius visus defertur ab oculo ad rem visam. & illa opinio reprobata est, & nos etiam reprobabimus. Et quia colores non apparent nisi mediante aere lucido, ideo pupilla non potest videre res, quæ superponuntur ei: propterea quia apprehensio istius sensus non fit nisi mediante aere. Et sic debes videre quod debilis visus non comprehendit bene res visibiles propinquas. Et qui vident bene propinquum, & non vident remotum, eorum oculi indigent forti

*a. l. vultur

Optimus sensus est, q cōprehēdit plures drias sensibilium, & i maiori distātia. Idē. 5. de Gña. aīaliū c. 3.

motu. & hoc maxime accidit illis, qui habent oculos eminentes. & quia oculi D
istorum sunt prominentes, eorum visus est debilis, & sparsus: vnde indiget forti motu propinquo. Et propterea qui habēt oculos profundos, remotius vidēt: quia spiritus visibilis in eis est magis aggregatus, & virtus visibilis tūc est fortior. & etiam lux in maiori quantitate recipitur, sicut accidit in riuis strictis currētibus. Et propter hoc stringit sagittator oculum, quando vult recte emittere sagittam, & carpentarius vt rectius videat lineam. & propter hanc debilitatem accidit decrepitis vt non possint legere subtiles literas nisi in Sole, & vident res remotas, & non propinquas. Et apparet vt veniat hæc debilitas in visu propter malam complexionem siccam accidentalem & non naturalem, aut propter humiditatem tenebrosam: propterea quia siccitas, sicut dictum est, difficile patitur. & hæc ægritudo est quasi obscuritas oculorum: propterea quia iste patiens videt in die, & non in nocte, quia ei non sufficit lux Lunæ & cādelarum. & hoc prouenit a tenebrositate, aut duritie receptionis. Istæ causæ sunt, quæ de necessitate possunt dici super ista accidentia secundum Naturalem philosophiam. Sed causę, quas dant Medici in istis accidentibus, sunt fundatæ supra fundamenta corrupta. quia tu scis, ꝙ non est in oculo aliquod corpus, de quo possit aut possibile sit opinari, vt extra ipsum mittatur: sicut opinati sunt illi, qui vocabantur de societate Assahel Saat. & Gal. tenet eorum viam. Quia non est aliquid in oculo E
nisi calor naturalis, qui aduenit ei a cerebro per duos neruos perforatos. nec calor potest separari a corpore in momento, etiam remanente calore intrinseco ipso, & homine viuente. Et impossibilis est vt extendatur vsque ad stellas. quia antequam veniret illuc, esset corrupta sua complexio, & esset priuata sua forma specifica, in eo quod est causa intrinsecus. Nec etiam in eo est corpus cœleste, nec igneum, habens splendorem, vel quod sit splendidum, quod illuminet ipsum per naturam. Sed splendor est primum apparens per se. & impossibile est vt sit recipiens aliquid de natura suscepti, inquantum vnum est recipiens, & aliud receptum. & hoc probatum est in Naturali philosophia. sed est, sicut dictum est superius. quia visio fit propter impressionem colorum in corpore peruio, hoc est in aere, & in aqua: & ista corpora dant oculo, secundum ꝙ dictum est, & imprimuntur in ipsum, & postea apprehendit spiritus visibilis esse* oculorum. & propterea fuit compositus oculus ex corporibus peruijs, & quia iste sensus non potest apprehendere similitudinem* oculorum, nisi postꝗ sunt impressi in corpore medio. Sed accidentia, quæ ponunt extraneitatem in visu, sunt multa, & ipsa sunt declarata in arte Radiorum, & nominatur Almendahar. & quæ dicentur hic, sunt creata ab ægritudinibus. Hæc sunt, quæ veniunt a mala complexione, vel positione: quia apparebit ꝙ vnum sit duo. & hæc causa attributa est doctrinæ radiorum. Iterum accidit vt videatur oculus videre omnes colores secūdum vnum modum, videlicet rubeos, aut citrinos, aut aliter dispositos. Et causa F
huius sunt vapores, qui eueniunt ad humiditatem peruiam, in qua est visus. quod est, quia quando illi vapores prouenient a citrinitate, omnes res visæ tales ostēdentur, & sic de alijs. Et aliquibus apparent sicut cimices, aut muscæ volare ante oculos. & hoc prouenit propter vapores mixtos, qui ascendunt superius. Et aliqui vident res visibiles quasi fenestratas. & hoc accidit propter quendā vaporem nigrum, qui accidit, vel qui transit per crystallinum. sed ipsum non cooperit totum. Item accidit habenti cogitationes corruptas propter aliquam causam intrinsecam. vel extrinsecam, vt sentiat malo sensu. quod est, quia quamuis sensatorum motus ad sensum veniat ab extra, non est impossibile vt fiat simile etiā per contrarium. quia propter hanc corruptionem cogitabit vnum & confirmabitur, ita ꝙ forma illius mouebit a latere interiori spiritum istius sensus, & tunc videbitur oculo, vt istud sit deforis. Et est istud in vigilādo simile vni somno: quia declaratum est in tractatu de Somno & Vigilia, ꝙ somnia attributa sunt virtuti imaginatiuæ. sed ipsa facit in somno contrarium eius, quod facit in vigilia. quia in vigilia primo mouet sensatum sensum communem, & postea illud mouet imaginationem, & secundum quod dictum est ordinatim superius. Sed in somno fit modo contrario, quia motus incipit a virtute imaginatiua propter formam rece-

Marginal notes:
Contra Medicos, ꝙ visio non fiat extramittendo.
Rō prima.
Rō secūda.
Rō tertia.
Opinio propria.
*colorum.
* colorum.
Idest Prospectiua.
Quo pacto opposito mō in somno & ĩ vigilia fiat sensatorū motus.

A ptam deforis in vigilia quoquo tempore,& illa eſt remota. & ideo primo mouet ſenſum communem, & communis mouet particulares ſenſus, & tunc ſentientur res, quaſi ſicut eſſent extra. & ſicut hoc fit in ſomno, ſic fit in vigilia propter multam ſollicitudinem circa aliquam rem. Et propter hoc confirmantur virtutes animæ, aut propter aliquam ægritudinem fixam in corpore, aut propter timorem, aut propter triſtitiam. quia tunc ſoluitur quidam vapor, & aſcendit cerebrum,& imprimitur in ipſum forma rei excogitatæ:& aſcendendo ſuperius mouet ſpiritum animalem,& reducitur iſte motus vſque ad virtutē imaginatiuam,& ipſa ſpiritu mediante mouet ſenſum communem,& ille mouet particulares,& ſentitur res,ſicut eſſet extra.& populi credunt ꝙ hoc fiat ab Angelis,aut a Dæmonibus.& demonſtrationes huiuſmodi declaratæ ſunt ordinatim ibi,Iſtā ſunt accidentia,quæ ſuperueniunt omnibus quinque ſenſibus.

De accidentibus Anhelitus. *Cap.* XXXIX.

DEinceps volumus loqui de accidentibus anhelitus, & ab illis tranſibimus ad accidentia virtutis imaginatiuæ, & cogitatiuæ, & memoratiuæ, & accidentia ſomni, & vigiliarum. & poſtea loquemur breuiter de ægritudinibus, in quibus apparet maior pars horum accidentium,aut omnia accidentia, quæ veniunt ſuper hanc virtutem. & cum compleuerimus hæc,completa erit intentio noſtra. Et ex accidentibus ſuperuenientibus huic virtuti ſunt ex genere augmenti, & diminutionis illius. Sed priuatio huius operationis eſt mors.quamuis prima fronte appareat priuatio anhelitus in multis ægritudinibus,ſicut in ſuffocatione matricis,& ſimilibus, non tamen eſt priuatus,ſed ſolum occultatus. Et propterea quia hæc operatio fit a duobus motibus, inſpirando & reſpirando, & inter quemlibet duorum motuum eſt vna quies, ſicut probatum eſt: neceſſarium fuit vt augmentum, & diminutio eſſent in his quatuor rebus,hoc eſt in duobus motibus,& duabus quietibus. Et diminutio duarum quietum nominatur thoaar,& augmētatio nominatur thephaues. Et augmentum, & diminutio adueniunt iſtis duobus motibus ſecundum duos modos. vnus eſt velocitas & tarditas: & alter eſt fortitudo in tribus dimenſionibus,quæ ſunt longitudo,latitudo,& profunditas,& debilitas in ipſis, vt in dilatione,& conſtrictione. & augmentatio in hoc appellatur fortitudo aut magnitudo,& diminutio appellatur paruitas aut debilitas. Iſtæ ſunt ſpecies ſimplices mali anhelitus, Sed compoſitæ ſunt multæ. ſed hic volumus tractare niſi de cauſis facientibus has ſimplices ſpecies: quia homo diſcretus ſciet compoſitas per ſimplices. Et dicimus ꝙ cauſa fortitudinis eſt fortis neceſsitas anhelandi. & hoc fit cum ſanitate virtutis efficientis, & propter bonam diſpoſitionem inſtrumentorum. Et inſpiratio aeris eſt propter fortem neceſsitatem refrigerandi,& reſpiratio eſt propter fortem neceſsitatem expellendi corpus fumoſum. propterea fortificatur aliquando vnum iſtorum, & tamen non eſt neceſſe vt aliud fortificetur. Et velocitas eſt ſimiliter propter fortem neceſsitatem anhelandi.ſed non eſt neceſſarium penitus vt ſit velocitas cum ſanitate virtutis & bona diſpoſitione inſtrumentorum.quod eſt,quia virtus iuuat ſe cum velocitate, quando deficit fortitudo.quia forte facit hoc,vt reſtauret per hoc quod deficit a fortitudine.& propterea accidit hoc, quando virtus eſt fortis,& inſtrumenta nō ſunt conuenientia. Sed thoar etiam fit propter paucam neceſsitatem anhelandi:ſed non eſt neceſſarium, vt ſit cum ſanitate virtutis,& bona diſpoſitione inſtrumentorum.quia pro maiori parte cum natura iuuatur in hoc,facit illud,quādo perdidit fortitudinem,& accidit ꝙ natura iuuetur cum hoc, quando perdidit velocitatem propter penuriam virtutis.Et ſi ita eſt, ſicut diximus, ergo qñ erit conueniens vt ſit anhelitus velocior & fortior thoar,tunc erit magis neceſſaria ſanitas virtutis,& bona diſpoſitio inſtrumētorum. Et cauſæ diminutionis ſunt oppoſitæ in his rebus cauſis augmentationis.Sed paruitas fit aut propter debilitatē virtutis,aut propter inobedientiam inſtrumentorum, Et conſtrictio fit pro-

pter oppilationem, quæ fit in concauitate canalium pulmonis. & hæc oppilatio fit ab humoribus grossis phlegmaticis, qui a capite descendunt: & fit etiam propter apostemata, & propter omnes alias causas, ex quibus possit fieri oppilatio. Et aliquando accidit propter stricturam concauitatis pectoris, in quo mouetur pulmo. quæ strictura fiet propter aliquod apostema, quod illi generatur, aut propter malam complexionem: sicut accidit in apostematibus stomachi & hepatis, & sicut accidit propter magnam satietatem. Et aliquando est causa malę pulsationis anhelitus in aliquibus hominibus naturalis, eo ꝙ pectus non erit proportionatum pulmoni. Et aliquando erit strictura pectoris ex culpa malæ fasciationis. Et ex causis paruitatis est dolor, qui fit in diaphragmate, aut in pectore, & in membris communicantibus cum eo. Et causa tarditatis accidit propter duas res, aut propter debilitatem virtutis, aut propter paucam necessitatem spirandi & respirandi. sed quando erit causa propter aliquam paucam necessitatē, non erit ibi thoar. sed quando erit causa propter debilitatem virtutis solum, poterit esse thoar. Istæ sunt species omnes malæ pulsationis simplices anhelitus, & causæ earum. Et tu scis quia promisi tibi in multis locis abbreuiare & non prolongare, quia res particulares tu inuenies in libris spicatorum, scilicet practicorum: sed ego non sum de ipsis. & adhuc ego idem tibi particularius dicam, cum loquar de simplicibus in libro Signorum. & hoc sufficit quod dictum est de simplici, quia ab illo poteris scire compositum. & dabo tibi vnum exemplum de anhelitu, qui dicitur anhelitus erectionis, & est anhelitus paruus velocior thoar. Et causa huius est propter fortitudinem virtutis, vt magnitudinem necessitatis, & inobedientiam instrumenti. quod est, quia ipsa pulsatio non fit nisi propter forte apostema, sicut in pulmone: aut propter oppilationem fortem, & nominatur anhelitus erectus propter similitudinem eius quod habet, quia non potest iacere supinus, eo ꝙ pars pulmonis cadit super partem, & partes pectoris cadunt, vel præmunt super eas. & propterea necesse est vt sint sic dispositæ, & anhelitus talis fit. Et debes scire ꝙ tempus motus anhelitus, qui fit propter inspirationem aeris in anhelitu naturali, est breuius tempore motus, quem facit propter respirationem: & ꝙ motus respirationis hora somni est longior motu inspirationis propter necessitatem, quā habet vt expellat corpus fumosum. Sufficit quod dictum est in accidentibus anhelitus. D

B

De accidentibus triū uirtutum, scilicet Imaginatiuæ, Cogitatiuæ, & Memoratiuæ. *Cap. XL.*

APparet ab his virtutibus, vt non compleantur suæ operationes nisi in cerebro. & propterea quia cerebrum aptum est pati, eo ꝙ est frigidum & humidum, ob hoc maior pars causarum accidentium istarum virtutum prouenit a passionibus cerebri: aut ꝙ sit primum in hac causa, aut hoc fit propter communitatem illorum membrorum. Et si causa erit in toto cerebro, erunt tunc læsæ omnes virtutes. & si fuerint in loco proprio, erit tunc læsa virtus illius loci proprij. & quando fuerit causa in prora cerebri, tunc erit læsa imaginatio. & quando fuerit in parte media, tunc erit læsa ratio, & cogitatio. & quando fuerit in parte posteriori, tunc erit læsa memoria, & conseruatio. Et istis virtutibus adueniunt accidentia secundum modum, secundum quem adueniunt alijs; hoc est vt corrumpantur, aut diminuantur, aut permutentur ad malas operationes. & corruptio & diminutio fit a mala complexione frigida & humida, aut frigida solum. Ex his quædam est materialis, & quædam non materialis. & materialis non est inuenta nisi sociata duabus qualitatibus, sicut est in apoplexia, & ægritudine, quæ dicitur subeth. & quædam est a complexione materiali apostemosa, quæ in Arabico nominatur asirsen abberit, idest frigus: & aliquando accidit hæc ægritudo cerebro mediante ore stomachi. Et causa, propter quam permutantur istæ virtutes ad malam operationem, est mala complexio, quæ prouenit a cholera, aut melancholia. Et quando dominatur su- F

A per cerebrum mala complexio calida, tunc fient imaginationes corruptæ, & oscitationes, & ructus, & aliquando corruptiones cogitationis, & memoriæ. Et est possibile esse malam complexionem hanc in cerebro solum sine apostemate. & est possibile ipsam esse propter colligationem alterius membri: sicut accidit in febribus, quando ascendit fumus a stomacho ad cerebrum, & facit apostemata, aut non facit. & potest esse ex apostematibus, quæ fiunt in substantia cerebri. & potest esse, vt sint in panniculo. & potest esse vt sint ex apostematibus, quæ fiunt in ore stomachi. & signa discretiua horum dicentur in libro de Signis. Sed corruptio, quæ accidit his virtutibus propter complexionem melancholicam, est cum timore, qui fit sine causa, & cum malis cogitationibus, & tristitia, & timore rerum impossibilium. Et quando vritur melancholia, & fiunt accidentia cholerae in ipsa, tunc conuertitur homo ad ferinos mores: & omnes motus ipsius sunt praui & timorosi. & hæc impressio fit in anima propter complexionem obscuritatis melancholiæ. Sed nigredo eius non est causa huius, sicut dicunt Medici: quia color non est causa substantialis ad corrumpẽdas virtutes animæ: sed hæc causa prouenit ab vna specie malæ complexionis, sicut aliæ ægritudines. Et tu scis, quod habitus animæ sequuntur complexionem corpoream in hac coniunctione. & qui dicunt ꝙ anima terretur propter humorem melancholicum nigrum, sicut terretur homo in obscuro, dicũt verba cãtionum, quia aliqua læsio non aduenit animæ in obscuro, nisi priuatio sensati

Contra Galenum tertio de locis affectis cap. 6.

B sensus visibilis. quia non videt anima in corpore, vt possit dici, quod sentiat terrorem nigredinis. & magis fœdum est dicere vt videat extra, quia anima non est extra, nec intus. Sed est sciendum, quod de natura istius humoris melancholici est vt ipsum sequantur hæc accidentia: sicut de natura sanguinis est, vt ipsum sequatur gaudium & lætitia. & non dicemus propter hoc, quod sanguis det lumen animæ. & hæc res est manifesta illi, qui aliquantulum de natura gustauit. Et in hac ægritudine, quæ dicitur melancholia, cadit magna diuisio inter Medicos de eius causa. Quidam dicunt quod possibile est vt in ipsomet cerebro fiat, aut propter adustionem sanguinis cordis, aut propter os stomachi. Et quidam dicunt quod fit ab apostemate, quod generatur in fundo stomachi. Et quidam dicunt quod fit propter apostema factum in meseraicis. Et quidam dicunt quod fit propter humorem melancholicum, quem spargit splen ad stomachum, qui est extra naturam sua qualitate. Et isti respondent verbis priorum, & dicunt quod sunt impossibilia, quod causæ istius ægritudinis sint calidæ: eo quod accidentia istius ægritudinis sunt manifeste frigida: quia eorum ructus est acetosus, & plures ipsorum habent ventositatem frigidam, non cum multa siti. Et adhuc dicunt, si esset causa propter apostema calidum in his mẽbris, sequeretur ex hoc ex necessitate febris. & nos videmus quod in hac ægritudine nulla est febris. Et ego dico quod reprehensio istorum, qui dicunt quod

C si ista ægritudo esset propter apostemata calida, sequerentur accidentia calida, sicut fortis sitis. & permutatio cibi ad fumositatem, & paucitatem inflammationis, non est necessarium penitus. quia iam dictum est, quod calor extraneus, propterea quia facit calorem intrinsecum exhalare, & ipsum debilitat, non est impossibile vt sequantur ipsum accidentia frigida, & faciant similia accidentia supradicta: & maxime quando calor extraneus lædet formam naturalem caloris intrinseci, aut corrumpet ipsum. & propterea fit acetositas secundum Alexandrum per calidum, sicut per frigidum: quia calor intrinsecus non fortificatur nisi per calorem, qui ei formaliter non repugnat. Et quod dictum est, quod sequitur necessario febris, quia omne apostema est calidum, quod fit in his duobus membris, sicut experientia testificatur, hoc bene asserendum est: quia impossibile est hanc ægritudinem esse sine febre, si propter talem fieret causam: excepto vno modo, ꝙ hoc apostema fieret post declinationem apostematis: quia tũc dicendum est, ꝙ non remansit ex calore extraneo tantũ, vt sit sufficiens ad febrẽ faciendã: sed est tantus, ꝙ sufficit ad lęsionẽ faciendã stomacho, & cerebro solũ, & hanc mouere passionẽ. Et põt esse ꝙ hæc ęgritudo ꝓueniat solũ a splene: & videtur ꝙ hęc sit vna ex maioribus causis speciei istius ęgritudinis.

De accidentibus Somni, & Vigiliarum. Cap. XLI.

D

Somni definitio.

Vigiliæ definitio.

DEinceps volumus loqui de accidentibus somni & vigiliarum: & in primis volumus dicere definitionem ipsorum. Et dicimus ꝙ somnus est profundatio sensus communis ex cerebro ad cor. & propterea tunc ligantur sensus particulares, & constringuntur in eorum instrumentis: eo ꝙ non est necesse vt moueantur ad eorum seruitia. Et vigilia est contrarium huius, hoc est ascensus istius sensus ad cerebrum in locum suum. & propterea tunc dissoluuntur oẽs sensus particulares in eorum instrumẽtis, vt operẽtur actiones ipsorum. ergo descriptio somni est priuatio motus: & vigiliæ descriptio est continuatio motus. Et potest dici ꝙ hic motus istius sensus est formalis causa somni & vigiliæ, & subiectum somni & vigilię est sensus communis, & cor est radix, & cerebrum est ipsius primum instrumentum, cum quo operatur. Et accidentia, quę superueniũt somno, est fortis ipsius profunditas. & hoc fit propter dominationem multę frigiditatis cum humiditate super cerebrum, aut super membrum communicans secum. Ex accidentibus, quę superueniunt huic operationi per contrarium, est vigilia & causa eius opposita est causæ frigiditatis: hoc est, quia fit propter dominium caloris & siccitatis. Et aliquando est hæc res composita a duabus causis. hæc ægritudo est ægritudo vocata nabur: quia tunc iacet sicut dormiens, & oculos tenet apertos: quia dormire est propter frigiditatem, & tenere oculos apertos est propter siccitatem. Et aliquando fiunt ægritudines in cerebro, in quibus fit pars horum accidentium, aut omnia. & illi qui scient qđ diximus, dabunt causas vnicuique accidentium, aut si sint præsentes, aut præteritæ. Et volumus dicere de quibusdam eorũ, quæ sunt manifestiora: & perfectius sciet per hæc quæ dicentur, postea alia, quæ non dicentur. Et dicimus ꝙ quædam eorum vocantur eldaar. & quædam nominantur alchabus, i. incubus. & quædam nominantur elzara, i. epilepsia. & quædam nominantur lecta, i. apoplexia. Sed primum est super humorem, super quem dominatur fumus. & iste fumus ascendet ad cerebrum & mouebitur, & tunc sentiet patiens hunc motum, sicut esset extra, quia quamuis sensata habeant, ꝙ moueant sensus deforis, iam diximus ꝙ non est impossibile vt moueantur ab intrinsecis humoribus. & si cerebrum acquirit multam malam complexionem propter perseuerantiam harũ rerum, tunc cadet patiens in terra, sicut cadit epilepticus. Et iste fumus aliquando fiet in ipsomet cerebro, & proprie in suis arterijs. & aliquando ascẽdet a stomacho, vel ab alijs membris. Sed alchabus, i. incubus est, quando sentit homo, cũ dormit, ac si præmeretur, & aggrauaretur a re, quam abijcere non potest. Et manifestum est, ꝙ hoc non est, nisi propter aliquam priuationem virtutis motiuæ propter aliquam malam complexionem materialem. Et quia cito dissoluuntur, opinantur vt fiat ab humoribus fumosis, qui ascendunt cerebrum, & lædunt ipsum sua qualitate. Epilepsia est ęgritudo, quæ facit cadere in terram patientẽ. in primis tunc mouentur omnia membra motu malo extraneo, deinde sic mouẽtur, donec homo cadit, & priuantur omnes sui sensus, & virtutes animales, aut diminuuntur: & contrahuntur, & colliguntur omnia ipsius membra, & contrahuntur sicut spasmata. Et hoc est signum manifestum, ꝙ passio est in cerebro. & collectio, & contractio membrorum propter motum extraneum significat ꝙ hæc species est vna ex speciebus cõtractionis, quæ fit a virtute expulsiua: quia colliguntur & contrahuntur membra in seipsis propter expulsionem rei lędẽtis. & maxime in cerebro. & propterea iste humor est contrarius in fine cõplexioni cerebri. & hoc facit, aut sua qualitate, aut sua forma. & illud, quod significat nobis, ꝙ non fit propter humiditatem nerui, nec propter ipsius infusionem, est propter subitam ipsius dissolutionem. & de necessitate est ꝙ humor faciens hoc sit subtilis, eo ꝙ paroxismus ipsius cito transit, sicut fit in ægritudinibus acutis. Sed quia nos videmus pro maiori parte ꝙ illi, qui hanc patiuntur ægritudinem, sunt frigidi & humidi, sicut pueri: aut frigidi & sicci, sicut senes: & vniuer

E

Scotomia.

Incubus.

F

Epilepsia.

Prima opĩo de causa epilepsię.

A faliter quia hæc accidentia apparent super frigidos pro maiori parte, significat ꝙ causa huius ægritudinis est humor grossus. Sed cōtradicit nobis hoc, quod humor grossus non cito dissoluitur, siue discurrat per strictos meatus, siue per latos, sicut dicit Galenus. quia dissolutio non est aliud quam dominatio naturæ super humorem ipsum decoquendo, vt retineat quod est conueniens nutrimento, & aliud expellat. & hoc non fit in humore grosso, in eo quod est grossus, nisi in lōgo tempore: sicut testificatur experientia in ægritudinibus. Et nos videmus ꝙ cito dissoluitur hic humor. Et ob hoc dicendum est quod hæc ægritudo nō fit, nisi propter fumum qui generatur in ipsomet cerebro, vel in alio membro, quod ipsum ei transmittit: sicut dicit Galenus de iuuene, qui sentiebat quod quasi quidam fumus frigidus ascenderet ab vno membro ad cerebrum: & quādo perueniebat illuc, cadebat epilepticus. Et hoc accidens est sufficiens ad probandum, quod causa huius ægritudinis est ventositas fumosa. sed ista ventositas necessario communicat humoribus frigidis & humidis, aut frigidis & siccis. & isti humores sunt isti vento vt materia. Et propterea curatur hæc ægritudo, euacuādo illos humores. Et quamuis dicatur per nomen alicuius hominis, vt hoc accidens fiat a cholera, non dico hoc impossibile. & cadit in hoc ratio. nam breuitas paroxismi hoc adiuuat: & veniente accidente hoc aliquibus propter stomachum, videmus quod hoc fit eis vt plurimum propter famem, aut propter irā. & hoc ostendit, vt fiat a cholera. Et Galenus curat hanc ægritudinem cū hiera picra, in qua dominatur aloe. Et manifestum est quod aloe non purgat, nisi vnam duarum rerum, aut choleram, aut humorem cholericum. Et quidam dicunt quod hæc ægritudo fit a complexione mala non materiali frigida & sicca. Et hoc est a ratione remotum. quod est, quia hæc ægritudo vt plurimum habet paroxismos. Et adhuc si fieret propter malam complexionem non materialem, non fieret nisi a rebus extrinsecis. quod est, quia mala complexio non materialis creata a mala complexione materiali est difficilis curationis: & a tali causa, qualis hæc est, impossibile est fieri paroxismum epilepticum. & secundum hoc non fieret hæc species, nisi propter res extrinsecas, hoc est ab aere frigido. quod est, quia mala complexio, quę fit a talibus rebus extrinsecis, est facilis dissolutionis. Sed remotum est quod res extrinsecę, hoc est aer frigidus possit inducere malam complexionem cerebro sufficientem inducere epilepsiam. sed si experientia hoc testificatur, raro hoc esse debet. Et tu debes scire, ꝙ propter hanc scientiam non potest finaliter sciri rationabiliter de omnibus ęgritudinibus, quę sint possibiles, & quę non. quia ęgritudines certificantur per sensum, & postea adueniunt testimonia experientię propter plurimos sentire: & post hoc fit cognitio causarum. Et causa huius data est in loco alio nobiliori

(Tertio d̄ locis affectis. cap. 7.)

(Secunda opinio.)

(B)

(Tertia opinio.)

(Prima ratio contra hanc opinionem.)

(Secunda.)

C isto: & nos etiam ipsam narrabimus in alijs libris. Et apoplexia est, quando homo cadit ad terram, & cessat eius vox, & priuātur omnes operationes & motus totius corporis, excepto anhelitu. nam priuato anhelitu moritur patiens. Et propter hoc anhelitus est manifestum signum super fortitudinem, vel debilitatem istius virtutis. quod est, quia quando anhelitus fuerit grossus & malus, significat super fortitudinem: & quando fuerit quietus, significat debilitatē. Et Hippocrates dicit quod, quando apoplexia est debilis, non curatur de facili: sed quando est fortis, curam non recipit. Et causa huius ęgritudinis est de necessitate priuatio motus vniuersalis, & particularis. Et quia declaratum est, quod motus vniuersalis habet duo principia: primum quorum est in corde, aliud est in cerebro: & cerebrum non facit suas operationes, nisi propter cor: ergo est necesse vt cerebro veniat vna ęgritudo vniuersalis communicans toti corpori. Et hoc fiet necessario propter oppilationem viarum spiritus, qui peruenit a corde ad cerebrum: & istę sunt arterię. aut propter fortem oppilationem ventriculorum cerebri: propterea quia quando illi clauduntur, impeditur via spiritui animali, qui dat membris omnibus sensum & motum: si ita est, vt dicit Galenus, qui dicit quod mittitur a cerebro spiritus animalis, sicut mittitur a corde spiritus vitalis intrinsecus. aut fit, quia corrumpitur complexio cerebri. quod est, quia quando illa corrumpitur, corrumpitur temperantia, cum qua reperitur ca-

(Apoplexia.)

lor intrinsecus cordis, ad hoc vt possit operari sensum & motum: sicut declaratũ est in Naturali philosophia. Sed in cameris cordis nõ potest euenire hoc accidens: quod hanc ægritudinem faciat. quod est, quia prius perueniretur ad mortẽ. Et postquam probatum est ꝙ causa ægritudinis in his duobus locis est: ergo causa, quam dat Hippocrates est verax: & etiam illa, quam dat Galenus. Et Hippocrates dicit, ꝙ quando homo subito sine voce fit, & cadit in terram, tunc factæ sunt oppilationes in vijs, quæ sunt inter cor & cerebrum, hoc est in arterijs. Et Galenus hoc confitetur in libro de Accidenti & Morbo. & in libro de Mẽbris dolorosis dicit ꝙ hęc ęgritudo fit propter oppilationem in ventriculis cerebri: ergo intendit Galenus vt fiat a duabus causis. Et signum est, vt fiat ex oppilatione arteriarũ, cũ apparent signa dominationis sanguinis super patientẽ. & hęc curatur cum flebotomia. Et signũ oppilationis fortis ventriculorum cerebri est, quando apparent signa dominationis humorum frigidorum in corpore. Et curatio huius fit cum permutatione cõplexionis illius mali humoris cum euacuatione cũ medicinis purgantibus humores illos frigidos, & cum clysterijs conueniẽtibus: quia illa sunt mirabilia in hac cura. Et hęc ęgritudo, quę dicitur ꝓfundatio somni, est propinquior vt sit propter oppilationem arteriarum, quã vt sit propter oppilationem neruorum: propterea non est in hac passione difficultas anhelitus, nec etiam conuertitur ad paralysim, sicut apoplexia. Et illa, quę fit ab humoribus siccis, facit stare patientem oculis apertis, & nominatur alcasia. & si fiat ab humoribus humidis, stat oculis clausis. & hanc speciem nominant Medici subeth. Hucusque locuti sumus de ęgritudinibus, & accidentibus breuiter, secundum ꝙ nobis visum est sufficere: eo ꝙ mea intentio in hoc libro non est nisi in dando regulas, quæ sint principia artis Medicinę omnibus volentibus in hac scientia ire via nobiliori, & illis, qui etiam volunt postea abundare in particularibus istius artis secundum hunc ordinem, & diuisionem. Et scias quod comparatio istius libri ad totalitatẽ istius scientiæ est, sicut cõparatio elementorum artifici ad artificium. Et sicut Pictores primo depingunt circuitum figuræ, quam facere intendunt, & postea replent hoc continens particularibus rebus ex diuersis coloribus, donec sit figura illa conuenienter impleta. sic & nos intendimus facere in nostro libro, Et si Deus nobis longitudinem concesserit vitæ, & nos præcauerit ab accidentibus temporis, alium faciemus librum in practica huic nobili ordini respondentem, secundum ꝙ factus est iste liber Colliget, qui omnia continentia istius scientiæ replebit.

*

De subeth.

Catalepsis.

AVERROIS COLLIGET

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

De Signis Sanitatum, & Aegritudinum.

De signis Sanitatis & Aegritudinis in generali. Cap. I.

B Sta pars diuiditur in duas partes. Prima narrat signa significantia sanitatem actualem in qualibet operatione corporis in quolibet membro. Secunda narrat signa significantia super ægritudines, & causas ipsarum. Et hęc pars iterum partitur in duas partes: eo ꝙ hęc signa, aut significant super ęgritudines pręsentes, quę plurimum inueniuntur in hac arte: aut significant tempore sanitatis & ęgritudinis super ęgritudinē futuram. sed signa, quę significant super ægritudines præteritas, parum sunt in hac arte vtilia. Et incipiemus narrare signa significantia ægritudinem præsentem in toto corpore, & in quolibet membro: & postea dicemus signa significantia ęgritudines futuras: & postea dicemus signa significantia super ægritudines pręsentes. Sed signa significantia in ægritudinibus pręsentibus super ægritudines futuras adiungam istis signis ægritudinum præsentium. Et similiter videtur, vt ponam signa significantia sanitatem futuram in ægritudinibus in hac eadem parte; quamuis pertineant sanitatis parti. Propterea quia sunt vna ex rebus, quibus procedit, & transit Medicus ad Medicinam: sicut in rebus, quæ artificialiter fiunt. quod est, quia nomen maioris potestatis earum deriuatur ægressa, quæ fiunt artificialiter in permutatione ipsarum a re, a qua fit permutatio, & non attribuitur rei, ad quā permutatur. et hoc est contrarium rebus naturalibus; hoc est, quia solum fiunt per naturam. Et causam huiusmodi ostendi in nobiliori loco isto, quod est, quia permutatio est genus rei, ad quam permatatur virtus: & hęc est contrarium plusquā genus rei ad quam permutatur. virtus autem est in eis manifesta, magis quam in ea, a qua fit permutatio. Et propterea conuenientius est signa coniungere sanitatis futurę cum signis ægritudinis pręsentis; quia Medicus transit ab illis ad sanitatem, & appellantur illi transitus medicina, & non sanitas. Et adhuc quāuis ipsa sint sanitatis signa, sunt aliquo modo partes ægritudinis: eo ꝙ significant super remotionem ægritudinis. Et ego incipio narrare signa significantia super sanitatem. & dico ꝙ sanitas, sicut dictum est in definitione ipsius, est bona habitudo in membro, per quem habet pati, aut agere suam actionem, aut passionem naturalem. Et hęc bona habitudo diuisa est in duas partes: quarum vna est appropriata membris consimilibus, in quibus sunt nouem complexiones: alia officialibus membris, quæ est quatuor generum, quę superius dicta sunt. Et quia pars maior istius dispositionis in membris non est manifesta prima fronte, & maxime in membris non apparentibus, ob hoc necesse fuit narrare signa significantia super quamlibet dispositionem cuiuslibet membri, videlicet nouem cōplexiones, quę primo sunt in consimilibus, & secundo in compositis. Et similiter narrabimus signa, quę significant super temperatam complexionem, & non

Diuisio.

Ordo.

C

Sanitatis definitio.

Bona habitudo est diuisa in duas partes.

temperatam,& sanitatem appropriatam membris officialibus.& via, quia poterimus omnia hæc cognoscere primo,non est nisi ab actione & a passione horum membrorum,aut rebus,quæ proueniunt a virtutibus ipsorum. Quod est, qa actiones,& passiones ipsorum,& res,quæ ab eis proueniunt,sunt apud nos notiores:& a rebus notioribus procedere debemus ad minus notas.et res prouenientes ab operibus sunt sicut calor,macies,pinguedo, & accidentia, quæ apparent ab exeuntibus a corpore. Et debes scire ꝙ Medici pro maiori parte non sunt vsi loqui,nisi de signis significantibus super sanitatem membrorum consimiliū, sed de signis significantibus super sanitatem membrorum officialium non sunt locuti nisi per accidens. Sed tales quales sumus, volumus loqui de vtrisq;. & Incipiemus loqui a signis significantibus super complexionem ęqualem,i,temperatam:quia prior est natura: & etiam quia extrema non cognoscuntur,nisi p comparationem eorum ad media.Et dicimus ꝙ ex nouē complexionibus,quædam appropriantur vnicuiq; mēbro,& quędam sunt,quę appropriantur vni corpori cōpositione membrorum adinuicem. Et est sciendū primo signa significātia complexionem vniuscuiusq; membri in nouē complexionibus:& cognitis illis poterimus iudicare super complexionem totius corporis, & maxime membrorū principalium.& incipiemus narrare cōplexionē cordis: quia cor est mēbrū,cuius complexio communicat mēbris omnibus, quia qn hoc membrum est temperatum,sunt membra pro maiori parte tēperata in caliditate:quia est dator omnibus membris complexionis,qua agunt& patiuntur. Et adhuc,quando erit complexio aliorum membrorum distemperata,sicut complexio hepatis, possibile est complexionem cordis non esset temperatam propter colligātiam ipsius ad membra.& propter hoc narrabimus signa cordis,quando sunt temperata,et intemperata:eo ꝙ illa sunt signa omnium membrorum. D E

De signis complexionum, & sanitatis Cordis Cap. II.

Primum signū.

ET inter signa significantia super complexionem cordis, signum, quod proprium est in significando super complexionem cordis, est pulsus:& post illum anhelitus.Ergo quando pulsus non est magnus, neq; paruus, neq; tardus,neq; velox,neq; rarus, neque spissus, necessario significat temperantiā complexionis cordis inter calidum,& frigidum, & siccum,& humidum.& talis pulsus,qualis est iste, reperitur in his qui nascuntur, & stant in climate temperato vt plurimum: sicut in terra Hippocratis, & in pluribus terris Gręcię:nisi eueniant accidentia extrinseca.et propterea dicit Galenus ꝙ homines terrarum calidarū non possunt dare nobis temperatam cōplexionem.Et non est dicendum,ꝙ pulsus fortis sit naturalis:eo ꝙ in alijs, quamuis non sint temperata,plurimum inueniatur in climatibus non tēperatis: sicut non dicendū, ꝙ color niger in homine sit naturalis,quāuis non inueniatur in Aethiopia et albus. Et temperantia anhelitus similiter significat super temperatam complexionem cordis: saluo vt comparatio anhelitus ad cor nō sit maior debito. ꝙ si hoc esset,non solum esset tunc anhelitus temperatus, proportionando cordi solum, sed esset adhuc maior.quia non est impossibile complexionem cordis esse calidam,& ꝙ pectus & pulmo sint maiores debito, comparatione ad ipsum cor, vt faciat tunc anhelitus, qui non est magnus nisi propter largitatem viarum pectoris & pulmonis,et illud idem,quod facit anhelitus magnus per se:eo ꝙ si pulmo & pectus essent secundum comparationē creationis cordis,tunc pulmo et pectus multiplicarentur in caliditate cordis.Sed signum,quod significat super cōplexionē cordis propter dispositionem aliorum membrorū, est vt sit pectus mediocre inter magnitudinem & paruitatē.Et similiter temperantiam suę cōplexionis significant significantia signa temperantiam complexionis hepatis,aut temperātiam cerebri,aut vtranq;.Et hoc ideo,quia in hepate, & cerebro non est calor, qui sit proprius in eorum esse:nisi calor partium consimilium,in quibus sunt cōposita. Sed calor,cum quo vnusquisq; operatur artes suas, est de necessitate calor,qui transmittitur eis a corde: & iste calor est in eis sicut forma. sed calor

Secundum. Tertium. F

A qui est in eis proprie, est sicut materia. Et quia temperantia rei, & perfectio suę operationis non stat nisi propter formam, est necessarium, vt quando ista duo membra sunt temperata, sit eorum temperantia propter formam ipsorum: & tēperantia suarum formarum est necessario propter temperantiam datoris istarum formarum: & istud est cor. Et non est dicendum, ꝙ possibile sit, ꝙ calor cordis qui mittitur, mittat eis caliditatem superfluam: & ꝙ complexio istorum duorum membrorum, veniens ad eam a partibus consimilibus hepati, & cerebro, resistat calori qui proueniret a temperantia cordis, vt per istam contrarietatem resultet in cerebro & hepate tēperantia complexionis. quia talis tēperātia, qualis est hęc, dicitur ęquiuoce, & non veraciter, vt faciat operationes. Item significat super complexionem cordis, tactus, & carnositas pectoris. nam si temperata est, significat temperantiā complexionis cordis. Sed temperantia carnis ꝓ maiori parte sequitur temperantiā complexionis cordis: & propria caro existens in hoc loco. & propter hoc caro habens temperatam complexionem cordis, non erit macilenta, nec pinguis superflue. Itē significat super temperantiam cordis tēperantia virtutum animę: sicut ira, planicies:* manifesta ea confidentia, & pusillanimitas, & similia his. Itē super temperantiā cordis significat cōpositio ipsius, hoc est in positione sua, & sua mēsura, & figura. quod est, quia qñ sua cōplexio B erit temperata, sunt res prædictę vt plurimum scdm viam naturalem. Et similiter qñ suę operationes sunt conuenientes suę complexioni, significat super suā temperantiam. quod est, quia non est impossibile esse aliquem pulsum velocem propter stricturam suarum arteriarum, cum non sit hoc propter calorem ipsius: sicut accidit hominibus pinguibus. Et vniuersaliter difficile est dare signa significantia super compositionem membrorum intrinsecorum, & super species eorū, & super colligantiam eorum. propter reliquerunt Medici hanc speciem sanitatis, & non sunt locuti de ea, & processerunt solum de signis complexionalibus. sed medico non sunt hęc minus necessaria illis. & propterea volumus loqui de hac specie breuiter, sicut sumus consueti. Et dicimus ꝙ ex rebus significantibus super temperatam complexionem cordis, & ęqualem, est temperantia compositionis membrorum extrinsecorum, & maxime pectoris, & membrorū propinquorum eidem, & bona proportio cuiuslibet istorū membrorum ad alia. & hęc vocatur pulchritudo: quia pulchritudo magis attribuitur compositioni, sicut virtus, & fortitudo magis attribuitur complexioni. Et nos non dicimus ꝙ tēperantia compositionis istorum mēbrorum significet super temperantiā cordis, nisi propterea quia virtus informatiua non format alia membra, nisi mediante calore cordis: sicut virtus nutritiua non facit suas operationes, nisi mediante complexione sua. Et tu debes scire ꝙ hæc significatio non conuertitur: quia C possibile esset cor esse temperatę complexionis, & bonę compositionis, & tamen compositio aliquorum membrorum esset lęsa. & hoc prouenit a materia. et hoc raro contingit: sicut raro contingit ex alijs rebus nociuis, quę proueniunt ab alijs membris:* & illę conuertuntur, & corrumpuntur complexione cordis propter aliquam colligantiam. Sed signa significantia super distemperantiam cordis in quatuor qualitatibus sunt contraria istis. Hoc est, quando pulsus fuerit fortis, velox, aut spissus, significat excessum caloris: nisi contingeret propter stricturam naturalem in vijs arteriarum: quamuis hoc raro accidat in complexione calida: propterea quia natura caloris est aperire & extēdere partes, nisi foret siccę: eo ꝙ resistit egressioni. Et si cum siccitate fuerit duricies tactus, significat vltimitatē siccitatis. Et similiter anhelitus contrarius naturali significat super idem: dummodo non sint pectus, pulmo, aut eorum vię minores competentibus. Item ortus pilorum, & tactus calidus habent super eadem complexionem significare. Et vniuersaliter scias ꝙ ad calorem cordis sequitur calor omnium membrorum: excepto ꝙ non sit resistentia accidentalis a membris habentibus dominantiam in corpore, sicut sunt hepar, & cerebrum. quia possibile est, ꝙ complexio istorum duorum membrorum ex parte membrorum consimilium, ex quibus sunt composita, sint frigidiora debito: & tunc erit cor calidum, & cerebrum dicetur frigidum. Sed in homine habente talem complexionem refrigera-

Quartum signum.

Quintum.

* a.l. maniaca.

Sextum.

Septimum.

* a.l. ꝙ illæ cōuertūtur, & corrūpūt complexionem cordis.

De signis distēperantiæ.

bitur in fine cor: & maxime quando dominatur frigiditas: quia hoc membrum non est datum nisi ad temperandum caliditatem cordis. Item significant super caliditatem & siccitatem cordis accidentia animę, sicut ira: ita φ qui cito irascitur, habet complexionem calidam cordis: & si seruauerit, habet etiam siccam. Et similiter significat siccitatem cordis macies pectoris, & siccitas corporis. Sed complexio cordis dominans in caliditate & humiditate significatur a fortitudine cordis, & mollicie pulsus. Et si habuerit molliciem cum sua fortitudine, significat solam humiditatem. Et similiter signa caliditatis & humiditatis cordis sunt magnitudo pectoris, & aliorum membrorum. & ideo animalia, quę sunt calida & humida sunt maioris cordis cæterorum: velut animalia nascentia in locis humidis. Sed signa frigiditatis & siccitatis cordis sunt composita ex oppositis signorum caliditatis: tamen seruant signa siccitatis. Et propterea pulsus talium est paruus, rarus, tardus, durus: & anhelitus eorum est similis: & tactus pectorum eorum est frigidus. Et similiter est in complexione aliorum membrorum ipsorum: nisi sit in eis resistentia accidentalis. Et pectus istorum est nudum pilis. Et isti sunt in vltima timiditate. Et vniuersaliter ipsorum iuuentus assimilatur secundum plus senectuti: & si pertinent ad senectutē, senectus eorū assimilatur morti.

De signis complexionum, & sanitatis Cerebri. *Cap. III.*

ET postquam locuti sumus super sanitatem cordis appropriatam mēbris consimilibus, & super sanitatem appropriatam membris officialibus, deinceps volumus loqui de signis significantibus super temperantiam, & sanitatem cerebri. Et dicemus φ temperātia debet recipi in cerebro, sicut in alijs membris: hoc est vt sit appropriata suis membris consimilibus, aut suę compositioni. Et incipiemus a temperantia, & dicemus φ signorum, quę significant super temperatam complexionem cerebri, quædam sumuntur ab operationibus. & operationes ipsius aut appropriatæ sunt sensui communi, aut imaginationi, aut cogitationi, aut memorię, aut virtuti nutritiuę. hoc est, quod apparet ex superfluitatibus, quę egrediuntur a naribus, palato, oculis, & similibus. Et quędam sumuntur ab alijs, sicut a tactu, & ortu capillorum, & ab eorum forma, & superfluitatibus, quę ab ipso egrediuntur: ita φ si sint temperatę in quantitate & qualitate, significant super temperantiam ipsius. Et similiter quando operationes somni & vigiliarum sunt temperatę, & φ sit mediocritas inter pigritiam & velocitatem, & iudicia sua sint recta, & sensus sint clari & boni, & tactus sit tēperatus, ita vt non sit calidus, vel frigidus. Et capilli qui oriuntur, non sint omnino extensi seu plani, vel tortuosi seu crispi, albi, vel nigri. Et demonstratio suæ formæ est vt sit figura eius similis figurę cerebri temperati: & tunc significatur super temperantiam complexionis. & significatio temperantię suę figurę est, sicut dicit Galenus, φ sit sicut figura sphęrica cerea leuiter ab vtraque parte pressa, & vt non sit magnum vel paruum. Et φ superfluitates discurrētes a cerebro sint paucę, & competenter digestæ. & si fuerit cum hoc aliqua spissitudo, signū est siccitatis. & si fuerint multæ & digestę, significant super caliditatem & humiditatem. & si cum hoc fuerint crudę, & in quantitate multa, significant super frigiditatem. & si cum hoc fuerint aquosę, significant super frigiditatem & humiditatem. Et dicit Hippocrates de hac complexione, φ eius sanitas est propinquior ægritudini quam sanitati. Sed operationes cerebri calidi sunt vigilię, & breuitas somni. Sed si caliditati associabitur aliquantula humiditas, tunc tales in somno aliquantulum augmentabuntur. et si siccitas dominabitur, dominabuntur vigilię. Et qui hanc habent complexionem, veloces erunt ad actiones. & actiones suas faciunt sine discretione: & accipiunt ex membris solum similitudinē, & non diuisionem. & errores eorum sunt multi, & cogitationes eorum malę. Et qui habent signa contraria istis, & sunt dormitores. & pigri, & tardi intellectus, et non possunt recipere diuisiones rerum. necessario tales frigidę complexionis sunt, tamen & ipsi assumunt prædictas res confuse. Sed complexio cerebri fri-

A gida & ſicca abundat minus in ſomno, quam frigida ſola. Et frigida ſola minoris eſt ſomni quam frigida & humida. Et tactus etiam ſignificat ſuper iſtas cõplexiones. Et capilli etiam habent ſignificationes: eo ꝙ capilli ſunt ex ſuperfluitate fumoſa. Quare capilli nigri ſignificant ſuper aduſtionem: eo ꝙ igneitas habet album denigrare. Et ſi cum hoc ſunt tortuoſi, ſignificant ſuper hoc ſiccitatem: ſicut accidit eis, quando tanguntur ab igne. Et capilli albi ſignificant ſuper materiam crudam & indigeſtam. & ſi cum hoc fuerint extenſi & plani, ſignificant ſuper ſuperfluitatem humiditatis. Et eodem modo capilli, qui cito oriũtur, ſignificant ſuper caliditatem: & qui tarde, econtra. Et qui ſunt mediocres in colore, & tortuoſitate, & in planicie, & in ortu veloci, & tardo ſignificant ſuper complexionem temperatam. Et forma tortuoſa etiam habet ſignificare ſuper malam complexionem. Et etiam caput magnum, vel paruum habet ſignificare hoc. Et iſta ſępe inueniuntur in libris ſpicatorum. & ego non recordor omnia eorum verba, niſi quorundam, ad hoc vt noſter intellectus non ſit diminutus in radicibus rerum. & illi, qui ſolum ſunt Medici, indigent illis: & ego nõ ſum ex illis. Item oculus ſignificat forti ſignificatione ſuper complexionem cerebri. quia oculus rubeus habens venas rubeas, ſignificat ſuper complexionẽ cerebri calidam: & ſigna contraria iſtis ſignificant ſuper complexionem frigidam cerebri. Et velocitas motus oculorum ſignificat ſuper caliditatem cerebri,

B ſicut tarditas ſuper frigiditatem, & mediocritas in iſtis ſignificat ſuper temperantiam. Et ſubalbedo oculi ſignificat frigiditatem cerebri, ſicut nigredo ſignificat caliditatem, & color medius inter ſubalbedinem & nigredinem, qui dicitur varius, ſignificat temperantiam. Et hoc eſt, quia ſubalbedo ſit propter paucitatem digeſtionis. ob hoc iſte color eſt propinquus colori aquę ſimpliciter. Et nigredo fit propter exceſſum decoctionis. propter hoc dominatur in ipſo nigredo: quia nigredo ſignificat aduſtionem partium terreſtrium dominantium in re. Et quod facit varietatem, quæ eſt color mediocris, eſt vltima temperantia decoctionis, quod eſt, quia eſt minor, quam illa, quę facit nigredinẽ: & eſt maior quam illa, quæ facit ſubalbedinem. Et ſcias quod non ſolum cauſæ qualitatiuę faciunt nigredinem, aut ſubalbedinem: ſed & alię res ſunt multę, quę adiuuant ad hos colores faciendos, quę non ſunt qualitates, vel complexiones, ſed ſunt res quantitatiuę, vel locales. quod eſt, quia nigredo pluries fit propter multam quantitatem humiditatis oculi: aut quia poſita eſt in profundo multum: ſicut tu vides in riuis profundis. quia propter profunditatem apparent velut nigri: eo ꝙ non recipiunt tantum ſplendorem, ſicut ſi eſſent largi & pauci. Et oculus ſubalbidus eſt ſecundum contrarium.* Et Galenus dicit ꝙ multa humiditas glacialis adiuuat ad faciendum ſubalbedinem: eo ꝙ color iſtius humoris eſt ſicut color glaciei. & ideo multitudo ipſius adiuuat ad faciendum ſubalbedinem: ſicut

C paucitas adiuuat ad faciendum nigredinem, & hoc eſt contrarium noſtrę opinioni: & mediocritas omnium ſignificat temperantiam. Iſta ſunt ſigna ſignificantia ſuper complexionem cerebri. Sed ſigna ſignificantia ſuper ipſius compoſitionem ſimiliter ſumuntur a complexione, & operationibus ipſius. Et iam diximus de figura naturali, quam habere debet. & colligantia ſua apparet viſui: quia quædam capita habent collum conueniens eidem, & quędam non: ſicut dicit Galenus. Sed largitas, & ſtrictura ſuarum viarum, & ſuarum concauitatum ſumũtur ab ipſius complexione. quod eſt, quia vię cerebri calidi & humidi ſunt in vltimitate largitatis: frigidi vero & ſicci ſecundum contrarium ipſius: & mediocres iſtarum ſignificant ſuper calidum & ſiccum, vel ſuper frigidum & humidum: & ſua temperata compoſitio cognoſcitur, quando ſuę viæ & ſuę concauitates ſunt in vltima temperantia. Et quando vię & concauitates cerebri ſunt nimis ſtrictę, tunc habens eas paratus eſt vertigini, & ſcotomię, & epilepſiæ, & alijs ægritudinibus ſimilibus. Item, quando ſubſtantia cerebri eſt minor debita, tunc accidet intellectui corruptio intellectus, & ſtultitia, ſicut decrepitis. & vniuerſaliter, quando corrumpitur olla cerebri exterius, corrumpitur cerebrum interius.

Nigredo fit ꝓpter multitudinẽ humiditatis oculi, vel ꝓfundationem eius. Idem primo trac. Cãticę tex. 52. & 5. de Generatione aĩaliũ cap. 3. in paraphraſi.

*In libro Artis paruę. c. 27. Idẽ Aui. tertia tertij trac. 2. c. 34. Vnde nota eſt cõtrarietas. Galenus vult paruitatem cryſtalloidis operarinigredinẽ: Auerr. vero albedinem.

D

De signis complexionum, & sanitatis Hepatis. Cap. IIII.

DEinceps volumus loqui de signis significantibus temperantiam, & sanitatem hepatis. Et dicemus q̃ quędam eorum significant super temperantiam suę complexionis. & quędam super temperantiam suę compositionis. Et ego incipio a signis complexionis. & dico q̃ quędam ipsorum sumuntur ab operationibus, & quędam sumuntur a quantitate venarum, & a tactu. Et scias q̃ hepar temperatum generat sanguinem purpureum, & dat colorem albedinis mistum cum rubedine. & corpus debet esse medium inter maciem, & grassitiem: et venę debent esse mediocres inter largitatem, & stricturã, Sed complexio calida hepatis cognoscitur per hoc, quod generat multã cholerã rubeam, & maxime in ętate iuuentutis: & color talium declinat ad citrinitatem. & ideo cum augmentatur calor, & siccitas multum, generatur cholera adusta, & tunc declinabit color ad fuscedinem. & quibusdam denigrantur palpebrę inferiores oculorum, & labia etiam inferiora. Sed hepar frigidum cognoscitur, quia generat multum phlegma, & sanguinem crudum. & aliquando ex fortitudine albędinis conuertitur in calcem. & si cum hoc coniungitur siccitas, tunc generabitur cholera nigra non naturalis. Et complexio humida hepatis cognoscitur a multa præparatione putrefactionis, & dominatione humiditatis, & sanguinis. et si multum, excedit transit ad hyposarcam. Item venę largę significant super hepatis caliditatem: & magis, si cum hoc adiungitur humiditas. & strictę significant contrarium. in calido vero & sicco hepate est mediocris. Item significat pilositas super cõplexionem hepatis. quod est, quãdo hypocundria sunt multum pilosa, caliditatem significant. Adhuc diuersificatur hęc significatio secundum diuersitatem pilorum. quia, si sunt grossi, tortuosi, & nigri, significant super caliditatem & siccitatem: & si sunt subtiles, & plani, significant super humiditatem. Et si venter sit nudus pilis, significat frigiditatem: & si sit mollis venter, significat humiditatem: & si sit durus, significat super siccitatem. Et signa significantia super suam compositionem similiter sumuntur a complexione, & operationibus: quia quando erunt temperatę, erit hepar temperatum in figura, et positione, & quantitate magnitudinis & paruitatis, & strictura, & largitate venarum. & complexio calida & humida significat fortitudinem hepatis, & largitatem venarum: sicut frigiditas & siccitas significat contrarium: & mediocritas eorum significat mediocritatem inter calidam & humidam, frigidam & siccam. Et debes scire q̃ complexiones significantes super complexiones istorum mẽbrorum sunt complexiones innatę, quę fiunt a prima essentia. Et hoc dico: quia inueniuntur complexiones acquisitę calidę & frigidę a consuetudine, & vniuersaliter a rebus extrinsecis. Et simile est huic, quia inuenitur aliquis habens colorem significantem super frigiditatem, & signa significantia complexionem sui hepatis significabunt caliditatem, hoc est, quia habebit venas latas, tunc debemus iudicare q̃ complexio sua naturalis est diuersa ab accidentali. & quando erit contrarium, debemus iudicare contrarium: hoc est, quia complexio sui hepatis erit frigida & sicca, & habitudo sua erit grosse & pinguis; & grossities significat caliditatem & humiditatem, & strictura venarum frigiditatem & siccitatem. Sed significatio compositionis sumpta ab operationibus est hęc: quia hepati illius, qui habet venas strictas, eueniet oppilatio, ipso nõ vtente cibis oppilatiuis. Item quando hepar erit paruum comparatum stomacho, & non superuenerit aliquod accidens, necessarium erit vt habeat mollem ventrem. nam hęc est perfecta significatio super paruitatem hepatis. quod est, quia quãdo hepar est paruum non potest attrahere chylum a stomacho, & tunc oportet vt exeant superfluitates molles. Et homo, quem tu scis, dicit q̃ breuitas digitorum significat paruitatem hepatis. & hic apparet q̃ nesciuit bene, vbi esset virtus informatiua, & non consyderauit nisi in materiebus, & dimittamus istum cum aliis. Dicit Aristoteles, q̃ hepar in quibusdam hominibus inuenitur in latere sinistro, &

E

F

Secunda primi Doctr. tertia. c. primo, & . 14. tertij. trac. 1. cap. 30. Prio de Natura aĩaliũ cap. 18.

A splen in latere dextro: & quando superueniunt illis ęgritudines hepatis, apparent signa in latere sinistro. Ista sunt signa significantia super complexionem, & sanitatem membrorum principalium.

De signis complexionum, & sanitatis Pulmonis. *Cap. V.*

DEinceps volumus loqui de signis significantibus super complexionē, & sanitatem membrorum seruientium illis. Et incipiemus a pulmone. & dicemus ꝙ complexio pulmonis erit temperata tunc, quando erit anhelitus temperatus in magnitudine & paruitate, & non recipiet lęsionem ab aere calido aut frigido: & vox sit temperata inter fortudinem & debilitatem. Sed quando pulmo erit calidus, anhelitus erit magnus, & lędetur ab aere calido, & iuuabitur a frigido. & habens talem pulmonem habebit vocem fortem: & contrarium operabitur contrarium. Et pulmo siccus cognoscitur ex parte vocis claritatis, & ex paruitate sputi. Et pulmo humidus contraria habet signa pulmoni sicco, scilicet grossitudinem vocis, & sputi multitudinem. Sed compositio habetur a complexione, et operationibus similiter: eo ꝙ complexio temperata de necessitate habet compositionem temperatam, scilicet inter paruitatem & magnitudinem, & inter amplitudinem & stricturam viarum: & quan-
B do erit calida erunt vię largę. Et latitudo pectoris significat super latitudinem viarum; sicut dictum est in aliis. quia diximus ꝙ fortitudo vocis sequitur largitatem viarum: & largitas significat caliditatem complexionis. & causa est, quia fortitudo vocis necessario significat caliditatem. Sed complexio frigida significat stricturam viarum, & debilitatem: & maxime si huic coniungatur siccitas. Velocitas vero anhelitus significat paruitatem pulmonis, & stricturam suarum viarum, nisi complexio cordis sit in causa. Pectus autem sputosum significat malam pulmonis positionem. & propterea dicunt Medici, ꝙ plurimi talium veniunt ad vlcerationem pulmonis, & ad hecticam.

De signis complexionum, & sanitatis Stomachi. *Cap. VI.*

DEinceps volumus loqui de signis significantibus super complexionem stomachi. Et dicimus ꝙ ipsa cognoscitur a suis operationibus: eo ꝙ stomacho temperato conuenit maior ciborum pars, nisi nimis modum excedant naturę. & non accidunt eidem accidentia, quę eueniunt stomacho distemperato: & suus appetitus est naturalis. Et in stomacho calido subtiles cibi conuertuntur in fumum, & eidem grossi cōueniunt, & suus appetitus est
C diminutus. Sed in stomacho frigido signa sunt contraria prędictis: eo quia ei cōueniunt cibaria subtilia, & grossa in acetositatem conuertuntur in eo, & eius appetitus est excedens. Et stomachus siccus cognoscitur propter multam sitim, & eidem paucus sufficit potus: & quando nimium recipit potum, et tunc in eo fiunt fluctuationes. Sed humidus significatur a pauca siti: et desyderat talis stomachus humida, sicut stomachus siccus desyderat res siccas. & hoc est, quando humiditas, & siccitas inest per naturam. sed si inest accidentaliter, hoc fit per contrarium: eo ꝙ qui habet stomachum siccum, appetit humida: & qui habet humidum, appetit sicca. Sed equalis stomachus in paruitate & magnitudine cognoscitur, eo ꝙ tolerat quantitatem cibi conuenientis. & si paruus fuerit, noscitur ex tolerantia pauci cibi: & si partitur cibus in paucas partes, melius tolerat. Et stomachus magnus tolerat contrarium.

De signis complexionum, & sanitatis Testiculorum. *Cap. VII.*

SIgna temperantiæ, & sanitatis testiculorum sumuntur ab operationibus ipsorum, & ab accidentibus. Et dicimus ꝙ qui est temperatus in coitu, naturaliter habet temperātiam complexionis testiculorum. Et si multum affectat,

naturaliter habet calidam complexionem testiculorum. Et si cum hoc desyderio coniungitur sufficientia in faciendo, significat humiditatem coniunctam isti causalitati. Et quidam dicunt ꝙ quando complexio testiculorum est calida, ꝙ tunc est generatrix masculorum plus quam fœminarum. & quando complexio istorum est frigida, tunc operatur contrarium, s. quia piger erit in coitu, & generabit filias. si cum frigiditate coniungatur siccitas, quasi priuatur ab hac operatione. Sed qui appetitum habet magnum, & debilis existit in tali operatione, eius complexio ad siccitatem pertinere videtur. Sed significatio complexionis horum membrorum ex parte accidentium apparentium in spermate est, quia in temperata complexione ipsorum est sperma temperatum in quantitate, & qualitate. Sed si testiculi sunt calidiores debito, erit sperma plus in quantitate, & spissius conuenienti. Et quando complexio eorum erit frigida, erit contrarium huius: hoc est quia sperma erit paucum, & non coctum. Et humiditas magis cõuenit huic operationi quam siccitas. Et pili etiam significan super complexionem horum membrorum, secundum ꝙ significant super alias complexiones, vt dictum est supra. D

De signis complexionum, & sanitatis totius Corporis. Cap. VIII. E

Ista sunt signa significantia super complexionem vniuscuiusq; membrorum principalium, & seruientium eis. Et cognoscendo ista, & comparationem vniut ad alterum faciendo, cognoscemus totius corporis complexionem temperatam & distemperatam. Eo ꝙ corpus, cuius complexio erit temperata, erit de necessitate mediocre inter maciem & grassitiem. & color erit albus mixtus rubedini. & capilli eorum sunt flaui tendentes ad rubedinem in tempore suę pueritiæ: & cum sunt facti iuuenes erunt capilli eorum nigri. & tactus temperatus inter caliditatem & frigiditatem, & inter asperitatem & lenitatem. & sensus eorum erit in vltimo temperantię. & intellectus eorum mediocris inter velocem & tardum. & hęc est via cognoscendi complexionem tẽperatam. Sed complexionem, quę exit a temperantia, iudicabimus secundum multitudinem signorum. quia illa iudicabuntur ex aggregatione istorum signorum, hoc est ab accidentibus, & operationibus, sicut a grassitie & macie, & a colore, pilis, & alijs similibus. Sed est sciendum, ꝙ significatio coloris pilorum nõ verificatur pro maiori parte nisi in temperatis climatibus: quamuis in quolibet climate possit aliquid comprehendi, comparando homines illius climatis sibijpsis. Verbi gratia in Theutonicis, & Aethiopibus, quando Aethiopes sunt nigri, & eorum capilli sunt in tortuositate vltima, non propter hoc eorum complexio erit calida: immo melius est attribuere hęc signa calori extrinseco, & dices quasi ꝙ sint frigidi. Et Theutonici, & Sclaui, qui stant in terris frigidis sunt albi, & eorum capilli sunt flaui, & plani. noc propter hoc dicendum est in istis, vt eorum complexio sit frigida. quod est, quia eorum complexio est in vltima caliditate. quia calor clauditur in partibus intrinsecis eorum corporum, sicut accidit in hyeme. & hoc sufficit in signis sanitatis secundum intentionem nostram. F

De signis significantibus super Aegritudines in generali. Cap. IX.

Deinceps volumus loqui de signis significantibus super ægritudines. Et rememoreris semper eorum, quę superius diximus: hoc est, quia intentio mea in hoc libro non est ut multum loquar de rebus particularibus. quia iste liber non fuit factus pro illo, qui est solum medicus: sed vt nõ inueniatur diminutus in radicibus scientiæ, secutus sum etiam de ipsis. Et si inuenis hic illud, quod inuenis in alijs libris, non ob hoc ipsum despicias: quia pluries cribrat homo modium vnum sabuli ad hoc, vt inueniat vnam margaritam.

Dicemus,

A Dicemus q signa significantia super ægritudinem sunt genera, quorum quædã sumuntur ab accidentibus, quæ accidunt post diminutionem humorum in corpore: & quædam sumuntur a complexione corporis ab eius præparatione ad suscipiendas ægritudines: & quædam sumuntur a regimine antecedenti. Et quatuor tempora anni dant prognosticationem in ægritudinibus futuris similiter: & maxime permutationes, quæ fiunt in eis præter naturam. Et ista signa diuersificantur secundum fortitudinem & debilitatem. & ego volo ipsa narrare per ordinem. Iam dixi in his quæ præcesserunt, q quando quantitas sanguinis crescit in corpore, ita q nocet in quantitate solum, in eo q quantitas est secundum dimensionem, hæc est nominata repletio secundum vasa. & quando crescit cum malitia qualitatis vt acuatur, aut vt permutetur ad qualitatem illius, s. vnius aliorum humorum aut plurium, hæc nominatur repletio secundum virtutem: eo q hæc repletio habet euacuare vel euaporare, & dissoluere, & debilitare virtutẽ. quod est propter malitiam suæ qualitatis. Et propterea hoc sequitur casus appetitus, & difficultas motus. Et vniuersaliter propter hoc debilitantur, & lædũtur omnes operationes animales, & naturales: quod non accidit primæ repletioni. Et signa primæ repletionis sunt signa dominij sanguinis solum. & signa secundæ repletionis sunt signa dominij vnius trium humorum, aut plurium. Et propterea debemus enumerare signa significantia super excessum vniuscuiusque humorum istorum: & cognoscendo simplicia, cognoscemus composita.

B

De signis abundantiæ Sanguinis. *Cap. X.*

ET incipiemus a signis significantibus multitudinem sanguinis, & ab accidentibus, quæ eueniunt corpori propter illud. Et dicemus q hoc significat fortitudo pulsus, & repletio vasorum: siue sint venæ, siue arteriæ: et grauitas capitis, & oculorum, & impedimenta virtutum animæ, & sensuum. Et vniuersaliter mala dispositio, quæ aduenit corpori hæc patienti, assimilatur malæ dispositioni lassitudinis, quæ prouenit ex labore extrinseco cum rubedine oculorum, & calore actuali in toto corpore: nisi homo habuerit exercitium in aere calido, & somnum profundũ, & somnia terribilia, & videntia res rubeas. sicut dicit Galenus de illo, qui somniabat balneari in dolio pleno sanguine: quia signa sanguinis in eo erant manifesta. & Galenus præcepit vt phlebotomaretur: sed Medici, qui erant de secta Erasistrati, præceperunt ne phlebotomaretur, & iniunxerunt ei exercitium. & quando facere cœpit, humores dissoluti discurrerunt per corpus, & mortuus fuit. Item in hora repletionis sanguinis fluit aliquando sanguis ex naribus, aut gingiuis. Et Arist. dicit q sanguis corruptus fluit a naribus, & ano, & pustulæ quæ fiunt in corpore, & vrina spissa, &

C dulcedo saliuæ, & omnia hæc significant superabundantiam sanguinis. Et qui vsus est phlebotomia, sentit pruritum in loco phlebotomando, propterea sumuntur signa dominij sanguinis a complexione, & regimine ciborum, & potuum, & similium, & ab ætate, & tempore anni: tamen hæc signa necessario significant abundantiam sanguinis. quod est, quia aliquando complexio generat sanguinẽ: & si tempus, & ætas adiuuent, aut non. Et similiter hoc facit regimen absentibus omnibus alijs. & si regimen fortius erit in omnibus istis causis, tunc erunt signa significantia dominium sanguinis accidentia, quæ hic sequuntur.

De signis Choleræ dominantis. *Cap. XI.*

SEd signa significantia dominium choleræ sunt velocitas pulsus, & disruptio ipsius, & vrina subtilis ignea, & vomitus cholericus, & egestiones mordicatiuæ, & amaritudo oris, sitis fortis, & siccitas linguæ cum asperitate, & citrinitas coloris, & oculorum: sicut accidit in vicio icterici. Et si his cõiungitur tẽpus æstiuũ, & ætas iuuẽtutis, & dieta calida & sicca, & multũ exercitium, sicut artiũ calefaciẽtiũ, vt sunt ferrarij, & eorum similes: & tũc debemus sine dubio iudicare q iste humor dominatur multum in corpore.

De signis dominii Melancholiæ. *Cap. XII.* D

ET signa, quæ significant dominium melancholiæ, sunt nigredo vrinæ, aut rubedo declinans ad obscuritatem, aut ad viriditatẽ. Et aliqñ hoc sequitur incendium in stomacho, & habet appetitum caninum & nigredinem coloris, & maxime sub palpebra oculi. & sanguis phlebotomatus est niger, & multũ coagulatus. & maior pars talia patientium est splenetica. Et si particularia signa iungantur istis, sine dubio iudicabimus ꝙ multum dominabitur in corpore humor talis. Et complexio, quæ magis apta est ad generandũ hũc humorẽ, est cõplexio frigida & sicca, aut calida & sicca. & propterea raro inuenitur iste humor in corporibus albis & pinguibus. Et morphea nigra est signũ fortissimum istius humoris: & etiam variolæ nigræ, seu morbilli.

De signis dominii Phlegmatis. *Cap. XIII.*

ET signum dominij phlegmatis sunt vrina alba, & vt color corporis sit albus, & pulsus paruus & rarus, & squaliditas totius corporis, & pigritia, & somnus, & tarditas digestionis, pauca sitis cum multo sputo viscoso. Et si cum his iunguntur res particulares, erit sicut dictum est ante: velut est ætas senectutis, & tempus hyemis, & regimen multæ quietis, & cibaria frigida & humida, & superfluitas comestionis. Et somnia similiter significãt super dominium istorum humorum. quoniam ille, cui superabundat cholera, somniat videre adustionem ignis: & cui sanguis abũdat, somniat videre res rubeas: & cui melancholia, videntur in suis somnijs ea, quæ ipsum terrere faciunt. et qui videt dormiendo maria, & pluuias, & sentit aerem frigidum, vel aquam frigidã, omnia ista significant abundantiam phlegmatis. Ista sunt significantia super dominium vniuscuiusque humorum, & vniuersaliter super ægritudines, quę accidunt propter hos humores. Sed lassitudo, quæ prouenit absque occasione manifesta antecedente, fit necessario propter dominiũ istorum humorum, aut pluriũ. sed lassitudo thetayca, & apostemosa fit ab abundantia sanguinis. sed vlcerosa est ex malicia qualitatis, E

De signis prognosticis Aegritudinum futurarum per aerem, & tempora. *Cap. XIIII.*

ET postquam locuti sumus de signis significantibus super dominium humorum, deinceps volumus loqui de dispositionibus, quæ fiunt ab aliqua permutatione extra naturali: sicut illæ, quæ fiunt ex aere, quæ significãt ægritudines futuras. Et via, qua possumus cognoscere has permutationes est experientia: sed scire ipsas per viam demonstratiuam est difficile, aut imposibile. & propterea in hoc sunt recipienda testimonia Antiquorum, & me morari eorum breuiter, quæ dixerunt: & postea conabimur dare causas. Dixit Hippo. ꝙ quando fuerit hyems septentrionalis & inaquosa, & ver fuerit meridionale & aquosum, sequuntur ex hoc in æstate febres acutæ, ophthalmiæ, & dysenteriæ: maxime vero mulieribus, & humidis natura. Et huius causa est: qa si hyems fuerit sicca, generabit humores siccos. & generaliter humores adusti, qui facti fuerunt in autumno, non conuertentur simili tẽpore huic ad frigiditatẽ & humiditatẽ, sed remanebũt secundũ medietatem illius, quod superuenit ei in autumno: & postea veniente vere calido & humido, aggregabuntur in corpore humores contrarij adinuicem. veniẽte postea calore æstiuo, putrefaciet ipsos humores propter humiditatem accidentalem, quam habebunt: & propter actũ ipsorũ erit calor putredinalis, qui generabitur, nociuior, & acutior. Vnde tũc propter hanc maliciam complexionis fient febres acutæ, & accidet fluxus ventris sanguineus, & ophthalmia. Et hoc accidet plus complexionibus humidis: quia sunt aptæ citius permutari propter talem aeris dispositionem. Et Hippo. adaptat F

Tertia Aphorismorum aphori. 11.

Natura vẽti septẽtrionalis est Meridionalis.

A ſiccitatem vento ſeptentrionali,& humiditatem meridionali:eo ꝙ natura iſtorum duorum ventorum eſt has duas facere diſpoſitiones.& cauſam iſtorum oſtẽdam in loco nobiliori iſto. Item Hippo. dicit.ſi in eodem anno poſt ortum caniculæ fient pluuiæ frigidæ,& venti flauerint ſeptentrionales,tunc fient ægritudines terminabiles, & quietæ. & hoc erit propter temperantiam aeris calidi: quia pluuia aerem refrigerat.& ſimiliter facit ſeptentrio,quamuis ſit ſiccus. & manifeſtum eſt ꝙ frigidus aer putrefactionem diminuit. Et vniuerſaliter ſcias ꝙ cauſa ægritudinum,quas Hippo. his temporibus fieri dicit,eſt propter permutationem naturæ aeris.quod eſt,quia non fuit ordinata diuerſitas naturæ temporum,niſi vt humores digerantur,& temperentur. quia humiditas hyemis temperat ſiccitatem autumni, & caliditas æſtatis temperat hyemis frigiditatem. Sed quando hyems fuerit ſicca,tunc remanebunt humores,ſicut fuerant prius, & humiditas veris eos non temperabit:eo ꝙ ipſa erit humoribus his extranea: quæ omnes non aduenient tempore competenti.& ob hoc, quando ſuperuenerit eis calor æſtiuus ſine medio,tunc iſtæ ægritudines generabuntur.Sed ſi hyems fuerit humida,& ſuperuenerit calor ęſtiuus eidem cum medio, & iſtud medium eſt calor veris temperatus,& tunc non veniet tempus caloris antequam ipſa humiditas ſit conſumpta,& corpora receperunt defenſionem,vt propter calorem nõ permutentur. Et vniuerſaliter ſcias ꝙ quatuor tempora ſunt cum quatuor humoribus,ſicut cum quatuor elementis.quia ſi tempora reſiſtunt,vt vnum elemẽtum aliud non vincat,vel ſuperet, ſic reſiſtunt vt vnus humor alium non vincat.quia niſi eſſet comparatio,quam habet tempus cum quolibet humore, vnus humor a ſuo contrario corrumperetur. Item Hippo.quando hyems fuerit calida meridionalis & pluuioſa,& ver ſeptentrionale inaquoſum, fient fluxus ſanguinis,& ophthalmiæ ſiccæ,& ſenibus reumata,epilepſiæ,& paralyſis, & apoplexiæ,& prægnantes abortiunt. Et cauſa huius eſt,vt in tali diſpoſitione ipſæ ægritudines fiant:quia cerebrum in tali diſpoſitione ſuperflue humectatur: veniente vero vere frigido,cum ſui natura habeat humores diſſolutos mouere,tunc frigiditas reſiſtet ſuæ complexioni naturali,& tunc humores a frigiditate compreſſi diſtillabuntur.& ob hoc iſtæ ægritudines mouebuntur. Et ſi hyemis diſpoſitio erit ſimilis diſpoſitioni veris prædictæ, aptius,& citius ægritudines iſtę fient:quia humores tunctemporis erunt congelati & immobiles, & ipſi tamen non ſunt penitus denudati ab humiditate naturali. Et fluxum ſanguinis hic intendit Hippocrates propter vlcerationem inteſtinorum, quæ fit propter reumata acuta,quæ fiunt ab hac permutatione. Et mulieres non abortiunt iſto tempore, niſi quia vuluæ ipſarum tali tempore nimis humefiunt, & debilitatur, quæ in eis eſt virtus retentiua. & poterit eſſę vt etiam hac permutationę embryo lædatur, eo ꝙ propter humiditatem debilitatur. Et dixit Hippo, quando æſtas erit parum pluuioſa, & autumnus calidus multum meridionalis & pluuioſus, tunc erunt hyeme fortes dolores capitis, tuſſes & raucedines, & in aliquibus fiet phthiſis. Et cauſa huius eſt manifeſta: eo ꝙ in tali autumno replentur capita multis ſuperfluitatibus: & cum ſuperuenerit hyems, comprimet cerebrum, & ſtyllabunt ab eo ſuperfluitates, nec poterunt digeri: & ob hoc iſtæ ægritudines fient. nam ſi remanebunt in capite, facient dolorem prædictum; & ſi fluxerint ab eo, facient ægritudines ſupradictas: & ſi fluxerit ad pulmonem, fient * tuſſes. Adhuc dixit ꝙ, ſi fuerit autumnus ſeptentrionalis & ſiccus, fiet in complexionibus ſiccis ophthalmia ſicca, febres acutæ, & cardiaca melancolia.quia manifeſtum eſt, ꝙ quando iſtud tempus in ſiccitate fortificatur,faciet ægritudines melancholicas,& febres hæ dictæ ſunt ex humore melancholico:quamuis humor ille non ſit velocis motus. Item dixit ꝙ ægritudines,quę fiunt temopore multum pluuioſo,pro maiori parte ſunt febres longę,& fluxus ventris,& epilepſia,& apoplexia: & ſynanchia. Et dixit Hippocrates,ꝙ paucitas pluuiæ ſalubrior eſt corporibus.& cauſa eſt, quia ſuperfluis humiditatibus calor naturalis non bene dominatur. Et nõ eſt intelligendũ ab Hippocrate,vt laudet aerem ſiccum ex toto:qa aer nimis ſiccus inducit ęgritudines eiſdẽ ſimiles.Et propterea dicit alibi,ꝙ qñ eſt priuatio pluuię,fiunt febres acu-

(Marginal notes: Scdo Epidi. — Diuerſitas tẽporũ pp qd. — Tertia Aphoriſmorum aphoriſ. 12. — (B) — (C) Tertia Aphoriſmorũ. 13. — * a.l.phthiſes. — Tertia Aphoriſmorũ. 14. — Tertia Aphoriſmorũ. 16.)

tæ:quia aer temperatus secundum Hippocratem est mediocris inter multam & paucam pluuiã. Et tu debes scire ꝙ aer distemperatus in vna qualitatum, distemperantia superflua generat ægritudines eisdem similes. Sed aer pestilentialis fit corruptione suæ substantiæ. Et hoc accidit sæpe propter multam pluuiam tẽpore æstiuo: sicut dicit Hippo. ꝙ accidit in ciuitate Acaron: quia tota æstate fuit fortis pluuia: & propterea accidit habitantibus malus pruritus, & pustulæ maliciosæ: ita ꝙ aliquibus cadebant brachia, & pedes. Item corrumpitur substantia aeris ex vaporibus corruptis mixtis cum eo, sicut a vaporibus resolutis a cadaueribus, & a stagnis, quibus linum maceratur. Et similiter fiunt ægritudines pestilentiales à corruptione aquæ, & ciborum, sicut accidit tempore famis. Itẽ ęgritudines pestilentiales, quę fiunt a corruptione aeris, citius sunt ægritudines mortiferæ: quia aer putrefactus, vel corruptus velocius attingit cor. & propterea accidentia illarum febrium sunt mala propter malitiam anhelitus, quæ hoc operatur. & non apparet in illis febribus fortitudo, nec sentitur in eis magna læsio manifeste, eo ꝙ mala complexio dominatur in illis communiter in omnibus virtutibus corporis: sed illud, quod facit læsionem manifestam sensibilẽ, est mala complexio particularis vel diuersa. & scias ꝙ nõ omnis homo ægrotat propter permutationem aeris: sed illi, qui ad hoc apti sunt. Et quando tempora anni sequentur eorum naturam, quasi non erunt causæ ægritudinum, quamuis nos videamus contrarium. quia ægritudines, quædam sunt magis propriæ vni tempori q̃ alteri, sicut sunt ęgritudines, quę fiunt ex humore simili illi tempori: quia sanguineę in vere, cholericæ in æstate, melancholicæ in autumno, phlegmaticę in hyeme: quãuis in vere per accidẽs fiãt ęgritudines melancholicæ. & hoc accidit pp motum humorum, & eorum dissolutionẽ, & ebullitionẽ: quia in his temporibus adueniũt partibus oĩum similia accidẽtia, quæ adueniũt humiditatibus terræ nascẽtium. Quod dictũ est de signis significantibus ęgritudines ex parte aeris, sufficiat compendiose secũdum nostrã intẽtionẽ loquẽdo. Sed inueniũtur ęgritudines paruę, velut accidẽtia significãtia super ęgritudines magnas futuras: & nos dicemus de aliquibus earũ hic, & postea dicemus de signis significantibus super easdem ęgritudines, & earum cãs: quia multũ necessariũ est in hac arte. Et nõ expectes, vt dicam tibi res nouas, quæ non sunt dictæ ab Antiquis.

In Cranone secũdo Epidi. vel Thaso, vt in tertio eiusdem.

Egritudines quędam vno tpe quædam alio.

D E

De signis prognosticis Aegritudinum futurarum per ægritudines paruas. Cap. XV.

F

ET dixerunt quidam ꝙ dolor capitis fixus, qui in Arabico nominatur soda, & hemicrania, quæ in Arabico nominatur sethica, perseuerans denũtiat decursum aquæ ad oculum in fine, aut dilatationem pupillæ, quę in Arabico nominatur azabar. Et saltus faciei nominatur hachala: tortura vero nominatur lachora. & spasmus nominatur tasnec: & priuatio motus nominatur cadar: paralysis vero felec. Saltus faciei perseuerans multũ denunciat torturam oris. saltus vero totius corporis significat spasmũ humidũ. priuatio motus significat paralysim. Rubedo faciei, oculorum, & venarum, quæ sunt in eis, cum fluxu lachrymarum, & fuga a lumine cum forti dolore capitis, denunciãt apostema calidum in cerebro. Incubus (thebus dicitur) & vertigo (hahasta nominatur) perseuerans denunciant epilepsiam. epilepsia vero vocatur chifsion. Tristitia perseuerans sine causa denũtiat melãcholiam. Apparitio corpusculorum, velut muscarum & capillorum ante oculos denuntiat decursum aquæ ad oculos: nisi hoc accidens a stomacho proueniat. Reumata continua sine interpolatione faciunt timorem phthisis. Sudor multus perseuerans significat repletionem. Fortis syncopis crebra sine manifesta occasione perseuerans diu, mortem subitã nũciat. Repletionẽ superfluã habentes timemus ne ad sputum deueniant sanguinis, qui in Arabico nominatur vestadam: & etiam est signum apoplexiæ, & subitæ mortis. Et stupefactio sensuum, & relaxatio motuum significant apoplexiã. Grauitas lateris dextri circa hypocundria ægritudinem hepatis significat. Stercus

A multum tinctum timorem ægritudinis ictericiæ significat. Squaliditas faciei, & tumor palpebrarum, & digitorum, manuum, & pedum futuram hyposarcã significant. Fœtor stercoris significat super nauseam, quæ in Arabico nominatur tacura. Vrinæ fœtor putrefactionem, & febrem nunciat. Lassitas, & mẽbrorum cõfractio sine causa manifesta cum casu appetitus febrem denunciat. Vrina vstiua perseuerans vlcerationem in vesica & virga significat. Priuatio appetitus cum syncopi* colicam significat. Grauitas & extensio, quæ est sub ventre & in renibus, significat super ægritudinem renum. Stercus adustum in orificio ani vlcerationem intestinorum significat. Pruritus in ano perseuerans hemorrhoidas denunciat, nisi in intestinis sint vermes nati. Multæ pustulę in corpore apostema magnum significant. Multa noda apparentia faciunt timere de nodo magno nominato dubellet. Morphea, & fortis rubedo faciei, & strictura anhelitus, & vocis lęsio lepram significat. Et vniuersaliter dico, ꝙ quando permutatur aliquid ex consuetis, significat futuram ęgritudinem: sicut est appetitus superfluus, aut diminutus, aut augmentũ, vel diminutio in superfluitatibus, vel multus somnus, vel paucus, vel alia accidentia prętер ista.

Scda Aphorismor. aphoris. quinto.

* a l. coliricꝭ vel cholerꝭ.

De Pulsu, & Vrina in generali. *Cap. XVI.*

B ET postquam locuti sumus de hoc genere signorum sufficienter, volumus nunc loqui de signis ipsarum ęgritudinum, quę significãt necessario vnã triũ rerum, videlicet aut super quiditatem ęgritudinum, aut super causas ipsarum, aut super mẽbrum, in quo est ęgritudo. Et multoties significat super hęc tria, quemadmodum de signis ęgritudinum, quę sunt in membris interioribus. Sed ęgritudines apparentes in superficie corporis non indigent signis, nisi significantibus causas ipsarum, ob hoc, quia illę patent sensui visus. Et vniuersaliter scias ꝙ signa non sunt aliud, nisi illud quod apparet in actionibus, & passionibus animalibus, & naturalibus, cum accidentibus quę proueniunt ab eis. propterea quia inueniuntur duo genera signorum cõmunicantium pluribus ęgritudinibus. Et debemus primo tractare de eis, & postea narrabimus signa vniuscuiusque ęgritudinis propria. Et ista duo genera signorum sunt pulsus, & vrina. & significatio pulsus sumitur a cõicantia omnium membrorum cum corde. sed vrina sumitur a mensura digestionis in hepate, & venis. & propterea significatio ipsius non est pauca in significando ęgritudines membrorum virtutis nutritiuę. Et incipiendum est a pulsu: quia eius est cognitio melior.

Signa ęgritudinũ necessario vnũ ex tribus significant.

Quid signũ.

Duo genera signorum.

C *De Pulsu, & de generibus, & speciebus.* *Cap. XVII.*

ET dicimus, ꝙ pulsus est compositus ex duobus motibus, hoc est motu dilatationis & motu constrictionis, & ex duabus quietibus, quę sunt inter duos motus, sicut declaratum est. quia inter quoslibet duos motus necessario sunt duę quietes. & etiam quia sapientes huius artis dicunt ꝙ ipsi comprehendunt has duas quietes: & maxime quietẽ, quę est post constrictionẽ. quia quies, quę est post dilatationem, est manifesta etiam illi, qui non est perfectus. propterea accidentia, quę essentialiter hoc comitantur, continentur vna istarum, hoc est aut in motibus, aut in quietibus. [a] Et propterea apparet ꝙ prima genera pulsuum sunt septem. Vnum est, quod sumitur a quantitate dilatationis. Secundum sumitur a quantitate temporis motus. Tertium a quantitate virtutis mouentis. Quartum a tempore quietis. Quintum a proportione duorum motuũ, & duarum quietum. Sextum a permutatione pulsus, & sua assimilatione suę tẽperiei. Septimum ab ordinatione motus & quietis, & in ordinatione. Sed tria sunt genera, quę consueuerunt iungere Medici istis septem. Vnum est, quod sumitur ab arterijs. Secundum a qualitate ipsius arterię. Tertium sumitur a dispositione substantię arterię. Sed ista tria non sunt propria in pulsu, inquantum est pulsus; quia pulsus, inquantum est pulsus, non stat nisi per motum, & quietem.

Pulsus cõponitur ex duobus motibus.

Quies post constrictionẽ difficilioris est cognitionis quiete post dilatationem.

a Gña pulsuum sunt septem.

Et primo volumus narrare species, quæ cõtinētur sub vnoquoq; genere, & postea dicemus causas vniuscuiusque generis, & speciei. quod est, quia quādo nos cognouerimus eorum causas efficientes, tunc poterimus sumere plura signa ægritudinum: eo ꝙ ipsæ eædem sunt causæ diuersitatis pulsuum. Et propterea quando inuenietur genus, aut species propriæ causæ, tunc erit signū fixū super istud genus, aut speciem ægritudinis. Et pulsus, qui fuerit plurium causarum, non significat super illam ægritudinem solum ipsam efficientem, nisi secum alia significatio adiungatur. Et deinceps volumus incipere narrare species pulsuum, & subsequenter eorum causas assignare. quia cum sciuerimus eorum causas efficiētes, tunc possibile erit ꝙ ponemus eas signa super ægritudines: eo ꝙ ipsę eędē sunt causę efficientes earundem. Et ideo qñ erunt ex eis genus, vel species propriæ causę, tunc erit signum continuum super inuentionem illius speciei ægritudinis, vel generis. & quando erit ei plus vna causa, non significabit super ægritudinē agentem, nisi quādo cum eo fuerit significatio alia. Verbi gratia, quia pulsus formicās, qui est in hectica, est accidens continuū super inuentionem illius speciei ægritudinis. & quando erit vna causa tantum ex pluribus, non significabit super ęgritudinem: vt pulsus diuersus, qui non significat super febrem putredinis: eo ꝙ pulsus diuersus est inuentus in febribus putridis, & in dolore stomachi. ergo hoc non est signū declarans febrē putredinis proprie, nisi ei associetur aliud signum. & possibile erit ꝙ aliud signū sit ex speciebus pulsuum, & ꝙ non. Et postquam data sunt signa significantia a Medicis causas pulsuum, tenentur determinare pulsum appropriatum vnicuique ægritudini: eo ꝙ maior pars pulsuū est cōposita, sicut pulsus significans super apostemata calida, quia est paruus, velox, inordinatus, & variatus multis variationibus. & in hac ægritudine pulsus ei ꝓprius est cōpositus semper. Et quidā pulsuū sunt, quorū est signū definitiuū super aliquā ęgritudinē, qñ associatur ei aliud signū. v.g. qm̄ pulsus inordinatus, qñ erit cum calore manifesto in corpore, & non erit in ore stomachi punctio aliqua, seu dolor, est signum certum super febrem putridam. Et postquam declarauimus quō est significatio pulsus generaliter, redibimus ad numerādum species, deinde dicemus causas vniuscuiusq;. Et dicimus ꝙ genus, quod sumitur a quantitate dilatationis, diuiditur in pulsum magnum & paruū & mediocrem, & in lōgū breuem & mediocrē, & in largum strictum & mediocrem, & in eminentem profundū & mediū. Et magnitudo est, qñ arteria extēditur superflua dimēsione in oībus tribus dimensionibus, s. in profunditatē, latitudinem, & longitudinem. paruus est contrarius illi. & medius mediocritatē horum retinet. Longus est, qui extenditur in longitudinalē dimensionē plusquā in latitudinalem vel profundā: hoc est qui transit quatuor tangentis digitos. breuis autem est cōtrarius huic. sed medius horū mediocritatē seruat. Largus est ille, qui secundum latitudinē vltra alias extenditur dimensiones. strictus illi est contrarius. sed medius medium tenet. Eminens est ille, qui in altitudine vltra alias dimensiones extēditur. profundus vero est ei contrarius. medius vero mediocritatem seruat. Et istę species adinuicem componi possunt. sed difficile est hanc compositionem cognoscere tactu. istę sunt species sumptę a genere quantitatis dilatationis. Sed genus, quod sumitur a tempore motus, diuiditur in velocem, tardum, & medium. Et genus, quod sumitur a quantitate virtutis, diuiditur in fortem, debilem, & medium. Et fortis est ille, qui extrema digitorum fortiter percutit. Et qui sumitur a tempore quietis, diuiditur in spissum, rarum, & medium. Et dicit Gale. ꝙ spissus est ille, in quo tempus quietis post suam constrictionē est paruum. sed rarus est contrarius illi. sed medius medium seruat. Sed hoc non percipit, nisi ille qui comprehendit quantitatē quietis, quę est post constrictionē. Et qui hoc nō nescit, cognoscit differentiā inter pulsum velocē & spissum. sed hoc graue est inueniri. tn̄ non videtur impossibile multū perfectis, qui sunt optimi sensus: qm̄ omnes homines non sunt ęquales in solicitudine, & bonitate intellectus. Sed genus sumptū a proportione quatuor tēporū pulsuū diuiditur in pulsum ęqui pōderis, & non ęqui pōderis. Et ęqui ponderis est ęqualis, & habet compositionem duorum motuum adinuicem cōpositione naturali, & per viam naturę, & similiter habet composi-

D

E

F

Alia diuisio pulsuum.

Alia diuisio scdm quātitatem virtutis.

Alia diuisio a ꝓportione temporis.

A tionem vnius quietis ad aliam,& ēt illā,quę est motus ad quietē.Et istę compositiones diuersificantur secundum diuersitatem ętatum,temporum,& complexio num. Galenus dicit ᳍ istę compositiones naturales non inueniuntur nisi secundum vnam cōpositionum notarum musicarum proportionatarum et ordinatarū, quę est cōpositio dupli,aut partis.& dicit ᳍ minor proportionum sensatarū in pulsu,est illa,quę multiplicat quartum multiplicati comparatione vnius partis multiplicatę duarum partium. Et si ita est,vt dicit,mirabile est.Sed comparatio nes istas cōprehendere difficile est:quāuis multi hominesin Musica eas compre hendant:propterea quia notę musicę habent superfluam extensionem, ita ᳍ mi nor dimensio illarum exemplo potest comprehendi, & est illa, quę multiplicat ex.36.partibus vnius partem vnam.Et ista verba sunt alterius sciētię,quę huic per accidens est necessaria hic parum.Sed in pulsu sunt tēpora breuia ad inueniendum hanc comparationē in eo adhuc magis:quia quies existens post spissi tudinem difficile est inueniri:eo ᳍ arteria est sub carne. Et propter hoc elegerunt tangere hanc arteriam:eo ᳍ illa est latior,& propinquior loci principij. & has arterias tangunt Medici. Sed genus sumptum a sua similatione,& a sua di uersitate oīa pręterita genera continet.quod est, quia assimilatio pulsus est, vt oīa genera secundū vnū modū concurrant.hoc est,quia si est magnus, vt sit perseuerans in sua magnitudine:& similiter si est velox,tardus,aut ex alijs.Et pul sus diuersus habet duas species,aut in omnibus generibus,aut in vno, aut pluri- *(Et dr̄ croma maioris perfecti.)* *(Cur tāgatur illa arteria ĩ brachio.)*

B bus sit diuersus:aut in multis pulsationibus,aut solum in vna. Item diuersorum pulsuum quidam est ordinatus:& est ille,qui multis reuolutionibus suam diuersi tatem conseruat. Et quidam est non ordinatus:& est ille, qui suam diuersitatem non seruat.Et conuenientius est vt species pulsuum diuersorum cum speciebus compositis computentur.& ego ex eis manifestiores dicam. Et genus sumptū a qualitate arterię,diuiditur in tres species,hoc est in frigidum,calidum, & tem peratum. Et quod sumitur a substantia arterię, diuiditur in durum,mollem, & medium. Et quod sumitur a contento in arterijs,diuiditur in plenum, vacuum, & medium.Istę sunt species simplices pulsuum. Et inueniuntur pulsus compositi,qui habent nomina,quę dicenda sunt.Quia quidā eorum dicitur pulsus capri zans.& est qui variatur in vna pulsatione,in tarditate & velocitate. & accidit huic pulsui vt festinet,& stet,& cito redit,& suū motū cōplet. & appellatur caprizās,eo ᳍ suus motus assimilatur saltui capreoli.Et quidā nominatur cauda so rizina,qui semper variatur,quia aliqį variatur ab augmēto ad diminutionē, & aliqį a diminutione ad augmētū.& istud augmentū & diminutio aliqį sunt pro portionata,aliqį nō.Et quidā dr̄ vndosus.& ille est,qui variatur in magnitudine & paruitate partiū orgāni in eminētia & ṗfunditate,in strictura & largitate cū mollitie substantię organi:& declinat parum ad paruitatē,sed non multū.& *(Alia diuisio.)* *(Diuisio a qualitate.)* *(Nota pulsus)*

C vniuersaliter suus motus assimilatur vndis maris,& ab eisdē nomē suscepit. Et quidam dr̄ vermiculosus,qui vndoso assimilatur:& est eo minor,& spissior. Et quidam dicitur formicans,& est minor istis duobus,sed est spissior. Et quidā dr̄ serrinus,qui vndoso in diuersitate partium similatur,tį eis rigidior est. Et quidā dicitur bis pulsans.& potest esse vt iste sic denominetur per diuersitatem,quā in vna habet pulsatione,quia in eadem iuterpolat,& reuertitur.& potest esse,vt di catur ᳍ duę pulsationes sunt vna:quia quies,quę est inter eas, non habet tēpus, quod mereatur dici tempus quietis.Et quidam dicitur tremulus. Et quidam dicitur tortuosus,qui percipitur talis,sicut si organum torqueretur. Et quidam dicitur arcuatus.quod est,quia est eminens in medio, & in extremitatibus profundus. Istę sunt oēs simplices species,& manifestiores,quę sunt in compositis.

De causis Pulsuum. *Cap. XVIII.*

DEinceps incipiemus narrare causas omniū. Et dicimus ᳍ causa magni tudinis pulsus est sanitas virtutis,et etiā sanitas instrumēti,& multa ne cessitas pulsationis. & propterea est iste pulsus signum dominationis sanguinis in toto corpore,& maxime si cum hoc iungantur velocitās,

& frequentia.quia hęc sunt testimonia multę necessitatis cum sanitate virtutis, D
& instrumenti.Et causę parui pulsus sunt istis contrarię: hoc est si sint propter debilitatem solum,aut inobedientiam instrumenti,aut propter necessitatis paruitatem.Et propterea, quando erit istius pulsus causa debilitas virtutis,necessario significabit complexionem malam materialem dominantem super virtutem ipsam debilitantem:aut significat euacuationem superfluam,propter quam intrinseca virtus est dissoluta. Et quando fuerit causa ex inobedientia organi, necessario significat malam complexionem siccam materialem:sicut accidit quando dominatur cholera,aut melancholia,aut dominatur in toto corpore complexio mala sicca non materialis,sicut est febris hectica:aut significat super congelationem,quę fit propter frigiditatem multam,aut propter extensionem arteriarum, quę fit propter apostema. Sed qui fit propter paucam necessitatem, significat paucitatem caloris.& aliquando aggregantur hęc omnia tria,& significat super ista tria.Et causa mediocritatis est temperantia rerum supradictarum. Et causa longi pulsus est paucitas virtutis:eo quod non potest extendere arteriam in latitudinem,& profunditatem secundum proportionem extensionis longitudinis. & hoc est pro maiori parte propter ineptitudinem instrumenti,sicut est propter rigiditatem,& obturationem cutis. Et causę curti pulsus sunt oppositę causis longi.& hoc fit propter virtutis debilitatem.& potest esse vt sit propter instrumenti rigiditatem,aut propter hęc ambo. Sed largi pulsus causa fortitudo virtutis E
est cum aptitudine instrumenti. Et causę stricti sunt istis oppositę. Sed causę eminentis sunt propinquę causis longi:excepto quod virtus fortior est, quã in illo vel alio:aut quia instrumentum est magis obediens.Et causę profundi istis sunt oppositę.Et causa velocis est multa pulsationis necessitas.tamen non est necessarium vt cum hoc adiungatur fortitudo:eo quod pluries natura laborat cum velocitate loco fortitudinis,quando fortitudinem non habet.& hoc fit propter debilitatem virtutis,aut ineptitudinem instrumenti. Et causę tardi istis sunt cõtrarię, idest non necessitas anhelitus,aut debilitas virtutis,aut ambo. & propterea est hoc genus pulsus signum malę complexionis frigidę,materialis vel immaterialis,proprię vel communis:aut debilitas virtutis propter euacuationem pręambulam,aut propter multos malos humores,qui dissoluunt virtutem propter malam eorum complexionem,vel qualitatem. Et causę generis recepti a virtute sunt manifestę. Et causę pulsus fortis,& debilis,quę sunt sumptę a virtute, manifestę sunt. Et causę spissitudinis eędem sunt cum causis velocitatis. & natura illum operatur,quando non potest facere fortem,vel velocem. Sed causa rari est propter paucam necessitatem cum abundantia frigiditatis. Sed genus sumptum a proportione quatuor temporum pulsus est, quia eorum a via naturali exitus est,vt motus dilatationis sit maioris comparationis ad motum constrictionis quam debeat:& est vt maior sit necessitas inspirationis quam respirationis.Et quãdo motus constrictionis erit maioris cõparationis ad motum dilatationis debito, tunc F
erit fortis necessitas ad euaporandum vaporem fumosum.Et quando quies erit maioris comparationis debito ad motum,tunc erit hoc propter debilitatem virtutis cum multa inspirãdi necessitate.Et similiter pmutatio cõparationis duarum adinuicẽ quietũ est,sicut permutatio cõparationis duorũ motuũ,hoc est motus dilatationis,& cõstrictionis.Sed genus sumptũ a similitudine,& diuersitate pulsus est manifestũ:quia assimilatio nõ fit,nisi bonitate virtutis,et ordinatione ipsius. vt causa permutationis est euaporatio virtutis,& ipsius debilitas. Et causa talis permutationis est vna duarũ rerũ:aut ꝓpter aliquã rem, quę virtutẽ debilitauit & aggrauauit,sicut dominium humorũ malorum:aut propter aliquã causam calorem intrinsecum cordis lędentem,quia distendit, sicut dolor oris stomachi. & potest esse,quod sit hoc propter debilitatem virtutis ipsius de motu instrumẽti: sicut contingit in fine ęgritudinũ nocentium.ideo quia debilitas semper dicitur in cõparatione.quia sicut contingit ꝓpter causam multorũ humorũ,sic nõ est impossibile vt sit causa motus instrumẽti ipsius.Et qui diuersificatur in multis pulsationibus,minus malus est,sicut est ordinatus in diuersitate pulsus. Similiter est malus minus non ordinato:propterea quia ordinatus cõseruat suum circuitũ in hac

A diuersitate:& conseruatio non fit nisi dominio virtutis propter aliquem motum. Et causæ specierum in diuersitate compositarum hę sunt. quoniam causę caprizantis pulsus aliquando proueniunt ex ineptitudine instrumenti. Et similis causa est pulsus foricini: excepto ꝙ quando permutatur ab augmento ad diminutionem, est signum diminutionis virtutis: & si redit ad suum principium, significat vigorem virtutis:& si a diminutione ad augmentum deuenit, fortiorem virtutem significat. Sed vndosi pulsus causa est virtutis debilitas cum organi mollitie. & frequentia sua est sicut si virtus partem membri super aliam aggregat: ita vt iste motus motui vndarum maris assimiletur, qui ex multis compositus est motibus. Et vermiculosi pulsus causę istis similes sunt, tamen sunt debiliores. & similiter formicans. tamen & ipse vermiculoso debilior est.& propterea dictum est, ꝙ non sit formicans, nisi vermiculosus pręcedat. Causæ debilitatis virtutis sunt manifestę: aut propter euacuationem superfluam, ex qua euenit syncopis: aut destructionem caloris intrinseci: eo ꝙ causæ, quæ faciunt ægritudinē, sunt contrariæ ei, & nocent illi. Sed serrini pulsus causæ sunt virtutis debilitas. & est compositus ex debili & paruo:& in ipso sunt partes anticipātes & postponentes, sicut in vndoso: excepto ꝙ in isto siccitas magna est manifesta. & quia siccitas fit etiam ab extensione, est serrinus pulsus signum calidi apostematis:& maxime, quando est in membris neruosis. quod est, quia rigiditas plus fit
B ibi propter neruum. Sed bis pulsantis causa, hoc est martellini, est organi duricies. quia agit, sicut malleus super incudem percuties bis percutit.& secunda pulsatio per se est, hoc est propter rigiditatem nerui. Et causa tremuli debilitas est virtutis. Et tortuosus significat super spasmum. Et arcuati causa similiter debilitas est virtutis: quia æqualiter organi partes ferre non potest. Istę sunt causæ septem generum pulsuum breuiter dictę. Sed de pulsibus apostematū dicemus, cum loquemur de signis cuiuslibet ægritudinum. Sed causę trium generum pulsus istis coniunctarum manifestæ sunt a rebus antedictis, hoc est a causis malæ complexionis. Et quia istæ species pulsuum non possunt comprehendi in aliquo indiuiduo nisi comparato ad pulsum sani, qui in corpore temperatæ complexionis inuenitur, aut ad aliquam octo complexionum secundum Galenum, aut ad quatuor, secundum ꝙ apparet a radicibus naturę: & iterum sanorum pulsus alter ab altero diuersificatur: & propterea eorum diuersificationem oportet nos cognoscere. quia si hæc ignoramus, ægrotantium pulsus minime cognoscemus. quod est, quia pulsus ægri non cognoscitur, nisi propter comparationem corporis sani, vt cognoscat diuersitatem complexionis ipsius. Et propterea necesse est ei, qui vult in hac scientia perfectus esse, vt se exerceat in cognitione pulsus sani, vt cognoscat diuersitatem complexionis ipsius, & vt cognoscat causas per-
C mutantes pulsum. quia nisi hoc cognouerit, posset errare, & opinari, ꝙ pulsus sanorum est pulsus ægrorum.

Quomō cōprehēdātur species pulsuum.

De diuersitatibus Pulsuum per res intrinsecas. *Cap. XIX.*

ET dicemus diuersitatem pulsus complexionum. Pulsus naturalis calidę complexionis maior est, & velocior pulsu temperatę. & potest esse vt sit frequentior. Et frigidę est contrarius paruior, & tardior tēperata, & possibile est vt sit magis submersus. Et pulsus siccę complexionis est cum paruitate durus: propterea quia duricies non est obediēs extensioni. Et pulsus humidę mollis declinans ad fortitudinem, & magnitudinem: quia in hoc humiditas obediens est. Et pinguedo, & macies habent significationem in actu pulsus, quia pulsus in corporibus macilentis euidentior apparet quam in pinguibus: eo ꝙ in corporibus pinguibus est pulsus quasi sepultus, & habet spissitudinem, & propterea habet fortitudinis diminutionem. Et ætates sunt ex rebus, quę ponunt diuersitatem in pulsu propter diuersitatem datam a complexione. quia pulsus puerorum ex parte caloris est velox, & ex parte debilitatis virtutis est spissus. & pulsus iuuenum est fortis propter eorum calorem & fortitudinem, & est rarior pulsu puerorum, & pulsus senum debilis est, rarus, & tardus. Et se-

xus similiter est ex rebus, quæ diuersitatem ponunt in pulsu. quod est, quia pulsus marium est fortior, & maior pulsu fœminarū: & pulsus mulierum minor est, & debilior, sed est velocior, eo ꝙ velocitas eis est loco fortitudinis. Istę sunt causę mutantes pulsum. Et somnus, & vigilia similiter habent operationes in pulsus permutatione. D

De causis permutantibus Pulsum ab extrinseco. *Cap.* XX.

SEd rerum extrinsecarum, quę pulsum permutant, quędam sunt in quatuor temporibus anni, & quædam in cibis & potibus, & in balneis aquæ calidę. Similiter & accidentia animę sunt ex his, quę permutant pulsum. Et ex his, quę permutant, antedicta sunt in cognitione pulsus. Et a rebus, quę superueniunt corpori a quatuor qualitatibus, poteris pulsuum diuersitatem cognoscere. verbi gratia, quia cibus, quando est nouiter in stomacho susceptus, pulsum ponit paruum, & debilem, & occultum. & quando digeritur, ponit contrarium. Et hoc est, quia cibus antequam digeratur, calor naturalis ab eo est sepultus, quemadmodum ignis a multis sepelitur lignis. & quando digeritur, tunc calor inualescit naturalis. Et propterea in nostris diximus radicibus, ꝙ cibus ex parte eius est similis, & ex parte est contrarius. Et simile est in somno, & in vigilia. quod est, quia somnus factus propter cibum non fit, nisi quia calor naturalis a cibo est oppressus, & vigilia pro maiori parte fit facta digestione. Sed permutatio propter tempus anni a se non est multum occulta. quia pulsus veris est calidus & humidus, sicut est in habentibus complexionem eandem. & similiter alia tria tempora se habent. Et qui opinantur ꝙ pulsus autumni est similis pulsui veris in fortitudine, frequentia, aut temperie, penitus errat: propterea quia in illo tempore virtutes sunt diminutę propter paucum calorem spirituum. immo isto tempore est quasi similis senum virtuti: quia istud tempus tempori senectutis assimilatur. Et propterea tunc plurima terrę nascentia senescunt. & etiā virtus generatiua in isto tempore in vegetabilibus, et animalibus debilitatur. Et similiter regiones habēt operationem in permutatione pulsus, & complexionem permutant. Iam dictum est sufficienter de pulsibus. & qui petierit vltimiorem particularitatem in scientia pulsus, perquirat ipsam in libris Spicatorum. E

De Vrinis generaliter. *Cap.* XXI.

Accidentia vrinę qd significant.

ET deinceps volumus loqui de vrinis. Et dicimus ꝙ accidentia, quæ apparent de vrina, sicut superius dictum est, quędam significant digestionē hepatis, venarum, & membrorum: & quædam significant ægritudinē renum, & vesicę. Sed primo volumus narrare signa apparentia in vrina, sicut superius dictum est, quæ significant digestionem hepatis, venarum, & membrorum: et postea dicemus vniuscuiusque significationem specierum. Et res, per quas significat vrina, sunt trium specierum. prima est vrinę color, secunda est substantia, tertia est contentum. Et color vniuersaliter diuiditur in quinq; partes, quas diximus quinque genera. Primum est color citrinus. & habet multas species, sicut palearis, & citrinus, & post assar, et post illū vacatinus, qui croco assimilatur, & post illū, qui assimilatur croco rubeo. Secundū genus est coloris rubei. & illud habet gradus, sicut color, qui nominatur asaab, idest color rubeus mixtus cum quadā albedine, sicut est in rosa: & qui nominatur chymos, q est vt sanguis: & rubeus, qui in superficie habet nigredinem, & dicitur arima. Et tertium genus est color viridis. & habet gradus, sicut fisticus, & sicut giniar, & sicut cœlestis, qui in Arabico dicitur elsemet miza: et sicut nigellinus, et sicut porrinus. Et quartū genus continet colorem nigrum. & habet gradus, videlicet quendā qui declinat ad obscuritatem quandam, & quendā qui declinat ad citrinitatem, & quendam qui declinat ad melenzanum. Et quintum genus dicitur album æquiuoce de vrina, vel de aqua, sed albus est ille, qui vere color albus F

Triplicia sūt signa in vrina.

Genera colorū vrinę.

A est. & quidam est qui spermati assimilatur, quidam assimilatur lacti. Isti sunt simplices colores vrinę. Et sunt alij multi compositi colores, de quibus dicere hoc non est necessarium: sicut color oleaginus, & qui assimilatur loturę recentis carnis, & similes. Et secundum significatum sumitur a substantia. & substantia quædam est subtilis, quædam grossa, & quędam medioctis. Et hoc sumitur quatuor modis. Vnus est, vt vrina sit subtilis, & postea ingrossetur. Secundus est, vt sit grossa, & postea subtilietur. Tertium est, vt fiat subtilis, & remaneat subtilis. Quartum est, vt fiat grossa, & remaneat grossa. Item quædam substantia est clara, & quædam obscura: & clara naturaliter substantiæ subtili coniungitur. Tertium significatum est contentorum. & contenta vrinarum sumuntur a colore, substantia, loco, & dispositione. uam quoddam est album, spissum, & coctum, & stat in profundo vasis, & ipsius partes sunt æquales, vt figuram habeat pineatam: & istud est naturale, quod appellatur in Arabico, & dicitur atenorum. & quoddam furfuri assimilatur, & quoddam saniei assimilatur, & quoddam est sanguineum coagulatum, & quoddam assimilatur pilis, & quoddam arenulis, & quoddam assimilatur partibus ferramenti, & quoddam assimilatur ferri squammis. Et hæc omnia sunt pręter naturam: sicut color rubeus, niger, & obscurus sunt pręter naturam. & quoddam est in parte superiori, & quoddam in media, & quoddam in infima. Et quoddam est naturale, cuius
B totum est æquale in omnibus partibus suis: & etiam a quo partes grossę a subtilibus diuiduntur.

De significationibus Vrinæ sumptis ex eius Colore. Cap. XXII.

ET postquam breuiter dicta sunt signa, quę ab vrina sumuntur, deinceps dicemus eorum significata, & incipiemus a colore. Et dicimus ꝙ vniuersaliter colores citrini cum eorum gradibus significant admixtionem choleræ cum vrina. Sed eorum naturalior color est citrinus. & alij qui sunt a cholera, omnes excessum caloris significant: tamen secundũ ꝙ propinquiores sunt igneo colori, sicut color cholere vitellinæ, qui assimilatur colori vitelli ouorum de die natorum, quam dicit Galenus calidiorem omnibus speciebus cholerę esse. Sed colores rubei vniuersaliter significant dominium sanguinis, & virtutis debilitatem: & maxime illa, quę declinat ad rubedinem, super quam est nigredo: sicut significat illa, quę declinat ad igneitatem, plus quam super choleram. Et dicitur ꝙ aliqui in febribus acutis fundunt sanguinem per vrinam: quamuis in eis non sit vena fracta. & hoc significat periculosam crisim, aut dominium sanguinis quantitatiuum. Et nigra vrina significat adustionem, & super dominium fri
C giditatis. quod est, quia ca or, & frigus hęc duo faciunt. Sed quod a caliditate prouenit. habet signa pręambula caliditatem significantia. sed quod a frigiditate prouenit, viriditas, aut fuscedo præcedit, & vniuersaliter alij colores frigiditatem significantes. Et aliquando fit vrina nigra propter admixtionem cholerę nigrę propter expulsionem cholerę nigrę, quę a natura fit, sicut in spleneticis fit. Et omnis viriditas significat frigiditatem, excepta illa, quæ zinaria nominatur, & porrina: nam illę fortem adustionem significant. Et non est dubium, quin fisticina, & indica seu cœlestis significent super caliditatem, quia videmus vrinas cholericorum mixtas viriditati cum citrinitate. & quia viriditas est principium nigredinis, ob hoc causę, quæ faciunt nigredinem, eædem sunt cum causis, quę viriditatem operantur: excepto quia in viriditate sunt debiliores, Et vrina alba & clara, sicut aqua, significat digestionis defectum, & virtutis nutritiuę debilitatem, aut oppilationem, aut vtrunque. Et vrina, quę spermati assimilatur, significat humorum phlegmaticorum frigidorum crudorum abundantiam: & vt plurimum apoplexiam, aut similem ægritudinem significat. & pueri hanc habent vrinam, quando epileptici fiunt. Et possibile est vt hęc vrina sit signum crisis in ægritudinibus phlegmaticis. & possibile est vt sit color albus in ęgritudinibus acutis. Sed est plurimum perditionis signum: quia significat ascensum choleræ ad superiores partes, & ibi facit apostema, Et aliquando vrina erit

rubea, & ægritudo erit frigida. & hoc accidit propter fortem dolorem, vt in coli D
ca: aut propter oppilationem viarum, quę currunt a felle ad intestina: quia tunc est necesse vt ille humor exeat per vrinam. & alię causę assignantur: sed istæ sufficiant. Sed colores compositi, sicut lotura carnis, significant debilitatem virtutis hepatis, aut renum. Et vrina, quę oleo assimilatur solum in colore, ossium febrem significat: eo ꝙ pinguedinem liquefieri in membris significat: excepto ꝙ hanc nigredo non pręcedat. ꝙ si hoc esset, casum virtutis significaret. & quidam dicunt ꝙ hęc vrina in acutis febribus apparet: & secundum illos materierum pingulum signum est criticum. sed hęc accidit raro.

De significationibus Vrinæ sumptis ex Substantia eius. Cap. XXIII.

SVbtilis vrina defectum digestionis significat: eo ꝙ digestio necessario materiam ingrossare debet: & defectus digestionis fit propter humorum cruditatem, aut propter defectum virtutum, aut propter cibi & potus multitudinem. Et ex rebus multum adiuuantibus subtilitatem vrinæ est viarum oppilatio. & propterea vrinę calculosorum subtiles sunt. & si post subtilitatem apparet grossa substantia, signum est ꝙ natura incipit digerere. Sed si ab ipso E
principio apparuit grossa: & in eadem grossitie manserit, significat multam humorum ebullitionem a calore extraneo factam. et propter hoc est malum signũ. Sed vrina grossa, quę post subtiliatur, & iterum ingrossatur: quamuis hęc operatio a natura procedat, pigritiam naturę significat post incœpti operis principiũ. Et si grossities propter motum humorum fuerit, hoc est bonum signum. quod est, quia significat ꝙ natura digerere incœpit. Et quidam hoc reprehendere volentes dixerunt ꝙ non sunt aliqua signa tenenda in vrina, nisi ex opere naturę interioris. sed si ab aere extrinseco fuerint, tenenda non erunt. Sed isti ignorant ꝙ aer non operatur in vrina res diuersas, nisi propter pręparationem, quam ab interiori natura capit. Et vrina, quæ in principio ęgritudinis a parte naturę apparet grossa, & postea subtiliatur, longitudinem ęgritudinis significat. Et iam dictum est, ꝙ puerorum vrina naturaliter est grossa, & iuuenum subtilis.

Puerorũ vrina grossa & iuuenũ subtilis.

De Hypostasi Vrinæ, & de eius significationibus. Cap. XXIIII.

Hypostasis est superfluitas tertiæ digestiõis. Idẽ tertio de differentijs febris. capite 6. sed primo prognosticorum vltimo, uult quod sit humor non digestus ab hepate. Nebula dr, qñ est in superiori parte. Ras. 10. ad Almã. c. 30. nephilis, q̃ supnatat:

HYpostasis sanitatem denuntians debet esse in fundo, & esse alba, lenis, æqualis, & in forma pineata in fundo: eo ꝙ est superfluitas tertię digestionis, & de natura superfluitatum est vt sint graues. Alba: quia membra non nutriuntur ex sanguine, nisi postquam est dealbatus, & eis assimilatus. & propterea erit color superfluitatis sicut color nutrimenti, quando virtus nutritiua sequitur suum cursum naturalem. Lenis, & ęqualis propter digestionis temperiem. Et quia hęc temperies ęqualis est in omnibus suis partibus, debet esse pineata. propterea ꝙ hęc figura proportionis æqualitatem omnium suarum partium in leuitate & grauitate ostendit. & quia actio caloris in hac forma dominatur, & etiam corpora grauia naturaliter extenduntur et dilatantur: sed leuia in seipsis aggregantur, & petunt ascensum, quousq; acuantur, sicut accidit flãmæ ignis. Sed significatio, quę a loco sumitur, est hęc: videlicet, quia illud, quod stat in parte superiori, quod nebula appellatur, significat principium apparitionis digestionis, dummodo sit alba. Et propter hoc dicit Hippocrates, ꝙ si vrina nubem albam quarta die fecerit, crisim in septima indicabit. sed quę stat in medio, significat digestionis crementum. & quę est in fundo, perfectam digestionẽ gestionem significat absolute, dummodo in hoc perseueret conuenientibus diebus. Sed si modo apparet, modo vero non, significat naturę debilitatem, & illius impedimentum. Et est sciendum ꝙ aliquando in vrina apparet hypostasis alba, quando materia est phlegmatica, non cocta. & hęc differt a naturali, eo ꝙ ipsius partes sunt diuersæ. Sed color citrinus hypostasis significat citrinę chole F

A rę dominiū, quod virtutem impedit digestiuam. & ob hoc signū est malum. Sed rubea solum significat materiam multam, & pigritiā naturę, quę ipsam propter hoc hęc hypostasis longitudinem ægritudinis significat. sed est salubris, nisi malum aliquod apparuerit signum. quod si apparuerit, significat mortem longo tēpore * pręcedēte. quod est, quia hoc malum signum adiunctum significat ꝙ hęc materię multitudo virtutibus in fine dominabitur, & ipsas vltimo prosternet. Et si eidem bonum signum copulabitur, contrarium significabit. Sed malum, quod hęc hypostasis significat, non est nisi ex parte quantitatis. & ob hoc pro maiori parte est signum salutis. Sed color niger in febribus acutis est vstionis signū. & propter hoc mortem significat. Sed differentia, quæ est inter hanc hypostasim & humorem nigrum, quem expellit natura per viam crisis, est ꝙ hęc hypostasis est in vasis fundo. Sed humor expulsus in vrina est dispersus. & propter hoc diuersitas loci diuersam ponit intentionem, hoc est, quia quando hypostasis nigra est suspensa, minus est mala hypostasi in fundo decumbēte. quod est, quia significat alicuius digestionis principium, quamuis sit mala, & minoris est grauitatis. Sed quę est in fundo, malam digestionem complete significat. Et quando hypostasis est obscura, frigiditatem naturę, vel caloris naturalis extinctionem significat. Et hypostasis alba ginaria multitudinem motus humorum, & defectū digestionis significat.

Teneorema, est ī medio: hypostasis ī fundo. Ex hoc corrige literā Auic. li. prīo fen. 2. doc. 3. c. 6. Vide tertio Theizirtra. primo. ca. 7. * a, l. procedentem.

B Sed corpora hypostasium extra naturam multarum manerierum sunt. quia quędam sunt, quę tritico fracto assimilantur: & quędam quę orobo assimilantur. & significant hę membrorum liquefactionem, aut humorū vstionem. & propterea in ægritudinibus acutis sunt malę. & si habuerint colorem rubeum, humorem sanguineum vstum significant, aut partium hepatis, aut lumborum significant adustionem. Et dicitur ꝙ citrinus in lumbis magis fit pro prius. sed laminosum est pessimum. quod est, quia membrorum radicalium liquefactionem, & incisionem significat. Sed furfureum aliquando fit propter scabiē vesicę, & aliquando fit propter liquefactionem membrorum. & quod differre facit illud, quod ex scabie uesicę, aut ab alio, est ꝙ in ipso pruritus in partibus virgę sentitur. & vniuersaliter quandocunque hęc accidentia passioni, vesicę adiūguntur. Et arenosum significat, aut lapidem coagulatum, aut incipientem coagulari. & si fuerit rubeum, lapidem in renibus significat: & si fuerit album, lapidē in vesica demonstrat. Et saniosum apostematis rupturam significat in vrinę mēbris locati. Et sedimen habens pilos similes capillis, humiditatem grossam in renibus a colore extraneo generatam significat. Et sanguineum coagulatum apertionem venę, aut apostema in vrinę vijs significat. Et quod dictum est ad presens de significatis vrinę, sufficiens est quantum ad nostram opinionem.

Corpora hypostasiū multiformia.

C

De signis Aegritudinum membrorum intrinsecorum, & extrinsecorum in generali. Cap. XXV.

DEinceps nos dicemus de signis cuiuslibet ęgritudinis in membris manifestis, & occultis. Et secundum ꝙ dictum est, quędam ęgritudinum sunt in membris extrinsecis, & sunt manifestę per se. & significatio in istis non est necessaria nisi in causis. Sed ęgritudines, quę sunt in partibus intrinsecis, tribus modis significatione indigent. vnus est ex parte membri patientis. secundus est significatio qualitatis ægritudinis. tertius est significatio ægritudinis causę. Et incipiemus a significationibus ęgritudinum intrinsecorum. Et dicemus ꝙ iam dictum est, ꝙ ægritudines complexionales habent duas species, videlicet materialem, & non materialem. Et hę duę species aut toti corpori communicant, aut parti. Et quando materialis ægritudo est in vno membro, aut fixa est in vijs suis, aut in eius essentia, sicut apostemata, & vlcerationes. Et significatio illius, quę est in vijs, est de genere significationum extrinsecarum, vel intrinsecarum ęgritudinum. Sed apostemata intus, & extra fieri possunt. Sed ægritudinum officialium quædam fiunt in partibus extrinsecis corporis, sicut dilatatio, & dissolutio, quæ fiunt manifestæ sensui: & quædam

Aegritudines complexionales bipartitę.

fiunt in partibus intrinsecis corporis, sicut oppilatio, lenitas, & asperitas membrorum. D

De signis febris Ephemeræ. *Cap.* XXVI.

ET incipiemus a mala complexione vniuersaliter totum corpus ambiente, quę febris nuncupatur. & incipiemus a febre diei. Et dicimus ꝙ ipsam semper precedit aliqua ex extrinsecis causis efficientibus: excepto ꝙ hęc in ipsa non est ex signis proprijs. quod est, quia cum febre diei semper hoc inuenitur. sed non conuertitur, vt semper talibus causis stantibus, necessario febris adsit. Et propterea instandum est, vt signa propria cognoscamus, & etiam communia ad credulitatem fortificandam adducamus, & etiam quia valent ad contrarium remouendum. Et huius febris signa propria sunt duo. Vnum est, ꝙ pulsus in hac febre varius non est. quod est, quia varietas nõ fit in putridis febribus, nisi propter humorum multitudinem, aut malitiam. Secũdum est, ꝙ vrina suum naturale sedimen non mutat: quia in hac febre vrina nõ mutat nisi colorem. & hypostasis non egreditur a solito, nisi propter humorum putredinem. & ob hoc necesse est vt in hac febre hypostasis a solito non mutetur. Et ex significationibus aliquando erit, vt in hac febre accidentia fortia nõ sint, & est lenti caloris non inflammantis. & vt plurimum semel accidit, vel forte ter aduenire potest. & dicitur ꝙ quando patiens intrat balneum, & horripilationem non sentit, ꝙ tunc est ephemera. Et hę sufficiunt significationes in febre diei. E

Signa ꝓpria febris duo.

De febribus Putridis, & de earum signis in uniuersali. *Cap.* XXVII.

ET dicamus de putridis. Harum febrium vniuersaliter duę sunt species: vna in omnibus venis fit, & alia fit in humoribus digestionis membrororum. Et differentia, quę est in his duabus speciebus, talis existit. quod est, quia febris, quę fit ex materia existente intra venas, interpolationẽ non habet, neque typum: quamuis paroxismus aliquando plus fortificetur alijs diei temporibus. sed febres, quarum materia est extra venas, habent interpolationem, circuitus, & typos. Et causa, propter quam habent circuitus, est, quia humor, qui putrefieri debet, non putrefit simul & semel. quod est, quia in eo pręparatio putrefactionis nõ est completa, sed paulatine in putrefactione procedit. & hic sequitur modus ordinationis. quod est, quia hęc operatio secundum aliquẽ modum est naturalis. quod est, quia natura in hoc regimen habet, eo ꝙ est putrefactio cum digestione. & propterea varietas ordinationis in circuitibus signum est malum. Et non est hęc operatio attribuenda calori putredinali simpliciter, sed calori naturali: eo ꝙ in materia non naturali operatur, sicut in multis vijs naturę reperitur. Et rationes Galeni, quibus conatur attribuere ordinem circuituum substantialiter calori putredinali, hic infringuntur, et nostras radices naturales non sequuntur, quę super Philosophiam & Metaphysicam inscribuntur. & qui illas non intelligit, hoc non confitebitur. Et propterea mea sententia penitus est, ꝙ natura istos circuitus cum calore intrinseco operatur: quamuis superuenerit huic calori aliquid extra naturam in quantitate, aut qualitate, in eo ꝙ est agens in materia non naturali, videlicet in humore ægritudinem faciẽte. Et accidens, quod cum humore aduenit, est simile in hoc accidenti, quod ei aduenit cum cibo. quod est, quia incontinenti sumpto cibo infrigidamur. Et non est inter hęc duo differentia, nisi ꝙ accidens, quod aduenit propter cibum, est naturale, quia cibus est naturalis. sed quod aduenit cum humore, est pręter naturam: quia calor, cum materię primo obuiat, sepelitur, & postmodum assumit victoriam super ipsam, & augmentando ad suum reuertitur esse, quando ipsius digestio fuerit perfecta. Et iam bene exposuimus omnia in tractatu, quem F

Febriũ vniuersaliter sũt duę species.

A fecimus super libro de febribus Galeni. Et illę ordinationes circuituum diuersificantur secundum naturam humorum, & quantitatis facientis febrem, secundū ꝙ infra dicemus. Et causa, quare febres, quę sunt intra venas, interpolationem non habent, est, quia quando in parte humoris putridi calor accenditur, non potest ipsum natura dissoluere, donec alia particula accendatur. & hoc propter solidationem vasorum contingit, & propter eandem causam etiam typus non fit: & etiam quia illud ex eo, quod dissoluitur a membris sensibilibus, non sentitur. Sed putrefactio, quę in humore fit, qui extra venas est, huic contraria existit, propter euaporationem, quę per porositatem membrorum fit. & propterea sunt in istis circuitibus typi propter sparsionem humoris pungitiui super mēbra sensibilia, aut humoris ventosi: propterea quia typus magis appropriandus est humori mobili ventoso quam fixo. Et signa propria febrium putridarum sunt duo. vnum est, ꝙ vrina in principio hypostasim non habet: propterea quia calor est impeditus propter humoris digestionem. aliud est, ꝙ pulsus est varius & diuersus. Item alia sunt signa istarum febrium a signis significantibus duas species repletionis, hoc est secundum vasa, & secundum virtutem. Ista sunt propria signa vniuersalitatis febrium putridarum. Signum febriū putredinalium duo.

B

De signis febris Cholericæ. Cap. XXVIII.

SEd signa propria vnicuiq; febris sunt hęc. Scias ꝙ signa febris, quę fit ab humore extra venas, et in febre cholerica, sunt typus fortis pungitiuus. Et pulsus in principio istius febris est paruus, rarus, & debilis. & hoc est propter humorem, qui calorem obruit naturalem. & propterea refrigeratur corpus in principio paroxismorum, ex eo ꝙ calor naturalis ab humore opprimitur putrido. Et quaudo calor extraneus generatus in humore putrido calori naturali admiscetur, tunc crescit, & per totum corpus augmentatur. & propter hoc pulsus in eodem statu non permanet, sed propter caloris crementum crescit, & fortificatur. Et vrina in hac febre pro maiori parte est ignea: & patiens penitus affligitur siti; & aliquando his iungitur amaritudo oris. Et dicitur, ꝙ quādo hęc febris dicitur pura, ꝙ ipsius paroxismi ad plus vsque ad duodecim horas prolongantur. Et circuitus huius febris est tertianus: sed tamen non conuertitur, quia non est necessarium ꝙ omnes febres, quę habent circuitum hunc, sint de cholera, sed possibile est vt sint duę quartanę, aut duę quintanę. & hoc non accidit nisi in principio ægritudinum. Ista sunt signa propria huius febris. Et aliquando significationes istę rebus communibus fortificantur, hoc est quia complexio, aer, ætas, & aliud regimen huic humori comparantur. Et aer cum C hoc humore comparationem habet modis duobus: vnus est secundum suum tēpus naturale, vt est ęstas, quę est calida & sicca: alius est, quando egreditur suū cursum naturalem ad caliditatem & siccitatem: quamuis tempus per sui naturā debeat esse frigidum. Sed febres, quę paroxismos non habent, istis communicant, exceptis circuitibus, & typo. Et in hoc genere ingreditur febris: quę causus nuncupatur, cuius materia intra venas est: & maxime circa os stomachi, & hepar posita est. propterea in hac febre non est rigor. Et sitis fortis huius febris proprium signum est. Et peior specierum causi est illa, q̄ fit a choler zinaria, aut prassina. Et illius paroxismus longus est propter inobedientiam humoris illius ad digestionem recipiendam. Aer hēt duas cōparationes cum humore febris cholericæ.

De signis febris Phlegmaticæ. Cap. XXIX.

ACcidentia magis propria huius febris sunt, quia in principio extrema infrigidantur, & est tempus frigoris longum, sed paulatim inualescit, & quando incipit calor apparere, redit frigus, & fortificatur super eū. Et tempus paroxismi istius febris decem octo occupat horas. Et calor istius febris non est mordicatiuus, nec furiosus, & propterea primitus tactui non

manifestatur. Et huius febris pulsus rarior, & minor est pulsu febris tertianæ in quolibet quatuor suorum temporum. Et vrina in hac febre est subtilis & alba, aut spissa & obscura. & si calor putredinalis est fortis, & phlegma purum nõ est, tunc possibile est vt vrina sit rubea, & palpebrę patientis tumidę erunt. Et in pluribus horum patientium os stomachi est frigidum. & si vomitus eueniet, phlegmaticum euoment. Et aduentus ipsius paroxismi omni die signum propriũ non est: quia duę tertianę hunc eundem faciunt paroxismum. Paroxismus longus est propter ipsius humoris tarditatem. & paroxismi ipsius plus continuantur quam cholerę paroxismi: quia iste humor putrefactioni magis est appropriatus. Et adhuc propter longitudinem paroxismi aduenit humori non corrupto pręparatio putrefactionis propter longam moram caloris extranei in corpore diu permanentis. & hoc propterea accidit, quia calor febris huius est temperatus, & subiectum habet humiditatis. Sed in febre cholerica, quia calor extraneus cum ea accensus cito transit, non est tempus pręparans ad putredinem in parte non putrefacta. Et vniuersaliter in hac febre calor intrinsecus est valde sepultus. hęc enim est causa ad plus continuandos in hac febre paroxismos. Et deterior harum febrium est illa, quę ex phlegmate fit vitreo. Et similiter etiam aliquando cognoscitur hęc febris, aere, ætate, et consuetudine, & complexione. quia hęc comparationem habent cum humore hanc faciente febrem.

Cur paroxismus longus.

Que est deterior febris

D

E

De signis febris Quartanæ. *Cap.* XXX.

HAec incipit cum frigore graui, ita ꝙ tunc accidit patienti stridor dentium. Et patiens tunc sentit membrorum confractionem. & hoc fit propter frigiditatem ipsius humoris, & grauitatem. Et pulsus istius febris est tardus, rarus, & paruus, plusquam fit in phlegmatica: hoc dico in principio paroxismi. & dicitur ꝙ in augmento maior est quam in phlegmatica. quia calor in hac febre manifestatur, & febris fortior existit. Et colores vrinæ in hac febre variantur. nam aliquando est alba, & subtilis ad viriditatem declinans: & aliquando nigra & grossa, ad rubedinem declinans. Et vt plurimum hęc febris alias sequitur febres. Et tempus huius febris est longum. & tempus reuolutionis ipsius est dimittens duos dies, & inualescit tertium. Et quartanę circuitus est quasi sicut proprium signum in hac febre propterea quia non inuenitur talis circuitus in aliqua alia febre simplici, vel composita. Et maior pars hanc patientium sunt splenetici. Et fortificatur significatio in hac a rebus communibus, secundum ꝙ in alijs dictum est, vt ab aere, et ab ætatibus, & a complexione, & a signis significantibus dominium istorum humorum.

F

De signis febris, quæ in Arabico nominatur Michabecha, & est febris Sanguinea. *Cap.* XXXI.

HAec febris typum non habet, eo ꝙ sanguis eam faciens est in venis: excepto si fieret propter apostema nominatum phlegmone, quod in aliquo membrorum principalium esset generatum, sicut in hepate, & etiam diaphragmate: quia tunc in hac febre essent paroxismi tertianarij, similes cholerę paroxismis: quia sanguis quando supercalescit, ad naturam declinat cholerę. Et propterea in hac febre non est differentia inter febrem cholericam, quę habet materiam intra venas & istam, nisi in magis & minus: quia non potest in corpore fieri febris de cholera pura solum, quia talis febris de cholera de necessitate mortifera esset. quod est, quia cholera non est apta recipere aliquam digestionem, nisi in hoc, ꝙ cum sanguine est admixta, aut cum materia, qua nutriuntur membra radicalia, hoc est sanguis dealbatus. Et signa, quæ significant hanc febrem, sunt signa dominium sanguinis significantia, & iam nos narrauimus ipsa. Et pulsus hanc patientis est in vltimo magnitudinis, & fortitudinis, Vrina est rubea, & grossa, Et suspiria, & inquietudines

Nõ posse fieri febrem de cholera pura.

dines

A dines sunt propria in hac ægritudine.& in cholerica.excepto ꝙ in ægritudine illa fortiora existunt.Et alienatio mentis propria est in febribus acutis. Et verba Galeni varia sunt in hac febre.quia aliquando dicit ꝙ est cholerica cōtinua: & aliquando dicit ꝙ est aliud a cholerica,& ꝙ non debet attribui cholericæ,nisi quia non habet putrefactionem perfectam;quia natura istius febris est media inter febrem diei & febrem putridam.& sententiam meam tu iam nouisti, Item febris ista non habet nisi vnam periodum,& in illo aut soluitur,aut occidit. Et aliquando incipit lenta,& semper ad vltimum fortitudinis crescit. & aliquando est contrarium.& aliquando in vno permanet statu, & causa huius paroxismi alias per alios multoties dicta est. Ista sunt signa cognitionis febriū simpliciū. & qui simplices cognouerit,compositas cognoscere poterit.& ista exempla nō fuerunt data nisi per modum similitudinis,quia raro inueniuntur, Et adhuc quia maior pars accidentium,quæ in his febribus tibi narraui, non verificantur nisi in febribus, quæ sunt de materia humorum naturalibus propinquorum. verbi gratia quia paroxismus febris cholericæ maior duodecim occupat horas, quādo cholera naturalis est putrefacta.sed quando vitellina,aut zinaria putrescit, tunc longior erit paroxismus,& accidentia erunt pessima,& pauci euadunt,& maxime ex zinaria:eo ꝙ aptitudinem digestionis non habet.quod est , quia quandocunque humor adeo contrarius est,vt complexio corporis non possit agere B digerendo super eum,tunc febris deteriorem exitum habet, & quandocunque potentię propinquior est,tunc febris salubrior est.

Secundo de drijs febriū c.1.et penul. & 9. Meth. med.3. & 3. Prognostic. 7.Sed prima aphoris. 12. vr̄ eā negar. ꝓ quo vide Auic. prima quarti tra.2. c.45.& Ra. 16.cōti. c.2. & 17.eiusdē c.4. vbi vñr ei imponere diuersa.et 3. Colliget. 8. & 8. Theoricę.c.4. cōceditur. & Rabbi Moyses decima aphor. particula imponit ei diuersa.

De compositione Febrium. *Cap.* XXXII.

ET scias ꝙ compositio febris est a causa locali,aut a causa materiali. Itē causæ materiales tres habent modos. Vnus est,quādo duo miscentur humores.& tunc materia febris fit inter illos duos humores simplices, qui singulas possunt facere febres, & etiam accidentia tunc ex his mixta erunt. Item alius modus est,vt vna sit putrida,& alia sit hectica, Tertius modus est,vt vnus modus faciens febrem sit cum apostemate,& alius sine. Et aliquando componuntur duæ febres,& miscentur earum paroxismi, absque eo ꝙ materiæ misceantur.& hoc propter causas locales accidit:sicut possibile esset vt vna esset intra venas,& alia esset extra.& in hoc genere loquatur febris, quę hemitritæus nuncupatur.Et aliquando humores febrem facientes erunt vicini, sed non mixti.Et possibile est etiam vt omnes istæ species adinuicem componatur. Et etiam potest vnus modus compositionis dici, vt secundum magnitudinem & C paruitatem,& secundum fortitudinem & debilitatem, hoc est vt causarum efficientium vna sit fortis, alia debilis.

Causę materiales habēt tres modos.

De signis febris Hecticæ. *Cap.* XXXIII.

HAec febris tres habet species,secundum ꝙ ab alijs dicitur, & accidentia in hac secundum plus & minus diuersantur.& accidentia eius occulta sunt in principio. Et quandocunque videbis corpus cum calore continuo lento vltra dies tres,quando non in corpore incipit manifestari, tunc vni lentæ continuæ assimilatur.Et si patiens eam quasi non sentit, nec habet putridarum febrium significationem , opinandum est ipsam esse hecticam, Item post horas tres ab assumptione cibi patientis pulsum considerare debes,& caloris quantitatem.& si calorem inueneris augmentatum. & pulsum velocem, aut in aliqua dimensione magnificatum,tunc istam febrem hecticam iudicabis. quod est,propterea quia membra malam complexionem acquirunt calidam, & de natura nutribilis est sibi nutriens assimilare, necesse est vt cibus corpori adueniens calorem extraneum debeat adipisci;quamuis cibus ille frigidus sit, aut non.& propterea tunc febris fortificatur, & accidentia augmentantur. quod in putridis non conuenit:propterea quia calor extraneus in illis radicaliter nō est

Tres species febris ethicę.

Contra nonnullos Medicos de cāis febris hecticæ.

fixus in membris, quę in cibū agere debent. Et causę, quę ab aliis Medicis dātur, accidentales sunt, sicut fabulæ cantatorum. quia dicunt ꝙ cibus in talibus patientibus & corporibus est secundū similitudinē aquæ super calcē proiectę: quia impossibile est vt virtus nutribilis a nutriente tantum sit elongata, vt ipsum eidem sit contrarium, sicut aqua calci. reperiuur enim ꝙ vnumquodq; istorū alterū corrumpit. Et raro hæc febris accidit, nisi post alias febres, sicut post ephemerā in corporibus ad hanc paratis, aut post aliquam ex febribus putridis. Et qn̄ fortificatur hæc febris, marcescit corpus infirmi, & siccatur pellis eius, & deformatur facies, & profundantur oculi. Et cum venerit ad vltimū gradū hecticæ, videbis oculos eius quasi aspersos cinere, sicut videtur in oculis eorum, qui tangunt puluerem. & contrahuntur palpebræ inferius, sicut accidit patienti subeth. & pellis frontis est tensa & sicca, quasi corium præparatum. & tempora habet tensa, auriculæ, & palpebre citrini fiunt coloris. & pellis myrach ventris fit sicca & rugosa. & pulsus eius est tensus, sicut chorda, velox, & debilis. et vrina est oleagina. Alia vero signa istius febris manifesta sunt, & in libris spicatorū plene enarrata. vnde non est necessarium ea reiterare. D

De signis apostematum Sanguineorum. Cap. XXXIIII.

DEinceps volumus loqui de signis apostematū. Et dicimus ꝙ signa apostematum sanguineorū sunt rubedo coloris cū forti calore, & rubore, & dolore magno: saluo ꝙ membrū nō sit insensibile, & cū hoc extensionē habeat. & hæc sanguinis apostemata diuersificantur secūdū magis & minus. Et scias ꝙ in apostematibus istis sanguis mundus est a putredine: sed qn̄ putrescit, generatur pustula. Et signum istius apostematis est, qm̄ est maioris* inflammationis valde phlegmone. & in his apostematibus febris est fixa, & in hoc genere sunt apostemata, quę fiunt in subascellis, & inguinibus. E

*inflationis

De signis apostematum Cholericorum. Cap. XXXV.

ET signa cholericorum apostematum sunt coloris citrinitas, & humorū subtilitas, & dolor fortissimus sine extensione. & formica de ambulatiua huius generis est.

De signis apostematum Phlegmaticorum. Cap. XXXVI.

ET signa phlegmatici apostematis sunt coloris albedo cum priuatione doloris, etiā si comprimuntur. & vniuersaliter ista apostemata sunt apparētia, & oculis discreta, & simplicia sunt. Et in cognitione nō indigēt forti perscrutatione, cōposita tamen indigent fortiori. & illa per comparationem simplicium accidentium cognoscentur. F

De signis apostematum Melancholicorum. Cap. XXXVII.

SEd apostemata melancholica cum phlegmaticis cōicant in doloris priuatione: saluo ꝙ in tactu duriora, & in colore obscura. Et cancri ēt in hoc genere existunt. & sic denominātur, eo ꝙ cancrorum pedibus assimilantur: eo quia venę, quę eos circūdant, sunt sanguine nigro repletæ. Ista sunt signa apostematū, quę in partibus exterioribus corporis apparent. sed de his, quæ in intraneis partibus corporis fiunt, dicā, cū ægritudines mēbrorū interiorū enarrabo. Aegritudines vero, quæ in superficie cutis apparēt, sunt sicut variolæ, &

A morbilli, scabies, lepra, & morphea, & similes his. & quędam ipsarum signa habent prognostica, antequam fiant. quod est, quia signum prognosticũ lepræ est raucedo vocis, & grossicies eius, & anhelitus strictura, et rubedo faciei aliqñ ad obscuritatẽ tendentis, cũ faciei inflatione, & albedinis oculorũ obscuritate. & rotũditas ẽt oculorũ signum est maximum denotans lepram. Sed variolarum signa prognostica sunt febris continuę, & faciei* inflatio, & tẽporum, & grossicies venarum cum rubedine, & nasi pruritus, & gulæ, ac colli grossicies. & hæc ægritudo solũ semel aduenit patienti. Et scias ꝙ omnis pustula, quæ in superficie corporis fit cum febre, est signum expertum, ꝙ ex genere ægritudinum pestilentialium manant: & maxime quæ ex melancholico fiunt humore: & cum aperiuntur, aduenit eis escara similis ignis combustioni.

* inflãmatio

Ois pustula in superficie corporis, q̃ fit cũ febre, ẽ ex gñe pestilenti.

De Crisi in generali. *Cap.* XXXVIII.

ET quia febres, & vniuersaliter acutæ ęgritudines non sanantur nisi per crisim, deinceps narranda sunt signa, crisim laudabilem, & inlaudabilẽ significantia. Et dicimus ꝙ crisis cognitio quinq; rebus habetur. Vna est cognitio, siue discretio ægritudinum, quæ crisi sanantur, ab his, quæ sine crisi sanantur. Secunda est cognitio signorum significantium quatuor ægritudinum tempora: quia non in quolibet istorum temporum fit crisis laudabilis. B Tertia est cognitio speciei euacuationis illius rei, quæ ægritudinem facit. quod est, quia res, quæ euacuantur, qñ ægritudini sunt inconuenientes, tunc sunt in laudabiles: & quando sunt conuenientes ægritudini, sunt laudabiles. Quarta res est proprie in essentia crisis, aut in ipsius prognosticatione. Quinta est cognitio dierum, in quibus crisis fit laudabilis, aut inlaudabilis. Et post hoc euenit commemoratio bonorũ & malorum signornm in ægritudine qualibet, quæ consumitur per crisim, vel sine crisi, & signorum bonorum significantium super liberationẽ. Et dicimus ꝙ discretiones ægritudinũ, quæ crisi terminantur, ab illis quæ sine crisi terminantur, sunt hæ, quæ finiuntur dissolutione occulta aut manifesta, & habentur a lõgitudine ægritudinis, aut ipsius breuitate. Quod est, quia crises non fiunt manifestæ nisi in ægritudinibus, quæ breui tempore finiuntur. Et longitudo ægritudinis, atque breuitas a natura essentiæ ægritudinis cognoscitur, & similiter a rebus extrinsecis, quæ illis similes aut dissimiles iudicantur: sicut aer, clima, dieta, & exercitium, & similiter cõplexio, & ætas. Et aliquando breuitatẽ & longitudinẽ ægritudinis cognoscimus a natura membri patientis, sicut apostemata, quæ in membris principalibus generãtur. Et multoties ab accidentibus cognoscimus. quod est, quia quædam accidentia breuitatem, & quædã longitudinem significant. Item maior pars accidentium, quæ in superfluitatibus corporum apparent ex signis digestionis & priuationis eiusdem, simili modo significant super ægritudinum tempora in longitudine & breuitate: & non solum ex parte qualitatis, verum etiam ex parte quantitatis: ita ꝙ quando erunt multa, citam consumptionem ægritudinũ significabunt, & quando erunt pauca, contrarium denotabunt. Et ægritudines, quę naturaliter sunt breues, sunt cholericę, aut sanguineę, siue cum apostemate membrorum principalium sint, aut non. quod est, quia tertiana pura terminum quatuordecim dierum non excedit, et aliquãdo per spatium septimanę vnius cõsumitur. & si fuerit intra venas, acutior erit. & secundũ istum modũ est in sanguinis febre: eo ꝙ est in vltimo acuitatis. Et scias ꝙ Antiqui nõ dixerunt ista nisi in ægritudinibus acutis, quæ terminãtur in quatuordecim diebus, vel infra. & hoc non inuenitur nisi in istis duobus generibus febriũ, & in apostematibus sanguineis, & cholericis. Sed phlegmaticarum febrium tempus est longum. & digestionis signa in eis ante tres septimanas non apparent: & aliquando ad spacium plurium mensium extenduntur. Et quæ ex cõpositione ex phlegmate & cholera sunt, inter has mediæ existũt. Et melancholicę spacio septẽ mensium extenduntur. Et quando res extrinsecæ ęgritudini ꝓportionãtur, vt cõplexio, ętas, & regimẽ, & hę sunt cãę longitudinis et breuitatis ægritudinis. Et adhuc sunt ægritudines habentes proprietatem ex sui

Cognitio crisis ex quinque habet.

C

natura longitudinis & breuitatis. ver. g. vt iuuenis habens cholericam febrem ex pura cholera, & in regione calida, & tempore calido, & cum regimine calido, & complexione calida, dico φ hæc ægritudo finietur omnino ante septimũ diem. Et econtrario in sene habente febrem ex melancholia, & in hyeme, & regione frigida, & melancholicæ complexionis, & regimen ei simile, dico φ hæc febris non eradicabitur vsque ad sex menses. Et quando non conueniunt hæc cum ægritudine, erit longitudo & breuitas secundum proportionem multitudinis & paucitatis ab eadem. Sed accidentia significantia breuitatem ægritudinis sunt fortitudo caloris, & pulsus magnitudo & velocitas: & vniuersaliter omnis fortis ægritudinis motus a forti prouenit calore: & coloris corporis subita permutatio ad citrinitatem, vel ad rubedinem subito, vel ad maciem. Sed accidentia significantia super longitudinem, sunt his contraria. & mediocria significant mediocritatem inter longitudinem & breuitatem. Sed signa significantia super quatuor ægritudinum tempora, quæ perueniũt ad crisim, aut nõ, hęc sunt. Scias φ signa principij ægritudinis sunt, quando accidentia secundum vnũ modum inueniuntur, & non fortia. v. g. tempora afflictionum tunc erunt æqualia, quemadmodum tempora tunc quietis talia erunt. & de huius temporis proprietate est, vt nullum digestionis signum in vrina ostendatur, vel in sputo, nisi ægritudo prauior efficiatur. Et signum augmenti est, quando ægritudinis accidentia accrescunt, & tunc tempus afflictionis prolongatur, & tempus quietis breuiatur. Sed anticipatio paroxismi augmentum ægritudinis non significat, si cum hoc lõgitudo temporis, aut fortitudo non adiungeretur. quod est, quia quando anticipatio paroxismi a fortitudine, & velocitate ægritudinis causatur, tunc necessario sequitur longitudo paroxismi, & fortitudo. Sed quando causa anticipationis est digestionis aptitudo, & humorum subtiliatio, tunc paroxismus fortior non erit: ergo anticipatio sola augmenti signum non est. Et signum, quod augmento proprium existit, est digestionis manifestatio: hoc est vt nebula suspensa in medio vrinæ videatur, aut in superficie ipsius. Et signa status sunt quasi similia principij signis secundum tempus, quamuis secundum patientis vires diuersificentur. & tunc in digerendo complet suam actionem natura, cum in vrina completa digestio reperitur. Et scias φ non est necessarium, vt in hoc tempore accidẽtia fortia sint. Et si quæsieris quæ sit causa, quare tempore status natura debilitata digestionem ostendat, & in tempore principij virtus fortis digestionem occultet, & his contrarium sequi debet, quia fortitudo naturæ debet opponi inobediẽtię materiæ: Respondemus, φ est semper vna comparatio temporis inter agens & patiens. & sicut forma, & efficiens proprium, & ordinatum tempus habet sibi ad agendum, similiter materia habet sibi proprium & determinatum tempus ad patiendum. & quamuis formæ veraciter tempus non attribuatur, sed materiæ, tamẽ hoc est dictum in formis abstractis. verumetiam in formis relatiuis hoc potest dici, quod dictum est. Et declinationis temporis signa sunt, quando accidentia alleuiantur, & natura ægritudini dominatur, & paroxismi abinuicem elongantur, et breuiores efficiuntur. Et sicut anticipatio sola paroxismi non est signum augmẽti, sic postpositio sola non est signum declinationis. quod est, quia postpositio a paucitate materiæ fieri potest, & a naturæ debilitate.

[Margin: Signa breuitatis febris. — Quæstio. — Respo. — D — E — F]

De speciebus Euacuationum, quæ fiunt in Crisi. Cap. XXXIX.

ET species euacuationum, quæ in crisi fiunt, secundum hunc modũ sunt, videlicet per fluxum ventris, per vomitum, sudorem, vrinam, & sanguinis per nares fluxum, & fluxum hæmorrhoidarum, & in mulieribus per menstrua. & aliquando crisis fit per apostemata: tamen illa crisis laudabilis non est, nisi fiant apostemata in ignobilibus membris. & aliquando fit per pustulas iuncturarum. Et vnaquæque species istarum euacuationum in aliqua ægritudine propria est vt plus: & maxime quando crisis laudabilis est. Crisis

A febrium cholericarum per vomitum, aut fluxum ventris, aut sudorem, aut per vrinam fit. Et sanguinearum per modum alicuius exitus sanguinis fiet. & etiam aliquando a communicatione, quàm membrum patiens cum alio habet, iuuatur euacuatio. Sicut apostema cerebri criticat pluries per fluxũ sanguinis narium, q̃ per hæmorroidarum fluxum. & quod in gibbositate hepatis, criticat per vrinā. & quod in concauitate est, per fluxum ventris terminatur: saluo q̧ ægritudo sanguinea non sit: aut per hæmorroidas, aut per menstrua, si sanguinea sit. Sed crises, quæ fiunt per apostemata, aut per pustulas, vt plurimum in ægritudinibus lõgis fiunt. quæ quidem mortiferæ crises in fine sunt propter apostemata, quæ in membris principalibus fiunt. & propterea præcipit Hippo. in aliquibus istarum ægritudinum euacuationẽ in principijs fieri, sed non digestionẽ expectare.

De Diebus Criticis. *Cap. X L.*

ET dies manifesti laudabilis crisis, sunt dies, qui a principio ægritudinis per quaternariam enumerantur computationem. horum primus est. iiij. & secundus est. vij. eo q̧. iiij. hic vtrisque communicat. & post hunc, xi. non communicans. & post hunc. xiiij. & post hunc. xvij. communicans est. & post hunc. xx. communicat. & post hos, xxiiij. xxvij. xxxj. xxxiiij. xxxvij. & xl. & vltra. xl. sunt ægritudines cronicæ. & quasi non B vltra apparent crises manifestæ. Et ante vigesimum fiunt per quartanariam computationem. & hoc fit, quia fiunt in quartis, & in quartis antecedentibus iudicantur. sicut crisis, quæ fit in septimo, quæ iudicatur in quarto, bono signo in quarto apparente, sicut nebula alba suspensa. & vndecimus quartumdecimum indicat, & decimusquartus decimumseptimum indicat, & decimusseptimus vigesimum indicat. sed post vigesimum non fit indicatio nisi per septimanas. & isti dies omnes pro maiori parte laudabiles sunt, & in eis maior pars crisium fit. Sed sunt alij, qui in bonitate istis propinqui existunt, & similiter laudabiles existũt, qui non criticant propter longos circuitus, sicut tertius, quartus, & nonus, & decimustertius, & decimusnonus, & vigesimusprimus. omnes. n. hi dies nullam habent vim indicationis crisis. sed nonus pro maiori parte indicat vndecimũ. Sed dies, in quibus plurimum fit mala crisis, est sicut sextus. et hic est peior omnium: & vt plurimum in eo fit mala crisis. Sed quartus est indicatiuus huius, hoc est quando malum apparet signum, sicut est nebula nigra. & post illum in malitia existit. xij. & post hunc. viij. & post hunc. x. & post hunc. xv. & post hũc. xvj. & post hunc. xviij. sed raro in xij. fit crisis. Et debes scire q̧ istæ crises a principio ægritudinis computantur: & est quando manifeste in operationibus læsio apparet: excepto in pariente, quia ab ipso partu incipere debemus quamuis ęgritudo post partum per. xxx. dies sensibiliter exitisset. & breuiter hæ regulę dicta C Hippo. sequuntur. Et cecidit diuisio inter Antiquos in his diebus in malitia, & bonitate. Sed isti dies approbati sunt a duobus viris, qui priores in hac arte extiterunt: & sunt Hippo. & Gal. & creditur q̧ veritatem dicant propter experientiam eorum multam. & causa horum per plurimos dicta est. Et quod nobis videtur ex hoc, declaratum est a nobis super* Accusam Auicen.* quam cõmẽtati fuimus. Et scias q̧ dies isti, quamuis verificentur in crisi, necessitatem non habent, sed veritatem habent secundum plus. quia Rasis dicit q̧ expertus fuit in infirmaria Relenson in pluribus decem milium hominum: & in multis ipsorum verificati sunt isti dies laudati, & in aliquibus dies reprobati liberationẽ habuerunt. & similiter cecidit in periclitatione. & hoc pro parte est cum Gal. & pro parte contra. Et Auenzoar similiter, vt Rasis est testificatus: cui in hac sciẽtia debet concedi corona, qui vixit centum & triginta quinque annis, & in quadragesimo anno in hac arte operari cœpit, & in bono obijt statu, & in habitu scientiæ vidit quanta videre, & cognoscere potuit. ergo sui libri credendi sunt, & ipsius testimonia. Et res, quas iam scire possumus, quia crisis est propinqua, seu velocitas motus ægritudinis, & furiositas ipsius. Et signa, quæ in vrina apparent, & in sputo, & pulsus fortitudo, & ęgritudinis natura, & contraria ha-

De diuersitate assignationis huius. vi de Gale. lib. de diebus. Decretorijs ĩ fin. & Hip. 4. de Morb. & lib. de Decretorio et libro de Humorib'. et in de coactis p̃dictionibus. & in lib. de Carnibus. et in 1. Epidimiarũ ĩ fine tertij status. & 2. aphor. 23. & 24. & 4. apho. 29. & 36. & 59. & 61. te. & cõmen. & 3. aphor. 28. & 3. Prognosticorũ te. & c. 8. 9. & 10. & primo d̃ diebus Criticis. 4. & 5. et 10. & 2. eiusdẽ. c. 5. 6. & 19. cõ. & Ras. 10. ad Almans. ca. 29. & Auẽz. tertio Theizir tracta. 2. c. 1.

* Cantica
* quæ

rum rerum, tarditatem crisis significant: quemadmodum si mediocres extiterint, mediocritatem significant. D

De signis significantibus præsentem Crisim.
Cap. XLI.

ET signa præsentem crisim significantia sunt accidentia fortia, quæ præcedunt, sicut horripilatio fortis, & oscitatio fortis, inquietudo, & alienatio, & doloris capitis fortitudo, oculorum & faciei rubedo, & anhelitus strictura, & tremor cordis, & pulsus, & colli dolor, & ventris, & labij inferioris motus, & mordicatio oris stomachi, & tremoris typus, & vrinæ constrictio, & stercoris, & fortis sitis, & his similia. Et hęc signa si in nocte apparent, significant crisim in matutinis futuram: & si in die appareant, in nocte proxima crisim futuram significant. Et species crisis cognoscuntur propter humorem, aut secundū partem, ad quā mouebitur humor. queadmodū labij citatio significat vomitum, & rubedo faciei, & nasi pruritus sanguinis fluxū significabit. Adhuc species crisis ab indicationis specie cognoscetur. quia species crisis speciei indicationis similabitur, & cognoscetur, vtrum per sanguinis fluxum, aut per vomitum, aut per sudorem, aut per similia. His ergo quinq; bona crisis cognoscitur causis. vna est, vt in statu ægritudinis fiat. item post digestionem bonam. & vt humor, B qui euacuatur, similis sit humori ægritudinem facienti, & in die laudabili fiat, & vt sit bonis diebus indicata.

De signis prognosticantibus Salutem.
Cap. XLII.

ET postq̄ locuti sumus de crisibus bonis & malis, & de rebus, quæ pro maiori parte significant in acutis ægritudinibus salutem vel mortē: deinceps loqui volumus de alijs signis prognosticis. & incipiemus a signis prognosticantibus salutē. Et ista signa sunt signa, q̄ ab operationibus sumuntur, & ab accidētibus, q̄ ab operationibus proueniunt. Et aliquando hæc signa sumuntur ab ægritudinibus, quæ alias ęgritudines sequuntur. Prognosticationes, quæ ab accidentibus sumuntur, sunt sicut quando facies infirmi propinqua est sanorum faciebus, & maxime faciei similis sibi sano existenti: eo ꝙ sanorum facies diuersificantur multum. & si ita sit. signum est salutis. Et qn̄ calor ęqualis est in toto corpore, signum est salutis. Et extensio intestinorum absque apostematibus. Et venter mediocris inter crassiciem, & maciem. Et superfluitates ab eo manantes colorem naturalem & substantiam habentes significant salutem, & ꝙ in partibus ventris non sit apostema, & ꝙ bene se contineant virtutes nutritiuę. velut stercus, vt sit æquale inter grossiciem & subtilitatem, & vt sit coloris aurei. quia tunc est signum salutis illius ęgritudinis: eo ꝙ stercus significat super bonitatem istius virtutis. Et si vrina sit citrina, & hypostasim in fundo habens albam, & continuam, aut suspensam, signum est salutis: & maxime quando residet in fundo: qm̄ talis vrina significat salutem in febribus, & in apostematibus intrinsecis. Sputum album medium inter grossum & subtile, malo carens odore, & quod facile expuitur, in pleuresi, & in peripneumonia salutem significat. Sudor in acutis febribus in die critico in calore tēperatus, in toto ęqualiter existens corpore, albi coloris, & malo carens odore, salutem significat. Fluxus sanguinis narium in febribus sanguineis, in apostemate cerebri, & intestinorum in die critico salutem significat. Et signa, quę ab operationibus sumuntur, sunt in ęgritudinibus acutis bonitas rationis, & sensuum claritas: bonitas decubitus, & motus: anhelitus temperatus, non rarus, nec spissus, nec interpolatus: & pulsus fortis, & paucam habens permutationem: & bonus appetitus sunt signa salutis, quia bonitatem omnium virtutum significant. Sed signa salutis, quę ab ægritudine sumuntur superuenienti, sunt vt superueniens sit contraria causæ

A antecedentis, aut ipsa moueat causam ęgritudinis pręambule ad partē diuersam. Exemplū primę est febris spasmo repletionis superueniens: ꝓpterea quia causa faciens febrē, vel ipsa febris causę facienti spasmū resistit. Similiter febris super ueniēs dolori vētris, & stomachi, aut hepatis, aut splenis, a ventoso a frigida cōplexione generato. Exempla mēbri secundi multa in Antiquorū libris inueniūtur. Et dixerunt, quando superuenerit causo in die critico rigor, est tunc signum declinationis illius febris: eo ꝙ natura expellit ipsum humorem a partibus intrinsecis ad extrinsecas partes. Et quando superueniunt varices podagricis, & arthriticis, & ægritudinibus renum, vt nefriticis, tunc liberantur. Et quando hęmorroides melancholicis superueniunt, signum est liberationis. & qui subtiliter has res perscrutatur, a seipso ex his multa inueniet. Et aliquando accidit, vt vna ægritudo alteri superueniat, & primam alleuiabit: puta quamuis perfectam curationem non faciat. & hoc fiet, quando causa ęgritudinis secundę erit ex genere causarum primę: excepto ꝙ sunt minores, & debiliores. Exemplum huius est, quod dicit Hippocra. acetosa in dysenteria eructuatio laudabilis est.

De signis prognosticis Malis. Cap. XLIII.

B ET poſtꝗ locuti sumus de signis salubribus, deinde volumus loqui de signis malis. Ista signa in prognosticatione habent gradus secundū plus & minus. & sumuntur ab operationibus, & ab accidentibus, quę ab ipsis operationibus veniunt, & aliquando sumuntur ab ęgritudine pręcedenti. Ea quę sumuntur ab accidentibus, sunt hęc, vt facies, quam dixit Hippo. significans mortem. i. quia nasus est acutus, oculi concaui, & aures dependentes, & cutis faciei tensa, & color faciei viridis, vel obscurus, & oculi quasi cinericij, hęc perditionem prognosticantur: eo ꝙ ista accidunt in ęgritudinibus acutis, quoniam spargitur, & perditur calor naturalis ab ęgritudine, & fortificatur contrarium ipsius, hoc est calor extraneus. & generaliter hęc sunt signa in ęgritudinibus acutis a fortitudine ęgritudinis. Et aliqñ accidunt hęc signa in ęgritudinibus chronicis, vt in hęctica, & etiam post multam euacuationem a fluxu ventris, vel a vigilia immoderata. quod est, quia dissolutus est calor naturalis & humiditas, & calor extraneus est fortificatus: excepto vt non pręcesserit ventris fluxus immoderatus, aut immoderata vigilia: quia tunc in malo leuius signum esset. Et quando album oculi rubeum fuerit, & ipsius venę obscurę, aut nigrę fuerint, signum mortis est proculdubio, & maxime in ęgritudinibus acutis. quod est, quia nigredo extinctionem naturalis caloris significat, & alibi rubedo repletionem cerebri ex humoribus inflammatis significat. Eminentia oculi in ęgritu-

1. Prog.

C dinibus acutis malum est, nisi forte propter oculi ophthalmiam, aut propter vomitum. Quando supercilium, aut labium, aut nasus colorem luteum habent, & obscurum, mortē proximam significat. Frigiditas extremitatum in acutis signū malum est valde: eo ꝙ suffocationem caloris naturalis in partibus intrinsecis, aut propter apostema significat, aut propter humorum frigidorum abundantiam. & proprium signum est extinctionis caloris naturalis. Et eodem modo, quando habens febrem corpus intrinsecus fuerit calidum, & extrinsecus frigidum, mortem significat: eo quod apostema calidum denunciat in interioribus esse. & ideo calor extrinsecus vertitur intus. Et vniuersaliter, quando calor ęqualis non est in toto corpore, malum est. quod est, quia significat in membris principalibus apostema, sicut in cerebro, stomacho, & hepate. Quando lingua pustula bothoralia habet cum extremitatum frigiditate, mors proxima est. quod est, quia significat in cerebro, aut in ventre calidum apostema, & malum. Si digiti, & vngues ad obscuritatem sunt decliues, & ad viriditatē, stante pulsu debili, mors vicina est. Et si nigredo adsit cum fortitudine pulsus in die critico, salutem significat. Et similiter quando sanies in illis locis fuerit, aut apostema, salutē significat. Et quando in carne primo apparuerit pustula rubea, deinde ad veriditatem, vel nigredinem conuertitur, signum est malum: quoniam iam extinctionē caloris innati videtur significare. Et si in ęgritudinibus acutis

apparent in superficie carnis minutæ pustulæ ad similitudinem granorum milij, signum est malum: quia signum est, ꝙ materia paucam digestionem recipit. Et dicit Hippo. icteritia veniens ante septimum diem in acutis febribus, malum est. Reprobatum est experiētia in omnibus nostris terris. & si veniat in quinto die, laudabile multum est viua ratione, & maxime in temporibus calidis, & corporibus calidis. Et hæc est sententia collegiorum Medicorum omnium Persarum, & Indiæ maioris, & pro maiori parte illorū de Antalf. & possibile est, ꝙ istud quod dixit, locum in Grecia habuit: quiā terra illa hac frigidior existit. Et istud, quod dixit Hip. ꝙ erat signum malum, est ideo, quia hæc est vnā ex rebus, ex qua prouenit crisis. & omnis crisis veniens ante digestionem, est malum. & possibile est ꝙ viderit in terris suis crises venientes per icteritiam ante septimum esse malas, & sine digestione. Et significatio, quæ sumitur a rebus exeuntibus a corpore, hæc est: sicut stercus nigrum, & viride, & fœtens, & cum pinguedinē in febribus acutis: quia hæc mortem significant. quod est, quia nigrum adustionem, pingue membrorum liquefactionem, fœtens corruptionem humorum significat. Et in acutis stercus album & liquidum malum est: eo ꝙ significat digestionis debilitatem: & quia cholera ad partes superiores ascendit. & similiter est in vrinis in hac febre. item album stercus futuram icteritiam significat. Sed stercus habens colores varios super longitudinem ægritudinis habet significare, & super abundantiam diuersorum humorum. & si causā medicinæ fuerit, salutem pronunciat in qualibet ægritudine. Et si in principio exierit cholera nigrā; siue superius vel inferius, mortem significat: eo ꝙ cum talis humor apparuerit a principio ægritudinis, significat aut super abundantiam ipsius humoris, aut super debilitatem virtutis, aut vtrunque. Et dysenteria proueniens ā melancholia, aut acetositate mortem denunciāt. Quando stercus choleræ puræ assimilatur, malum est cum appetitus defectu. Similiter casus appetitus cum sanguinis fluxu malū. Nigrā hypostasis in acutis febribus mortem significat. Eodem modo vrina aquosā & subtilis perseuerans in pueris, mala est. quod est, quia totum naturalis vrina debet esse grossa. Vrina aquosa in ægritudinibus acutis mortem denunciat. & vrina turbida, quæ non clarescit, mala est. eo ꝙ significat supra fortitudinē extranei caloris, aut vigiliarum. Vrina furfurea, & laminosa in acutis febribus mala est, si vitium renum, aut vesicæ non affuerit: quia membrorum liquefactionē significat. Et signum discretiuum inter vtrunque est renum, aut vesicæ dolor, & vomitus niger, & screatus existit malus. & si cum hoc fuerit fœtens, mortem habet significare. Sudor in die non critico apparens: ex quo febris alleuiationem non habet, malum est. & si cum hoc est frigidus in ceruice, & capite, malum est, & si in capite solo peior: quia longitudinem ægritudinis significat in lenta, & in acuta significat mortem. Sanguis guttatim exiens de naribus, paucus, & niger in causo mortem significat. quod est, quia magnitudinē apostematis dicit esse in cerebro. Hæc sunt signa accepta ab operatione. Quando oculi lumen effugient, & inuoluntarie lachrymauerint, signum malum erit. Et si veloces fuerint, & rubicundi, & vnus altero minor apparuerit, signum est mortis. Et rubedo oculorū iterum super spasmum cerebri habet significare. Et eodem modo, quando labia astringūtur. Et quādo infirmus ā capite ad pedes se iactauerit, mortis est signū: quoniam intolerantiam virtutis denunciat. & vniuersaliter quandocunque infirmus nō steterit ad modū sani, signum est malum. & similiter quando vult sedere, saltando sedet. Et eodem modo, qñ se adhæret, capiēdo, seu sustentando se vbique, signum est mortis. Et quando infirmus non audit. nec videt, cum debilitate virtutis, signum est mortis proximę. Et quando anhelitus interdū fortis, & quādoque occultus fuerit, malum est: quoniam perturbationem mentis significat, qā eorū consuetudo est. & cum fuerit anhelitus eius intercisus, est signum malū: quoniam spasmum in musculis pectoris esse denunciat. Et somnus, quando læsionē, vel dolorem inducit, signum est malum. Et signa, quæ ab ęgritudinibus pręcedētibus sumuntur. sunt sic sumenda. quia quando noua ęgritudo pręcedente fortior erit, aut in membro nobiliori, signum est malum. sicut si in synanchia in quarto die humor ad pulmonem descēdat, patiēs in septimo morietur. Et similiter oīā

Ex ꝓgnost. lib. 2.

Ex aphoris. 4. par. apho. 49.

Ex aphoris. 2. par. apho. primo.

A ægritudo, significans ægritudinem, vel fortitudinem causę efficientis ægritudinem, mala est, sicut repletio reumatis in capitibus phthisicorum mala est, & singultus in ægritudinibus acutis, quia spasmum significat. & aliquando accidens superueniens opponitur ægritudini pręcedenti, sicut hydrops festinantibus post febres acutas.

De signis vniuersalibus Aegritudinum membrorum intrinsecorum. Cap. XLIIII.

DEinceps volumus loqui de signis ægritudinum membrorum intrinsecorum. Et dicemus quod iam dictum est superius, ꝙ hic tria requiruntur, vt membrum ægrum, & quiditas ægritudinis, et causa ægritudinis. & causa hic intelligitur differentia ægritudinis, hoc est ipsius proprietas Et ea, quæ istas res significant pro maiori parte sunt accidentia, quę actionibus & passionibus membrorum superueniunt, & hęc apparent aut in corpore, aut in superfluitatibus corporis. Sed accidentia quę dicta sunt, pro maiori parte super ęgrum membrum significant solum, quando illa actio, aut passio membro, cui superueniunt, est illi propria: sicut casus appetitus ægritudinem oris stomachi significat. Sed si illa accidentia illi membro non sunt propria, illud membrū ægrum non significant. sicut priuatio motus digiti non significat proprie ægritudinem solum in digito esse. quod est, quia potest esse propter ægritudinem nerui ad aliud membrum venientis. Item possibile est, vt accidens actioni membri superueniens membrum ægrum, & ægritudinem significat, & hoc accidit, quia hoc accidens proprium ambobus existit. sicut dolor acutus pungitiuus panniculosum membrum ęgrotare faciens, significat ꝙ hunc dolorem efficit humor cholericus. Et oxyregmia, quæ cum magna ventositate egreditur, significat ꝙ ęgritudo in ore stomachi existit, & humor frigidus huius causa existit. Et membrū existens supra dorsum corporis membri, in cuius opposito sentitur ægritudo, signum est supra membrum læsum in tempore, quo erit passio membri læsi. sicut dolor, qui est super hypocundrijs, significat ꝙ ægritudo est in stomacho. Et illud, quod non est proprium signum, est sicut dolor ilij, qui potest esse vt sit ęgritudo colica, aut ægritudo renum. Et exeuntia a corpore similiter super ęgrum membrum habent significare a parte quantitatis, & forma ipsorum. A forma, sicut corpuscula, pilus, & similia super ægritudinem renum, & squammosum super ægritudinem vesicę, sine febre corpore existente. Et significant a parte quātitatis, sicut magni annuli exputi cum tussi a pulmone prouenire significant: & parui a fistulis ipsius oriri significant. Item exeuntia a corpore significant ex parte loci, aut a modo exitus ipsorum. sicut a sanguine ab ano existente, quia significat ꝙ ægritudo est, aut in intestinis, aut in hepatis concauitate. & si per viā vrinę egreditur, ægritudinem in gibbo hepatis, aut in renibus, aut in vesica significat. Et significatio quę a modo exitus sumitur, est sicut sanguis exiens cū tussi, qui a pulmone cognoscitur venire, & si cum rascatione egreditur, a colatorio venire significat. Adhuc similiter dolor, & pulsus super membrum ægrum significant, quamuis hęc sint ex genere accidentium actionum superueniētium: saluo ꝙ illorum actiones diuersificantur secundum diuersitatem regularū vniuersalium, & particularium. Et serrinus pulsus significat ꝙ ægritudo in membro est neruoso, & vndosus significat ipsam in membro carnoso. Sed quando dolor pungitiuus, & a latere mouetur, significat morbum esse in membro panniculoso. & si est lentus, significat ipsum in membro carnoso. & si est pulsatiuus, tunc in membro arterioso ipsum esse significat, & si est latitudinalis sine punctione, significat ipsum esse in membro non ossuoso, nec in neruoso, sicut est in splene & hepate. & si extenditur in latitudinem, significat ipsum in neruo, aut vena esse. & si assimilatur fixioni corporis grossi fixi, significat ꝙ est in lumbis, aut grosso intestino. & si sit frangitiuus, in mēbro ossuoso esse significat. Isti sunt modi, quibus membrum ægrū potest cognosci, Actiones vero proprias alicuius

Tria requiruntur ad signa ęgritudinū mēbrorū intrinsecorū.

Vide. 1. de Locis affect.

B

C

iterare hic non oportet, quia tu hoc scis in libro Sanitatis. Sed quod hic est optimum, sunt aliquantę distinctiones eorum, quę ex corpore egrediuntur. & dicimus quod exeuntium a corpore sunt duę species. vna est, cuius exitus est naturalis: sicut vrinę, stercoris, & sputi. & alia est, cuius exitus naturalis non est: sicut sanguis, & quorundam membrorum partium. D

De his, quæ egrediuntur a corpore, quæ ægritudines significant. *Cap.* XLV.

Accidentia vero exitus eius, quod exitum habet naturalem, non significat pro maiori parte nisi quiditatem ægritudinis, vel causam. & iam de illis secuti sumus. Sed res, quę exitum non habent naturalem, significant membrum ęgrum pro maiori parte. et quod hic dicere volumus, est signum exitus sanguinis. Et dicimus quod sanguis exiens, aut exit a superioribus partibus corporis, aut a partibus inferioribus. Et qui a partibus exit superioribus, aut exit per os, & cum sputo: aut cum rascatione, & a colatorio prouenit: aut a stomacho, & fit cum vomitu: aut a pectore, vel pulmone, & fit cum tussi. Sed qui a pulmone prouenit, est quantitate multus, & simul & semel proijcitur, & sine dolore, & est arterialis. Sed qui a pectore prouenit, est cum dolore, & est paucus, & simul & semel non exit, & colorem sanguinis pulmonis non habet, excepto quod ab aliqua exeat arteria: & in eo sunt guttę coagulatę. Et aliquando a capite descendit, & mouet tussim. & autumnant aliqui vt a pulmone descēdat: sed ab eo diuersificatur in substātia & colore, quia pro maiori parte est sanguis coagulatus. & adhuc significatio sumitur a signis repletionis cerebri. Et aliquando a gutture prouenit, et cognoscitur per dolorem spatularum. Sed sanguis, qui a partibus inferioribus corporis ęgreditur, aliquando ab orificijs venarum ani egreditur. & natura hoc vtitur per viam euacuationis, quando nimia quantitate, aut qualitate exuberat. & hoc cognoscitur ab accidentibus orificiorum ani euenientibus. & hoc idem si superfluat, non est laudabilis. Et aliquando per eandē viam egreditur sanguis propter apostemata, aut intestinorum vlcerationem, aut propter virtutis hepatis debilitatem, aut propter malam sanguinis qualitatem, quā natura beneficio mundificationis expellit. Et communicat sanguis exiēs ab intestinis, & propter debilitatem hepatis in hoc, quia ambo lotурę carnis assimilātur. Et proprium signum in intestinorum vlceratione est dolor sensibilis in mēbro ęgrotante, & quod paulatim sanguis egreditur, quia superfluitatibus est admixtus. Item qui ab hepate prouenit, ab accidentibus proprie debilitatem hepatis significantibus cognoscitur, & sine dolor est, sed quod expellit hepar propter malitiam ipsius, cognoscitur per colorem, quia est sanguis niger adustus. Sed sanguis, qui ex viis vrinę egreditur, aliquando a vesica prouenit, aliquando a renibus, & aliquando ab hepatis gibbositate. Et qui ex renibus exit, egreditur propter duas causas, aut propter venę apertionem, aut propter ipsorum renum scissuram: sicut accidit propter lapides in eis generatos: quia multoties in eorum substantia generatur, sicut dicit Gale. & postea lacerant lapides ipsorum carnes, & egrediuntur. & quando hoc accidit, dolor incipit in loco ipso, & durat quousque virtus expulsiua expellit ipsos. et vt plurimū generatur in concauitatibus ipsorum propter separatiuę virtutis debilitatē, quę separare non pōt aquosam partē, ex qua renes nutriuntur a parte terrestri. Et aliquando generatur propter virtutis assimilatiuę deiblitatem, quę partē, ex qua membrum nutriri debet, nō pōt assimilare, & sic ad lapidem conuertitur, & non ad partem renum: aut vesicę conuersionē habet. Et hoc accidit propter fortem caliditatē & siccitatem, aut propter frigiditatem & siccitatē: sicut accidit in superfluitatibus, quę in aquę canalibus colliguntur. & aliquando accidit propter grossorum ciborum, & terrestrium vsum. & aliquando hę causę omnes insimul aggregātur. Item adhuc sanguis ex renibus egreditur propter virtutis nutritiuę debilitatē. quod est, quia nutriri non possunt ex humiditate sanguinea in eis existente. Sed harum passio

E

F

A num differentię hę sunt. quia quę a debilitate renum causatur, ab accidentibus renibus superuenientibus cognoscitur: sicut a colore, qui eis accidit propter malā complexionem, & totius corporis maciem, & coitus debilitatem. Et differentia illius sanguinis, qui fit propter apertionem venę, ab eo, qui propter virtutis nutritiuę fit debilitatē, est, quia qui egreditur propter venę apertionem, ponit vrinam talem, qualis fit sanguis ab ipso rei principio. sed qui a debilitate prouenit renum, loturæ carnis assimilatur. & hoc idem in principio valet, neque subito apparet. Et differentia inter sanguinem ex scissura venę prouenientem, & sanguinem ex orificijs exeuntē, est, quia qui ex orificijs egreditur, sine dolore est, quemadmodum sanguis ex naribus exiens: & qui ex scissura, exitum cum dolore habet. Item qui ex vesica prouenit, semper cum dolore egreditur. quod est, qa sanguis ex hoc membro vt plurimum egreditur propter humores acutos ipsum lacerantes. Et qui a gibbositate hepatis egreditur, ab accidentibus debilitatem hepatis denotantibus cognoscitur. Sed accidēs, quod fluxus ventris nominatur, quanquā de eo Gal. sufficienter non sit locutus: declaratum tamen est in Aegritudinum libro, ꝙ fit ab intestinorum hepatis, & stomachi debilitate, & aliquando a debilitate membrorum totius corporis. & cum hic dico debilitatem, malā membrorum sine materia complexionem intendo. Et similiter propter malam B complexionem materialem hęc accidentia fieri possunt: hoc est propter materiam in quolibet istorum membrorum, aut in pluribus collectam. & tunc hæc mala complexio solum membrum ægrum non significabit, sed etiam ipsius causam denotabit. Et incipiendum est a signis, quę qn̄ huic euacuationi coniunguntur, membrum hoc ęgrum significant propter ipsorum differētias. Et dicimus ꝙ differentia, quę est iter fluxum ventris, qui ab ęgritudine materiali fit in aliquo membro, vel in pluribus, & inter fluxum, qui ab ægritudine fit non materiali, est, quia illę, qui ab ęgritudine fit materiali, habet manifestum exitum humoris ipsum facientis cum egestione. & si fit sine materia, non sic manifestatur. Et debes scire, ꝙ si a stomacho prouenerit, ab accidentibus stomacho superuenientibus, ꝙ manifestatur stomacho habente complexionē malam materialem, aut non materialē. & cum hoc penitus coniungitur mora cibi in stomacho pauca. quod est, quia qui a stomacho prouenit, est propter vnā duarum rerum: aut propter virtutis expulsiuę festinationem, vt citius expellat: aut propter retentiuę debilitatē, vt non retineat. & quodcunq; horū fuerit, necesse est vt pauca cibi in stomacho fiat mora. Et aliqn̄ accidit, vt fluxus ab intestinis ꝓueniat, sicut dictū est: & hoc ab accidentibus intestinis superuenientibus cognoscitur: & quia in stomacho cā festinantię supradictę non est, sed in ipso cibus tempore naturali moratur. Et qui ab hepate aut venis ꝓuenit, aut ab aliquibus alijs mēbris prouenit, vt a capite, & his similibus, cognoscitur si materialis est. similiter a signis C ficantibus dominium humoris in mēbro, & ab accidentibus illi mēbro proprijs, aut ab ipsius operationibus. Auenzoar enim testificatur de illo, qui fluxū chronicum patiebatur, ꝙ fluxus iste in hora somni fortificabatur, & in hora vigiliarum alleuiabatur. & per hoc arguebat, ꝙ humor hoc faciens esset in cerebro: & suam intentionem in curando cerebrum adhibuit, & curatus est. Et ego eandem rem isti similem feci in quodam fluxum ventris patiente: quia medicatus a multis Medicis, & a me longo tempore fuit, & nihil proficui habebat, ita ꝙ de ipsius salute desperaui, sed ipsum visitabam sicut amicum. & quia magnus erat, tandem percepi vnum ex suis brachijs, alio frigidius, & macrius: & autumaui ob hoc, ꝙ fluxus ab illo brachio ortum habuit: eo ꝙ virtutes ipsius membri, attractiua, & digestiua deperditæ essent propter malam complexionem frigidam non materialem super ipsum dominantem. Et ego intentionem meā ad illud mēbrum calefaciendum apposui: cum fricationibus, balneis, & similibus localibus reducere bonam & naturalem humiditatem conatus fui: & postea mentem apposui, vt calorem naturalē, atq; humiditatem hanc cum rebus cōuenientibus cōseruarem, donec ipsum ad omnes suas uirtutes naturales reduxi, nec medicinam propriam aliquam fluxui propriam facere curaui. & propter hanc rē breui tempore curatus est. Sed fluxus, qui fit propter oppilationem, quæ fit in mesaraici

venientibus ab hepate ad intestina, significatur per chylum exeuntem cum ege stione: quamuis tardet in stomacho, & intestinis tempore naturali, aut propinquo eidem. & quando hoc accidit alicui, fit ei macies tempore breui, ita ꝙ breuiori quam aliis fluxibus accidat. Sed quando ægritudines istę componuntur, difficile est eas cognoscere. Et scias ꝙ maior pars istorum signorum coniecturabilis est. & propterea volens ista cognoscere indiget acuto ingenio cum perseuerantia perscrutationis. & quando ęstimabis vnum, incipe eleuare cum medicina leui secundum ęgritudinem, quam opinatus fueris. & si lucratus fueris ex hoc, continua medicinam: quia tunc scies ꝙ opinatus es verum. & si non, dimitte. Sicut quando credideris ꝙ causa fluxus sit oppilatio, dabis res aperitiuas. & si lucratus fueris, teneas hanc medicinam, & credas ꝙ hęc opinio est vera. & si non, incipies cito restaurare illud, quod fecisti cum medicina illa. Et opinantur quidam Medicorum ꝙ hęc oppilatio sit de genere supposito ęgritudinibus, & causis ægritudinum. Et si credideris ꝙ causa ęgritudinis sit caliditas, studebis curare cum rebus parum frigidis. & si videris, ꝙ prodeunt, credas pro certo tuam opinionem, & incipe ęgritudinem leuare. Hęc sunt illa, propter quę cognosces membra læsa. Et quędam cognosces per accidentia membrorum communicantia cum membro lęso, sicut tussis, quę accidit causa pleuresis, aut causa apostematis hepatis, aut tractione ossis trachea tacti causa apostematis hepatis, sed hęc signa non sunt proprie signa lęsionis membri, nisi coniungantur alia signa cum eis: sicut tussis, & rascatio, quę non significat super pleuresim, nisi sit ibi dolor pungitiuus lateris, & febris continua. Adhuc scias ꝙ in quibusdam membrorum ægrorum est ęgritudo per se primo, & in quibusdam propter aliorum membrorum communicationem fit. & cognitio ęgritudinis, quę propter colligantiam fit membrorum, est ꝙ membrum compatiens propter augmentum, vel diminutionem ęgritudinis membri per se ęgri aggrauatur, aut alleuiatur. v.g. quia vertigo, et alię capitis ęgritudines, quę augmentantur, quando stomachus nauseat, aut quando corruptos in se continet humores, aut quando a cibis vacuus non est: tunc dicere debemus, ꝙ hoc non accidit capiti, nisi propter cerebri ad stomachū colligantiam. Et adhuc hoc indiget perscrutatione. quia possibile est, vt alicuius membri ægritudo propter alterius membri ęgritudinem accrescat. aut esse potest, in vno membro sint ægritudines plures: quarum vna est sibi propria, & prima, & altera propter alterius membri colligantiam. Et aliquando ęgritudo, quę propter colligantiam fit, propter proprię ęgritudinis augmentum recipiet cremētum: & autumabit forte quis ꝙ propter colligātiam solam hoc prouenire possit. Item adhuc esse potest vt duę ęgritudines propter colligantiam esse possint: vt ęgritudo cerebri propter stomachum, & ęgritudo stomachi propter aliud membrum. Et ne in hunc errorem decidat speculator, oportet ut circa hoc pluries perscrutetur. & quando eius opinio super aliquam istarum fuerit firmata, tunc remotionem ipsius cum medicina æqualitati propinqua attendet, hoc est cum medicina ad aliquam extremitatum, non multum declinante. Et si experientia hoc ipsum inuenerit, & perpendat, in ipso perseueret. & si non, ad aliam opinionem se conuertat.

D

B

F

De signis Aegritudinum, & causarum ipsarum in generali. Cap. XLVI.

Et postquam nos de rebus vniuersalibus fuimus locuti, per quas membra ęgra cognoscere possumus, deinceps loqui volumus de rebus, per quas ęgritudines, & ipsarum ęgritudinum causas cognoscamus. Et dicimus ꝙ rerum, super quas nos oportet adducere signa vniuersaliter, sunt aut mala complexio materialis, aut non materialis. Et signa, quę malam complexionem materialem significant, vt dictum est, sunt illa, quę dominationem humoris significant, aut in toto corpore, aut in vno membro ęgro. Et adhuc similiter, vt dictum est, ea quę ex corpore egrediuntur, humorem facientem malā

A complexionem materialem significant: sicut vomitus, & egestio, aut sputum. & hęc sunt signa conuenientia super genus causę operatiuę. & de his iam locuti fuimus. Et rascatio rubea significat etiam super causam, & speciem operantē: sicut rascatio rubea significat fortitudinem sanguinis, & viridis fortitudinem humoris combusti. & ideo significat in ęgritudinibus pectoris mortem. Et rascatio bona est alba, plana, ęqualis, & quę cum facilitate expuitur: Et apostemata significant demonstrationem super humores operantes ea per signa significantia super fortitudinem humorum. Et dolor significat super causam, quę operatur: ideo ꝙ dolor acutus significat ꝙ humores sunt calidi: sed dolor martellinus, & dolor similis punctioni acus grossę non sunt nisi ex humoribus frigidis, sicut dolor colicę: aut causa humoris lapideari, sicut accidit in renibus causa arenularū. Et apostemata similiter ex signis causarum facientium manifestantur. & quia pulsus in re apostematum signum habet proprium, ob hoc de ipso nunc loqui disposuimus. Et dicimus ꝙ apostematum calidorum pulsus tensus est paruus, velox, spissus, varius varietate serrina. Et tensio vero fit propter materiam organum extendentem, paruitas vero propter duriciem, & organi asperitatem fit, velocitas, & spissitudo propter recompensationem fortis magnitudinis fiunt, quam amisit. serinitas vero fit, quia virtus organum extendit: quia & non est organū

B obediens, & ipsius partes non ęqualiter extenduntur. & ob hoc vna alteri resistit: & propterea ille motus serrę motui assimilatur. Sed apostematum cholericorum pulsus spissior sanguineorum pulsu est, propter ipsorum fortitudinem caloris: & magis ad serrinitatem declinat, eo ꝙ cholerę siccitas indurat membrū. Sed apostematum phlegmaticorum pulsus paruus, et rarus, & tardus est, propter fortitudinem frigiditatis, & virtutis debilitatem. & indispositio serrina omnino non existit propter humoris facientis humiditatem. Sed humorum melancholicorum apostematum pulsus durus est, & asper propter humorum siccitatem, & est tardus, & rarus, & ad serrinitatem manifeste declinat, & cum his omnibus est occultus, & rarus. Et de rebus, per quas cognoscuntur apostemata, quæ fiunt in principalibus membris, est febris. & ideo hęc est vaa de rebus, quę ostēdunt de apostematibus, quę consueuerunt facere saniem: quia apostema, quod non facit saniem, non habet calorem extraneum, sicut apostemata, quę sunt causa ventositatis, aut duriciei. Sed membra, in quibus visibiliter manifestantur, sunt cerebrum, hepar, stomachus, & intestina gracilia, & splen, & renes, & vulua, & vesida. Ista sunt genera signorum, per quę species ęgritudinum cognoscūtur secundum regulam huius artis vniuersalem. Et si ego non recolerem signa, & cursum, qui currit in hac arte, hoc est dicere, si ego non cōsyderarem in vnoquoque membro consyderationem propriam, tunc consyderatio vniuersalis suf-

In q̄bus mē bris visibiliter manifestantur apostemata.

C ficere videretur: sed volo sequi vestigium Gal. ad maiorem cautelam, s. ad loquēdum de rebus particularibus: eo ꝙ hęc est via quęsita in hac arte. Et nos narrabimus ægritudines membrorum manifestorum, & narrabimus signa significantia super ipsa cum cautela, & complemento verborum particularium, quę cum vniuersalibus dici non possent. Et etiam, quia multa signa ex his cum accipiuntur particulariter, non sunt signa: eo ꝙ plus apprehendunt quam ęgritudo ipsa, vel quam membrum infirmum. Et propter hoc necessarium est loqui super oīa accidentia, quę sunt propria vnicuiq; ęgritudini. verbi gratia, quia dolor pungitiuus in latere cum febre, & tussi, & pulsu serrino signum est apostematis diaphragmatis. Sed maior pars ęgritudinum membrorum interiorum, quę indigēt demonstratione, sunt apostemata, vel mala complexio materialis, vel non materialis. Sed secundum Gal. consyderationem in res particulares narrare oportet. Sed de his breuiter dicemus, ęgritudines membrorum proprias narrantes signa super eas significantia ostendemus, a cerebro incipientes. Dicimus ꝙ omnes malę complexions eidem superuenire possunt, vt calidę, frigidę, siccę, & humidę. & vniuscuique istarum signa significantia dispositionem plenius ostendentur: sicut oculorum rubedo, & faciei, & actualis calor dominium sanguinis, aut humoris calidi significat. Et proprietas malę complexionis calidę aut frigidę est, vt eidem dolor coniungatur, tamē in complexione calida fortior existit.

sed humida vel sicca dolorem non efficit, nisi parum. Sed quando est sola humiditas, tunc sola grauitas sentitur. & humida complexio cerebri cognoscitur a capitis grauitate, & a multo somno, & a sensum capitis hebetudine. Et siccitatis signa his existunt contraria. Et possibile est vt complexio adueniens capiti sit principaliter adueniens ex capite. Et possibile est, vt ab alio veniat mēbro: sed pro maiori parte accidit cā stomachi. & signum huius est, quoniam soda promouetur, quando angustiatur stomachus ad vomendum, vel quando a cibis vacuus existit, aut quando cibaria corrupta sunt in stomacho. & illud est generale. quoniam dolor capitis augmentatur, quando augetur stomachi ægritudo: & minuitur, quando minuitur. Et possibile est, ꝙ accidat ex colligantia duarum venarū, quę nominatę sunt in Arabico guidez, & sunt venę somni: quoniam accidit in capite dolor, qui dicitur hemicrania. & signum huius est signa significantia repletionem occipitij. Et possibile est vt accidat ex colligantia totius corporis. & signum huius est signa significantia repletionem vniuersalem. Et cerebro aduenire possunt omnes species apostematum calidorum, & frigidorum. Et aliquando membrum ægrum cognoscitur, et ægritudo a proprijs ipsius operationibus in ipso: sicut in ægritudine fixa in cerebro concomitantur alienationes, quę diu cōtinuantur cum eo ꝙ si propter colligantiam alterius membri existant, sicut accidit propter apostema diaphragmatis, concomitantur alienationes, quę non cōtinuantur cum eo. Item accidentia, quæ sensibus adueniunt, sunt cognitionis species ægritudinis membri proprię: sicut apostema cholericum in cerebro factum malas prębet cogitationes, & quasi festucarum de pannis euulsionem adducit, & vigiliarum multitudinem, & cum mala dispositione de somno excitantur. Et quod ex sanguine fit, minus vigilare facit, quam illud, quod de cholera fit: & habet risum, & lætitiam. sed quod a cholera fit, sequetur ira, & furor. Sed quod de melancholia fit, & illud alienationem sensuum promouet: excepto ꝙ timor, & planctus hoc concomitantur. Sed quod ex phlegmate fit, corruptionem animalium virtutem præbet, & non intendit facere malum. Sed signa propria dominij humoris apostema facientis in cerebro sunt sicut rubedo faciei & oculorum, & caliditas tactus, & fortitudo pulsus. quoniam ista significant abundantiā sanguinis: & maxime quando associabitur eis regimen conueniens, sicut ętates, complexiones, & tempora. Et non quæras vt rememorem tibi signa multotiēs: quoniam rememorari debes eorum, quę tibi dixi. Et pulsus super apostemata significans habent a sua proprietate varietatem tremoris. quod est, quia est in mēbro panniculoso propter certamen, quod est inter virtutem & organi extensionē. Et hoc accidens in apostematibus calidis plus manifestatur. In apostematibus vero phlegmaticis, & melancholicis mollicies. & humiditas, quę est in apostematibus phlegmaticis, quasi vincit ferrinam dispositionem, quam a parte mēbri consequi debet. Et panniculi, qui in cerebro apostemantur, sunt pia mater, et dura mater, & aliquando ipsa substantia cerebri apostematur. & hoc maioris est periculi, & fortiora habet accidentia. quod est, quia ex hoc consequitur paralysis, aut apoplexia. Et dicitur ꝙ aliquando cerebri rete apostematur. & hoc sequitur dolor pulsatiuus propter arteriarum multitudinem. & ipsius propria signa sunt albi oculi, fortis rubedo, & palpebrarum grossicies, & motus difficultas. & febris, vt dictum est, propria in istis apostematibus existit: sed tamen in apostematibus calidis est acuta, & in mollibus est lenta. Hæ sunt ęgritudines, in quibus necesse est inducere demonstrationem, & proprie in ęgritudinibus cerebri. Sed epilepsia, & apoplexia, & similes ægritudines neruorum, omnes istæ ęgritudines sunt manifestæ sensui. & iam diximus earum causas in libris Aegritudinum. Et quæ remanent loqui, sunt signa, quę sunt propria cuiusq; causę causarum ægritudinum. Et hoc inuentum est in eis pluribus ex causis. & est inuentum est in eis ex colligantia aliorum membrorum, sicut est relaxatio. quia iam declaratum est in libro Aegritudinum, ꝙ humor qui facit, est causa phlegmatis: & potest esse ꝙ sit causa melancholię. Sed si est ex aquositate, aut ventositate, in hoc est differentia inter Medicos: etsi potest esse, vt sit in cerebro principaliter, & ex colligantia aliorum membrorum. Sed cognoscere ista

A signa maxime potest scire per preterita: quia istę egritudines eueniunt pluribus de causis. Ecce que significant super ipsa, sunt signa, quæ significant super abundantiam humoris. & ꝙ eius, quod inuenitur ex colligantia alterius membri *dicta sunt, iam fit via, per quam demonstratur. & hoc est, ꝙ egritudo multiplicatur in membro ex colligantia, & minuitur ex minoratione. & iterum quia mēbro læso non stat fixa ægritudo. & ideo, quia omnia ista accidentia manifestāt ꝙ hę ægritudines non sunt in membro principali. Et scias ꝙ differentia, quę inter egritudines materiales & non materiales existit, est, quia materialis dominium illius humoris ostendit. & quę prima essentia a non materiali existit, si causa hoc efficiens a rebus exterioribus causetur, hęc erit malitia pauca, & perseuerantia erit breuis: sicut dolor capitis, qui a calore prouenit Solis, & sicut egritudo, quę nominatur terabi, quę ab aere serenissimo, qui membra nutritiua lęsit, cōtingit. & quę mala complexio a secunda existit essentia, est sicut spasmus, aut & hectica, quę a nimia siccitate fit. & hęc spasmi species ab alijs spasmi speciesius diuersificatur: quia paulatim aduenit, & eius timor est magnus. Hęc sunt signa ægritudinis.

De signis ægritudinum Oculorum. Cap. XLVII.

B INcipiamus nunc signa egritudinis oculorum. Dicamus ꝙ hę egritudines sensui visus manifestantur. & in hoc non indigemus nisi cognitione causę. & hunc meum sermonem complebo, cum de oculorum medicatione sermonem ordinabo. sed hic dicam signa, quę cognitionem egritudinum oculorū manifestant. Hęc lęsio est, quę aduenit neruo, per quem ad oculum spiritus currit animalis, aut quę eidem accidit spiritui. Et neruus, qui ad oculum dirigitur, lęditur aut mala complexione materiali cum apostemate, vel oppilatione: aut ꝓpter malam complexionem sine apostemate, vel oppilatione. Et signa malæ complexionis cum apostemate in oculis sunt manifesta: sicut pulsatio, rubedo, & signa oppilationis sunt sola grauitas. Et signa malę complexionis oculorum manifestantur, secundum ꝙ omnis mala complexio manifestatur. Et oppilationes, quę in eo sunt, fiunt sicut egritudo, quę nominatur abinnasar; & est oppilatio facta inter corneam & humorem crystallinum. & hęc oppilatio apparens est. Hanc vero egritudinem precedit vaporum eleuatio ad partes superiores. Et potest esse vt isti vapores propter colligantiam stomac ascendant, quos stomachus transmittit cerebro: & etiam possunt a solo cerebro eleuari. Et differentia inter istos est, quia vapores a stomacho venientes crescunt, & decrescunt propter bonitatem digestionis stomachi, & malitiam ipsius. Sed quando a cerebro fiunt, in sua fixione firmantur. tamen & in eis, qui a cerebro fiunt, aliqua C additur malitia propter stomachi malitiam. Et dicunt ꝙ vapores a stomacho ascendentes ambos oculos equaliter turbant. Sed oppilatio, quę propter decursum aquę superioris aduenit, vt plurimum vni soli oculo accidit.

De signis ægritudinum Aurium. Cap. XLVIII.

ET auribus etiam fit egritudo propter duas species malę complexionis, vt materialem, & non materialem. & fiunt in ipsis apostemata, & oppilationes, & dolores, & generaliter egritudines, quę sunt omnibus alijs membris generales, dolorum, & apostematum, & pustularum, & similium. & hęc signa sunt signa propria egritudinum ipsarum. Et signa calidi apostematis auricularum sunt dolor infixiuus grauis; quia membrum est neruosum, & chartilaginosum: & pulsus serrinus. Et scias ꝙ maior pars humorum facientium talia apostemata est humorum subtilium propter obtusitatem, vel duriciem substantię ipsorum membrorum. & aliquando cum his apostematibus fit febris continua: & maxime quando apostema est in radice loci nominati sumach. Et maior pars egritudinum, quę fiunt in aure, est exufflatio, & tinnitus,

propter intus ventositatis expulsionem & inclusionem, & dicitur ꝙ hoc esse, potest acuitate sentiendi. & demonstratio super hoc est, ꝙ ibi non est signum superabundantię humorum. D

De signis ægritudinum Nasi. *Cap.* X L I X.

NAso superueniunt oppilationes, & apostemata cum complexione mala materiali, & non materiali. Et propria apostemata in ipso sunt, quę deriuata sunt a nomine illius vermis, qui ramisse nominatur. hic est ille, qui multos habet pedes. & signa istius ęgritudinis ab eisdem, quibus & alię ęgritudines, cognoscuntur signis.

De ægritudinibus Oris. *Cap.* L.

AEgritudines vero oris oculis manifestantur: & ob hoc perscrutatione signorum ipsorum non indigemus.

De signis ægritudinum Gulæ. *Cap.* L I. E

ET gulę fiunt apostemata, & ęgritudines, quę etiam eldaucha dicuntur, i. strangulator, & Persę appellant ascheam. Et cognoscuntur a dolore ibi existente, & cum constrictione deglutionis. & quando crescit, constrictionem facit anhelitus. & potest fieri, vt hic extinguat spiritum. Et causa huius a signis humorum ibi dominantium cognoscitur. Et pulsus in hoc apostemate est vndosus: & est, quia hoc apostema in membro est musculoso. & diuersificatur hoc apostema secundum magnitudinem & paruitatem: & secundũ hoc eorum * terminationes iudicantur. Et hoc ex signis bonis est, vt apostema in partibus exterioribus manifestetur, aut propter tumorem, aut aliud signum, aut propter dolorem per tactum. Et ipsorum species secundum Gal. sunt quinq;. Vna est, quę fit in meatu gulę, quę extremitatem epiglottidis attingit. Secunda est, quę nec foris manifestatur, & in gula non apparet: sed ex hoc patiens quasi strangulationem percipit. Tertia est, quando gula exterior est inflata. Quarta, quando intus, & extra tumet. Quinta, quando lacerti colli appodiantur: ita ꝙ spondili intus contrahuntur.

* a. I. particularia.

Quarto de Locis affec. c. 5. ad finẽ. & in Aphorismo, Si a febre.

De signis ægritudinum Pulmonis. *Cap.* L I I. F

Pulmoni accidunt duę spẽs ęgritudinum.

ET pulmoni multę ęgritudines fiunt, quarum quędam sunt communes, et quędam proprię, communes sunt sicut apostemata, vlcerationes, & continuitatis solutio: proprię vero, sicut tussis, & ęgritudo, quę dicitur beth horra, i. difficultas anhelitus. Et apostema pulmonis cognoscitur a forti anhelitus strictura, & a concuxione fixa cum ipso propter istius membri ad cor propinquitatem, & pectoris grauitatem, & a forti tinctura pomorum maxillarum, & ab omnibus signis dominationis sanguinis cognoscitur. Et propterea quia vt plurimum in hoc membro apostema a sanguine concreatur: quod est, quia cholerę sparsio in eo propter suę substantię molliciem esse non potest, & etiam propter multam humiditatem ad ipsum transmissam: & tamen nec etiam propter hoc apostema phlegmaticum nisi raro in ipso conficitur. Et dolor in apostemate istius membri signum non est: quia hoc membrum insensibile est. Et pulsus necessario est talis, qualis apostematum calidorum: excepto quia in eo vndositas est manifesta propter mollíciem membri. Et solutionis continuitatis istius membri signum est: quia simul & semel sanguis egreditur multus, rubeus, arenosus, & cum tussi, & hęc fiunt aut propter causas extrinsecas, aut propter reuma descendens, aut propter percussiones in pectore factas. Et sputum similiter apostema pulmonis manifestat, dummodo coniungatur cum signis prędictis, quod

A quod eſt, quia poſſet fieri etiam in apoſtematibus, quæ fiunt in * panniculis coſtarum. Et ex ſignis laudabilibus in apoſtemate pulmonis eſt ſputum album, & æquale, & quod ſuauiter egreditur: quemadmodum illaudabile eſt ſignũ, in quo dominium aliquorum humorum manifeſtatur, & maxime ſputum nigrũ; & poſt illud eſt citrinum, & poſt illud rubeum. Et ſputum rotundum, quod Hippoc. dixit eſſe ſummum malum in pulmonis ægritudine, eſt, quia ſignificat perditionẽ ſuper humiditatem naturalem: ſed tuſsis non eſt ſignum niſi cauſę efficientis. Et cauſas ipſius tu ex alijs libris nouiſti.

* a.l. pelliculis.

De ſignis ægritudinum Pectoris. Cap. LIII.

ET ægritudines, quæ manifeſtiores ſunt in pectore, ſunt apoſtemata, & oppilationes. Et apoſtemata vt plurimum fiunt in pellicula interiori tegente coſtas, quæ ægritudo nominatur xazibera, quæ in lingua noſtra pleureſis nominatur. Et in his apoſtematibus propria ſigna ſunt dolor fixus extenſiuus, febris acuta, & tuſsis cum ſputo, & pulſus ſerrinus. Et aliqñ hæc apoſtemata fiunt in muſculis, qui ſub panniculo ſunt. & tunc hæc paſsio apoſtema lateris dicitur, & tunc hæc ſigna ſunt poſteriora dictis ſignis. Similia B tamen ipſius accidentia ſunt debiliora, & minus timoroſa. nec dolor adeo fixus eſt, quia non eſt in membro panniculoſo, nec in pulſu ſerrinitas ſic manifeſtatur. Et aliquando apoſtema fit in panniculo pectus diuidẽte. Et aliqñ diaphragma apoſtematur, & ſequitur hic ſenſus alienatio, & inquietudo magna.

Signa apoſtematũ pectoris.

De ſignis ægritudinum Stomachi. Cap. LIIII.

ET ſtomacho adueniunt ſpecies complexionis malę, vt materialis, & nõ materialis: & adueniunt apoſtemata, & vlcerationes. Sed ſpecies malæ complexionis non materialis, quando remiſſa eſt, a rebus extrinſecis eſt creata: & illæ ſunt illius ſigna demonſtratiua, ſicut aduentus aeris, vel cibi frigidi. Sed ſi fuerit intenſa, erit aut mala complexio calida & ſicca, quæ hecticam inducit: aut erit frigida & ſicca, & ſenectutis erit hectica. Et ſignum ambarum ægritudinum eſt, ꝙ in hoc membro illa ſigna manifeſtantur, quę in ambabus ægritudinibus his manifeſtari ſolent. quod eſt, quia membrũ hoc fortiter demacratur. & quando patiens ſupinus iacet, tunc percipit ſtomachi diſpoſitionem foueæ alicui ſimilẽ eſſe. & ſtercus mollę egreditur & indigeſtũ, & vniuerſaliter ipſius virtutes omnes debilitantur. Sed mala ipſius materialis comple- C xio huiuſmodi eſſe poteſt, aut vt ipſa ſit imbibita, vel in concauitate ipſius fixa, aut ab alio membro tranſmiſſa. & poteſt eſſe vt res ambæ adinuicem componãtur. & hoc poteſt aut ab vna, aut a duabus materiebus eſſe. v. g. ſicut ſi in ipſo ſit humor cholericus, & ipſi humor phlegmaticus tranſmittatur. Et ſi ipſe fuerit phlegmaticus humor, ab eo ructus proueniet acetoſus: & ſi fuerit cholericus, fiet fumoſus. Et differentia, quæ eſt inter humorem fixum & tranſmiſſum, eſt: quia tranſmiſſus per ſeceſſum, aut vomitum exit: ſed imbibitus & infixus neutrum horum attentat, ſed conatur ad vomendum, & nihil proijcit. Et ſignum appropriatum choleræ eſt tremor labij. Et humoris melancholici in ſtomacho ſigna ſunt virtutis viſibilis impedimentum, & acetoſitas acerba in ore. Differẽtia vero, quæ eſt inter complexionem materialem & non materialem, eſt propter humorem per vomitum, vel ſeceſſum exeuntem. Et in paſsione ſtomachi vrina groſſa materialem complexionem peccantem ſignificat. Sed apoſtemata fiunt aut in fundo ſtomachi, aut in ipſius ore. & horum quædam ſunt calida, quædam frigida, & quædam ex genere cancri, & quædam ſunt ventoſa. Et omne apoſtema, quod in ſtomacho ſoporatur, ſequitur febris, & dolor fixiuus: & maxime, quando in ore ſtomachi oritur. quod eſt, quia illa pars magis neruoſa exiſtit, & eſt colligantię princeps. & ob hoc periculoſior ea, quæ in fundo exiſtit. & eidẽ ſyncopis, & ſenſus alienatio ſequitur. & frigida apoſtemata ſequuntur dolores

debiles,& febris lenta. Et apostemata, quæ in stomacho cancerosa fiunt,sine dolore,& febre fiunt.& si esset,hæcticæ assimilaretur,aut mixtis febribus. Et proprium signorum horum apostematum est ructus putridus corruptus cū operationum debilitate:hoc est,quia cibus egreditur indigestus, & alia accidentia his similia.Et vniuersaliter signa,quæ dominium humorum significāt, illa eadē sunt signa,quæ significant illum humorem,qui hoc facit.& vt plurimum attestātur ei complexio,ætas,& regimen.& alia his similia iuuant ad hoc cognoscendum.Sed vlceratio,quæ in eo fit,cognoscitur ab ardore vel combustione, quæ in eo fit,& propter paucam mordicationem.raro tamen fit, vt vlceretur stomachus,nisi sit etiam vlceratio in gula,aut ore. D

De signis ægritudinum Hepatis. Cap. LV.

ET hepati accidunt oppilationes,& apostemata,& species malæ cōplexionis omnes.Signum apostematis hepatis,non tamē proprium, est febris;atque tussis,& illius loci dolor.& ꝙ quasi proprium est grauitas loci,qui trachea nominatur:& maxime qn̄ in gibbositate hepatis apostema existit.Et sæpe signa apostematis costarum cū signis apostematis hepatis cōmiscētur:quia sæpe dolor apostematis hepatis peruenit ad eundem locū, ad quem dolor apostematis pelliculæ costas tegentis reperitur. & tunc hic nullum proprium signum reperitur.& cum his omnibus accidit tussis:tamen in hepatis apostemate non fit multum sputum.Et aliquando erit sputum in apostemate panniculi:maxime quando apostema saniem facere incœperit. & propterea sputum in principio signum sufficiens non erit. Nec est differentia ꝓpria inter apostemata hepatis.& pleuretica,nisi in qualitate doloris. quia in pleuresi est dolor fixus,& extensiuus:& qui in hepate,est aggrauatiuus. Et in pulsu etiam differentia existit:quia in pleuresi est serrinus,in hepate vero vndosus. Et dicitur ꝙ aliquando apostema fit in hepatis lacerto, & figura apostematis hepatis est lunaris.sed figura apostematis lacerti est oblonga , vel quadrata, & vnus angulus ipsius est grossus, & alter subtilis. E

De signis ægritudinum Splenis. Cap. LVI.

ET spleni omnes species malæ complexionis accidunt, & oppilationes, & apostemata,& vētositas inflatiua. Et signa apostematis splenis sunt dolor grauis,& febris,& accidentia,quæ corpori adueniunt propter huiusmodi membri ęgritudines,Et oppilationis signa sola grauitas existit. Et signa ventositatis inflatiuæ solus dolor est extensiuus. Et ex apostemate & oppilatione splenis sequitur macies totius corporis.Et ideo dicit Hipp. qn̄ splen crescit,tūc corpus attenuatur:& qn̄ decrescit,tunc corpus inspissatur. F

De signis ægritudinum Renum. Cap. LVII.

ET renibus accidunt species malæ complexionis , & oppilationes, & apostemata.Et discernuntur a vesicæ ægritudinibus, propter lapidis & arenæ generationem.Et magis propria species malæ cōplexionis, quæ renibus conueuit,est ægritudo quæ bolbarabris nominatur,quæ in Latino diabetica dicitur,& cum forti siti,& vrinæ fluxu,& febre. Et apostematis calidi sunt signa,dolor aggrauatiuus in renibus sentitus, & dolor in alcatim factus cum febre, vrinæ constrictione. & quando patiens super latus sanum decumbit, videtur vt alius ren super ipsum suspendatur. & hoc prouenit, quando est in statu , aut declinatione. & in maiori parte in his apostematibus fiunt febres errantes aut iunctę in apostematibus frigidis & lentis : ideo quia febris non aduenit apostematibus membrorum principalium, nisi quando apostemata erunt parata saniem facere,Sed signum generationis lapidis in renibus

A est dolor fixus ab ipsius generationis principio, quousque natura illos abijcit extra, secundum illos, qui dicunt ꝙ lapides isti in substantia renum generantur. & ideo aliquando cum istis sanguinis exitus adest. Et quod verius apparet, est ꝙ in concauitate renũ generantur. & dolor, qui est in hac ægritudine, & accidentia doloris accidentibus, quæ in colica inueniuntur, similantur propterea qa stomachi distemperantia & vomitus his duabus ægritudinibus cõiter accidũt. & casus similiter appetitus. Et differentia istarum difficilis est maxime in ęgritudinũ principio: sed in fine manifeste diuersificantur propter in colica ventris esse constrictionem, & humorum cognitionem, & multam ventositatem. & etiã lapides generati in renibus arenam ostendunt in vrina. Et signum discretiuum in hoc est operatio clysteriorum, quia si patiens propter clystere requiem inueniet, sicut accidit Gale. sine dubio hic dolor colicus erit: & si propter clysteria aggrauatur, proculdubio renalis est: causa est, quia clysteria intestina replent, & distensionem in eis operantur, & tunc opprimuntur renes, & dolor fortificatur. Sed signa, quæ vlcerationes significant, est dolor vlceratiuus sine grauitate, & extensione, cum exitu sanguinis, aut saniei. Et aliqñ egrediuntur cum vrina frustra frustis carniũ similia, & hoc accidit, qñ in substãtia renũ corrosio fit.

B *De signis ægritudinum Vesicæ.* Cap. LVIII.

ET in vesica manifestiores ægritudines, quæ in ipsa generantur, sunt lapides, qui in ipsa generãtur, & apostemata, & vlcerationes, & strangurria, et sine voluntate vrinę exitus. Sed signũ lapidis in vesica est dolor, qui iñ vesica sentitur cum virgæ pruritu, & virgæ erectione, & relaxationes sine causa manifesta, & vrinæ cruditas, & albedo ipsius cum subtilitate, & difficultas exitus vrinæ, & arenarum apparẽtia in ipsa. Sed constrictio vrinæ fit aut propter membrum mãdans ipsam, aut ꝑpter meatũ, qui a renibus ad vesicam tẽdit. Et his duobus vnũ est commune accidẽs. & hoc est vrinæ difficultas. Sed diuersificatur ĩ ipsis: vt si a renibus, ibi dolor sentitur: si autem a meatu, ibi dolor adest. Et aliqñ constrictio fit vrinæ ab ipsa vesica, aut a meatu qui ad ipsam progreditur vesicam. & ista duo similiter in vno accidẽte cõicant: hoc est, quia vesica repletionem recipit, similiter et meatus. sed diuersificãtur in hoc. quia quod a vesica prouenit, qñ vesica præmitur, et vrina exit. sed quod a meatu prouenit, non emittit vrinam, etsi vesica exprimatur. Et oppilatio istius meatus fit a lapide, aut ab humoribus grossis sanguineis, vel sanguine coagulato, aut propter complexionẽ frigidam dominãtem, aut propter apostema, aut furũculos. Et signa harum ægritudinum sunt; quoniam, si fuerit ex lapillulis, significatur ex arenulis præcedentibus. & si est ex coagulatione sanguinis, signũ est

Signũ lapidis in vesica.

C sanguis anticipatus. & si ex sanie fuerit, signum est apostema, quod præcessit. & si ex humoribus grossis fuerit, significatur ex exitu præcedentis humiditatis. & cognoscuntur istæ dispositiones per signa eadem conuenientia. & si adinuicem istæ dispositiones coniungantur difficile cognoscuntur a Medico. quare quiete debet medicinare, considerando primam intentionem. & si ex illa lucratus fuerit, sequatur illam. & si non, dimittat. Et si pustula, aut vlceratio est in vesica, qd ab ea egreditur, furfuribus, aut laminibus assimilatur. sed si hæ ægritudines fiũt in renibus, quod ab eis exierit, frustis carnium assimilabitur.

De signis ægritudinum Intestinorum. Cap. L I X.

ET intestinis vt plurimũ fit ęgritudo, quę dr̃ colica, apata, vlcerationes, & sanguinis fluxus. Sed sanguinis fluxus vlcerationẽ cõcomitatur. & iste sanguinis cũ fecibus egreditur a principio mixtus: & aliqñ ex substãtia intestinorũ egreditur. & signũ huius est dolor, qñ euacuãtur humores, & fæces. Et qñ apostema est in intestinis grossis, hoc modo cognoscitur: qa cũ patiens mordicationem sentit, cogitur assellare. sed quod ab apate exit, cum

fæcibus non est admixtum. Et si fuerit in subtilibus, propter dolorem assellare non cogetur. & quod ab eis egredietur, cum stercore erit admixtum propter vię longitudinem. Similiter si apostema in subtilibus fuerit, dolor circa vmbilicum sentietur: & cũ intestinis fuerit grossis, dolorem sentiet inferius. Et signa colicæ calidæ manifesta sunt, & vniuersaliter ea, quæ significant dominium humorum in omnem patientem. Et quæ propter ventositatem fiunt, sunt dolor extensiuus, & tortio intestinorum. & si tortio fuerit cum rugitu, grossam ventositatẽ significat. & quę fit propter apostema, cognoscitur a fortitudine doloris, a febre, a siti, & ab accidentibus ostendentibus dominationem humoris apostema faciẽtis. Et ęgritudo fortissima, quę iliaca nominatur, fortiora habet accidentia et mala, ita ꝙ patiens cogitur vomere stercus. Et vt plurimũ hoc accidens est propter aprea in subtilibus intestinis factum. & potest fieri propter stercus putrefactum in eis, aut propter humorem grossum viscosum, aut propter herniam factam ex descensu intestinorũ, aut propter venenum receptum. Et vniuersaliter hæc ęgritudo intestinis subtilibus est propria. & hęc ęgritudo attribuitur virtuti expulsiuę, cum suum naturalem motum nõ habeat, aut debet attribui vniuersaliter oppilationi. & aliquando propter priuationem cholerę, quę ad intestina consueuerat transmitti: quia per modum abstersionis adiuuat ad fecũ debitã expulsionẽ. Et oppilationes fiunt in illis propter humores, aut apata, aut ꝓpter malã cõplexionẽ frigidã & siccam, quę vias constringit: aut propter alias res positionẽ eorum corrumpentes, sicut ventositas, quę ea facit tortuosa, & herniam. D E

De signis ægritudinum Vuluæ. Cap. LX.

Et vuluę ęgritudines fiunt, quibus omnes species male cõplexionis cõicant: sicut ab his, quę præcesserunt tibi manifestum est. & sępe ipsi accidunt apreata. Et horum signum est dolor fixus, & pulsus serrinus: eo ꝙ membrum est neruosum. & febris accidit eidem: eo ꝙ sit membrum principale aliquo modo principalitatis. Et ex ęgritudinibus, quę magis in ipsa proprie sunt, est ęgritudo, quę mola nuncupatur, quę difficile a pręgnatione cognoscitur: eo ꝙ ablatio menstrui, & grossicies ventris communicant ambabus. Et signum discretiuum est, quia transit terminum motus embryonis absq; motu. & hoc accidit multis annis, quia portari potest, donec ab ea moriatur, aut absoluatur. & hoc secundum virtutis tenorem. Et aliquando ei accidit, vt eam ferat pluribus annis, demum parit frustum carnis: & aliquę moriuntur. Item propria est ęgritudo vuluę illa, quę suffocatio dicitur matricis, quę fit propter menstrui sanguinis corruptionẽ in vulua, & euenit ei syncopis, & difficultas in anhelitu, & priuatio sensus & motus, & debiliter sentitur pulsus eius. & accidit eidem duricies, & ipsius oris oppilatio. Et hoc accidit ex reliquis apostematis diu induratis in orificio matricis. Et species malę complexionis matricis, si materiales sint, ab his, quę ab ipsa egrediuntur, cognoscuntur. & si non sint materiales, a siccitate ipsius percipiuntur. Et generaliter signa, quę significant complexionem, sunt signa significantia complexionem matricis: & de cętero instabimus super causas, quę operantur putredinem. Et completus est tractatus iuxta nostram intentionem. F

AVERROIS COLLIGET

LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

De Cibis, & Medicinis.

Quæ sit huius Quinti libri intentio. Cap. I.

A N primis sciendum est quid sit cibus, & quid medicina: & quot sint eorum operationes, et qualiter operantur & proprie medicinę: eo quod habēt multas operationes, quas Medici appellant virtutes primas, secundas, & tertias, & proprietates. & cum hoc dabimus cognitionem harum istarum medicinarum, quę operantur quamlibet istarum operationum: & postea speculabimur in operationibus earum: hoc est vtrū via, qua apprehendimus, est per viam syllogismi solum, aut per viam experientię solum, aut per viam continentem vtrūq;. et hoc totum erit, postquam receperimus a Naturalibus quod erit recipiendum. Et quando compleuerimus hoc, recordabimur propriorum ciborum & medicinarum, quorum multiplicata est scientia, & experientia in terminis naturalibus, & testificata sunt a communitate Medicorum, aut a maiori parte. Et postea narrabimus modos compositionis, & recordabimur eorum, quæ manifestiora sunt sectæ componentium. & narrabimus naturam complexionis secundum viam, quam nobis ostendent regulę illę. & quando compleuerimus hæc, tunc completa erit nostra intentio in hac particula.

De quiditate Cibi, & Medicinæ. Cap. II.

B DIcamus quod cibus est illud, quod ponit naturales partes cibati. & hæc pars est in specie partis dissolutæ. Sed medicina diuersificatur ab hoc: ideo quia quamuis ipsa sit ex rebus, quæ ponunt naturales partes cibati, illa pars nō est in specie partis dissolutę, sed habet in se rē actiuā, & alteratiuā. Et propterea, qn̄ superuenit hęc dispositio sup dispositionē ægritudinalē, quę est cōtraria, vocatur illa operatio curatio. Et hęc est intētio definitionis, qua Gal. definiuit cibū, & medicinā: dicens quod cibus est illud, qd patitur a corpore, & medicina est illud, a quo patitur corpus. Sed si nos non intelligeremus ex verbis hoc, quod dictū est, nō esset intellecta certitudo cibi, & medicinæ. Et iam opinatus est vnus ex nostris socijs, qui nominatur Ahuberti Auensusu, quod illud, quod diximus in hac definitione, esset quasi contrarium verbis Galeni, & super hoc eidē multas transmisi epistolas, quousq; hoc plene intellexit. Quid cibus.

De operationibus primis, quas operantur medicinæ in corpore humano. Cap. III.

ET operationē, quas operātur medicinæ in corporibus humanis, quędam sunt primæ, sicut est calliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Et quædā earū sunt secūdæ, sicut maturatio, digestio, mollificatio, resolutio, & aper- Operatiōes medicorum duę.

tio,& multa alia similia istis,quæ enarrare debemus,qn̄ declarabimus naturam D
quæ faciunt hoc,& fuerunt vocatæ secundariæ:quia sequuntur mensuram mixtionis primarum virtutum.Et quædam earum sunt tertiæ, quæ sunt propriæ in certis membris,& sunt quasi consequentes secundarum.Et est conueniēs in primis narrare quō hę habēt agere in corporibus has operationes,& quō habēt pati a corporibus earū passiones.& hoc sciemus,qn̄ sciuerimus per quē modū nutritur nutritus.Et dicamus,iam declaratum est in naturali philosophia ꝙ mēbra, quæ primo nutriuntur,sunt mēbra similia:ideo quia cibus primo cōuertitur secū dū ordinē,quem habet in corpore cibati,in humiditatem similem humiditati fixæ in mēbris consimilibus,& miscetur cū eis per eūdem modū, quo miscentur adinuicē res liquidę:ꝓpterea quia nō est alter modus,per quē natura possit restaurare rē dissolutam omnibus partibus membri nisi per modum mixtionis. & quando erit permixtū secūdum hunc modū,tunc habebit essentiam in ipso: & post hoc assimilabitur illud mēbro,hoc est quia datꝫ eidē vnam coagulationē stabilitatis similē stabilitati mēbri.Et est ibi declaratū ꝙ hoc fit per decoctionem, & decoctio fit per calorē qui est in cibato:non ꝙ calor sit primus motor in hac re,sed est anima nutritiua: ꝓpterea quia operationes caloris non sunt determinatæ,nec ordinatæ ad vnū finem manifestū. Et postꝙ̄ ita est,vidēdum est quō dicitur cibus esse temperatus,aut medicina:& quō dicitur super quemlibet eorū vt sint distemperati:quamuis melius sit appropriare temperātiam cibo, sicut est melius appropriare distemperantiam medicinæ. propterea quia cibus habet ꝓpter suam virtutem,& suam præparationem vt conuertatur ad humiditatem similem humiditati radicali,quæ est in membro consimili,& calori intrinseco simili calori,qui est in cibato, ita vt sint idem secundū omnem modum.& hoc est solum in eo,qui est temperatæ complexionis,vel ꝓpinquus ei.& per hunc modum dicitur ꝙ cibus sit temperatus,sicut erat panis grani, & carnes gallinarum iuuenum,& similia istis.quia quantitas partium præstitarū corpori ab istis cibis est idē cum partibus,quæ fuerunt dissolutæ. Sed temperantia medicinæ est propinqua huic:sed diuersificantur inquantum non habet virtutē restaurandi partē æqualem quantitati rei,quæ dissoluta est ex corpore. & propterea non potest homo nutriri ex tēperata medicina,& si comedat ex ea tm̄,quantum comeditur ex cibo.Sed qn̄ dicimus ꝙ medicina sit temperata,intelligitur eius temperantia,ꝙ quando comeditur ex ea quantitas,quæ non est sensibilis, comparādo eā quātitati partium dissolutarum a corpore:ꝙ tunc non inducit in corpus rem extraneam.quia si homo comederet ex ea quantitatem sensibilem secundum ꝙ comedisset de cibo,induceret in corpus ex necessitate rem extraneā:quāuis difficile sit inuenire medicinam temperatam in operationibus omnibus. Et secundū hoc debes intelligere,ꝙ qn̄ dicimus ꝙ medicina est calida, & frigida, humida, F vel sicca, & dicimus ēt de cibo, nostra intentio non est nisi æquiuoca: sicut tu scis ꝙ,quando dicimus de vino ꝙ est calidum in secundo gradu,& similiter crocum,non intendimus vt sit idem calor. Et postꝙ̄ declaratum est quid sit cibus temperatus,& medicina temperata,& qualiter operētur in corpore,ex hoc potes intelligere viam,per quam dicimus esse distemperatos.& hoc dicimus ī qualitatibus primis:idest quomodo calefacit medicina, refrigerat, & humectat, & exiccat.Quia medicina,quæ conuertitur in chylum calidiorem temperato chylo,aut in calidiorem ꝙ̄ est pars corporis,hoc est ad partem calidam: illam medicinam dicimus calidam.quia calor dicitur ꝙ sit vna rerum, quæ calefacit hominem plus debito,& quod generatur ex hoc chylo,est calidius debito, & sanguis,qui est materia caloris naturalis, est calidior debito. Similiter humiditas radicalis,in quam conuertitur sanguis,est calidior suo modo,& sic de necessitate calefiunt omnes corporis partes. Et sic dicitur de medicina frigida, quia non refrigerat,nisi quia conuertitur in locis digestionis ad diminutum calorem, magis ꝙ̄ calor corporis sit, ita ꝙ chylus,qui ex ea generatur, est diminutus a calore corporis.& non dicitur veraciter vt refrigeret,quia calor naturalis non habet aliquā viā generādi frigiditatem.& sic debes dicere in sanguine & humiditatibus,quæ sunt in membris, & in humiditate & siccitate omnium partiū cor-

Mēbra quę primo nutriūtur quæ. E

A potis. Et quando Medici speculantur operationes medicinarum in corpus, facile est eis dicere qualiter calefaciunt: sed difficile est eis dicere qualiter refrigerant. ita ꝙ Gal. dicit sicut fugitiuus, ꝙ non fit nisi per diuisionem medicinarum in paruas partes. Et si non refrigeraret medicina, nisi per diuisionem ipsius in partes minutas: ergo necessarium esset nobis dicere ꝙ esset frigida in actu. sed hęc medicina frigida non est frigida in actu, neque ēt calida est calida in actu. sed hæc res æque bene competit medicinæ calidæ, sicut medicinæ frigidę: quia res conuertibiles, quando conuertuntur in partes minimas, facilius conuersionē recipiūt. Et quamuis medicina sit passibilis a corpore per viam quam diximus: non est impossibile vt patiatur ab ea per alium modum. Nam vides ꝙ cibus est passibilis a corpore: & tamen inuenis cibum, qui mutat corpus secundum aliquem modum, ꝙ secundum aliquam latitudinem. & si hoc inuenitur in cibo, qui est appropriatus pas ioni, & tamen vincit aliquo modorum: ergo hoc maxime debet inueniri in medicina, quę victoriæ appropriatur, & mutationi. quia veraciter debemus dicere ꝙ quamuis aliquando vincatur, tamen non deserit propriam suam virtutem, hoc est substantialem. Sicut dicitur ꝙ arbor Aegypti occidebat, dum erat in Aegypto, & quando remota fuit abinde, nutriebat. Et dicit Arist. ꝙ in terra Latinorum sunt duo flumina, ex quorum vno si oues biberēt, generabunt masculos, & ex alio fœminas. Et hoc non est, nisi propterea quia

B cibus ex vna parte est similis, & ex alia dissimilis: & ex parte similitudinis est patiens, & ex parte dissimilitudinis est agens. Et hic est modus medicinarum, quæ dicuntur calidæ aut frigidæ in potentia, hoc est propter pręparationē, quam habent. quia non est in aliquo compositorum calor in actu, nisi in animalibus propter eorum perfectionem. & indigent calore extrinseco magis. & propterea nō inuenitur in eis temperantia elementorum, sicut in animalibus. Sed res simplices, quę non nutriunt, sicut quatuor elementa, non dant corpori, quādo adueniunt ei intus vel extra nisi qualitatem. ideo, qñ obuiant nostris corporibus, mouent corpora: sed non mouentur a nostris corporibus. propterea qa qualitates, cū quibus operantur elementa in corporibus, sunt in actu, sicut est calor in igne, & frigus in niue. Et quando elementa mouent corpora, ipsa non mouentur, i. non conuertuntur. Et quando Medici volunt de mensuris præparationum narrare, quę sunt in medicinis, quia indigent hoc in medicatione, ordinauerunt gradus per modum comparationis corpori temperato, & posuerunt quamlibet qualitatem in quatuor gradibus, scilicet calidum in primo, secūdo, tertio, & quarto. & sic de frigido, sicco, & humido. & de humido non videtur ꝙ possit transire tertium gradū. Et quod pertransit quartum gradū est res venenosa, quæ corrumpit corpus. & istę sunt vię primarum actionum, & passionum medicinarum.

Res quę nō nutriunt.

Post quartū gradū qualitatum primarū res fit venenosa.

C

De operationibus Secundis, & Tertiis in generali, quas operantur medicinæ in corpore humano.

Cap. IIII.

ET nos volumus incipere narrare de virtutibus secundis, & tertiis, & dicere naturas medicinarum, quibus hoc operantur, & qualiter operantur. Et dicamus quod medicinæ,* quæ sunt compositę ex elementis, quando alterantur a corpore, aut alterant corpus, quędam eorum sunt, quę assimilantur ei, quod est in eis ex virtutibus elementorū, sicut sunt illę, quę dant caliditatem, frigiditatē, siccitatem & humiditatem similem in qualitatibus, quę sunt in illis: & quędam actionum aut passionum, quę non assimilantur ei, quod est ex virtutibus elementorum, sed sunt operationes consequētes primas virtutes elementorum. & hoc est propter locum subiecti, in quo operātur: sicut illę, quę habent indurare, mollificare, denigrare, rubificare, & similia. Et locus subiecti, in quo manifestātur istę operationes circa quodcunq; mēbrū, si indeterminatū fuerit, appellabūtur istę virtutes secundę. Et quādo operabūtur in proprium membrum, tunc dicentur virtutes tertię: sicut sunt medicinę, quę prouo-

cant vrinam,& quæ mundificant pulmonem,& quæ generant sperma, & quæ frangunt lapidem,& similes istis. Et postquam dictum est de virtutibus secūdis, & tertijs,dicendum est de natura operationū istarum medicinarum manifestiorū.& incipiamus a secundis.Et dicamus ꝙ istarum medicinarum quædam sunt maturatiuæ,hoc est,quæ faciunt saniem,& quædā earū sunt mollificatiuę, quædam induratiuæ,& quædam aperitiuæ,& quædam oppilatiuæ,& quædā euaporatiuæ,& quædam petrificatiuæ,& quædā stypticæ,& quædā lenitiuæ, & similes his. Et debes scire ꝙ medicina,quæ est appropriata alicui operationi,nō dicitur habere illam proprietatem,nisi comparatione ad corpus temperatum , vel ad propinquum temperantiæ. & Medicus expertus in hac arte, quando cadit ad manus ipsius aliud corpus distemperatū,debet arbitrari medicinā secundum mensurā,quā videt ei esse magis iustā, & magis conuenientē in virtute medicinæ,quæ habet facere operationem istam in tali corpore. & experientiæ habēt hic locum magnum.v.g.postꝙ̄ sciuerimus ꝙ medicina maturatiua est illa,cuius calor est æqualis calori corporis,debemus intelligere hanc proportionem propriam vnicuique corpori per se,& facere comparationem propriam tali corpori.Et hoc non fuit solum in complexione propria vnius indiuidui, sed etiam in vnoquoque membro per se:propterea quia medicina,quæ facit saniem in testiculis,non facit saniem in aure.& non oportet ꝙ Medicus has res tradat obliuioni,& experientia habet in istis vijs,& arbitrijs magnum posse. E

De medicinis Maturatiuis. *Cap. V.*

DEinceps narranda est natura illius medicinæ,quæ operatur operationes supradictas:& incipiendum est a maturatiuis.Et dicamus ꝙ maturatio est operatio caloris naturalis in substantia materiæ, sicut dictum est in alio loco. Et maturatio est ordinata secundum ordinem, quem habet digestio in cibo,hoc est in tribus digestionibus. Et quando spargitur ad aliud membrum materia,quæ egreditur a natura in quantitate, aut qualitate,aut in vtrisque simul,& putrefit illa materia,tunc generatur in illo membro de necessitate vnus calor mixtus ex naturali & extraneo.Et si materia illa est apta recipere digestionem,fit ibi sanies,& maturatur.ideo quia alba sanies est media inter digestionem perfectam & diminutam:eo ꝙ est alba,quia materiæ nō sunt aptæ ad recipiendum digestionem pro maiori parte, nisi quando egrediuntur a sua natura in quantitate. sed quando egrediuntur a natura etiam in qualitate, tunc est in eis digestio difficilis:hoc est quando tendunt ad malam qualitatē, sicut ad humores adustos,& similes illis.ergo ars conueniens in simili re est confortare virtutem membri.quia calor naturalis est quasi sepultus in membro , super quod est sparsa hæc materia. & propterea est necesse vt medicina habeat ex sui natura,vt faciat digestionem:sicut medicina quę assimilatur calori intrinseco,quæ debet esse temperata in caliditate & humiditate:vel sit declinans aliquantulum ad calorem,& propterea quia calor intrinsecus, qui est in membro, potest esse refrigeratus propter multam materiam sparsam in eo,aut propterqualitatem.Et quando comparamus talē medicinā,qualis est hæc,corpori humano, dicimus ipsam esse tēperatā.& qn̄ comparatur parti dn̄anti in ipsa ex partibus elemētorū,dicimus ꝙ est talis,aut talis.Et de medicinis tēperatis est aqua calida tēperati caloris,& oleū dulce oliuæ,qn̄ guttatim cadit super apostema: & sicut cataplasma factū de farina tritici coctū cum aqua & oleo dulci.Et debes scire ꝙ medicina,quæ facit saniem in vna complexione,nō facit in alia. & sil'r in quolibet mēbro corporis,sicut dictū est superius.& ppea Medicus expertus debet ex se ponere gradus istis medicinis.v.g.qa medicina, q̄ inducit saniē, quasi in primo gradu est calida,vt cataplasma supradictū:& supra illā in gradu est q̄ facta est ex pane pp salē,qui ibi est:& sup hāc illa,q̄ facta est ex fermento. Et qdam dicūt ꝙ medicinę oppilatiuę sunt maturatiuę: sed hoc est p accidēs, sicut cerotū factū ex cera et oleo rosato,ꝓpterea qa qn̄ pori claudūtur,calefit mēbrū & materia maturatur,Et qdā dicūt ꝙ medicinæ maturatiuę maturant, ꝓpterea F

Medicine oppilatiue sunt maturatiuæ per accidens.

A quia faciunt in materia rem, propter quam est facile naturę diuidere ipsam materiam temperando qualitatem materiæ, aut subtiliando ipsam. Et potest esse vt in vna mediciuarum inueniatur maturatio cum omnibus istis modis, & erit in composito per artificium: in simplici vero per naturam. Et etiam dicitur ꝙ medicina maturat: propterea quia rectificat in qualitate caloris naturalis illud, quod permutatum est per calorem extraneum. & per hanc viam dicitur ꝙ psyllium maturat apostemata calida. & secundum hunc modum ꝙ res frigidę maturant apostemata calida. Et definitio, qua definiuit Gal. maturationem, non verificatur nisi in apostematibus, quæ sunt difficilia ad maturandum propter nimiam debilitatem caloris naturalis, aut propter quantitatem, aut propter frigiditatem.

De medicinis Mollificatiuis. *Cap. VI.*

ISTę medicinę appropriantur multum in hac arte medicinis, quę dissoluunt apostemata dura, densata, lapidea, quasi habentia insensibilitatem. Et ista apostemata generaliter fiunt ab humoribus grossis, qui sunt, aut melancholici, aut phlegmatici grossi, aut compositi ex ambobus. Et quia hæc apostemata sunt indurata propter frigiditatem, necesse est vt res, quę ea mollificant,
B sint calidę. quia res, quę sunt congelatę per frigiditatem, dissoluuntur per caliditatem, si sunt resolubiles, sicut plumbum, & stannum. quia ista apostemata cum maturantur, humectantur: & de necessitate est vt medicinę, quę habent permutare, quamuis sint calidę, vt habeant aliquam siccitatem, vt vincant illam humiditatem frigidam. Et medicinę, quę probatę sunt per experientiam in hoc opere, sunt calidę in secundo vel tertio gradu, & siccę in primo: sicut ammoniacum, bdellium, styrax, & medulla cruris vituli, & sepum hircinum, & bouinum. Et est necesse vt sint mensurę harum medicinarum secundum mensuram, quam habent caloris & siccitatis: ideo quia medicinę, quę sunt fortes in calore & siccitate, nimis habent dissoluere, & posset remanere pars grossa ex materia, quę conuerteretur in naturam lapidis. Et est necesse, sicut diximus, vt per te ponas gradum in fortitudine harum medicinarum: propterea quia pinguedo est debilior ammoniaco, & bdellio. Et pinguedo gallinę debilior existit pinguedine anseris, & anatis: quia res istę diuersificantur secundum aliquam complexionem, aut ad aliquod membrum.

De medicinis Induratiuis. *Cap. VII.*

C DE necessitate est vt medicinę induratiuę sint frigidę: propterea quia induratio cum grossitudine non est nisi congelatio, & congelatio non fit nisi a frigiditate. Sed illud, quod dicit Gal. de humiditate in his medicinis, nihil est: propterea quia humiditas non habet nisi solum humectare, & non indurare. & melius esset vt poneret siccitatem cum frigiditate: quia de illa frigiditate fit durieies cruditatis. Sed istæ duæ qualitates sunt vt plurimũ passiuę, & non actiuę. quia duę actiuę sunt caliditas & frigiditas: quamuis earũ operationes diuersificentur secundum humiditatem & siccitatem. & hoc declaratũ est in Quarto Meteororum. Et istę medicinę habent latitudinem. & istæ medicinę sunt sicut semperuiuum, psyllium, & portulaca, & si infrigidant & incrudant, non faciunt hoc nisi per frigiditatem.

De medicinis Oppilatiuis. *Cap. VIII.*

ISTę medicinę sunt ex his, quę claudunt poros, & natura sunt terrestres sine mordicatione: quia mordicatio est vna ex rebus, quę cito faciunt medicinã egredi ex poris: aut vt sint conglutinatiuę vt gummi, & terrestre, quando non est conglutinatiuum, sicut amylum. Et est necesse vt istę medicinę sint multum remotę a mordicatione: & propterea debẽt esse temperatę complexio-

nis, vel declinantes ad frigiditatem parum. Et si quęsieris quomodo oppilant istę medicinę corpus interius, quando assumuntur: Respondemus ꝙ hoc potes scire per hoc, quod est dictum superius: quia claudunt intestina propter chylum factum ex eis, & similiter hepar, & venae, & membra ipsa. Et istae medicinae oppilatiuę diuersificantur secundū diuersitatem complexionis membrorum: sicut dicitur ꝙ dactyli oppilant hepar, & aperiunt oppilationem pulmonis. D

De medicinis Aperitiuis, & Abstersiuis. Cap. IX.

ISTę medicinę sunt vnius generis, & inter ipsas est parua diuersitas. quia medicinę, quę abstergunt sordiciem ex membro, & lauant ipsum, neque habēt posse penetrandi in poris, dicuntur abstersiuę, sicut aqua mellis, & aqua melonum, & farina ordei, & fabarum. & quę habent virtutem penetrandi propter partem igneam, quę est in eis, dicuntur aperitiuę. Et quędam istarum medicinarum plus operantur extra corpus, quam intra: et quędam plus intra, quam extra: & quędam operantur æqualiter. Et quę plus operantur extra, sunt quae habent aliquantulam bauracitatem, nec in eis est multa grossities. & propter partem subtilem, quę est in eis, penetrant intus: & propter largitatem intranearum viarum, penetrant cito. Et res viscosę mundificare non possunt. & si cū eis iungeretur corpus stypticum aliquantulum grossum, tunc mundificarent: propterea quia sunt instrumentum naturę aperitiuę, quę est in eis, quia hęc stypticitas coniuncta retinet eas in meatibus, donec compleuerint suas operationes. Sed extra corpus non possunt ita operari propter stricturam pororum, & propter stypticitatem. Et propterea absinthium aperit oppilationes hepatis, & non potest poros exteriores aperire propter stypticitatem, quę est in eo. Et istę medicinę debent esse amari saporis cum stypticitate. Sed medicinę, quę ambas operationes faciunt, sunt inter harum naturam medię, videlicet illę, quę habent aliquantulam amaritudinem cum bauracitate sine stypticitate. sicut radix lilij coelestis, & similia eis. Et tu iam sciuisti ꝙ medicinę, quae sunt aperitiuae vnius membri, non sunt aperitiuę alterius. Et propter hoc dare debes vnicuique harum rerum gradus: quemadmodum facis reliquis medicinis, & virtutibus. E

De medicinis Euaporatiuis. Cap. X.

QVia autem euaporatio non fit nisi in quantitate membri euaporati, & augmentum ipsius quantitatis non fit nisi propter calefactionem membri, necesse est vt medicinę euaporatiuę sint calidę. Sed earum calor debet esse temperatus: quia medicinę, quae habent distemperatum calorem, euacuant & desiccant, nec debent habere substantiam grossam, & istę medicinę sunt sicut chamęmilla, malua, & oleum vetus. Et debes scire ꝙ euaporatiuę sunt contrarię oppilatiuis, hoc est, quia sunt frigidę, scilicet oppilatiuę, de quo dictum est superius. quia quando membrum refrigeratur, diminuitur quantitas sua propter quantitatem sui ad frigiditatem, & terrestreitatem: quemadmodum augmentatur quantitas eius propter propinquitatem ad caliditatem ipsius naturę aeris. Et scias quod non fit augmentum quantitatis ex his, quę apponuntur, vel eueniunt extra, nec fit diminutio propter aliquid, quod resoluatur ex eo. & hoc probatum est in Naturali philosophia. Et medicinę facientes hanc operationem sunt hę eaedem his, quę indurant, sed primo inuiscant. & si diu permanent in membro, indurant ipsum. & possibile est vt mortificent ipsum, cum diu permanent super illud. F

De medicinis Aperientibus ora uenarum. Cap. XI.

ISTę medicinę sunt calidę complexionis, & habent grossam substantiam, & sunt de genere medicinarum aperitiuarum: tamen sunt fortiores eis, Et habēt

A quasi tres gradus operationum. primus est abstergendi: secundus est aperiendi: tertius est elargandi ora venarum. tamen calor istarum medicinarum aperitiuarum non est conueniens vt sit calor corrosiuus, quia corrosio claudit. & istę medicinę sunt sicut alium, & fella, & proprie fel bouis.

De medicinis Stypticis. Cap. XII.

STypticę medicinę, quæ stringunt orificia venarum, sunt natura frigidæ et terrestres, & fortis siccitatis. & propterea fuit sapor earum stypticus. & propterea claudunt orificia venarum, quia frigiditas, quę nõ est terrestris, est debilis operationis. Et hęc est differentia, quę est inter stypticum & oppilatiuum. quia oppilatiuum est in materia, quę est tenet subtilitatem, & stypticum est in materia grossa. & hęc sunt sicut galla, balaustia, acacia, & similia. Vide cõtradict. Zim.

De medicinis Mitigatiuis dolorum. Cap. XIII.

DIcitur quod prima via mitigandi dolorem est, vt remoueatur causa B doloris. Et secunda est, vt stupefiat membrum, ita vt non sentiat dolorem, sicut fit cum opio. Tertia est medicina, quæ facit in membro illud, quod repugnat rei, quę inducit dolorem. & istud est verax mitigatiuum. quia in primo modo cadunt multa genera medicinarum: sicut medicinarum purgantium in eis, & medicinarum digestiuarum. & secundus non mitigat nisi per accidens, quando priuat sensum membri, aut ipsum indurat. quę res non est facienda, nisi quando vitare non possumus: sicut dictum est in libro de Ingenio sanitatis. sed tertius est verax mitigatiuus: propterea quia præstat sine medio illud, quod resistit causę doloris. Ergo necesse est ꝙ medicinę, quę hoc faciunt, sint temperatę, similes calori naturali, aut parum calidiores intantum, inquantum calor naturalis est refrigeratus a calore naturali debito membri propter resolutionem factam in ipso. Et propterea possunt istę medicinę mitigare dolorem, qui est ex causis calidis, & frigidis per eundem modũ: eo ꝙ augmentant calorem naturalem, qui est instrumentum naturę, qui est medicinalis per omnem partem: et tunc dominatur natura super malam complexionem, quę facit dolorem, & ipsum remouet. Et quamuis istę medicinę sint in hoc gradu, necesse est vt sint subtilis substãtię, penetrãtes, & velociter permutabiles ad calorem naturalem, & tunc adiuuabunt digestiones propter earum subtilitatem. Et propterea appropriantur istę medicinę duabus virtutibus ad remouendum dolorem: vna est ad multiplicandum calorem naturalem: & alia ad pręparandum C humorem ad digestionem, qui est causa doloris, ad hoc vt sit facile permutabilis a natura. Et res magis conuenientes in hoc sunt pinguedines, et olea. & pinguedinum, sicut pinguedo gallinę, & anatis, & pinguedo anseris est melior secundum Gale. de oleis oleum vitelli ouorum, & oleum dulce oliuæ calidum parum. Et generaliter, quando dolor est mordicatiuus, res quæ mitigant, debent esse dulcoratiuę. vnde medicinę, quę habent qualitatem mordicatiuam, & proprie stypticæ, multum sunt remotę a mitigatione doloris. Et medinę frigidę, & oppilatiuæ habent augmentare dolorem: eo ꝙ resistunt dissolutioni humoris. Sed medicinę, quę in Arabico nominãtur muscabecha, variãtur ab istis: eo quod substantia earum aliquantulum grossior existit: & cum hoc sunt aperitiuę pororum cum euaporatione membri. Sed generaliter natura earum est propinqua naturę ipsarum medicinarum pręditarum, quę indigent pauca abstersione.

De medicinis generantibus Carnem. Cap. XIIII.

IStæ medicinę indigent pauca abstersione cum pauca exiccatione. sed abstersio est, vt auferatur sordicies, quæ est in vulnere, & siccatio est ad siccandum

humiditatem: quia in digestione vniusculusque membri inueniuntur istę duæ humiditates, hoc est subtilis, & grossa. D

De medicinis Cicatrizantibus. Cap. XV.

IStę medicinę debent esse stypticę, & fortiter siccę: propterea quia cutis est illud, quod fit a natura post generationem carnis, & cutis est siccior carne. propterea necesse est vt exiccatio istarum medicinarum sit fortis: sicut gallę, & balaustia.

De medicinis Causticis. Cap. XVI.

ISte medicinę debent esse in fine caliditatis cum grossitie substantię: & tunc facient opus, quod facit pruna, idest carbo.

De medicinis Corrosiuis, & facientibus Carnem cadere. Cap. XVII.

ISte medicinę consumunt carnem, non tamen faciunt quod faciunt causticę. & hoc accidit, quia habent caliditatis minus, & subtiliorem substantiam. Et quę faciunt cadere carnem, sunt debilioris putrefactionis. & non dicuntur putrefactiuę, nisi propterea quia corrosio, & casus carnis non sunt nisi propter calorem extraneum. & in calore extraneo est aliqua putrefactio de necessitate. Et medicinę putrefactiuę sunt sicut auripigmentum rubeum, vel citrinum. Et vtimur medicinis facientibus cadere carnem in vulneribus, quãdo volumus ꝙ caro bona in eis nascatur: sicut putrefactiuis in locis corrosiuis. E

De medicinis Attractiuis. Cap. XVIII.

QVædam earum operantur prima qualitate, & quędam proprietate. Quæ operantur per primam qualitatem, trahunt quodlibet aduenies. Sed quę trahunt proprietate, trahunt rem propriam, sicut adamas ferrum. & generaliter omnis attractio, quocunq; modo fiat, non fiet nisi per calorem. Et ego debeo declarare operationes, quę a proprietate fiunt completę. Et medicinæ, quę trahunt propter primam qualitatem, in eo ꝙ est qualitas absolute, hoc est illud, quod facit caliditas, inquantum caliditas, sunt duarũ specierum. vna est, quę trahit per calorem naturalem, qui est in ea, sicut res quę vocatur moschec almesia, idest putredo facta circa orificium foraminum apũ: & alia trahit per calorem putredinalem, sicut fermentum, & stercus columborum. Sed medicina, quæ vocantur bezehar, quæ curant a venenis, quædam faciunt hoc a tota substantia, & quædam faciunt propter primam qualitatem, quę est in eis: hoc est quando resistunt qualitati generatę a veneno, propterea quia venenum ingreditur hanc diuisionem: hoc est, quia venenorum quoddã est venenum per primam qualitatem, & quoddam est a tota substãtia, & hanc diuisionẽ postea declarabo. Et medicinę præseruatiuę dicuntur medicinę, quę resistunt putrefactionis, aut propterea quia tenent aperta loca, quę parata sunt oppilari: aut quia resistunt putredini, aut propter vtrunque. F

Venenorũ duplex genus.

De medicinis Confortantibus. Cap. XIX.

ISte medicinę sunt, quę assimilantur complexioni membri in tota substantia. Et propterea dicunt quidam ꝙ quodlibet membrum comestum confortat simile membrum comedentis. Sed medicinę, quę confortant, inquantũ sunt medicinę confortatiuę, necessario calor earũ debet esse fortior parũper

A calore membri, & similiter siccior: propterea quia membra non terrentur, neq; debilitantur, nisi propter qualitatem frigidam, & humidam. & hoc secundum plurimum accidit proprie in membris principalibus. Et generaliter non debilitatur operatio membri vt plurimum nisi propter frigiditatem, quę est conuenientior ad inducendam læsionem: hoc est quia assimilatur virtutibus dominantibus super ipsum ex virtutibus elementorum, sicut est cerebrum: quia ideo ꝙ super ipsum dominatur frigiditas & humiditas, læsio, q̄ superuenit ei propter has duas qualitates, est maior. Et propterea est necesse ꝙ natura medicinę, quę confortat membrum, resistat parti, a qua prouenit lęsio membri. verbi gratia quia medicinę, quę confortant hepar, necessario debent habere manifestam siccitatem, e cõtrario in medicinis cordialibus. & quędam sunt, quæ confortant a tota substantia, sicut aurum, & margarita cor. Et quædam sunt, quę confortant propter qualitates primas, & secundas: sicut stypticitas, & amaritudo, quæ sunt in rosa. Et medicinę odoriferę sunt supremæ omnibus medicinis, quę confortant principalia membra: & maxime in rebus testificatis ab experientia; & proprie corde. Et propterea muscus plus confortat inter cætera odorifera: nam eius aromaticitas præualet omnibus aromaticis.

B *De operationibus Tertiarum virtutum.* Cap. XX.

IAm diximus naturam medicinarum, a quibus proueniunt operationes secundę: deinceps debemus narrare naturam medicinarum, quę faciunt tertiam operationem. Et dicamus ꝙ istarum medicinarum quędam sunt quę frangunt lapidem, & quędam quę prouocant menstrua. & quędam quę generãt lac, & quędam quę generant sperma, & quędam quę diminuunt lac & sperma, & quędam mundificant pectus. Sed medicinę, quę frangunt lapidem, non sunt multum calidę, secundum ꝙ Medici dicunt: propterea quia calor, qui indurat, & petrificat, est fortissimus. & propter hanc viam calor extraneus indurauit lapides. & propterea est necessarius in earum fractione calor suauis, & non fortis, in quo sit aliquantula humiditas, comparando calori, qui indurauit lapides, & cum subtilitate: eo ꝙ scis, ꝙ res, quæ induratę sunt propter calorem & siccitatem, non dissoluuntur nisi per frigiditatem & humiditatem. Et cum dico frigiditatem, intelligo diminutum calorem a calore, qui coagulauit lapidem. & sic intelligo cum dico humiditatem: ideo quia non operantur istę medicinę in lapidibus, nisi per operationem similem operationi alicuius decoctionis, & per viã istam diuidit eum calor naturalis, & expellit. Et tales medicinę sunt sicut asparagus, cicer rubeum, & amygdalę, quę tendunt ad amaritudinem. Et non est re-

C motum, vt hęc operatio non fiat a tota substantia. Sed medicinę, quę prouocant vrinam, debent necessario habere caliditatem cum subtilitate. quia caliditas cũ subtilitate adiuuat virtutem actiuam, quæ est in renibus, videlicet ad trahendũ illam aquositatem: & discretiuam, quę est in hepate, etiam adiuuat in cognitione istius aquositatis caloris. & dicitur ꝙ medicinę, quę faciunt hoc, habent conuenientiam cum membris vrinę a tota substantia: sicut sunt apium, fœniculum, daucus, & similes illis. Sed medicinę, quę lac generant, sunt quę habent calefacere humores phlegmaticos, & habent iuuare virtutem digestiuam, quę est in membro, vt conuertatur ad sanguinem. Et ex generantibus lac sunt quędam, quę sunt cibi: & illa sunt conuenientiora in hoc opere. & sunt cibi, ex quibus fiunt humores temperati in caliditate & humiditate æqualibus humiditati & caliditati sanguinis. Et medicinę, quę prouocant menstrua per os sumptę, sunt de genere medicinarum, quę generant lac: sed necesse est vt sint calidiores eis: eo ꝙ habent aperire orificia venarum, & subtiliare sanguinem. Et quando hoc accidens est paruum, tunc sufficiunt solum medicinę, quę generant lac. sed si ex toto cessaret menstruum, non sufficiunt illę: sed sunt necessaria ea, quę sunt similia pulegio, & mentastro, & opopanaco, & costo, & schœnantho, & cassiæ ligneę, & aristolochię, & similia his. Sed medicinę, & cibi qui generant sperma, sunt calidi & humidi & ventosi: sicut faseoli rubei, cæpe, & nuclei pinea-

rum. Sed medicinę, quę mundificant pectus & pulmonem, & adiuuant ad excreandum materias inclusas in ipsis, sunt quę habent virtutem digestionis, & incisionis sine forti calore, vt non indurent. Et quandoq; adiuuant ad excreandum sputa medicinę, quę habent lenitatem & viscositatem, quando difficultas spuendi erit propter subtilitatem materię: quia spargitur, & circunfluit ante aerem, & educi non potest. Et medicinę digestiuę, & huius materię abstersiuæ sunt sicut nuclei pinearum recentes, & butyrum cum melle cannę & amygdalis. Et semper sis memor eorum, quę diximus superius: hoc est, quia diuersificantur operationes istarum medicinarum per diuersitatem complexionis alicuius membri etiam plus & minus. & a te pone gradus. & via cognitionis harum rerum vt plurimum est experientia. D

De medicinis operantibus a forma specifica: & de differentia inter eas, & illas, quæ operantur per primam, secundam, & tertiam virtutem. *Cap.* XXI.

DEinceps volumus dare differentiam, quę est inter medicinas, quę operantur per primam, secundam, & tertiam virtutem, & illas, quę operantur per proprietatem, quam appellant Medici totam substantiam, & qualiter operantur. Et dicamus ꝙ operationes medicinarum sumuntur duobus modis. Vnus est operationes, quę appropriantur proprijs virtutibus elementorum: sicut est calefacere calori, & refrigerare frigori: quia huiusmodi sunt substantialia, & sequuntur eorum substantiam. & similiter incisio, subtiliatio, & alię operationes secundę, & tertię, sicut dictum est. Et propterea possumus apprehendere occasiones harum operationum bono arbitrio. Sed alium modum medicinarum operationis appropriare non possumus primis virtutibus elementorum substantialiter: verbi gratia attractio, quam facit magnes in ferro: propterea quia attractio, inquantum est attractio, quamuis sit appropriata calori, non propterea vt trahat, absolute accidit vt trahat ferrum, sed propterea quia trahit tali attractione propria. & hoc accidit propter proportionem, et conuenientiam, quę est inter ipsum & ferrum. Et hæc proportio, & conuenientia non est nisi in mensuris mixtionis elementorum in eis, hoc est in trahēte & attracto. Et propterea est possibile inueniri in vna re proprietates infinitas, & hoc est comparando entibus quasi infinitis. Et hęc operatio est, quasi sicut accidens in ipsis virtutibus elementorum, quę sunt infusę in re, quę habet hanc proprietatem, & non insunt substantialiter. Et propterea est impossibile scire per arbitrium mensuram mixtionis, propter quam fit hęc operatio in ipso ente, sicut sciuntur operationes, quę proueniunt a materia, quę non sciuntur nisi per arbitrium. Istud est esse proprietatis, & totius substantię. Sed complexio non quęritur, nec arbitratur in hac specie, sed in alijs. Et qui quęrunt in qua specie harum operationū operentur medicinę laxatiuę: eis respondendum est, quia habent hanc operationem per modum attractionis, inquantum est attractio, & per proprietatem. Propterea quia nos videmus, ꝙ quando reperitur vna ex istis medicinis purgantibus, ipsa attrahit humorem proprium ei, & a quacunq; parte sit in corpore, vel ꝙ sit in partibus infimis corporis, aut in partibus supremis: sicut scammonia, quę curat ęgritudinem formicę pedis: eo ꝙ mouet hunc humorem cholericum, qui est in pede, ad exeundum extra cum medicina. & hoc non fit nisi per viam attractionis. Et medicinę purgatiuę non habent hanc solam virtutem, hoc est attrahendi humorē proprium eis, sicut turbith phlegma trahit, & scammonia choleram, & lapis lazuli melancholiam: sed etiam trahunt proprium humorem, & ex proprio membro, sicut faciunt gummi, & proprie * serapinum, quod trahit a neruis, & a iuncturis humores phlegmaticos grossos & viscosos. Et apparet ꝙ medicina cum hac operatione attractionis habeat operationem cognoscendi humores: propterea quia humores, sicut scitur, sunt in maiori parte in sanguine in potentia: & ipsa cognoscit eos, & ipsos attrahit. Et quando trahuntur humores

E F

Medicina solutiua attrahit p ꝓprietatē, quę est ꝓportio mixtionis elementorum. Mesue in de consolidatione medicinarum, intētione prima. & cap. de Reubarbaro per ꝓprietatem cœlestē. Gale. 3. de Simpli. Medi. a similitudīe. Auic. quarta primi. ca. 4. qđ a virtute. & in de Vir. cor. ca. 20. virtus illa ē proprietas resultans ex mixtiōe elemētorū, et influentia superiorū. * sagapenū.

A ab instrumentis ciborum ad intestina, & ventrem, tunc mouetur virtus expulsiua ad expellendum eos. nec est remotum. vt virtus expulsiua, quę est in hoc mēbro, in quo est humor, sit iuuatrix operationis medicinę in illo humore: hoc est, quia cum medicina incipit attrahere, & natura incipit expellere. Et propterea, quando virtus expulsiua est multum fortis, fit propter hoc magna euacuatio: quamuis medicina non fuerit multum fortis. Et manifestum est, ꝙ attractio nō potest fieri nisi cum apertione orificiorum venarum: & illa apertio non habetur nisi per calorem: & sic fit similiter attractio. Et propter hoc totum apparet ꝙ medicinę purgatiuę non operantur nisi per vnum calorem proprium, qui est in eis, qui habet proprietatem trahendi talem humorem. Sed quęrendum est, & dicamus per exemplum. Ponamus ꝙ scammonia habet proprietate sua trahere choleram solum, sicut habet magnes trahere ferrum solum: ergo quando bibitur ex ea plusquam sit eius dosis, non debet alium purgare humorem. & iam certificatum est per omnes Medicos, & experientia scitur, ꝙ si fuerit quantitas maior debito purgata cholera fortiter, postea purgat phlegma, post melancholiam, & sanguinem. & sic apparet ꝙ alia virtus hoc faciat a proprietate. Ad hoc respondere debes, ꝙ iste calor proprius, quem habet medicina purgatiua, per quem attrahit, non habet ipsum solum in se & in actu, sicut habet magnes, qui trahit ferrum propter suam formam specificam. quia medicina non acquirit
B illum calorem nisi a corpore: & calor non dat illum calorem nisi in quantitate determinata in illa, & propterea, quando recipitur aliqua quantitas indeterminata, non stabit in hac proprietate. ergo attractio medicinę non est propria alicui humori, nisi per viam comparationis, & proportionis determinatę in illa medicina, & non omni quantitate accidente. quia quando egreditur ab illa quātitate, tunc trahit solum illud, quod trahit per attractionem. Et non oportet vt hęc omnia dicantur, nisi in medicina, quę inuenta est per experientiam, vt non trahat nisi vnum humorem proprium: eo ꝙ inueniuntur medicinę, quę trahunt diuersos humores: sicut dr̄ de agarico. Et non est remotum: quia omnes humores habent propinquitatem in vno genere. Et hoc est etiā causa, si duplicaretur quātitas medicinę, quę est propria vni humori, vt purgaret alium humorem. sicut dicitur ꝙ medicinę, quę trahunt melancholiam, trahunt humores phlegmaticos: quia conueniunt cum ea in vna qualitate.

De Venenis. Cap. XXII.

C VEnena operantur in corpore quatuor operationibus virtutum. sicut tu vides ꝙ plura operantur qualitatibus primis; sicut opium, quod priuat sensum, & motum sua frigiditate. vnde si sumeretur pauca quantitas, postquam esset refrenata aliqua medicina contraria, esset medicina. Et quędam operantur a tota substantia: hoc est quia permutant corpus penitus ex toto. sicut aurum conuersum in calcem, quod non potest aliquo modo esse medicina. Et quædam interficiunt fortitudine attractionis: sicut dicitur de elleboro albo. Et quędam occidunt, remouendo calorem vitæ, & hęc sunt, quæ purgant sanguinem.

De medicinis Bezahar. Cap. XXIII.

MEdicinę, quę vocantur bezahar, quę curant a venenis, operantur has passiones conuersim: hoc est quia quędam permutant sua qualitate venenum, quando sunt contrariæ: & quędam hoc operantur a tota substantia: & quędam hoc faciunt sua attractione. Et istę medicinę* bedazaricę non curant nisi recipiantur, cum est in corpore dispositio venenosa facta a veneno, & tūc dant corpori vnam virtutem, quę est contraria virtuti veneni. & sic curatur venenum quasi per accidens. propterea quando illas comedit hō sanus, sunt sicut venenū, exceptis granis citri, & similibus illis. Propterea

* Forte melius legetur bezahar, & sic semp in hoc capite.

dicunt Medici ꝙ medicinę bedazar sunt medię inter medicinas, & venenũ. Et nos sic non intendimus, quia medium & extrema sunt vnius generis: & quę sunt vnius generis, sunt similia: & sic non est in bedazarijs cum veneno, & propterea melius est dicere ꝙ bedazar sit in fine contrarietatis cum veneno: quia medicatio contrarietatis semper debet attribui cõtrarietati. Sed causa; quare bedazar occidit sanum, non est nisi quia non habet prodesse, nisi quando in corpore est dispositio venenosa. Et est, vt istę medicinę faciant duas operationes in corpore humano. Vna est, vt venenosa, quando recipitur, non existente in corpore dispositione venenosa. Et alia est iuuatrix, quando in corpore est dispositio venenosa. & sunt sicut venenum ex vna parte, & medicinę ex alia: non ꝙ sint medicinę ex parte, ex qua sunt venenum. quia non est extraneum vt dicatur ꝙ diuersificantur actiones vnius agentis diuersificatis dispositionibus subiecti locorum. Hoc est, quod potest dici bono arbitrio de operationibus medicinarum, qualiter operantur.

Vide Cõtra dicti. Zim.

De modo cognoscendi virtutes medicinarum, & Ciborum. Cap. XXIIII.

DEinceps habemus perscrutari, si possunt comprehendi argumento operationes medicinarum, quę non sunt expertę: aut sit cognitio inuentionis earum per experientiam: aut si in hac inuentione cadit res, quę contineat argumentum & experientiam: & si ceciderint, vtrum sufficiant modi, qui dicti sunt a Medicis. Sed dicamus ꝙ operationes medicinarũ, scdm ꝙ dictum est, sunt quatuor, primę, & secundę, & tertię, & proprię. Sed cibus nõ habet nisi vnam operationem, hoc est, ꝙ nutrit. Et cibi naturales non conueniunt nobis nisi in tota substantia. propterea quando perscrutati erimus de hoc, si poterit comprehendi per modum argumenti demonstratiui in hac perscrutatione, cadet perscrutatio inquisitionis proprietatis, si potest assignari aliqua ratio, vel non. Et dicamus ꝙ iam dictum est in primo Posteriorum, ꝙ cognitio rerum est duobus modis. Vnus, vt habeatur cognitio sui esse solum: & hęc vocatur demonstratio esse. Et secundus dat nobis cognitionem causæ illius esse: & hæc vocatur demonstratio causę. Et quando sunt in vna & eadem scientia differunt secundum hunc modum. quia quod dat causam, non stat nisi per primã causam propinquam sine medio. verbi gratia, si tu quęreres quę sit causa diei, respondemus, quia est propter lumen Solis. sed quod dat esse rei solum, non stat per primam causam, sed stat per principia mediata. & si non sint mediata, non sunt ipsa & eadem causa. sed hoc scitur per conuersionem ęqualem, aut per res magis notas apud nos. Verbi gratia ponamus vt velimus rationem assignare, ꝙ Luna sit rotunda: eo ꝙ ipsius lumen paulatim augmẽtatur in figura rotunda, sicut arcus. quia hoc principiũ, hoc est augmentatio sui luminis paulatim, est nõ mediatum propterea hoc idem non est causa rotunditatis Lunę: propterea ꝙ rotunditas Lunę non est propter hoc, ꝙ augmẽtatur paulatim in hac figura rotunda, sed augmentatur in hac figura, quia rotunda. & est conuersiue; propterea ꝙ cuius rei lumen augmentatur paulatim in hac figura, est eius forma rotunda: & omnis res rotunda luminosa augmentat lumen suum in hac figura. Et etiã inuenimus principia, quæ dant esse rei solum in hoc, ꝙ nota sunt per se, & nõ propterea vt sint prima causa in re. sicut dicitur ꝙ stellę, quę non scintillant, sunt nobis propinquiores. & hoc principium est notum apud nos per sensum: propterea prodest dicere ꝙ stellę errantes sunt propinquiores fixis. Et debes scire ꝙ hæc principia, quæ nos iuuãt ad sciendum esse rei solum, sunt posteriora in esse & cognitione causa, et sunt priora ea in cognitione cõparatione ad nos propterea quia priuatio scintillationis errãtium est propter earum propinquitatem ad nos: & propinquitas earum ad nos est prior in natura & cognitione. Et principium conuersiuum potest nobis dare cognitione causę rei, quando probatur per medium terminum. quod fit in vero syllogismo, quia in hoc probatur terminus maior

A maior, & minor virtute medij. quia quādo inuenitur terminus maior in toto medio, & medius in toto minori, tunc probatum est esse maioris in minori. & hæc demonstratio potest dare causam esse, & nominatur demonstratio causæ. Sed quod dat solum esse, est inductio: & hoc est quia scitur ex inquisitione partium, quæ sunt sub illo vniuersali. quia quādo fuerit quæsitum prædicatum, cuius esse volumus habere certitudinem vniuersaliter, tunc quæruntur oēs partes vniuersalis. Et si inueniantur, tunc constituetur, ꝙ hoc prædicatū est in toto vniuersali. & hæc species nominatur declaratio esse maioris in medio virtute minoris. quia quando inuenitur maior in toto minori, hoc est in omnibus partibus, & totus minor est totus medius, tunc argumentatur maiorem esse in toto medio. Ergo quando quæruntur multa ex particularibus in vna specie: & inueniatur vnum prædicatum in omnibus, non opinando vt sit aliqua pars in subiecto, in qua non inueniatur hoc prædicatum: & est certificatum, ꝙ non videbitur per hoc, quod videtur a partibus, per hunc modum declarationis cognoscitur esse vnius prædicati in tota illa specie a parte experientiæ in omnibus suis partibus. Et per hanc viam habemus cognitionem maioris partis specierum principiorum artis Medicinæ. Et principium, quod nobis dat esse rei solum, est post conclusionem, vt non sit conuersiuum super medium terminum. & in hoc modo cadit demonstratio esse. verbi gratia, sicut volumus declarare esse virtutem nu-

B tritiuam homini per vnum principium, quod dicet, omne animal est nutribile. & fiet argumentum hoc sic. omnis homo est animal: omne animal est nutribile: ergo omnis homo est nutribilis. propterea quia hoc principium non prodest nobis nisi ad tribuendum virtutem nutritiuam homini, sed non vt virtus nutritiua sit causa propinqua homini. Et quare non iuuat nos in dando causam rei? quia non conuertitur maior super medium: quia omne nutribile non est animal. Et in summa dico, ꝙ demonstrationes, quæ nascuntur a causis remotis, vel sint affirmatiuæ, vel negatiuæ, sunt demonstrationes esse, & non demonstrationes causæ: quia demonstratio causæ est prima & propinqua. Et omnes istæ res faciles sunt ei, qui studuit in Logica per aliquod tempus, & perfectius cognoscet iuuamentum, quod faciunt in hoc loco, & etiam necessitatem. Et postquam ita est, sicut dictum est, debemus perscrutari de proprietatibus. Et dicamus, videndum est, si possit inueniri via, qua possimus cognoscere ꝙ proprietates sint per comparationem alicuius alterius rei, sicut est ad comparationem corporis hominis. Et dicimus ꝙ hoc non potest sciri, nisi vno duorū modorū. Vnus est, vt sit natura, propter quam prouenit hæc operatio, manifesta apud nos perfecte, aut per primos intellectus, aut per demonstrationem. Alter est, vt inueniantur res propriæ posteriores illi naturæ. & ad hæc vt sint illæ res, & proprietates æquales

C in vno prædicato. & etiam vt sint illæ eædem res posteriores magis notæ apud nos ꝙ̄ proprietates. & vt sint illæ res, propter quas possint sciri proprietates absque medio. Quoniam species harum demonstrationum, quamuis sint ex rebus, quæ sunt quasi per accidens, sunt tamen veraces. & nos vellemus, si posset esse, inuenire hoc quæsitum virtute illarum demonstrationum. Sed videtur ꝙ iam sit sententiatum, ꝙ natura, qua operatur proprietas, nō possit sciri perfecte: quia proprietas non est nisi vna operatio existens per se, transiens ab vno ente ad aliud propter proportionem mensurarum elementorum, quam habet vnum ens cum alio. Et hæc mensura comprehendi non potest per modum arbitrij: neque ēt pōt sciri hoc plus ꝙ̄ sit hæc cognitio, quæ non est perfecta. Neq; etiā inuenitur hic aliud accidens posterius, quod significat super hanc naturam veraci significatione. Etiā neq; est aliqua, nisi proprietas eadem, *qñ sentitur: quia * a. l. quæ tunc significat super hanc naturam. & si est impossibile hoc scire, eodem modo est impossibile inuenire in eo, quod habet proprietatē, vnū accidēs æquale ꝓprietati ad hoc, vt significet super proprietatem, & sit manifestius apud nos ꝙ̄ ipsa. quia non est conueniens inuenire hoc, nisi quando inueniretur vnum accidens magis notum, quod significaret perfecta significatione super naturam, propter quā sit hæc proprietas. Et propterea quia proprietas sequitur proportionē mensurarū entium, possibile fuit inueniri in vna re proprietates quasi infinitas.

& res, quæ est propinqua infinito, non põt sciri perfecte per arbitrium: neque ẽt possumus inueniri signa significantia substantialiter super hanc naturã. Et postquam ita est, debemus perscrutari, si possibile est apprehendere primas operationes per viam demonstratiuam, aut non. Et dicamus ꝙ via, qua perscrutati sumus super proprietates, erit eadem cũ via, qua hic erimus scrutati. quia. si posset apprehendi arbitrio medicina temperata, aut distemperata in fine æqualitatis, hoc non esset nisi cũ cognosceremus naturam, quæ hoc operatur perfecta cognitione. Quia quando nos tractamus de medicina, si est calida, aut frigida, aut temperata, nos non intelligimus hoc, nisi quia habet per sui naturam & præparationem, permutando se a corpore humano, vel vt permutetur a corpore humano: & corpus postmodum ab ea recipit vnam qualitatem permutatam comparatam, proportionatam qualitatibus naturalibus, quæ sunt in corpore: quam ꝓportionẽ dicimus temperantiam esse, aut distemperantiam. Ergo vtinam ego scirẽ, quæ natura est hæc, propter quam præparatum est corpus humanum pati has passiones: & quæ est illa, quæ præparata est ad agendum: & cui rei has debemus comparare, hoc est cui rei debemus comparare mensuras elementorũ, quæ sunt in illa. Propterea quia hæc operatio non dicitur nisi comparatiue ad corpus humanum. Et propterea apparet prima fronte, ꝙ debet fieri comparatio inter complexionem ciborum & medicinarum, & complexionẽ hominis: ita ꝙ mensuræ elementorum, quæ inueniuntur in eibo & medicina, in qualitate æquales sint his, quæ in homine inueniuntur. & hoc est, quod dicitur cibus temperatus, & medicina temperata. Et quod egreditur a temperantia ad vnam extremitatũ, est illud, quod est augmentatum aut diminutum in illo extremo. Hæc est melior ratio, quæ possit assignari proportioni & comparationi ciborum, & medicinarũ corpori humano, & operationibus ipsius. Sed vnum nobis obuiat, ꝙ si ita est, nullus cibus debet dici temperatus homini, nisi caro humana. Et forte posset esse ꝙ carnes gallinarum per modum similitudinis remotæ, essent temperatæ complexioni hominis: aut complexio carnium hœdi similiter. Sed de terræ nascentibus nullum temperatum poterit inueniri. & minus debet esse calida corpore humano: quia corpora animalium sunt calidiora nascentibus terrę: & propterea non inuenitur in terræ nascentibus calor in actu. Et postquã non est via cognoscendi hanc naturam perfecta cognitione ab hac parte comparationis, quæ est inter naturam corporis & complexionem, qua operantur medicinæ has operationes, fortasse poterit cognosci a parte comparationis, & proportionis mensurarum elementorum, quam habet medicina a seipsa: hoc est quia medicina, in qua dominabitur calor in seipsa, illa dicitur calida: & illa, in qua dominabitur frigus, dicitur frigida, & sic de sicco & humido. quia medicina, in cuius partibus dominabitur pars ignea, illa erit conueniens, vt ex ea generetur calor magis: sicut videtur in sulphure, & in similibus. Hæc est vna via, quę posset sustineri in parte. Sed etiam illa est corrupta in pluribus suis partibus. ideo quia inuenimus multas res, quæ sunt in suis complexionibus calidiores, & quãdo nos comparamus eas corpori humano, hoc est, quando eas comedit homo, inueniuntur frigidiores, sicut mustum & vinum antiquum: quia in eo, s. musto apparet calor manifestior, postꝗ̃ tu vides, quia bullit, & comparando ipsum corpori humano, est frigidius. Et videmus res, in quibus frigiditas est magis manifesta, & comparatione ad corpus nostrum sunt calidiores: sicut vetus vinum. Et si tu dicis, hoc prouenit a virtute corporis: ergo sumus in eo quod prius eramus, & non sumus egressi. Et quare volo in hoc conari, quia in terrę nascentibus & animalibus omnibus dominatur calor: & si refrigidarent propter dominans in eis, non est frigiditas illa a parte, qua sunt terræ nascentia, aut animalia in actu. Sed quædam eorum inueniuntur calida comparatione corporis humani, & quædam frigida: & non solum frigida, verum etiam mortifera propter frigiditatem. & illud, quod est mortiferum, non est mortiferum ex parte qua frigidum est in actu: quia vinum, quod est viuificatiuum, est frigidum in actu: ergo non prouenit nisi a parte permutationis, quam recipit a nostro corpore. & hæc permutatio aut est ad magis calidum, aut ad magis frigidum. & si ad magis calidum, ergo calefit,

A & non refrigerat: si ad plus frigidũ, ergo in corpore nostro est frigiditas in actu in quarto gradu, aut vltra. ergo sunt occupati omnes passus vel transitus, & est nobis necesse tentare nouum passum. Et dicemus parum de esse olei. Oleum est ex rebus, in quibus dominatur humiditas & caliditas: eo ꝙ partes aereæ in eo sunt manifestæ multum. Et si aliquis quæreret quomodo potest esse vt in eo partes aereæ dominentur, cum videamus ꝙ ingrossatur, & congelatur, & inspissatur a frigore: & dicitur ꝙ non congelantur a frigore nisi substantiæ aquosæ. Duo. Debemus respondere, ꝙ non congelatur propter frigiditatem, nisi propter multam conuersionem suarum partium ad aquam, & ab illa conuersione prouenit hoc. & multum subtiliati sumus super esse olei super Quarto Meteororum: et ibi sunt soluta omnia dubia. & propterea non potest haberi ex hoc certitudo nisi per experientiam. Et quomodo non debes hoc credere? quia tu vides, ꝙ quando ponimus in ignem multas res, non subito alterantur propter calorem naturalẽ, qui est in ipsis: & quando comeduntur ab aliquibus animalibus, incontinenti alterantur propter calorem naturalem, qui est in ipsis animalibus. Sicut dicitur quod cum struthionibus datur ad comedendum aurum, & incontinenti extrahatur a stomacho, inuenitur multum diminutum. & hoc est veritas, quamuis aurum dure patiatur ab igne. nec potest dici, quod calor struthionis sit fortior igne: nam verbum esset vanum. Ergo hæc res non est nisi illud, quod sequitur a tota substantia in calore struthionis, & non propter fortitudinem qualitatis caloris. & hoc est manifestius in cibis quã in medicinis: propterea quia cibus est illud, quod habet per sui naturam, vt conuertatur, & alteretur a cibato, B ita vt sit cum cibato idem in specie. & manifestum est ꝙ hæc conuenientia, quę est inter cibum & cibatum, non est nisi a tota substantia. & propterea vna & eadem res vni animali est cibus, & alteri est venenum: sicut elleborus coturni cibus, & napellus zaratro, quod Latine sturnelli nominantur. sed medicina eo ꝙ operatur in corpore propter primas qualitates opinãtur quidam, vt illud arbitrio posit comprehendi.

Resp.

Nota de sturno.

De inuestigatione verificationis signorum rationabiliũ, operationum Ciborum, & Medicinarum. *Cap.* XXV.

ET Galenus, & alij Medici conati fuerunt facere regulas demonstratiuas, vt probarent operationes harũ medicinarum in corporibus humanis: quamuis non sunt nisi signa opinantia, sicut ostensum est superius. & vt ipsum honoremus, dicimus ꝙ habent veritatem pro maiori parte, sed non necessario: & etiam quia mouent hominem ad experientiam. Et propterea dicit Galenus, ꝙ duo instrumenta, quibus hæc ars fuit inuenta, fuerunt ratio, & experientia. & etiam conferunt ad habendam cognitionem rerum expertarum, C vtrum sint cibales, aut medicinales. verbi gratia sint duo cibi: vnus sit facilis vel leuis, alter vero grauis & durus: nos dicimus ꝙ facilis & leuis citius alterabitur, eo ꝙ citius recipiet diuisionem a calore naturali, & citius patitur. Et adhuc plus, si conati essemus in his rebus ad accipiendum per vnã viã causam & esse simul, esset valde difficile. & quando habebimus experientiam esse, facile erit nobis dare causam per hũc modũ speculationis. & erit hæc ars ratiocinatiua. Et qñ vna medicina nõ cõplebit intẽtionẽ nostram hac rõne, poterimus ad aliã trãsire. sed qui nõ haberet nisi experiẽtiã, nõ posset hoc obtinere. Et iã dilatatus est Galenus in diuisione harũ duarũ rerũ: nisi quia demõstrationes, & sentẽtię datę a Galeno, & quibusdã Medicis venientibus post eum, sunt breues respectu illarũ, quæ hic dici possunt: eo ꝙ intenderant ad loquendũ super naturã medicinarum ex parte saporum, & odorũ, & velocitate conuertendi ab igne. et si poneremus omnia hæc esse signa, erunt propriora naturarum, quæ tenentur has operationes facere in corpore humano. Sed signa substãtialia necesse est vt sint ęqualia naturis, q̃ manifestant super eas: & tunc poteris ire a nouissimo ad primũ, a primo ad nouissimum. Et si non fueris perscrutatus speculationes hu-

Duo experimẽtũ, & rõ fecerũt medicinam.

ius artis per hanc viam,ignorabis naturam medicinæ calidæ,inquantum abso- D
lute calida extitit,& frigidæ inquantum frigida.nec etiã scies naturam medici-
næ calidæ in eo ꝙ est calida perfecte,nec frigidæ in eo ꝙ frigida est. Verbi gra
tia,si cognitio Medici in Medicina calida non esset,nisi propterea ꝙ habet sa-
porem acutum,aut amarum,aut salsum:& ꝙ natura,quæ habet calefacere, facit
hoc:tunc est eius speculatio in hac arte multum diminuta:propterea quia multæ
res sunt calidæ,& non habent saporem amarum,neque acutũ:sicut carnes pas-
serum,& columbarum iuuenum,& similium.Quia cibi,& medicinæ vniuersa-
liter sunt terræ nascentia,aut animalia, aut mineralia: & sapores non dominan
tur nisi in terræ nascentibus,aut animalibus.Et nobis necesse est vt istarũ rerũ
arbitrium sit rationale ad affirmandum naturam medicinarum calidarum, frigi-
darum,siccarum,& humidarum:& postea studebimus in rebus,quæ significant
has naturas.Ergo primo consideranda sunt signa, quibus posſimus cognoscere
quantitatem harum mensurarum a complexionibus medicinarum. Et dicimus
ꝙ res,quibus possunt sciri,sunt res superuenientes vnicuique qualitati rei com-
plexionatæ:propterea quia complexionatum est corpus consimile in partibus:
& ista superuenientia sunt differentiæ,quæ adueniunt ei a mensuris mixtionum
illarum. Et quædam istarum differentiarum sunt,quæ continent omnia corpora
consimilia,& sunt omnes enumeratæ in Quarto Meteororum: quarum quædã
sunt quæ congelantur,& quædam non:& quędã dissoluuntur,& quędã non:& E
quædã sunt lenes,& quædam asperæ:& quædam sunt,quæ sunt extensibiles,&
quædam non.Et quædam sunt quæ sunt proprię quibusdã corporibus consimili-
bus:sicut odores,& sapores,& colores.Et quędam quibus est dominatio mani-
festa vnius elementorum per se,quando sentiuntur per tactum calidæ, frigidæ,
humidæ,aut siccæ.& hoc non inuenitur nisi in rebus,in quibus est caliditas,fri-
giditas,humiditas,aut siccitas in actu. Sed cum nos perscrutati fuerimus cibos
& medicinas,nos tentabimus eos,in eo ꝙ sunt partes rei compositæ. & hoc est
proprium in medicinis,& cibis,quæ sunt partes terræ nascentium,& animaliũ.
Et quædam illarum sunt,quæ iudicantur per earum operationes , & loca. & si
sunt partes animalium,iudicantur a regimine illorum animalium , & a specie
illorum ciborum.& generaliter necesse est vti in animalibus comparatis rebus,
quibus vsi sumus in cognitione complexionis hominis in operatione, regione,
& loco.Et cũ dico hic operationem,intendo operationem animæ:hoc est nutri
mentum,sensibilitatem,& concupiscibilitatẽ,& alias operationes animæ, quæ
dictæ sunt.Istę sunt viæ,quibus possumus per hanc artem iudicare. & quamuis
non sint fortes,sine eis non possumus esse,nec ipsas diminuere. Sed dicendũ est
de vnaquaque istarũ secũdum ꝙ melius esse poterit.nec petendum est vltra il-
lud,quod dictum est,sicut dicit Aristo.quia non debemus quærere a traulo ser- F
mocinari,neç a muto loqui.et in his non est aliud,nisi vt recipiantur a Natura-
li,& ab eo quod videmus,quod facit natura:quia demonstratio non habet ve-
racem viam in hac arte.

Quo pacto cognosci posſint complexiones Ciborum,& Medicinarum per generales differentias corporum mixtorum.

Cap. XXVI.

ET dicamus ꝙ res,quæ sunt manifestiores,a quibus possumus habere cer
titudinem cõplexionis corporum consimilium,est congelatio,& spissitu
do,humectatio,resolutio,dissolutio,facilitas,viscositas,subtilitas, grossi-
ties,mollificatio,duricies,combustibilitas,& non combustibilitas, oppi-
latio,& apertio:& quædam congelatio a calido,& quędam a frigido . Eorum
quæ cõgelãtur a frigore,quędã sunt,quę inspissantur primo a calore:& quędã,ꝗ
non sunt inspissata primo a calore:& quędã,quę inspissantur ab vtroq;.Et eorũ
quę dissoluuntur,quędã dissoluũtur a calido,& quędã a frigido.Et eorũ,quę hu-
mectantur,quędã humectãtur a calido,& quędam a frigido. Sed quę congelatę

A sunt a calore, calor et siccitas super eas dominatur, vt est sal, & species eius. Sed quę congelata sunt a frigore, si in primis essent inspissata a calore: & ista spissitudo esset propinqua spissitudini, quę fit a natura aerea, aut aquea, sicut spissitudo butyri, hęc erunt necessario calida. & idē est de oleis, gummis, & similibus. Et quæ congelatę sunt a frigore, & natura terrestris super eas dominatur, si calor prius eas inspissauerit: ergo frigiditas & siccitas dominabuntur in eis: sicut sunt ossa, cornua, panniculi, & similia. Sed quę sunt cōgelatę a frigore, nec sunt prius inspissatę a calido naturaliter, hęc spissitudo erit frigida & humida: sicut est argentum viuum, & similia. Et quę res sunt inspissatę a calore, & coagulatę a frigore, sunt propinquę ęqualitati: sicut est cachimia. Et res quę dissoluuntur a calore, semper coagulantur a frigore: & quę coagulantur a frigore, dissoluuntur a calore. Ideo cum nos videmus res, quę sunt dissolutę a calore, debemus inspicere, si coagulatę sunt a frigore, nec inspissatę sunt a calore, iudicamus ipsas esse frigidas & humidas. Et si sint inspissatę a calore cum dominio partium terrestrium, iudicamus ipsas esse frigidas & siccas: sicut ferrum, & multa metalla. Et si cum hac spissitudine dominantur partes aereę, tunc eas iudicamus humidas declinantes ad caliditatem: sicut est pinguedo intestinorum. & sunt res, quę dissoluūtur a frigiditate & humiditate, vt sunt species salis. Sed res, quę sunt inspissatę a calore, pro maiori parte sunt calidę & siccę: excepto ꝙ illa spissitudo nō sit fundata in substātia aerea, sicut sperma: quia tunc illa substantia erit humida, aut temperata, sicut lac coctū. Sed res, quę sunt inspissatę a frigiditate & humiditate, si calor est in primis operatus aliquam coagulationem, debet dici ꝙ sint

B calidę & humidę, vt est ius pingue. Et si sint inspissatę, ita ꝙ calor in primis nullam fecerit coagulationem, debēt dici vt sint frigidę & humidę, sicut lac, quod coagulatur multa frigiditate. Et debes scire, ꝙ potest esse, ꝙ operationes, quas faciunt caliditas & frigiditas in rebus istis, possunt esse naturales, aut accidentales. ideo debemus iudicare super generato illarum, si est naturale: quia complexio, propter quam medicina hoc facit, erit naturalis: sicut est spissitudo spermatis, & complexio, quę facit non naturale, est non naturalis. sed accidentalis: sicut spissitudo quę fit in musto, quando ad ignem decoquitur. Sed res, quę inspissantur a calore & frigore ęqualiter, sunt aereę & aqueę, & earum partes sunt conglutinatę simul: sicut oleum oliuę, & alia olea, quę possunt recipere has operationes, quia oleum inspissatur & congelatur a frigiditate: propterea quia partes aereę, quę sunt in ipso, conuertuntur ad aquam. & iterum inspissantur a calore: propterea quia resoluuntur partes aqueę, & remanent aereę cum terrestribus in eo dominātibus. Et res, quę nō inspissantur a calore, vel a frigore, sunt aqueę cum pauca terrestreitate: & calor eas consumit, antequam inspissentur. Nec ēt frigus potest eas inspissare propter paucam terrestreitatē, quę est in eis: eo quia non inspissat frigus, nisi quando extrahit caliditatem existentem in eis, & spargit humiditatem, & tunc aduenit siccitas, & illa de causa erit coagulatio, & in-

C spissatio. Et quando duę res recipiunt congelationem, & inspissationem ęquali tempore, aut propter vnum motorem ęqualem in subtilitate & grossitudine, sunt in vno gradu ęquales in caliditate & frigiditate. Sed si vna earum plus inspissatur, coagulatio ipsius est velocior. & cū motor ipsius est fortior, habet inęqualitatem secundum hoc. Sed res lenes, & viscosę habent dominium aquę & terræ: & propterea sunt frigidę, & grossę. sed lenes habent dominiū aereitatis cum pauca terrestreitate: & propter hoc de facili diuiduntur, eo quia aereitas, quę admixta est ei, est elementum humidum. & ideo leuiter ab alio diuiditur: et modica siccitas, quę est admixta ei, leuiter recipit passionem. Et res humidę recipiunt extensionem propter partem humidam aqueam, quę est in ipsis. & propter dominationē partis terrestris cū aquosa, sunt difficiles diuidi ī duas partes. propterea res lenes sunt propinquę, vel faciles, vt permutentur digestione propter facilem diuisionem earum: quia calor in eis plus dominatur, quia hęc est vna ex rebus, quę adiuuant ad velocitatem digestionis: quia difficultas diuisionis partium fatigat naturam. Et scias ꝙ viscositas, & spissitudo significant siccitatem propter dominationem partium terrestrium, si est medicinalis. & si est ci-

balis, est difficilis digestionis: ideo quia forma corporis difficile suam deserit nã turam. Et subtilis substantia, si est aerea, significat caliditatem & humiditatem: & si ignea, significat calorem & siccitatem. Et mollicies significat corpus humidum. & propterea res molles facile permutantur, sicut fructus recentes, & humidi. & duræ significant contrarium. Et spissitudo & mollicies, & subtilitas & duricies nõ significant nisi super virtutes patiẽtes in re: hoc est humiditatem & siccitatem, & non super agentes. Et oppilatio & euaporatio dicitur secundum duos modos. vnus, qui debet sic veraciter appellari: & est talis operatio, hoc est augmentum vel diminutio quantitatis. sicut nos videmus mustum facere ex seipso euaporationem in vtre clauso, & crescit quantitas sua vltra mensurã primam, non existente additione substantię in ipso, & aliquando frangit vtrem. & sicut videmus in nebulis, quæ constringuntur, & oppilantur in seipsis, & redeũt ad paucam mensuram, nihilo ex eis exeunte: & elargantur, & crescunt, nullam additionẽ recipientibus. Et causa in hoc est, quia aer est maior aqua, & terra. & quando res appropinquat naturæ aeris, eius quantitas plus crescit: & quãdo appropinquat plus naturæ terræ, & aquæ, diminuitur plus. & propterea res vaporabiles sunt aereæ, & sunt calidę & humidæ: & quæ sunt clausę, & oppilatę in seipsis, sunt frigidę & humidæ. propterea quia euaporatio non est nisi dilatatio substantiæ aereæ, & non est augmentum rei venientis ab extra. & sic est oppilatio per contrarium. Et propterea ponitur fermentum in pane, ad hoc vt faciat ipsum spongiosum, & in eo dominetur aereitas, & sit facilis ad digerendum. propterea quia corpus aereum leuius est ad permutandum propter suam humiditatem: quia substantia sicca est dura ad permutandum, & digerendum. Alter vero modus est, qui dicitur vaporatio, vel oppilatio propter dispositionẽ corporis, quod habet foramina larga, vel stricta. quia quod habet largos poros, dicimus esse vaporosum: & quod habet strictos, dicimus esse oppilatum. quia naturalis intellectus est intelligere istas res in substantia corporea earum, & non propter largitatem, aut stricturam foraminũ. quia hæc sunt verba vulgariũ: quãuis etiam illud adiuuet digestionem propter facilitatem digestionis. Sed res combustibiles sunt de necessitate igneæ, sicut sulphur: aut aereæ, sicut fœnũ. & propterea velociter permutantur ab igne. Et si diceretur sic in digestione, hoc non conueniunt nisi rebus, quæ comeduntur. sed si nos intelligeremus, ꝙ hoc esset verax secundum Galenum, non esset necesse attribuere medicinæ oppilationẽ & subtilitatem: quia possibile esset vt res essent grossæ substantiæ, & de facili permutarentur: quia haberent foramina magna, per quæ posset ignis de facili transire. & propterea super eas dominabitur ignis, & comburentur subito. quod facere non potest calor naturalis: propterea quia est humidus, & est debilioris caloris ꝗ̃ ignis. quia res supradictæ non sunt faciles ad comburendum, nisi propter accidentia largitatis suorum foraminum, sicut arundines. Sed res, quæ intẽduntur habere vaporationem, & oppilationem a substantia sui corporis, hoc est propter raritatem suam, aut spissitudinem suam a partibus substantiæ suæ: & illæ habent comparationem cum calore naturali, qui operatur in corpus nostrũ. Sed res, quæ non recipiunt combustionem, sunt res terrestres, & aqueę. Hoc est quod potest dici in significationibus vniuersalibus superuenientibus naturis corporum consimilium.

De cognitione Medicinarum, & Ciborum per rationem sumptam a Sapore. *Cap.* XXVII.

DEinceps volumus narrare de saporibus, odoribus, & coloribus. Et dicimus ꝙ species saporum, quæ sunt manifestiores, sunt dulcis, vnctuosus, salsus, amarus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus, & insipidus. Dulcis significat comolexionem calidam. sed calor ipsius est temperatus ęqualiter ad comparationem complexionis humanę secundum Galenũ. Sed vnctuosus dictus est: quia pars aerea dominatur super ipsam cum modica aquositate, &

A propterea calor ipsius est minor, quam calor dulcis. Supra complexionem salsi dominatur pars sicca adusta, in qua mixta est pauca humiditas: & calor suus maior est calore vnctuosi. Et super naturam amari dominatur complexio sicca terrestris. & hoc potest nasci a calido, & frigido. & significatio, quæ separat vnum ab alio, est ꝙ significatio eius, quod fit a frigore, est vt sit dulce, postquā fuit amarum: sicut sunt glandes, xylocaracta, & aliqua ex cucurbitis. Et amaritudo, quæ fit a calore & terrestreitate, reuertitur ad amarum, postquam fuit dulce. Et hoc fit, propterea ꝙ amaritudo sequitur duas species complexionis, aut calidam & siccam, aut frigidam & siccam: quemadmodum inuenitur color niger per calorem, & frigus. Et hoc, quod diximus breuiter de amaro, non senserunt Medici, qui nos præcesserunt: & etiam Galenus non appropriauit ipsum nisi calido seorsum. Sed quomodo non cogitant hoc, ꝙ opium est in fine amaritudinis, & inducit paralysim propter suam frigiditatem? Et qnamuis possent dicere ꝙ non prouenit amaritudo a parte frigida: Nos dicemus iam est amaritudo dominans in suo sapore: & sapor fortis est in iudicio super naturam ibi: vnde debet iudicari, ꝙ sit magis calidum quam frigidum: propterea istæ res accipiendæ sunt a Naturali. Et quod nos diximus de amaro, inuenitur in libro nostro, qui dicitur liber de Plantis. & amaritudo, quæ prouenit a calore, est calidior salsedine: quia admiscetur salsugini aliquanta humiditas. Et significat hoc

Contra Medicos de sapore amaro.

Nota instantiā de Opio.

B aqua maris maioris. quia est nimis salsa, & est multum amara, & non potest in ea viuere aliquod animal propter multam amaritudinem: propterea quia amaritudo est in vltimitate contrarietatis nutrimento animalium, & est contrarium dulci propter siccitatem solum. & propterea interficit infantes, quando multum ea vtuntur: propterea quia sunt in vltimo humiditatis, & vniuersaliter non ingreditur natura amaritudinis in re cibali, propterea quia non est nisi medicinalis: & dulcis ingreditur in cibos, & medicinas. Et quod dominatur super acutū est multus calor cum multa siccitate & subtilitate: & propterea calor illius est fortior omnibus alijs. Isti sunt sapores significantes super species rerum calidarum. Et vnusquisque eorum habet in sua specie gradus. quia quoddam dulce est calidum in gradu primo, & quoddam calidum in secundo, aut vltra. & sic de salso. Et sapores, qui significant in medicinis super complexionem frigidam, sunt pontici, styptici, acetosi, & insipidi. Sed insipidi magis debent attribui insaporabili quam saporabili. sed dicitur vt sit sapor propter sensum gustus: propterea quia quilibet sensus sentit sensatum proprium, & priuationem illius. Et stypticus, & ponticus sunt vnius speciei, & non diuersificantur nisi secundum magis & minus: & illi significant super complexione fortis siccitatis & frigiditatis. & ponticus in hoc est fortior styptico. Et acetosus fit cum frigiditate mixta in parte humiditatis, & non est remotus a calore: & propterea incidit, & subtiliat: & propterea subsistit pontico, & styptico in frigiditate. Et insipidus est

C aquosus, & frigidus. & hoc est, quod potest dici in significationibus saporum. Et quidam sapores sunt, qui non significant perfecta significatione super naturam rei. & hoc potest esse in vna medicina composita ex pluribus partibus: quarum quædam sunt saporabiles, quædam insaporabiles: propterea quia nō est necesse, vt vnumquodque mixtum sit saporitum, vt probatum est in Naturali philosophia. Et si homo vellet iudicare totalitatē medicinæ, nō posset iudicare ꝑ saporē super ipsam totā: sicut videmus multa ex gūmi, q̄ sunt insipida, & tñ calida.

Nō quodlibet mistū est saporitum.

De cognitione Medicinarum, & Ciborum per rationem sumptam ab Odore. Cap. XXVIII.

ET differentiæ odorum non sunt manifestæ nobis, sicut differentię saporum. vnde non proprium habent nomen, sicut habent sapores: sed dicitur odor fœtidus, & odor aromaticus. Sed nos ordinamus nomina accommodata a nominibus saporum, sicut diceretur odor acetosus, & odor acutus, & odor amarus. & propterea significatio complexionis odorum istorum specialiter est æqualis significationi complexionis saporis dominantis

super ipsum. Sed odores aromatici non sunt nisi a complexione calida ex necessitate. Et fœtidi fiunt a complexione frigida ab humiditate extranea cũ calore putrefactionis. Sed scias cum hoc toto, ꝙ significatio odorum est multum debilis: propterea quia, sicut dictum est superius, possibile est esse medicinã cõpositam ex partibus aliquibus odoriferis, & aliquibus non odoriferis. & si iudicaremus super totalitatem medicinę per odorem, posset esse iudicium ignorantię. ideo quia de hac re non debemus iudicare de toto propter partem: sicut ille qui opinatus est ꝙ rosa est calida, eo ꝙ esset aromatica. D

De cognitione Ciborum & Medicinarum per rationem sumptam a Colore. Cap. XXIX.

SIgnificatio colorũ est multũ debilior significatione istorũ: propterea quia colores non sunt nisi in superficie colorati: & propterea inuenies secũdũ plus ꝙ cõplexio partis, in quã est color, est alia ꝙ̃ complexio totius colorati. & ꝓpterea vides ꝙ idem est color in re calida & in re frigida: sicut albedo, quę est in sale, & cãphora. Sed videtur ꝙ color verificetur plus in operatione eorum, quę sunt in vna specie: sicut est in gallinis albis & nigris, & in cygnis albis & nigris. Sed colores sunt multiformes: sed generaliter fiunt albi, aut nigri, aut compositi ex his, sicut azurus, citrinus, & alij. Sed viriditas, & nigredo fiunt ex necessitate ex partibus siccis terrestribus. quandoq; fit ex multo calore, sicut nigredo in Aethiopibus. & quandoq; fit propter frigiditatem, sicut vinũ nigrũ. & hęc differentia iudicatur ex eo qđ pręcessit, sicut alibi dictũ est. Sed albedo, qñ prouenit a dominatione mixtionis partium terrestriũ cũ aereis, significat calorem, aut tẽperantiam: sicut tu vides homines habentes pulchram albedinem. Sed quę fit pp admixtionẽ partium aquearum cum terrestribus, qñ est in rebus humidis, significabit complexionẽ frigidã & humidã. Et iam dictũ est in libro nostro ꝙ albedo fit ex admixtione partis igneę clarę cum corpore peruio. & nigredo fit a parte ignea tenebrosa cũ corpore non peruio. Sed colores rubei omnes significant super calorem propter partẽ igneam, quę in eis manifestatur, & citrinus est medius inter eos. Sed viriditas declinat magis ad nigredinẽ, sicut citrinus magis ad aliud extremum. Sed natura colorũ mediorũ est cõposita ex natura extremorũ. Hoc est, qđ potest dici super significatione virtutũ medicinarũ ex parte colorum superuenientium corporibus consimilibus. E

De cognitione Ciborum & Medicinarũ per proprietates eorum, prout sunt partes terræ nascentium, & animalium: & sunt Locus, Tempus, Regio, & Operatio. F

Cap. XXX.

Naturæ terrę nascentiũ cognoscuntur quatuor rebus.

DEinceps narrandæ sunt proprię significationes in illis, in eo ꝙ sunt partes terrę nascentium, vel partes animaliũ. Natura terrę nascentium cognoscitur quatuor rebus: vna a loco, alia a regione, alia a tempore, quarta ab operationibus. & non fortificantur hę operationes nisi propter significationes rerum pręteritarum. & quamuis nos cognoscamus ab istis complexionem medicinę, nos debemus cognoscere etiam per viam operationis duarum medicinarum, quę sunt in vna specie, sicut dictum est. Et dicimus ꝙ terrę nascentium quædam sunt perfecta, & quędam sunt diminuta. Et diminutum est illud, in quo manifestatur dominium vnius elementi solum: aut elemẽti aquę, sicut terrę nascentia, quę nascuntur ex aqua: aut elementi terrę, sicut terræ nascentia, quę nascuntur in locis petrosis & fortibus. & propterea ista terrę nascentia sunt diminuta: hoc est, quia non habent flores, & folia. & manifestum est ꝙ dominãs super cõplexionem istorum est aut frigiditas, aut humiditas: sicut foliũ herbę, quę stat super faciẽ aquę, quę dicitur thaholeb: aut frigi-

A ditas & humiditas; sicut fungi. Et terrę nascentia perfecta sunt illa, quę nascuntur in montibus: quia apparet ab eminentia montium, vt debeat generare plura terrę nascentia quam alia loca, dummodo sint temperati cum bona euaporatione, & cum bona mixtione caloris cum humiditate, & debet esse hoc in eis, quia habent ascensum in aere, & sunt propinquiores influentię corporum superiorum: & illa terrę nascentia habent complementum fructuum, florum, & foliorum. Et sunt terrę nascentia, quæ nascuntur in deserto, & sunt quæ nascuntur in viridarijs. nam illa habent plus frigiditatis & humiditatis de necessitate: vt sunt siclę nascentes in desertis, & viridarijs. Et significatio, quę prouenit à regione, est ꝙ quædam terrę nascentia sunt, quę nascuntur plus in terris calidis: & quędam sunt, quę nascuntur plus in terris frigidis. & quę nascuntur in calidis, pro maiori parte sunt calida, sicut quę veniunt ab India. & quę nascuntur in frigidis, vt plus sunt frigida. Et potest esse aliquando per accidens, vt nascantur calida in terris frigidis, sicut pineę, quę nascuntur in Sclauonia: & frigidę in terris calidis, sicut sunt tamar indi qui nascuntur in terra Arabum. Et hoc accidit propter duas res: aut propterea quia cortex illorum terrę nascentium est fortis & densus: aut vt sint submersa sub terra. quia istę duę res possunt dare calorem, & frigus in omni regione: eo ꝙ calor naturalis existens in eis contrahitur intus

B propter frigiditatem. & similiter accidit de rebus frigidis in terris calidis. Et significatio temporis accipitur secundum ordinem regionis: quia tu videbis multa terrę nascentia calida nasci in hyeme, sicut rapa, & napones. Et quandoque medicina frigida nascitur in temporibus calidis. & hoc accidit propter paucitatem sui caloris: quia propter paucam frigiditatem aeris consumitur: sicut sunt olera multa tempore caloris. Et demonstrationes vegetabilium sunt magnæ valde de eo: quoniam quædam ex vegetabilibus sunt, quæ cito mouentur ad augmentum, & quędam tardius crescunt. Sed veloces generaliter significant caliditatē vel subtilitatem, vel super vtrunq;: & quę tardius crescunt, significant super contrarium. Et sunt etiam alię significationes significantes super vegetabilia in velocitate & tarditate fructificandi. Et debes scire ꝙ velocitas natiuitatis terrę nascentium significat aut calorem magnum, aut frigiditatem. Et quędam sunt ex terræ nascentibus, quę habent folia, flores, & fructus: & quędam sunt, quę non habent fructus, nec folia, nec flores, & illa sunt grossa, terrestria, aut aquea: & quod habet florem, & folia, est perfecte temperatum. Et terræ nascentia, quę sunt spinosa, & globosa, vniuersaliter sunt terrestria: & quę hęc non habent, sunt econuerso. Et differentię significantes super naturam animalium sunt multę: quia quædam crescunt in aqua, quędam in deserto, quę in aqua crescunt, sunt frigida & humida: quę vero in deserto, sunt calida & sicca. Et quędā sunt

C volatilia, & quędam deambulantia. & volatilia sunt magis aerea ambulatiuis. Et quędam sunt sanguinea, & quędam exanguia. & quę non habent sanguinē, sunt frigida & sicca: & quę habent sanguinem, sunt calida & humida. Et quædam sunt ouatilia, & quędam non. & quę sunt ouatilia, sunt calida & humida: & quę non, frigida & sicca. Et quędam anhelant, & quædam non. & quę anhelant, sunt calida: & quę non anhelant, sunt frigida. Et quędam nascuntur in locis calidis, & quędam non. & quæ nascuntur in locis calidis, pro maiori parte sunt calida & sicca: sicut cameli, & capreoli. Et diuersificantur complexiones animalium in vna specie propter pascua, & propter aqaam. quia pisces, qui nascuntur in loco petroso, sunt subtilioris substantię, & minoris superfluitatis alijs, & tales sunt, qui velociter mouentur, & multum laborant. & complexio istorū est minoris humiditatis. & qui parum laborant, sunt frigidioris, & humidioris complexionis. Et quędam animalia sunt, quę incedunt, sicut nascuntur: & quædam non. Et quędam sunt facientia multos filios, & illa sunt calida & humida: & quędam quę non faciunt nisi vnum. Et diuersificantur etiam animalia secundum diuersitatem ciborum, quoniam animalia comedentia carnes sunt calida et sicca. & complexio animalium comedentium terrę nascentia sunt temperatę complexionis, vt sunt pecudes, boues, & his similia: & vt sunt de volatilibus gallinæ, & columbę, Item diuersificantur animalia secundum magnitudinem

& paruitatem suorum corporum. quia quę sunt magni corporis, sunt terrestria: & quę sunt parui corporis, sunt econuerso. & hoc est in animalibus, quę nascuntur in terra. Sed eorum, quę nascuntur in aqua, magnitudo corporis significat multam humiditatem. & propterea laudatur in piscibus paruitas: & in alijs animalibus vituperatur duricies ossium, & multitudo corporis terrestrium: sicut vngues, claui, & squamę, & similia his. quia hęc significant ꝙ multa est in eis terrestreitas. et propterea multę squamę laudantur in piscibus, quia significant rem contrariam eorum complexionibus: & etiam multę spinę. Et similiter audacia cordis & pusillanimitas significant super complexionem animalis. quia animalia audacia sunt callida, & pusillanima, sunt frigida. Et differentię, per quas cognoscuntur complexiones animalium, sunt multæ. & nostra intentio non fuit nisi rememorari eorum breuiter ad mouendum illum, qui diligit tentare, ad hoc vt perscrutetur omnes alias differentias, & sciat causas illarum in libris naturalibus. Et scias ꝙ omnia hęc signa sunt accidentia, quę adueniunt corporibus consimilibus, & super ea significant, & non sunt signa illis, quę non sunt consimilia, nisi quando aggregantur omnia, & fit vna compositio inter contraria, & iudicatur propter dominans, & illud potest esse verum iudicium. Hęc sunt genera rerum, quibus nos possumus cognoscere operationes medicinarum, & ciborũ. Et dicimus ꝙ possibile est cognoscere operationes secundas medicinarum tunc, quando cognoscemus complexionem medicinarum in caliditate & siccitate: quamuis hoc non verificetur in omnibus, quia inuenitur in quibusdam medicinis ꝙ earum operationes secundę non sequuntur primas, hoc est complexionem medicinarum. Verbi gratia subtilitas, & incisio non sunt attribuenda nisi corpori multi caloris: & nos inuenimus medicinas temperatas cum suis complexionibus, tamen sunt subtiliatiuę, & incisiuę, sicut capillus veneris, schœnanthum, & similia his. & acetum est in vltimitate subtilitatis, & incisionis, & est tamen frigidum. & hoc accidit: quia calor, qui in eo est, sustentatur frigiditate, quę est in eo: quia frigiditas sua compingit ipsum, & comprimit ipsum ad partes intrinsecas membri. & sic videtur ꝙ alię medicinę faciant, hoc est vt habeant superfluam subtilitatem in seipsis, aut vt eis superuenerit aliqua res, propter quam faciant hoc. & potest esse vt hęc res sit aliquantulum similis ei, quod habet aliquid a tota substantia. Sed operatio per comparationem tertiarum virtutum est debilis iudicij, eo ꝙ est valde propinqua operationi, quę fit a tota substantia. Hęc autem, quę dicta sunt, necessaria fuerunt secundum tractatus vniuersales in modo ciborum, & medicinarum. D E

De complexionibus Ciborum quorundam, & Medicinarum specialiter secundum ꝙ certificatus fuit Galenus: præcipue vero de granis, ex quibus panis conficitur. *Cap.* XXXI. F

Nota de Galeno.

NVnc autem memorati erimus vniuscuiusq; earum specialiter secundũ consuetudinem Medicorum: deinceps volumus narrare de simplicibus medicinis magis manifestis, quę a Galeno sunt testificatę: propterea quia fuit verax, & legalis experimentator in hac arte: & nullus est, qui possit ei comparari, nisi is qui, cum clamat, non intelligit id quod clamat. Item volo incipere a cibis, qui sunt cibi absolute: & post illos dicam de illis qui sunt medij inter cibos & medicinas: & post illos dicam de medicinis absolute. Concordati sunt Medici ꝙ melior ex cibis terrę nascentibus hominibus naturalibus, hoc est illis, qui stant in quinto climate, aut quarto, est triticum artificialiter pręparatum. & hoc fit multis modis. Fit enim panis fermentatus, & azimus, & crustella, & bucella, & sorbitiones. quidam sunt, qui frangunt ipsum, postquam est vstulatum, & postea infundunt in aquam, & postea coquunt ipsum sine fractione. & hoc nominatur sauich. Et melius ex tritico est illud, quod est frangibile, & graue. Et melior cæteris est panis factus ex farina tritici in hunc modum: hoc est vt sit custoditum a malis accidentibus eidem venire potentibus,

De pane.

A & vt non sint nimis furfures ab eo remotę: sicut sunt remotę ab armach.& hoc appellatur apud nos madechuni: & Latini appellant panem grossum. & iste est velocior ad digerendum quam darmach, & minoris viscositatis,quãuis darmach plus nutriat.neq; est tantę siccitatis sicut furfureus,neq; ad melancholiam adeo cito cõuertitur,vt ipsum.quoniam cortex vniuscuiusq; vegetabilis est terrestris siccus: quamuis furfnreus citius digeratur ipso darmach propter abstersionem existentem in suo cortice.& quundo conficitur, ponitur de sale conuenienter:& conficitur cum multa aqua,ad hoc vt sit spongiosus, & sit fermentatus cõpetenter,& coctus.Sed panis azimus est grossus, & viscosus.Eodem modo non est bonus,qui est nimis fermentatus: quia transmutatur ad humores putridos ꝓpter calorem extraneum generatum in eoꝫ. Et post bonitatem cibi ex pane est panata,quæ vocatur thausu:excepto quia declinat ad frigiditatem & humiditatem propter aquã,cum qua fit.& quando bulliunt frustula panis pluries in aqua feruenti,tunc fit iste cibus in velocitate digestionis, et leuitate:& maxime ęgris ex complexione calida. Sed sauich est etiam bonus cibus.Et quando distemperatur cum multa aqua,refrigerat,& est iuuatiuus:eo ꝙ vstulatio, & infusio vaporauerunt, & subtiliauerunt, & remoaerunt viscositatem. Confectum cum melle,& coctum datum sanis,calefacit,& nutrit multum. Et frumentum coctum in aqua est grossum,viscosum,oppilatiuum,& durum digeri plus alia re,& est val-B de malum. Et pultes sunt grossi.& qui fiunt ex frumento, sunt peiores,& refrigerant propter suam acetositatem,& sunt propinqui corruptioni. & propterea sunt abijciendi ab illis,qui sunt parati ægritudinibus putridis. Sed panis,qui fit ex ordeo secundum modum,qui fit ex frumento, sequitur bonitatem panis tritici:nisi quia parum declinat ad frigus. Et sauich ordei bene digeritur. & quando bibitur distemperatum in aqua refrigerat;et est frigiditas sua quasi in primo gradu.Et aqua ordei plus ingreditur opus medicinarum quam ciborum: & est laudabilis in ægritudiuibus calidis & siccis,laude,quę non occultatur ei,qui in hac arte studuit.quia refrigerat,humectat, temperat, abstergit, generat laudabilem humorem mirabiliter,non inflat, non moratur ad descendendum a stomacho. & hoc nobis totum experientia dedit.Et sic debet fieri aqua ordei.Infundantur grana ordei in aqna integra non contusa:& in vna parte ordei debent poni viginti aquę frigiddę partes:& debent sic dimitti in aqua quatuor horis: & postea coquatur in hac aqua,donec adipiscatur rubedinem quasi vinum. & si fiat hoc modo non inflat.& qui frangunt, vel terunt ipsum prius,peccant: quia non est ab eo priuata inflatio nisi propter infusionem,& grana non trahunt aquam,nec recipiunt infusionem,nisi propter virtutem attractiuam quę est in eis. & virtus attractiua non est in granis,quando seminantur, & nascuntur, nisi quando semi-C nantur integra. & si frangerentur prius quam essent seminata, non nascerentur:quia hęc virtus attractiua est in eis, sicut forma specifica in totalitate totius grani fixa,hoc est, quando partes sunt continuę coniunctę simul. & hoc est simile calori smaragdi,vel alterius lapidis pręciosi. quod est, quia quando partes suę sunt simul coniunctę,in eis sunt virtutes:& quando separatę sunt, priuantur ab eis. Et sic testificatum est a mirabili Auemmarua Abynzoar in libro suo, qui dicitur Theisir.quia iste fuit supremus in scientia Medicinę a Galeno vsq; ad nostra tempora.& hoc ab eo habui.& rememorat errorem Medicorum frãgentium ipsum. Et panis,qui factus est ex alijs granis, habet illam virtutem, quam habent illa grana,ex quibus factus est. Et infra conuenit rememorari de aqua plusquam hic:quia incidenter sum de ea locutus.

Panata.

Laudes Aquę ordei.

Modus cõficiendi aquã ordei, id est ptissanam.

Libro prio trac. 16. ca. 6. Laudes Abynzoar. ꝓ quo vide supra lib. 4. cap. 40.

De Carnibus. *Cap. XXXII.*

MElior caro ex volatilibus est caro gallinę iuuenis, sanę, & pinguis. & habet mirabilem proprietatem in temperando complexionem.& propterea brodium suum est optima medicina leprosis. Et dicitur ꝙ cerebrũ gallinę augmentat substãtiã nostri cerebri,& acuit ingeniũ.

Et post illis bonitatem ex ambulatiuis est caro hœdi.& post has est caro arietum. Et hæc opinio maioris partis Medicorum,præter Gale. qui abominatur carnes arietum,& videtur sibi ꝙ caro vitulorum est melioris nutrimenti arietina. Et Auicen. dicit ꝙ melior carminum est caro porcina: & sentit ꝙ ista caro quasi sit naturalior hominibus, quam alia caro animalium ambulantium. & experientia hoc docet.Et maior pars Medicorum abominatur carnes agnorum: propterea quia dominatur multa humiditas super eas, & laudant carnes arietum iuuenum. sed conueniens est dicere,ꝙ carnes agnorum sunt post bonitatem earnium hœdulorum. & sic sentit Rasis. Et quod mihi videtur ex agnis est,quia sunt multarum superfluitatum:excepto ꝙ in terris calidis recipiunt těperiem propter earum calorem. Et quod hoc sit verum,est,quia videmus quod pili agnorum stantium in terris meridionalibus sunt tortuosi, sicci, & curti: & qui sunt in nostris,non excedunt tantum in hoc. Et carnes vitullinę sunt bonę carnes: propterea quia non habent illam viscositatem,frigiditatem, & siccitatem,quam habent carnes bouinę veteres, & eorum carnes sunt magis odoriferę alijs carnibus. & quantum est in hoc, meliores sunt carnibus hœdulinis: propterea qu̇ia in carnibus hœdulinis manifestatur quædam mucillago, quando concoquitur. Sed carnes hœdulinę sunt meliores vitulinis, quia generant meliores humores. Et ex laudabilioribus carnibus volatilium sunt carnes perdicum:sed declinant parum ad frigiditatem,& siccitatem, & sunt sicut gallinę deserti:& habent proprietatem stringendi ventrem,& assæ, & elixæ. Sed turtures sunt sicut volatilia reliqua,& declinant plus ad caliditatem, & habent mirabilem proprietatem in acuendo ingenium. Sed columbę sunt calidę & siccę,grossioris substantię quam turtures.& pulli ipsarum habent humiditatem superfluam. Et significat calor eorum actualis,& velocitas digestionis in stomachis eorum super ipsorum calorem. Et propterea qui volunt abstergere margaritas,& clarificare eas,dant eis ad comedendum. & incontinenti debent occidi,& extrahuntur purificatæ.& si cito non interficerentur, multum minueretur quantitas margaritarum. Et caro veteris columbi masculi mirabilem habet proprietatem in epilepticis,& paralyticis. Et carnes volucrum, quę assimilantur columbis,& dicuntur tudones,& in lingua Arabica Alchamari,sunt sicciores prædictis,& grossioris substantiæ,& habent aliquantulam aromaticitatem. Passeres sunt omnes calidi, & sicci in fine caloris. Coturnices temperatę sunt, aliquantulum declinantes ad calorem. & sunt subtilis substantiæ, generantes bonos humores. & bonæ sunt sanis & conualescentibus. Et sturnelli,qui dicuntur azuri,sunt calidi & sicci,& graues ad digerendum,& grossæ naturæ.

De Piscibus. *Cap.* XXXIII.

MEliores eorum sunt pisces,qui degunt in locis petrosis, & qui multas habent squamas, & quorum corpus est medium inter magnum & paruum,& qui sunt velocis motus, & paucę viscositatis. Et melior apud nos est piscis,qui dicitur cubrina: & post illum ille, qui dicitur trilia:& quidam dicunt ipsum resulum. Et piscis, qui captus est in fluminibus remotis a mari,necessario bonus est,& paucę superfluitatis: propterea quia hic piscis propter sui naturam habet,vt petat aquam dulcem & frigidam:& ad hoc multum laborat.

De Lacte. *Cap.* XXXIIII.

ET melius lac est fœmineum:& post illud lac asinæ:& post illud lac capræ.& istæ species lactis sunt subtilis substantię. Sed lac ouis est grossius:et propterea citius in stomacho caseatur.Sed vaccinum grossius est & cum hoc butyrosius,& pinguius.

A *De Caseo.* Cap. XXXV.

CAseus recens est frigidus & humidus, grossę substantię. Vetus est calidus & siccus propter sal, & tendit ad vstionem. Et aliquis caseus est bonus. medius inter nouum & veterem est bonus, dummodo sit factus rationabiliter ex bono lacte.

De Ouis. Cap. XXXVI.

OVa gallinarum sunt meliora cæteris. & vitellum est melius albo. nec album est nimis malum, nisi nimis sit coagulatum. Et propterea quando conquassatur oum oleo & aceto, & fiat tremulum, est valde bonũ: quia res, quę coquitur cum oleo, est multum nutritiua: dummodo oleũ nouum sit, & dulce, & oleum oliuę. quia natura illius est temperata, declinans parum ad calorem, & impinguat hepar, & augmentat ipsius substantiam. Et generaliter dico ꝙ est conueniens homini multum secundum totam sui substantiam. Et propterea in terris nostris non coquimus carnes, nisi cum eo: quia melior modus, & temperatior comedendi carnes est ille, qui dicitur athafea, hoc est
B vt sic fiat. Accipe oleum, & parum ex cepa, & ponantur carnes frustratim in eo, addendo paulatim aquam calidam, donec sint coctę. Sed panis, qui decoquitur cum oleo, est malus, i. impastatus cum oleo: quoniam tempore decoctionis comburitur oleum, & tendit ad sulphurem.

De Fructibus. Cap. XXXVII.

MEliores eorum sunt ficus, & vuę. Et complexio ficuum est calida & humida. mundificant stomachum, laxant ventrem.

Vuę calidę sunt ex pauco calore, & humidę temperate. & subito impinguant corpus: sed inducunt ventositatem in omnibus digestionibus. & ficus non dant ventositatem, nisi in stomacho, & intestinis.

Vuę passę calidę sunt, & humidę & digestibiles. prosunt hepati a tota substãtia. Et operationes vini ipsarum sunt debiliores operationibus aliorum vinorũ: sed potest poni loco alterius vini.

C *De Aquis.* Cap. XXXVIII.

MElior aquarũ scdm Hippo. est aqua fontiũ orientaliũ, q̃ scaturit ex terra q̃ non habet nimis grossam substãtiam, nec nimis mollẽ, vel luteã, sed sit mediocris inter has. et ꝓpterea hęc aqua est suauior & leuior, & citius permutatur a calido & frigido. Sed Rasis sentit ꝙ melior aqua sit fluminum magnorum. Et Hippocra. dicit ꝙ istę aquę sunt diuersarum substantiarum: eo ꝙ transeunt per diuersas terras: et propterea quia ingrediuntur eas multi riui. Et mihi videtur ꝙ Rasis nõ laudauit flumina magis grossa, nisi propterea quia Sol operatur in eis vnam operationem, propter quam separantur partes grossę a subtilibus. Et propterea coquunt Medici aquam illis, qui habent debilem stomachum, & hepar. ergo opus, quod fit in aqua, est diuersum ab aqua. Sed quod est inspiciendum in aqua, est diuersitas terrarum. quia non potest esse, vt in æstate non defluant ad flumina aquę multitudo, & aquę pluuię. Et propterea quanto plus elongatur flumen a suo ortu, est deterius. Et propterea nostrum flumen melius est in Corduba, quam in Sibilia: & est deterius in Sibilia propter crementum & decrementum, & propter admixtionem aquæ salsę in eo: quamuis illud non sentiatur. Et impossibile est, vt aquę magnorum fluminum non sint turbidę. & propterea inuenimus in fundo pitario.

rum, quando ponimus in eis aquam fluminum. multum de sabulo. et terra. & sic accidit in terra nostra: quod non accidit de aquis fontium. D

De Granis, quæ sunt cibi medicinales. Cap. XXXIX.

DEinceps volumus dicere de cibis medicinalibus; quia quidam eorum sunt terræ nascentia, & quidam animalia, & quidam superfluitates animalium. Et ex terre nascentibus quedam sunt grana, & quædam fructus, & quedam herbe.

Faba est temperata inter frigiditatem & humiditatem, aut parum declinat ad calorem. Et propterea habet dissoluere apostemata propter suam abstersionẽ, & maturat, & est multe humiditatis. propterea accidit ei multa inflatio, & vẽtositas, & ipsam non perdit propter aliquam decoctionem. Et dicitur ꝙ habet malam proprietatem cum virtute cogitatiua: & qui ea vtuntur, multa habent somnia horribilia, & falsa.

Cicera sunt temperate calida & humida, & habent inflationem. & propter tertiam eorum operationem habent generare sperma, & prouocare vrinam, & sanguinem menstruum, & frangunt lapidem. sed hoc faciunt plus nigra quam alba. Et si comeduntur recentia, generant in stomacho, & intestinis multas superfluitates. & si assentur (etiam fabe) habent minus ex superfluitatibus. sed sunt duriora ad digerendum nisi primo essent infusa. & habent proprietatem faciendi bonum colorem. & hoc faciunt, quia acuunt calorem, ita vt generetur spiritus ventosus. & per hanc viam valent coitui. E

Lentes sunt temperate in calore, & sunt sicce, & generant sanguinam melancholicũ, & extinguunt inflãmationem sanguinis, & magis, q̃n coquuntur in aceto. Et earum virtutes tertie sunt: quia priuant coitum, et offuscant visum: & quando coquuntur in aqua pluries, stringunt ventrem.

Lupini sunt sicci. terrestres, & amari. & q̃n coquuntur in aqua, donec auferatur ipsorum amaritudo, est cibus tamen durus. & q̃n comeduntur amari, occidũt pueros, & occidunt vermes, qui sunt in stomacho, et intestinis, & prouocant vrinam, & aperiunt orificia hæmorrhoidarum.

Leugbi, s. Faseoli. declinant ad calorem & humiditatem, & impinguant corpus, & prouocant vrinam, & sanguinem menstruum, & laxant ventrem: & proprie rubei, & inducunt somnia, & faciunt vertiginem.

Milium frigidum est & siccum, ventrem constipat, & est pauci nutrimenti. Et hoc idem facit Panicum.

Et Spelta est propinqua huic.

Oryza. Rizi sunt grossæ substantie in caliditate & frigiditate prope temperantiam. ventrem stringunt, & sunt boni nutrimenti, quando coquuntur cum lacte.

De Fructibus arborum. Cap. XL. F

POmum dulce est temperate humiditatis, & acetosum est frigidum & siccum. Et habet proprietatem confortandi membra principalia, si sint distemperata in calore, et maxime cor. confortat cerebrum, odorando propter suam aromaticitatem: & generat grossam ventositatem in secunda digestione, & tertia. Ita ꝙ dictum est a sapientibus ꝙ potest generare phthisim, & hecticam: eo ꝙ venti, qui generantur ex eo, habent malam proprietatẽ ad exardẽdas arterias pulmonis. et sic testificatus est mirabilis Auenmaruam Abumeron Auẽzoar in Thizir. Sed vinum suum non habet hanc intentionem.

Pyra cruda sunt frigida & sicca: sed matura temperata sunt, aut declinant ad paucam frigiditatem. & hoc est, quia composita sunt ex acetositate, dulcedine, et ponticitate. Propterea est eorum virtus ventrem constipare. & eorum proprietas est remouere sitim.

Cotonea sunt grosioris substantiæ quam pyra, & maioris stypticitatis: &

A propterea sunt frigidiora.& in eorum odoratu est proprietas contra omnes passiones cordiales.

Malorum granatorum quędam sunt dulcia,& quędā acetosa.Et omnia humectant, verum dulcia sunt calidiora & humidiora : & generatur ex eis modica ventositas non mala.Et habent vnam nobilem proprietatem: quia mirabiliter resistunt cibis,ne corrumpantur in stomacho.

Persica sunt frigida & humida : & habent generare humores corruptos , & putridos,& aliquando cholericos. Et habent mirabilem proprietatem resistendi fœtori,qui prouenit a stomacho.& odor suus valet contra cardiacam passionem.& oleum,quod fit ex eorum ossibus,abstergit faciem dominarum,et valet contra difficultatem vrinę,& occidit vermes.

Idē tertia tertij trac.1.ca. 26. &.2. cano.c.571.Sexta tertij trā 1.c.30. exhibentur stomacho repleto cholera putrida.

Sed Antipersica , quę Nusmus dicuntur , sunt eiusdem naturę cum persicis, sed non habent illam proprietatem.& in Arabico dicuntur Aiam.

Prunorum duę sunt species,videlicet album,et nigrum,et ambo,quando sunt matura,sunt frigida & humida.mitigant calorem cholerę , & laxant ventrem, sed debilitant parum os stomachi.

Nuces calidę sunt & siccę,& prouocant vomitum,& laxant ventrem.Et dicitur ꝙ habent malam proprietatem,ita ꝙ qui vtuntur eis nimis , faciunt eis in

B lingua paralysim . Et comeste cum ficubus obstant veneno loco bezahar. & multum valent senibus.& nocent illis,qui timent passionem caloris, & tempore magni frigoris non sunt nociuę.

Auellanę in nullo differunt ab illis,nisi quia non prouocant vomitum.

Amygdalę temperatę sunt in calore.& humidę,suauis saporis,& habēt multas bonas proprietates,Et dicitur ꝙ habent augmentare substantiam cerebri,et faciunt suauiter dormire,& abstergunt,& mundificant vias vrinę, & sunt valde conuenientes macris.Et earum oleum est melius, quod possit esse spasmo sicco;& etiam melius quam oleum sesaminum pp aliquantulam stypticitatē, quę est in eo: ꝙ oleum sesaminum est nimis calidum, & habet malam proprietatem in dando fœtorē ori. & qui vtuntur sesamino loco olei amygdalarum,peccant.

Pineę calidę sunt & siccę , & earum oleum curat paralysim.

Fistici calidi sunt & sicci temperate. confortant stomachum, & hepar a tota substantia, & sunt ex illis medicinis, quę habent multa iuuamenta, & magna. Fistica. Pistacia.

De Herbis,& Oleribus. *Cap.* XLI.

OMnes herbę per suam naturam declinant ad humores melancholicos & hoc etiam faciunt a tota substantia: excepta lactuca, & bluglossa.

C Caules sunt * frigidi & sicci. necessario generant humorem melancholicum. & succus eorum habet proprietatem clarificandi vocem. * 2.1. calidi

Cucurbitę,quę in Arabico dicuntur Vlla, sunt frigidę & humidę, aquosę & talē humorē generāt.& dicitur ꝙ sunt aptę recipere corruptionē in stomaco. & habent malam alterationē:sicut fit in rebus humidis non habentibus stypticitatē,terrestreitatē,nec ponticitatē:quia sunt solū aqueæ.& assimilamus eas moris.Nec cucurbitę istius regionis sunt tales,sed sunt durę digestionis, & grossioris naturę:ita ꝙ non possunt rectificari,nisi cum multa decoctione. & cum hoc sunt multi mali chymi,& adhuc infrigidant, & humectant: eo ꝙ non habent virtutem cito exeundi,cum nullam habeant abstersionem.

Melones sunt frigidi,multę humiditatis.& habent abstersionem , & prouocant vrinam:ita ꝙ dicitur ꝙ qui vtitur multum brodio eorum, est cautus ab ægritudine arenarum.

Cucumeres sunt frigidiores,& minus humidi , & minus prouocant vrinam melonibus:sed non corrumpuntur ita cito, vt melones.

Portulaca est frigida in tertio gradu,& humida in secundo . & est lubricatiua, viscosa.aufert sitim,constipat ventrem,& aufert dentium stuporem:

Attriplices sunt frigidę & humidę,ventrem humectant,prosunt ictericis, paratę tamen sunt corruptioni.

Spinachię valde sunt bonę, & temperatę. valent gutturi, & pulmoni, & stomacho calido, & humectant ventrem. & sunt in secundo gradu frigidæ, & humidę. D

Bletę propinquę a triplicibus, sunt calidiores, & minus humidę. humores generant grossos, & phlegmaticos.

Rapę calidę sunt & humidę. generant ventositatem, mouent coitum, eo ꝙ renes calefaciunt. & habent mirabilē proprietatem ad illuminandū oculos.

Melongię sunt ex his, ex quibus nos facimus in terra nostra multa cibaria delicata. & postquam proiecta est prima aqua suarum decoctionum, & coquuntur cum carnibus pinguibus, sunt multdm delectabiles. Et ego reputo ipsum temperatum cibum, postquam sic factus est. propterea quia pars acuta, quę est in eo, remouetur per primam decoctionem: & sua siccitas, & stypticitas remouentur propter carnes decoctas in eo. Et quamuis Medici dicant ꝙ generant humorē melancholicum similem humori generato ex caulibus, tamen considerare debemus in cibis duas res. vna est res, quę secum miscetur, quę potest remouere malitiam, si est. & delectatio cibi, hęc est secunda. & quando est multum delectabilis, lęsio, quę prouenit ex eo, non est multum manifesta. & hic est vnus ex delectabilibus cibis. Isti sunt cibi manifesti apud nos, in quibus est virtus aliqua medicinalis.

In cibis duo cōsiderāda.

B

De varietate virtutum medicinarum Simplicium. *Cap.* XLII.

ET nunc habemus loqui de medicinis absolute.

Alchison, quę in Latino dicitur Betonica, & in Persica lingua Beragines. Eius primę virtutes in calore & siccitate sunt in quarto gradu: propterea quia est de substantia terrestri adusta. & manifestat hoc, quia est in find amaritudinis. Et operationes eius secundę sunt incisiuę, dissolutiuę, et aperitiuę fortiter. Est in hac virtute fortior absinthio propter stypticitatem, quę est iu absinthio. Et virtutes eius tertię sunt, ꝙ nocet ori stomachi propter amaritudinem, quę est sine stypticitate: & vtimur ex eo extremitate & stipite. Cinis suus est calidior & siccior eo. valet contra alopeciam, quando miscetur cum alii quibus vnguentis calidis. Et est etiam calidior suus cinis cinere cucumerum agrestium, & cinere radicis anethi. Et etiam isti cineres prosunt venlri, quando est vlceratio in eo sine apostemate.

Pentasiler dicitur a Persis arbor Abraam, et in Latino dicitur Agnus castus, Sua prima virtus in caliditate & siccitate est in tertio gradu. & hoc est, propterea quia in sua complexione dominatur substantia terrestris adusta mixta cum substantia terrestri & frigida. & significat hoc, quia sapor suus est acutum cum aliquantula ponticitate. Et manifestum est ꝙ secundę operationes talium complexionum, qualis ista est, sunt cum incisione, & apertione. Et ponticitas est est vna ex rebus, quę adiuuant ad hoc, & in membris intrinsecis. vt in * splene, & hepate. Et tertia operatio est, vt remoueat coitum, & propterea nuncupatur in Arabico granum sterilitatis, & est sicut agnus castus. Athenienses dominę decumbunt super ipsum in magnis festiuitatibus. F

*a.l, pulmones.

Et Ruta est similis ei: excepto ꝙ plus calefacit, & desiccat: nec habet stypticitatem, neque ponticitatem.

Alhich, & alii dicunt Vigil. Virtus suarum radicum est temperata in caliditate & siccitate, quia compositum est ex substantia aquea & terrestri cum pauca igneitate. & manifestat hoc, quia est insipidum cum modico stypticitatis, & acuitatis. sed herba eius est solum insipida. Propterea ipsius prima virtus est frigida & sicca, & operatur siccitatem. Et secunda est solidare vulnera sordida breui tempore. Et tertia est, vt frangat lapides. & signum huius est, quia nascitur in vallibus, & locis humidis.

Eluegat, i. Pes columbinus, est quatuor specierum: & parū diuersificatur vna ab alia. & Gale. non posuit ipsum in gradu. Et quod nobis videtur de eius cōplexione est, ꝙ est frigidum in primo, & siccum in secundo. & hoc est, quia dominatur

A minatur super partem ipsius substantia terrestris cum substantia adusta. & propterea est sapor eius stypticus cum modica amaritudine. & si amaritudo esset æqualis cum stypticitate, diceremus ipsum temperatum in siccitate. sed quia videmus ꝙ dominatur amaritudo parum cum stypticitate, iudicamus ꝙ siccũ est in secundo gradu. Et propterea valet doloribus renum, & doloribus splenis propter ipsius amaritudinem, & lentiginibus faciei, & morpheæ, quando pistatum miscetur cum aceto.

Agaricum. Nec hanc radicem posuit Gale. in gradu. Et quod nobis videtur ex eo de eius cõplexione est, ꝙ est calidũ in primo, & siccum in fine secundi: quia compositum est ex partibus frigidis & terrestribus, & calidis & igneis, & calidis & humidis. Et significat super hoc. quia cum nos gustamus, primo inuenimus in eo dulcedinem, & post hanc amaritudinem, & post illam acuitatem cum pauca stypticitate. & omnes isti sapores significant super caliditatem: excepta parte, quæ superata, & sepulta est a stypticitate: sicut significant super siccitatẽ, excepta parte, quæ superata & sepulta est a dulcedine propter tẽperãtiã, quã ei tribuit: excepto ꝙ plus superat stypticitas cũ frigiditate, ꝙ̃ dulcedo cum humiditate. & ꝓpterea ponimus siccitatem maiorẽ caliditate. Et ꝓpterea quia hęc plãta assimilatur radici arboris, apparet ꝙ terrestreitas dominetur super eã. Et quãuis sit leue, & porosum, frangibile, & albũ, quæ omnia significant vt habeat partẽ multã aereã, propterea posuimus ipsum calidũ in primo. quãuis habeat tres sapores significãtes super ipsum calorẽ, posuimus ipsum calidũ in primo: quia nõ sunt fortes, neque manifesti in ipso. & quod conueniens est in fiducia suorũ graduũ, est experientia. Sed ipsius operationes, quæ non sunt primæ, sunt ad dissoluendũ, & incidendũ humores grossos, & ex oppilandũ venas splenis, hepatis, & renum. Et habet sua proprietate valere contra morsum venenosorũ animaliũ. Et nos dicimus ꝙ hoc non fit, nisi qñ apparẽt ex illo veneno accidentia frigida. Dosis ipsius est. ʒ. i. & hoc non potest sic nocere, sicut nocent aliæ medicinę, quę attrahunt ab extremitatibus corporis. Et habet magnã proprietatẽ in mundificando cerebrum. & propterea curat epilepsiã, & prodest cur sui nouæ aquæ ad oculum. Et quantitas, quæ de eo debet sumi, ad hoc est a. ʒ. i. vsque ad. ij. nec est necesse ipsum refrenare nisi propter siccitatem. Et non credat ꝙ subtiliatio humorum grossorum, & incisio significent super multum calorem, sicut crediderunt errantes multi nouorum Medicorum.

B

Custaralber, i. Capillus veneris. Dicit Galen. ꝙ hic temperatus est in suis virtutibus primis, quãuis habeat multas operationes secũdas, & tertias: quarũ quædã sunt confortatiuæ, & repercussiuæ, quædã dissolutiuæ, & quædã faciunt nasci capillos, & quædã quę dissoluunt scrophulas, & quædã quæ frãgũt lapides, & quædã quæ adiuuant ad trahendum sputum grossum ex pectore, & pulmone. Et Gale. dicit ꝙ stringit ventrem. & Noui dicunt ꝙ purgat. & talis medicina, qualis est hæc, quæ habet tot operationes secundas, & tertias, est retinenda. qa cum hoc toto est temperata propter ea, quæ adhuc dicam.

C

Caylem, i. Semperuiua. Hæc est multarũ specierum. & omnes in tertio gradu frigidæ sunt: quia sunt insipidæ cum multa aquositate: & quia nascuntur in locis frigidis, & tempore frigido. Semp viuũ.

Acacia est succus arboris spinosę. Quãdo abluitur est frigida in secũdo gradu, & sicca in tertio: & cũ nõ lauatur, est frigida in primo. & hoc accidit, quia suũ dominãs est substãtia terrestris, & frigida: & propterea est styptica. & cũ eo toto est in ea aliquid ex partibus subtilibus, quę remouentur, qñ abluitur.

Carinch, i. Vrtica. Dicit Gal. ꝙ fructus huius plãtę, & folia calefaciũt calore nõ forti. Et habet multas operationes secũdas, & tertias. Dissoluit apostemata, quæ fiunt in radicibus auriũ: et adiuuat super sputũ, quod fit ex humoribus grossis in pectore, & pulmone: & curat cancrũ: et in summa valet oĩbus vulneribus, quæ indigẽt exiccatione, vel exuccatione, siue subtiliatione. Et hoc est magnũ signũ super debilitatẽ sui caloris. Sed cũ hoc toto prouocat vrinã, & mouet coitum. & hoc significatur per ventositatem. Et proprietas sui seminis est purgare phlegma, & in hac similitudine est virtus siccitatis, sed fortius est aliquantulum

* a.I. a drachmis.v. vsque ad x, semen vrticæ. Et dosis eius est* a.3. iij. vsque ad.iiij. Et qui opinantur ꝙ sit igneũ pp acumẽ suæ punctionis, errãt. quia hęc pars ignea, quę est in eius folijs, est subtilis, & remouetur propter ipsam fricationẽ, & maxime ꝓpter lotionem. D

Elbadudarmel, Isaray. Istę duæ plantę sunt frigidę & siccę: sed siccitas plus dominatur ꝙ frigiditas, & maxime in elsaray. Et valẽt contra fluxum ventris propter earum stypticitatem, & contra passionem vuluę, & contra hęmorrhoidas, & apostematibus, quę fiunt in ano. & albadudarmel operatur radix: & elsaray fructus, & radix.

Ligoz, i. Acorus. Quod accipitur ex hac plãta est radix. & est calida et sicca in tertio gradu ꝓpterea quia dominãs in ea est substantia ignea subtilis. & põt esse vt sit cũ ea admixta pars vna terrestris adusta. & significat hoc, quod sapor suus est acutus cum aliquantula amaritudine. Operationes eius secundę sunt hę, quia abstergit, incidit, subtiliat, et aperit oppilationes. Tertiæ sunt, quia prouocat vrinam, et valet ad duritiem splenis, et subtiliat grossitiem, quæ prouenit in cornea, et proprie succus radicis.

Cauar, idest Aloe. Caliditas sua extenditur a primo gradu vsque ad secundũ, et attingit parum ex secundo. et sic est in siccitate. et hoc est, quia est compositũ ex substãtia terrestri adusta mixta cũ terrestri frigida: et illud diminuit aliquãtulũ de calore eius. et ambę substantię concordant in siccitate. et significat hoc, ꝙ sapor eius est amarissimus cum stypticitate. & supra suam caliditatem significat ꝙ nascitur in terris calidis, aut in terra Arabum, vel in India. & quod nascitur in terris non calidis est debile. Secundæ suæ virtutes sunt, quia est stypticũ, repercussiuũ, & abstersiuũ. & hæc est medicina iuuatiua ad generandam carnẽ. Tertię virtutes sunt ad curandas fistulas: & maxime quę sunt in virga, & in ano. & ad repercutiendum apostemata, quę generantur in ore, naribus, & oculis. & purgat cholerã, & substantiã subtilẽ, & grossam. Et est ex medicinis, quæ nullũ habẽt periculũ: eo ꝙ non lædit os stomachi pp suã stypticitatẽ. Et virtus sua purgatiua est ꝓpinqua virtuti agarici: excepto quia est debilioris attractionis: eo ꝙ agaricũ attrahit ab extremitatibus corporis, sed aloe non attrahit nisi quod est in extremitate stomachi, & venis hepatis, & in illo habet proprietatem. Et dosis eius est a.3.i. vsque ad.ij. F

Eluoxat. Calor & siccitas ipsius extẽditur a primo gradu vsq; ad secũdũ. & significat hoc, qa facit aliquãtulã abstersionẽ, & mũdificat renes, & aufert lentiginẽ. Et manifestior eius ꝓprietas est, quia valet cõtra morsum canis rabidi.

Nauoca, i.* Carui. Quod plus quęrit in hoc, est semẽ eius. Sua prima virtus in
* alias Ameos. calore et siccitate est ĩ gradu tertio. & hoc est, qa est cõpositũ ex substãtia ignea terrestri adusta. et significat hoc, qa habet saporẽ acutũ mixtũ cũ aliquãtula amaritudine. Scda virtus eius est apertio, & dissolutio. & tertia est ꝓuocatio vrinę. E

Amygdalę amarę sunt calidę & siccę in secũdo gradu: excepto eo, quia plus declinant ad calorẽ, & minus ad siccitatẽ, & in hoc sunt quasi in primo gradu: quia earũ vnctuositas manifestat humiditatẽ. Et scias, ꝙ cõplexio, quę hãc facit operationẽ, quę est cõplexio calida, habet aliquã terrestreitatẽ: & sapor earũ significat super hoc. Et operationes earũ tertię sunt ad aperiendum oppilationes hepatis, & remouẽt dolores qui sunt in hypocundrijs, splene, & renibus: & adiuuant super sputum humorum grossorum viscosorum, qui sunt in pectore, et pulmone. Et dico ꝙ maior pars operationum harũ non fit propter superfluum calorem, qui est in eis, sed fit propter temperatam apertionem, quam operatur in his materijs pp humiditatem vnctuosam, quã habent. Et propterea valent plus alijs rebus omnibus in aperiendo oppilationem pectoris, & pulmonis: propterea qa hęc membra læduntur vt plus propter grossos humores.

Ammoniacũ est calidum & siccũ, secundum ꝙ apparet ex tertijs suis operationibus: excepto quia tenet parum caloris in tertio gradu, & est siccum in primo. Sed suus calor est in hoc, quod est gummi. quia tu scis ꝙ gummi sunt ingrossata, & inspissata a calore: quia sunt superfluitates terræ nascentium. Et videtur in hoc gradu caloris esse, eo ꝙ mundificat. & sic est gradus suus in siccitate: propterea quia siccitas est propter viscositatem suam paucam, quę est in eo.

A & hoc est in omnibus gummi. Et virtutes suæ sunt vt mollificent, & dissoluant duritiē, quæ est in iuncturis, & splene, & dissoluant scrophulas.

Alcanna, & inuenitur in frumento in campis. Virtus eius est sicut virtus sumach. magis desiccat, & plus digerit.

Shaachileelncemaz, & dicitur Rosā regis. & dicitur calida & sicca in tertio gradu. Eius proprietas est, quando masticatur, vt trahat phlegma. & succus suus mundificat caput per nares. Et tertia eius virtus est, vt remoueat ex oculo ægretudinem caducur. & valet morpheæ, & prouocat menstrua.

Anethū calidū est ī primo gradu, qđ in Arabico dr̄ scenat, et attingit parū ex scđo: & est siccū in principio secūdi, & ī fine primi. Idcirco qñ coquitur cū oleo habet dissoluere & mitigare dolorē. & maturat apostemata leuia. & inducit somnū: eo ꝙ qñ decoquitur cū oleo, reddit cōplexionē ipsius ad similitudinē medicinarū maturātiū: nisi qa est aliquātulū magis calidū & subtile. & hac de cā dissolutiuū est. Et qñ cōburitur, est ī tertio gradu caloris & siccitatis. Et iō valet vulneribus saniosis: & plus ī illis, q̄ fiūt in mēbris spermatis. Et recēs est minus calidū, & plus humidū. & iō istud inducit somnū, & maturat plus sicco: & siccū dissoluit plus. ꝑpea dicit Gal. ꝙ q intrabāt ad potationes, faciebāt ex eo coronas.

Camomilla, quæ in Arabico dicitur Habonog, calida est & sicca ī primo gradu. Secundæ virtutes ipsius sunt, vt aperiat, & dissoluat vapores cutis, & maturet. & habet proprietatem in mitigando dolorem ventris. Chamæmelum.

B

Anisum calidū est & siccum in tertio gradu: ideo quia substantia ignea super ipsum dominatur. & significat super hoc acuitas sui saporis cum aliquantula dulcedine. Operationes suæ secundæ, & tertiæ sunt ad carminandum ventositatem, & prouocat vrinam, & aperit oppilationes.

Zarahūt, i. Aristolochia. Nō vtimur nisi radice. Et est quędā longa, & quędā rotunda, rotunda fortior est in incisione, & subtiliatione. & longa plus valet abstersioni, & generationi carnis. Ambę calidę & siccæ sunt in secūdo gradu, q̄a sunt cōpositæ ex substantia aliquantulum ignea, & terrestri adusta. & significat hoc amaritudo, quam habent cum moderata acuitate. Secundæ earum operationes sunt, quia subtiliāt mirabiliter humores grossos, ꝓpterea remouent oppilationes, quæ proueniunt ab istis humoribus, & extrahunt spinas, & remouēt putrefactionē, & mundificant sordiciem, & faciunt generari bonam carnē: & istæ sunt magis ꝓpriæ in rotunda. Et tertiæ operationes sunt abstergentes, & curant epilepticos, & podagrā, & arthriticos.

Lingua agni, i. plantago, frigida est & sicca in secundo gradu. Radix eius minus est frigida, & plus sicca. & cum siccatur folium eius, est sicut radix. Et habet duas qualitates: quia cōposita est ex substantia aquea, & terrestri. & significat hoc insipiditas, quam habet cum stypticitate. Secundæ ipsius operationes sunt, quia siccat, & repercutit, & valet cōtra mala apostemata, & materias putridas, & curat fistulas. Tertiæ proprietates siue operationes sunt contra vulnera intestinorū, & stringit sanguinē eorum, & vlcerationes, quæ proueniunt ex dysenteria. Et radix eius contra dolorem dentiū valet, & aperit oppilationes hepatis, & renū. & hoc est, quia omnis plantæ radix calidior est suis folijs. neç illa sunt priuata calore: cum videamus ꝙ abstergunt, & mundificant.

C

Asara bachara. Quod ex ea valet, est radix. & virtus eius est similis virtuti acori: sed est fortior hoc. Asarum, Bachar.

Ebdarsian, i. Cortex mali granati syluestris, est calidum in primo gradu, & siccū in secūdo vel tertio: quia compositum est ex substantia ignea, & terrestri. & propterea est acutum, & stypticum. Valet sordiciebus, & materijs discurrentibus ab vno membro ad aliud.

Asparagus tēperatus est, aut parum declinans ad caliditatem. & hoc significat, quia habet aliquantulam amaritudinem, quæ elixatione remouetur. Tertiæ eius operationes sunt ad aperiendum oppilationes, quæ sunt in renibus: & proprie radices, & semen. & multum valent ad dolorem dentium.

Polium montanum, quod in Arabico dicitur Andriazabiera, habet duas species, vel plures. & oēs sunt calidæ & siccæ, & prouocāt vrinā, & mēstrua. Et di

ctum eſt ꝙ valēt cōtra morſum ſcorpionis,qñ bibitur. ʒ.I.cū vino calido. D

Scolopendria temperata eſt in calore & ſiccitate.Et manifeſtū eſt ꝙ diſſoluit duriciē ſplenis,& aperit oppilationes ipſius ,ſicut bacca lauri in oppilatione he patis.& habet a ſua proprietate frangere lapides.

* a.l. coquitur.

*a.l.Cartamus,

Alcanti,& eam vocant Hiſpani Abuz.Ex ea* operatur radix.& eſt abſterſiua,& diſſolutiua.& quando comburitur,cinis eius magis calefacit,ſubtiliat, et diſſoluit.& propter hoc curat alopeciam.

* Elcratis,id eſt ſemen pſitacorū.Ex eo vtimur ſemine. & eſt ex medicinis manifeſtis in purgādo phlegma ſine aliquo timore. & eius nobilitas eſt quaſi ſuper nobilitatē omniū medicinarū purgantiū.Doſis eius eſt a ʒ.x. vſq; ad xij. & multū ſenibus cū ficubus ante cibū comeſtū valet. Galenus dicit in Primo de Simplici medicina ꝙ calefacit & exiccat tēperate.& in Secūdo libro dicit ꝙ eſt calidū in ſecundo gradu, qñ applicatur homini per modum emplaſtri. Et diſtinguēdū eſt,qa ī primo dixit de radice,in ſcdo de ſemine, & ī alio de folio.

Idē Tertio ad Almā.25 & tertia tertij trac. primo. c. 25. Sed ſecūdo cano.trac.2. ca.2. & ſuccus & ſemina nocēt ſtomacho.

Abſinthium calidū eſt in primo gradu,& ſiccū in ſecūdo:quia cōpoſitū eſt ex ſubſtātia terreſtri & frigida,& terreſtri ignea aduſta. & ſignificat hoc ſtypticitas ſua cū amaritudine,& acumine.ſuccus ipſius eſt amarior ſuis folijs. Et tertiæ ſuæ virtutes ſunt,quia habet cōfortare ſtomachū, & trahere quod eſt in eo amarum per modū purgationis.& hoc facit per virtutē attractiuā,& propter amaritudinem lauatiuā. Et aperit oppilationes hepatis,& prouocat vrinam. Et ſi eſt phlegma in ſtomacho,non prodeſt,propter ſtypticitatem ſuam. Et habet multas ſpecies. ſed melius omnium eſt aromaticum. & propter hoc confortat ſtomachum,& hepar.Et in ſumma manifeſtum eſt ꝙ habet hæc medicina proprietatem in ſtomacho,& hepate. E

Laurus. Quod ex eo vtimur,eſt ſuccus,& oleū. & eſt calidū in primo,& tangit parū de ſecūdo:ideo quia eſt cōpoſitū ex ſubſtātia terreſtri aduſta cū ſubſtātia terreſtri & frigida.& ſignificat hoc ſapor amarus cū ſtypticitate. Et idcirco qa cōiunctę ſunt cū amaritudine aromaticitas,& ſtypticitas, fit ex ſucco ipſius melius oleū,qd poſſit eſſe ſtomacho frigido,& hepati.et nos nō damus eius ſuccū,nec grana:qa dicitur ꝙ qñ comeditur,mouet vomitum, & fluxum.

Elzunecat,i.Balauſtium,eſt frigidum in ſecundo gradu, & tangit aliquid de tertio:& ſine dubio eſt ſiccū in tertio.Et dicimus ꝙ hoc eſt,quia eius ſubſtantia eſt frigida:et ſiccitas in ea eſt fortior frigiditate.Eius operationes ſunt ſtypticitas & ſiccitas.& ſtringit ſanguinem,& cōſolidat.propter hoc ponitur hęc medicina habentibus fluxum ſanguinis,& habentibus excoriationem inteſtinorū, & mulieribus habētibus fluxum menſtruorum,& aliarum humiditatum. Et dicit Galenus ꝙ nullus author fuit,qui huius medicinæ non recordaretur.

Bahalbeli,& in Arabico dicitur chieſom. Folia iſtius plantæ,& cimæ, & flores,& fructus omnino ſunt frigidi & ſicci.Et folia ſunt humidiora prædictis propter aquoſitatem exiſtentē in ipſis. & propter hoc habet proprietatem ad curandā ægritudinē alcolæ,& ſimiliter alias ægritudines oris. Sed fructus eius, cū eſt immaturus,frigiditas & ſiccitas in eo dominatur ꝑpter ſtypticitatem inuentam in ipſo.ſed quando dictus fructus habet cōpletam digeſtionem,tunc eſt propinquus æqualitati propter dulcedinē inuētam in ipſo.Et florum virtus exiſtit ipſius fructus. & omnia prædicta conferunt. F

Syaachilie. Vtimur folijs,& floribus,& fructibus. Quamuis folia ſint humidiora,valent multum ægritudinibus oris,& vulneribus inteſtinorum, & fluxui ventris,& debilitati ſtomachi,& ſputo ſanguinis.Sed radix eius habet ſubſtantiam calidam & ſubtilem. & ideo frangit lapidem,qui eſt in renibus.

Bdelliū duas habet ſpecies.fortiter mollificat, quod in Arabico dicitur Mocle.Ex eo ſunt ſpecies duæ.vna Siciliæ:& illa eſt, ſiue bdellium illud eſt magnū:& alia ſpecies,ſiue aliud bdellium inuenitur hic,& eſt Arabicum. Virtus illius ſecūda eſt mollificare:& eſt fortiſsima virtus illius in hoc.et hoc potes cognoſcere per primam ſuam virtutem.Et aliud,ſ. Arabicum eſt ſuauis,& eſt clarius alio.& hoc vocatur bdelliū Arabicū,& eſt ſiccius alio.ſed recens bdelliū Arabicum habet virtutem Siculi,Et hoc Arabicū frangit lapides, qui fiunt in

A renibus. & quando bibitur, prouocat vrinam, & prouocat ventositates grossas, & crudas, & valet contra dolores laterum, & hypocundriorum: & in summa est ex medicinis, q̃ purgant phlegma grossum. Et habet ꝓprietatẽ trahẽdia neruis, & iũcturis. & ipsum est melius inter medicinas laxatiuas. Et dosiseius est. 3.i.

Elgarzaria, quod Hispani vocant Panicald, & in Arabico Alchartama, & alij Secacul, & in Latino Eryngiũ dicitur. Gale. sentit quod est compositũ ex diuersis naturis, sicut natura rosæ: excepto quia non habet stypticitatem. & significat hoc, quia habet insipiditatem cum aliquantula dulcedine, & modico acumine. & hoc habet plus in cortice. & videtur ꝙ sit temperatum, aut parum declinans ad frigiditatem. & quod est talis complexionis, est multi iuuamenti. Operationes suæ sunt repercussiuæ, & dissolutiuæ. Sed eius manifesta proprietas est, vt dissoluat apostemata, superpositum: & etiam si suspendatur super ipsum. Et noui Medici dicunt ꝙ habet hanc proprietatem in omnibus apostematibus. & etiam dicunt ꝙ vtuntur eo in potu aquæ decoctionis eius. ipsa ministratur, vt defendat ne generetur apostema in partibus interioribus. Idẽ in procemio theisir.

Balsamus calidus est & siccus in secundo gradu. & oleũ suũ est multũ subtile. nec habet vllum calorem, quia ab hominibus creditur, qui vident, ꝙ est subtile penetratiuum. Et virtus ẽt fructus istius est istius generis: sed minus est subtilis suo oleo. Et istud oleum habet multas proprietates, & mirabiles operationes. Suæ secundæ operationes sunt, quia dissoluit omnes ægritudines phlegmaticas, quæ duræ sunt, & tardæ ad dissoluendum, & eradicat dolores, qui sunt ex humoribus grosis & * ventosis. Et suæ tertiæ operationes sunt, quia frangit lapides. & mulier impraegnatur, quæ defert ipsum super se, quæ non poterat impregnari propter oppillationem matricis. Et eius proprietas est, quia est magna theriaca venenis. & valet contra opium bibitum, & valet contra adamantem bibitum, & contra fungos venenosos, & contra aquam ferri distillati. Et dosis eius est a tribus partibus. 3. vsque ad. i. 3. * a.l. viscosis.

B

Iuniperus calidus est et siccus in tertio gradu. & est multũ subtilis: quia quod magis dñatur super ipsum, est substantia ignea, & post ipsam substantia terrestris adusta, & aliquãtulũ substantia terrestris frigida. Et significat hoc sapor, quẽ habet cũ forti acumine, & amaritudine, & aliquãtula stypticitate. Operationes suæ secũdæ sunt, vt cõsumat putrefactionẽ, quæ est in vulneribus & apostematibus: ꝙ locus, in quo non est putrefactio, non sustinet talem medicinam: sed quando ponitur super putrefactionẽ, & saniem cum melle, mũdificat ipsam. Operationes suæ tertiæ sunt, quia habet prouocare vrinam, et prouocat mẽstrua fortius alia re, donec facit mingere sanguinem. & facit aborsum, & extrahit fœtum mortuum. Et propter suam subtilitatem & aromaticitatem ponitur quãdoq; loco cuiusdam speciei cinnamomi dorsini. & est etiam cinnamomum cum multa dulcedine, & forti acumine: & debet poni duplum illius loco dorsini. Intelligas hocde Sauina. vt Ra. 21 cõ. cap. 18. et 2. cano. capi. d Abhel: et nõ est De indar.

Albahac. Hæc planta habet florẽ, qui assimilatur rosę: & est fortior rosa bahanach. & pp hoc magis dissoluit illa, donec liberet durissima apata, qñ miscetur cum cera & oleo.

C

Ossa vuarum passarum sunt sicca in * secundo gradu, vel accedunt parum ad secundũ: ideo quia composita sunt ex substantia terrestri frigida. & significat hoc stypticitas. & habent vltimum iuuamen in fluxu ventris. * a.l. tertio.

Alusnee in lingua Hispaniæ dicitur Mulsa. Hæc nascitur super quercus, & nuces. Et est in tertio gradu frigida. et hoc significat stypticitas quã habet. & cũ hoc habet virtutẽ dissoluẽdi, et mollificãdi. Et magis valet, quę inuenitur I quercu ꝓpter caliditatẽ, quę est in ipsa arbore, eo ꝙ ex superfluitate ipsius nutritur.

Sagtares vř ꝙ sit calidum in primo gradu, vel accedit parum ad secundũ: idcirco ꝙ compositũ est ex substãtia terrestri adusta cũ substantia terrestri frigida. & significat hoc stypticitas sua cũ amaritudine. Primæ operationes suæ, & secundæ sunt ad subtiliandum, aperiendum, et prouocandum vrinã, et similia. Et aliqui dicunt, ꝙ habet virtutem purgandi: & est vltima medicina stomachi propter stypticitatem suam. & etiam mundificat propter suam amaritudinem. & talis medicina, qualis est hæc, est magis propria stomacho, q̃ alia medicina: &

longe plus, quando associatur secum aromaticitas, sicut in absinthio. D

Gentiana. Ponitur hæc medicina in gradu tertio calida & sicca. & hoc manifestatur ex fortitudine suæ amaritudinis. Et radix ipsius fortissima est ad subtiliandum, & aperiendum oppilationes.

Memithe. Ponimus ipsam in primo gradu frigiditatis, eo ꝙ curat multoties oculorum rubedines, quando non sunt fortes. & eius substãtia composita est ex substantia aquosa et terrestri, quę omnia frigida sunt: excepto ꝙ frigiditas secũdum Galenum nõ est fortis, sed est eius frigiditas similis aquæ paludum.

Alfoceng, i. Mentastrum, calidum est & siccum in tertio gradu: propterea q̃a dominatur super ipsum substantia ignea cum substantia terrestri adusta. & habentis talem complexionem operationes sunt manifestæ.

Glycyrrhiza. Liquiritia est humida in primo gradu, & excedit parum in calore temperatã cõplexionẽ. Gal. dixit ꝙ assimilatur cõplexioni humanę. & significat hoc dulcedo sui saporis cũ aliquantula stypticitate: eo quia dulcedo tẽperata significat caliditatẽ & humiditatẽ, & stypticitas sua detrũcat aliquid ex suo calore & sua humiditate: excepto ꝙ ex humiditate remouet plus. & lenit asperitatẽ, q̃ est in trachea arteria, & vesica, & aliorum membrorum, quæ recipiũt asperitatẽ. Tertię operationes ipsius sunt, quia puluerizata & posita super oculũ delet maculã, quę est in oculo, & carnem superfluã, quę est in radicibus vnguium. & hoc significat, quia radix est calidior succo. & cõplexiones, quas diximus, primo sunt in succo. & quando radix est vetus, est amara, sicut est illa, quæ nobis apportatur. generaliter succus eius humidior est sua radice. E

Pęonia, i. Rosa asinorũ, est radix calida ĩ primo gradu, & sicca in tertio, quia est cõposita ex substãtia terrestri frigida, & terrestri adusta, & substãtia ignea, & aliquãtulũ aerea. Et significat hoc, quia qñ masticamus ipsam, primo sentimus stypticitatẽ cũ dulcedine: & qñ diu masticamus ipsam, sentimus acumen cũ amaritudine. Secundę suę operationes a complexione ipsius sciuntur. & tertiæ sciuntur secundũ ex oppilationes hepatis, & renũ. & hoc accidit ꝑpter acumẽ, & amaritudinem. sed propter stypticitatem, quam habet, stringit ventrem. Proprietas sua testificata est a Galeno, ꝙ suspensa ad collum curat epilepsiam in pueris. sed ab aliq̃bus dr̃ ꝙ nõ sit verũ. & hoc iã expertũ est, & nõ sic ĩuenitur.

Pastinaca duas habet species, syluestrem, et domesticam. syluestris fortior est domestica in omnibus. Et in ambabus est virtus calefaciẽdi, & subtiliãdi. Et in radice est virtus, quę mouet coitum. & hoc ẽt habet semen domesticę. Sed semẽ syluestris est calidius & siccius. & ideo prouocat menstrua, & vrinam. Et syluestris dicitur daucus, & est calidus & siccus in tertio gradu.

Aegarel chaar, i. lignum Lauri, & fructus eius Baccalauri dicitur. Hęc arbor cum fructu suo calefacit, & exiccat multum. Sed cortex arboris est debilioris caloris, & fortioris amaritudinis, & habet stypticitatem. & ideo frangit lapidem, & valet cõtra passionẽ frigidã hepatis, * ebibitis quatuor danich & medio cũ vino aromatico. Suę radices sunt calidę in sc̃do gradu, & siccę in tertio. F

* a. l. ebibit' cũ vino aromatico.

Almostramesia est ex speciebus chasor. Et operationes ipsius sunt eædem cũ operationibus ipsius ex rebus iachosor syluestris: sed est subtilior ipso. Et operationes suæ tertię sunt attractio.

Glandes omnes sunt frigidę & siccę. & hoc cognoscitur propter multã stypticitatẽ quã habent. sed cortex suæ arboris maiorẽ habet stypticitatẽ. & in ambabus est cõiũcta subtilitas cũ stypticitate. Et propterea hæc est vna ex rebus, quę valet multum fluxui menstruorum, & fluxui sanguinis vndecunque.

Acathemi, i. Althęa. Suę sc̃dę operationes sunt, q̃a dissoluit, relaxat, et mitigat dolorẽ, & maturat apostemata dura. Et radix & semina faciũt, q̃d faciũt folia, & flos, donec est recẽs. sed maiorẽ habẽt subtilitatẽ, & minorẽ siccitatẽ radicibus, & seminibus. & sic debet esse ĩ oĩbus radicibus, & seminibus terrę nascẽtiũ & iccirco maiorẽ habẽt abstersionẽ, ita ꝙ curãt morpheã. & semẽ frãgit lapides qui fiũt in renibus. & tñ in radicibus est virtus styptica. & ꝑpea valet aqua decoctionis eius excoriationi intestinorũ ex dysenteria, & sputo sanguinis. Ego pono folia, & flores calidos et siccos ĩ primo gradu, et radicẽ ĩ principio secũdi.

A Alzabit, i. oleum, quod trahitur ex oliuis maturis & non salitis, & quarū cōplexiones non sunt artificialiter mutatæ, assimilatur complexioni humanæ. & iam rememorauimus hoc in cibis. Sed oleū factum ex oliuis non maturis habet aliquā stypticitatē, & retinet ex frigiditate, secūdū ꝙ habet ex stypticitate. Et oleum vetus est calidius, & subtilius temperato: & propter hoc maiorem habet virtutem dissoluendi, & mitigandi dolorē. Sed alia olea, quæ trahuntur ab alijs medicinis, tenent naturam illarū medicinarū: sicut oleum de lilio, & oleum sesaminum, & oleū amygdalarū, & oleū nucum, & oleū lauri, & oleū de cymino, & oleū de sinapi, & oleum de myrtillis: & est stypticū, & oleū de mastice. & oleum de oliuis ponitur loco olei de lilio, & econtra. & oleum de myrtillis est frigidū & stypticū. & oleum sesaminū est calidū & humidū. eodē modo & oleū amygdalarum dulciū. sed hoc tēperatius est in calore: aut ꝙ habet calorē cū humiditate mixta cū aliquantula stypticitate: & ideo habet humectare, siue calefacere, & mollificare. & in hoc excedit oleū sesaminū, & de schœnātho, & oleū de mastice. & oleū granorū viridiū est cōpositū ex virtutibus stypticis, & dissolutiuis. & propterea ꝓdest stomacho, & hepati plus omni alia re. Sed ista olea fiunt in Babylonia. sed in nostris terris non trahuntur ex istis rebus proprie. Sed Gale. dicit in libro suo ꝙ cōsuetū est trahere oleū myrteū, & oleū masticinū, & oleū schœnanthi ex seipsis. & bonitas istorū excedit multū bonitatē B factorū cū oleo oliuarū in operationibus & virtutibus. Sed olea, quæ cōsueta sunt fieri cū oleo oliuarū dulcium, quibus assuescunt Antiqui & Moderni. sunt sicut oleū rosatū, & oleū cydoniorū, & oleū liliorum, & oleū violarū, & oleū nenufarinū, & de alcheiri. Et virtutes eorū oleorū sunt manifestæ ex virtutibus ipsarū medicinarū. Et scire debes ꝙ oleum oliuę, cū quo facimus dicta olea, debet esse absque alia mala qualitate. sed eorū virtus, quæ trahitur cū oleo oliuę, nulla sunt virtuosiora nostris. Oleū, in quo infunduntur prædictæ medicinę, debet esse suaue, vt non manifestetur aliqua fortis qualitas dominās in ipso. & talis est ratio medicinę: quia debet esse patiens & non agens: exceptis duobus modis. vnus est, qū intentio nostra est, vt fortificemus operationem illius medicinę, cū qua miscetur prius: & accipiemus oleū, in quo dominetur qualitas similis qualitati medicinę. secundus est, qū intendimus facere cōtrarium illius medicinæ: & hoc est, qū volumus facere frangere ex illius virtute. v. g. quando volumus ꝙ oleum rosatum dissoluat, nos ponimus oleum vetus. & quando volumus minuere ex ea, ponimus immaturum. & quādo volumus, vt assimiletur virtuti rosarū, infundimus rosas in oleum dulce, & suaue.

Alfaran, i. Enula. Ponimus ipsam in secūdo gradu calidam & siccam. & manifestatur hoc, quia ponimus ipsam in loco huius, quod confert phlegmati grosso C inuiscato in pectore, & pulmone. & hoc facit sua siccitate. Operationes suæ secundę sunt, quia rubificat membra in liuiditate a frigore.

Barbacus, i. Elleborus habet duas species, album videlicet, et nigrum. & ambo sunt calida, & sicca in tertio gradu. Secunda eorum virtus est abstersiua. & ideo valet cōtra scabiem, ignem sacrum, & similia, et non est tutum vti eo bibito vel comesto: quia est ex genere venenorum. Sed Antiqui vtebantur nigro ad euacuandā melancholiam. sed est fortius in lædendo hepar, & pulmonē. sed Noui ponunt loco eius lapidem lazuli. Sed quamuis epithymū laudetur in euacuando melancholiam, non tamen habet tantam virtutem. Et magnes habet similem virtutē purgandi cum elleboro: excepto quia est fortioris attractionis: eo quia est lapis, & propter siccitatem quæ est in eo. & lapis lazuli suauior est eo.

Eua, i. Rubia tinctorum, calida est in secundo, & sicca in tertio gradu: ideo quia est cōposita ex substantia terrestri adusta, & substantia terrestri frigida. & significat hoc sua amaritudo cum ponticitate. Operationes suæ secundę, & tertiæ habent aperire oppilationem splenis, & hepatis, & prouocare vrinam, et sanguinem menstruum. & possibile est vt faciat mingere sanguinem. & abstergit temperate. & ideo valet tineę, quando distemperatur cum aceto, & superponitur. & quidam dant bibere * schiaticis cum hydromelle. * ischiadicis.

Olibarda, i. Eupatorium. Valde manifesta est in fortificando virtutem hepa-

tis, & aperiendo oppilationes eius, quia composita est ex substantia styptica, & D
amara. & ideo debemus ponere eam in primo gradu: quia amaritudo est manifestior in ea stypticitate sua.

Zingiber calidum est in tertio gradu cum multa stypticitate vel humiditate. & ideo tardat in calefaciendo corpus: quod nō facit piper. quia calefactio zingiberis est a calore corporis: & permutatio piperis ab eodem est sicut permutatio lignorum viridium & siccorum ab igne. Et piper longum est simile zingiberi. & propterea debet poni zingiber in primo gradu humiditatis.

Epithymum est calidum & siccum in tertio gradu: & est laudabile, vt dictum est in euacuando melancholiam. Et dosis eius est a ʒ.ij. vsque ad.iij. & in decoctionibus a v. vsque ad.vij. Et indiget refrenantibus: quia contristat propter suā siccitatem. & ideo nenufar est vltimum suum frenum: eo ꝙ propter aromaticitatem suam remouet ipsius malitiam, et propter humiditatem suam remouet ipsius siccitatē: excepto quia cū hoc diminuit suum calorem. Et medicina non indiget refrenatione ab omnibus suis qualitatibus vel partibus, nisi a parte, qua purgat hoc a calore, aut a parte suæ euacuationis. Et si refrenaretur epithymum cū pomis, hoc plus acceptarent, excepto in febricitantibus. & similiter pōt refrenari cum amygdalis, vel cum semine melonis.

Menta calida est, & sicca in secūdo gradu, & attingit ex tertio: & habet amaritudinem cum stypticitate. confortat stomachum, & mouet coitum. E

Haama, i. Menta. Hæc herba est hortiua. & propter hoc habet superfluā humiditatē. & propter hoc prouocat coitū. & ipsa est res, quæ associatur rebus non bene digestiuis. & sapor ipsius amarus est cū stypticitate. & ex hoc apparet, ꝙ minorem habet caliditatem deliachacos. & propterea ipsam ponimus in caliditate & siccitate in secundo, extendentem se vsque ad tertium.

Thapsia est gummi rutæ syluestris secundum quosdam Medicos. Virtus eius est acutæ virtutis, & calefacit caliditate forti: & propter hoc est in tertio gradu caliditatis, & humida in primo. Et significatur eius humiditas ex hoc, quia cito corrumpitur. & non recipit passionem a corpore, nisi post aliquantulam horā, quemadmodum facit zingiber. Et proprietas eius est attractio ex profundo corporis, & resoluit quod ab ipsa trahitur.

Tormos, idest Lupini quando elixantur in aqua tandiu ꝙ ipsorū remoueatur amaritudo, sunt medicina nutritiua. Et qñ sunt amari, faciunt quod consueuerunt facere medicinæ amaræ ex abstersione, & exiccatione, & resolutione, & ex apertione oppilationum hepatis, & splenis, & prouocatione menstruorum, & interfectione lumbricorum, & in extractione fœtus. & remouent morpheam, et purgant choleram, & remouent offuscationes membrorum, & dissoluunt scrophulas. & propter hoc ponimus ipsos in caliditate & siccitate in principio tertij gradus, vel in fine secundi. F

Lactuca. Dicit Galenus ꝙ sua frigiditas est similis frigiditati riuulorum. & significat hoc, quia non curat forte erysipelas, sed curat debilē. ideo debemus ipsam ponere frigidam in primo, vel in principio secundi gradus. Et vsus sui seminis consumit sperma.

Alasce, quod quidam vocant corrutha, calefacit & desiccat in tertio gradu. Et operationes eius prouocant menstrua, & vrinam, & extrahunt fœtus a corpore, & aperiunt opilationes, & mundificant pectus, & pulmonem.

Hele, idest Viscus. Operationes eædem sunt cum thapsia in operationibus primis, & secundis. & est calidissimus cum superflua humiditate. & extrahit a profunditate corporis. et hoc agit cum multa tarditate propter superfluam humiditatem in ipso existentem.

Viola frigida est, & humida. & icirco debet poni in secundo gradu. Iuuamēta sua manifesta sunt apud vulgares.

Cenapalcail, i. Cauda equina, & in Latino dicitur Centinodia. Virtus ipsius est styptica cum amaritudine. & ideo desiccat in vltimo absque perforatione. et propter hoc sigillat vulnera magna. & cōfert vlceribus intestinorum, ac sputo sanguinis, & fluxui menstruorum: & maxime illa, q̄ est rubea: & tenasmoni, &

A dicunt aliqui homines ꝙ curauerunt cum ea vlcera vesicæ.

Caleiraf,i.Castratus.Huius vegetabilis flores,& folia desiccant desiccatione forti absq; mordicatione. Et est manifeste plurimi iuuamenti, quoniam sigillat vulnera.& quando aduritur cortex istius arboris,cinis eius desiccat desiccatione vehementi.& propter hoc confert porris seu verrucis: & maxime habentibus capita clauorum, qui fixi sunt in cute. quia quando recipitur cinis eius, & miscetur cum forti aceto,& superponitur eis, eradicat eos. Et gummi istius arboris remouet omnia,quę sunt, vel fiunt supra pupillam oculi,vnde obscuratur visus:eo quia istud gummi subtiliat,& mundificat.

Indicum,cum quo tingitur,multum desiccat sine subtilitate:quia amarum est, & stypticum.Et est duarum manerierum,s.syluestre, & domesticum.& syluestre est fortius domestico.Operationes suę sunt,vt consolidet vulnera, quę sunt in duris membris,& etiam si sunt in extremitatibus musculorum. & abscindit fluxum sanguinis,& valet multum vulneribus fistulatis. Sed syluestre est fortius in vulneribus putridis propter fortitudinem suæ desiccationis.& domesticũ est vtilius in apostematibus domesticis,vel in medela apostematum,quia vlcerat ea, & syluestre valet multum contra oppilationem splenis. ideo debemus ipsum ponere calidum in secundo,& siccum in tertio: & domesticum calidum in primo, & siccum in secundo.

B Pulegium riuulorum calidum est & siccum in tertio gradu, quia est compositum ex substantia ignea cum aliquãtula parte terrestri adusta. & significat hoc acumen ipsius cum aliquantula amaritudine. Operationes ipsius secundæ sunt dissolutiuę,subtiliatiuę,& desiccatiuę.Tertię ad prouocandum vrinam,& dictũ est,ꝙ valet multum leprosis, & morsis ab animalibus venenosis: & maxime quando superponitur.& occidit vermes,qui nascuntur in auriculis. & montanũ fortius est,& plus valet.

Recapaldereca,i.Canella vel Cinnamomum,calidum est & siccum in secundo gradu.& in siccitate plus extenditur.& hoc est,quia compositum est ex substantia terrestri cum substantia aerea æqualiter.& hoc testificatur Gal. & cum hoc habet substantiam subtilem igneam, a qua habet suam aromaticitatem.& stypticitas sua cum modico acumine significat terrestrem substantiam. & canellositas sua significat substantiam aeream super ipsam dominantem.& hoc scitur propter naturam cannarum. Iuuamenta sua manifesta sunt in stomacho.& hepate:quia illa est ex medicinis,in quibus inueniuntur aromaticitas,& est stypticitas,& acumen:& quod habet tã nobilẽ complexionem,roborat omnia membra.Et dicit Gal. ꝙ pars subtilior, quæ est in eo,est minor alijs: & darseni est fortior in iuuamento.

C Capparis calidus est in secũdo, & siccus in tertio.quia cõpositus est ex substãtia terrestri & frigida,& terrestri adusta,ignea & subtili.et significat hoc amaritudo dominans.Et post hoc habet ꝓprietatẽ contra vitia splenis:ꝓpterea quia illud,quod facit exire cum stercore, est sanguineum, & tunc remouet dolorem splenis,Et hoc idem facit in alijs humoribus grossis, quia educit eos per vrinã. & prouocat menstrua,& attrahit phlegma ex capite quando masticatur,& valet contra schiaticum dolorem,& contra dolorem dentium, qñ masticatur.

Alcharf, i.Nasturtium est calidum & siccum in quarto gradu. Et virtus sua est similis sinapis virtuti.& est medicina,quę datur loco cibi.

Cardamomum calidum est & siccum in tertio gradu. Et non est mihi necesse manifestare operationes ipsius,nec secundas,nec tertias,quia habet similem cõplexionem. sed conueniens est mihi dicere proprietates eorum manifestiores. & hoc debuissemus fecisse ab ipso principio, sed est accommodatio iuuamenti in his,quę dicta sunt.& est in hoc fructu cum amaritudine aliquãtulum caloris. Caros

Carui in caliditate & siccitate est in tertio gradu.& propter hoc expellit vẽtositates,& prouocat vrinam,& non solum semen,sed totum. Careum

Clalicha,i.Cassia lignea, calida est & sicca in tertio gradu: quia composita est ex pauca substantia terrestri,& substantia ignea,& illa est dominans. & significat hoc,acumen quod habet cum aliquantula stypticitate, & est ex bonis

speciebus aromaticis. et idcirco confortat membra principalia, & ex oppilat oppilationes hepatis, & prouocat menstrua, & habet alias operationes, quas debet facere talis complexio. D

Arbor nucium est frigida & sicca in secundo gradu. & folia & rami habent aliquam stypticitatem. ideo propter stypticitatem suę cōplexionis profundatur pars eius subtilis in substantia styptica, quę est in ipsa. & ideo facit quod possent facere, quę essent maioris stypticitatis ipsa. & ideo decoctio eius bona medicina est vuluę a partę. Et de fructu ipsius iam rememorati fuimus alibi.

Cubebę sunt substantię igneę, & terrestris: & cum hoc sunt aromaticę. Et tu scis operationes, quas faciunt tales medicinę.

Pineę calidę sunt & siccę in tertio gradu. & gummi propinquum in quarto. Sua secunda virtus est putrefacere carnem mollem liquefaciendo. & propterea sunt in primo gradu medicinarum putrefactiuarū. & propterea conseruant carnem mortuorum a putrefactione propter suam desiccationem, & alias eorū cōsumpunt propter virtutes suarū naturarum, non propter humiditatem superfluā, & non conseruant nisi dura mēbra. Et sunt optima medicina in aere pestilētiali & fortissima medicina ad resistendum imprægnationi. & quando mulier* stat super se, & quando inungitur virga ex eis, faciunt aborsum. et occidunt vermes, qui sunt in ventre, & serpentes deglutitos. & si superponantur ventri doloroso propter corrosionem, incontinenti dolor mitigatur. Et pinguedo, quę generatur in alchiterra, i. pars vnctuosa, quę adunatur immatura, quę est ei supra in principio decoctionis subtilis, & cum est cocta, efficitur spissa, & illa aperit vulnera, & discooperit neruos. Sed illud, quod est liquidum, possibile est vt curet vulnera, & habet similem virtutem picis, & curat scabiē. E

* a. l. fert

Centaurea habet duas species, maiorem, & minorem. & ambę habent vnā complexionem. Et maior habet saporem acutum cum stypticitate, & aliquantula dulcedine. & non debemus vti ea nisi radice. Et de minori vtimur folijs, & stipite. & ideo composita est ex substantia terrestri, adusta, & frigida. Et aperit oppilationes, & incidit humores grossos: & cum hoc habet virtutē purgādi eos. & ideo clysterizantur cū ea schiatici, & podagrici. & abstrahit humores cholericos, & grossos. & aliquando tantum purgat, vt trahat sanguinolentos humores. & tunc fortius prodest, & prouocat menstrua fortiter, & abortire facit. & cum hoc habet virtutem consolidatiuam vulnerum propter suam stypticitatē.

Gummi cerasorum habet proprietatem frangendi lapidem. & potest esse hoc ideo, quia est gummi: quia dominās super cōplexionem gummi est calor. quāuis quædam sint, quę non sunt talia, nisi comparatione ad corpus humanum, sicut gummi, quod nominatur karabe.

Cestron, i. Betonica. Complexio istius est calida & sicca. & hoc attestatur sapor, quia in ipsa est amaritudo cum acuitate. Et ideo incidit humores grossos. & frāgit lapidem, qui generatur in renibus, & mundificat pulmonem, & pectus, & aperit oppilationes hepatis, & prouocat menstrua. & confert epilepticis, & schiaticis. & quando ponitur super morsum animalium venenosorum confert. & valet schiaticis etiam, quando bibitur, & eructuationi acetosę. & propterea ponimus ipsam in gradu tertio calidam & siccam. F

Hafas, idest Calla, est frigida in primo, & sicca in tertio. & acerbę sunt frigidę in secundo gradu, & siccę in tertio. & significat hoc stypticitas, quę est in ea cum modica ponticitate. & est repercussiua. & quando comburitur, est acutior, & siccior, & subtilior. & est necesse, qn̄ vis sedare sanguinis fluxum, assare ipsam, & postmodum extinguere ipsam in aceto, aut fortissimo vino.

Almum, i. Cera citrina, est temperata inter quatuor qualitates. & quia potest applicari carni, posuerunt ipsam Medici materiam omnibus cataplasmatibus, & vnctionibus calidis, & frigidis, sicut sunt illi, qui nominant cerotum. Hanc ceram * citrinam, quassatam, vel malaxatam in aqua Gal. laudauit in ægritudinibus acutis, & nominatur cera lota. Et cera habet virtutem maturatiuā per modum oppilationis. & non est ex medicinis, quas ponimus in corpore. & habet aliquantulam virtutem dissolutiuam, quam acquisiuit a melle. & quando remo-

* a. l. nutritam.

A uetur citrinitas, quę est in ea, tunc est proprie materia, & cera puta.

Halberea, i. Catapucia. Eius grana habent virtutem purgandi: & cum hoc habent virtutem absterſiuam, & diſſolutiuam. & ideo eſt calida in ſecundo gradu: & ponitur in genere calidorum, & ſiccorum.

Darſeni, i. Canella ſubtilis, dulcis, aromatica, calida eſt & ſicca in tertio gradu. & eſt ſupremum in omnibus medicinis aromaticis, quæ reſiſtunt putrefactioni: nec habet parem in his operationibus.

Alteradit, i. Barba hircina eſt frigida in tertio gradu, & ſicca in ſecundo: quia dominans in ea eſt ſubſtantia terreſtris ſtyptica. & radix eius fortior eſt folijs. Et conſolidat vulnera, & valet ſordidis vulneribus propter ſuam deſiccationem, & ad inteſtinorum vlcerationem. & fiſtulis. & in ſumma facit quod faciunt medicinę * multę ſtypticitatis. Et confert debilitati ſtomachi, & ſolutioni ventris, & vlcerationibus inteſtinorum, & fluxui menſtruorum. * a, l. nõ fortis

Laudanum eſt calidum in primo gradu, & tangit ex ſecundo. & aliquantulũ habet ſtypticitatem, & eſt ſubtilis ſubſtantię cum acumine. Diſſoluit, & maturat, & valet paſsionibus matricis, ideo quia habet cum his virtutibus virtutem ſtypticitatis. Propterea valet ad permanentiam capillorum: eo ꝙ conſumit humiditatem extraneam, quę eſt in eorum radicibus, & ſtringit ſua ſtypticitate

B poros, in quibus oriuntur capilli. Sed non eſt ſufficiens in obuiatione alopeciæ: icirco quia illa indiget medicinis magis diſſolutiuis, quia generatur ex humoribus groſsis, & viſcoſis.

Alibleb, i. Mercurialis, calida eſt & ſicca in primo gradu: & eſt compoſita ex ſubſtantijs contrarijs, hoc eſt ſtyptica, acuta, & aquea. Et ineſt ei, quando eſt recens, vt leuiter purget, ita ꝙ eſt in principio primi gradus in medicinis purgatiuis. & ideo datur in principio febris ante digeſtionem: ſicut dantur caſsia fiſtula, tamarindi, & his ſimilia. Et qui biberit ex ſucco mediam libram, purgat choleram groſſam, & phlegma. & ſi coquatur in vino, quando recens eſt, conſolidat magna vulnera, & ſanat vlcerationem factam ab aduſtione ignis. Et ſi folia ipſius coquantur in aceto, valet multum paſsioni ſplenis. & flos ſuus valet in hoc plus. & ex ſucco ſuo fit caputpurgium: & tunc valet multum materijs diſcurrentibus antiquis ad aures, & ad nares.

Haanthal, i. Colloquintida, eſt ex medicinis fortibus in purgando phlegma: & eſt in fine gradus medicinarum purgantium, quia attrahit a profunditate corporis: ita ꝙ inducit eradicationem inteſtinorum. propterea neceſſe eſt refrenare ipſam multum cum tragacantho, & amygdalis. & fiſtici ſunt ſufficientes pro his duobus. Et doſis eius eſt a duabus tertijs. ʒ. i. vſq; ad vnum karatem. Colocynthis

Halſcemec eſt gummi, quod fortiter ſtringit. & propter hoc intrat in medici-

C nis eradicantibus inteſtina, & proprie quando non habet qualitatem acutam. & facit quemadmodum checabre, ideſt gummi arabicum.

Cusbera, i. Coriandrum, calidum eſt in primo gradu. & eſt compoſitum ex ſubſtantijs contrarijs, hoc eſt ex ſubſtantia amara, & ſubſtantia aquea, & ſtyptica. Et ſecundum hoc facit diuerſas operationes: hoc eſt, quia quando cataplaſmatur eryſipelas cum farina ordei, curat ipſum. & quando miſcetur cum farina fabæ, diſſoluit ſcrophulas. & dicitur quod habet proprietatem ad retinendum cibum in ſtomacho, donec fuerit digeſtus. & aromatizat carnes, cum quibus coquitur. & ſi homo biberet ex eius ſucco mediam libram in nouilunio, eſſet mortuus.

Coſtus calidus eſt & ſiccus in ſecundo gradu. & eſt compoſitus ex ſubſtantia terreſtri aduſta & ignea. & ſignificat hoc magna amaritudo eius cum acumine. Et operatio ſuę complexionis eſt rubificare membra, quibus ſuperponitur: quia trahit ſanguinem ad cutem. & prouocat vrinam, & ſanguinem menſtruum. & occidit vermes, & curat tineam.

Alcoſtan, i. Lilium album, calidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu. & hoc dicimus, quia eſt amarum. & habet aquoſitatem temperatam. Et ideo oleũ ipſius eſt abſq; aliqua mordicatione. & eſt ſupremum omnium rerum, quę diſſoluunt res in matrice. Et folia ſua cocta, et poſita ſuper carnẽ combuſtam ab igne, et cũ

Idẽ. 2. cano. c. 144. & a Ga. & a Raſi. 23. cõtinẽtis. ſed Dioſcor. Ruffus Archige. rã ſis. 3. ad Almãn. c. 17. et Auic. ſecundo dvir. cor. ponunt frigidum in 2. & ex authoritate Raſis ñ ſtat ſolutio Auic. vide Hippo. 2. de victus rõne.

aqua feruenti, cum oleo rosato mixta, incontinenti liberant. Et radix est fortior foliis. & propterea prouocat menstrua, & mollificat duriciem omnium membrorum, & proprie matricis. D

Crocus calidus est in secundo gradu & siccus in primo. Est digestiuus, & confortatiuus cordis, & habet substantiam calidam stypticam. & stypticitas sua est ex rebus, quę adiuuant ad digestionem, quam facit: eo ꝙ propter illam moratur in poris, & stat in illis.

Halbasal, i. Cæpa. Est calidum in quarto gradu, & habet grossam substantiã. Et ideo, quando ponitur in ano, aperit orificia venarum, & prouocat sanguinẽ hæmorrhoidalem, & menstruum. Et succus eius valet aquę, quę defluit ad oculum: sed obscurat oculos, quando sunt impediti ab humoribus grossis. Et habet humiditatem superfluam, propter quam mouet coitum.

Halcedef frigidus in primo gradu est vel temperatus: eo quia stypticitas in suo sapore est, sed in ipso non est aliquid caliditatis, vel acuitatis nisi modicum. tamen in eius operatione inuenitur multi iuuamenti: eo quia caliditas existens in eo facit profundare stypticitatem in profundo corporis absq; amaritudine, vel mordicatione. Et ob hoc eius operationes sunt ad remouendum ea, quę retenta sunt in profundo corporis ægritudinum putridarum, & eradicãt ea omnino absque impedimento. Et est in fine tutum a nocumentis: eo quia natura calidarum medicinarum & siccarum, quamuis habeant naturam remouendi, attrahunt tñ ad locum alios humores. Et propter hoc hęc res confert omnibus maculis, & vestigiis carnis. & caliditas, quę est in ipso, est latrix virtutis stypticę. E

Scoadi, i. Cyperi. Id quod operatur ex hac herba, est eius radix. & ponimus ipsum in caliditate & siccitate in secundo gradu: eo quia in suo sapore non inuenitur acuitas, nisi modicum stypticitatis. Et eius operationes secundę sunt, quia conferunt mirabiliter vulneribus difficilis consolidationis causa multarum humiditatum: & etiam conferunt vlceribus oris. et frangunt lapides, & prouocant vrinam, & menstrua.

Alchanna. Quę operantur ex ista, sunt folia, & rami. & virtus eius composita est ex substantia frigida & calida. & propter hoc desiccat absq; mordicatione. Et confert vlceribus, quę veniunt in ore ex genere alcolę. & valet etiam alcolæ. & decoctio illius valet adustioni, & etiam apostematibus ardentibus.

Hyoscaym' Elsoc, i. Iusquiamus, manifestum est ꝙ est * maximę frigiditatis.

* a.l. multæ humiditatis. Magdeene, i. Catapucia. Ipsius grana purgant choleram, quando deglutiuntur a decem vsq; ad quindecim. & qui habent ventrem fortem, masticent ista grana: & qui habent debilem, deglutiant integra.

Acetosa. Virtus ipsius est composita: eo quia semen eius habet stypticitatem cum acetositate. & propter hoc valet contra fluxum ventris cum vlceratione intestinorum. F

Alzuraz est in quarto gradu caliditatis. Odor eius, & sapor, & virtus assimilantur odori nasturtii, & suo sapori: excepto quia est maioris desiccationis nasturtio.

Alcheiri, i. Viola de Romania. sunt enim in secundo gradu caliditatis. & hoc significatur ex amaritudine sui saporis. Et extrahunt secundinã, et faciunt aborsum. & semen eius est fortius flore. & aperiunt oppilationes cerebri, quando odorantur, & propter hoc, quando suspenduntur ad colla epilepticorum, liberantur.

Halausam, i. Lycium. Hoc est compositum ex substantia grossa & resolutiua, & pertinet siccitati. Et est ex medicinis appropriatis oculis, & auribus. & habet multas operationes secundum modum medicinarum, quæ sunt illius complexionis.

Lausecmacanium. Hoc est manifestum nobis. Eius proprietas est sanguinem stringere, vndecunque exeat. & est complexionis frigidę, & siccę. & oritur in ripis fluminum valde currentium.

Thus calidum est in secundo gradu, & siccum in primo: quia habet amaritudinem cum stypticitate. & facit nasci carnem in corporibus humidis: & habet

A aliquantulam virtutem maturatiuam. Sed cortex ipsius habet manifestiorē stypticitatem: ita ꝙ ponitur in quarto gradu in medicinis exiccatiuis. nec habet superfluum calorem, vel acumen. ideo ponitur in medicinis quæ valent contra fluxum, & sanguinis sputum, & vlcerationem intestinorum.

Besbese, i. Macis. Dicitur quod sit cortex cuiusdam fructus, qui apportatur de India. Compositus est ex diuersis substantijs. magis dominans est substantia terrestris, & minus est substantia subtilis calida. & est multę stypticitatis cum aromaticitate. Sua prima virtus est sicca in primo gradu: sed caliditas vel frigiditas non sunt manifesta in eo. Sua secunda virtus est confortare & retinere. & valet contra passionem cordis, & contra fluxum ventris. Et bene testificabitur per Gal. ꝙ valet propter suam stypticitatem contra vlcerationem intestinorū. Macer.

Scedes, i. Polium. Virtus eius similatur virtuti spicę.

Albeczi virtutem habet dissoluendi, & maturandi.

Lephaa, i. Mandragora, frigida est in tertio gradu, & etiam est habens aliquantulam caliditatem. & poma ipsius habent humiditatem, & propter hoc prouocant somnum, & cortices suarum radicum sunt siccę: sed eius radix debilior existit.

B Halcasmeg, idest Fœniculum, calidum est in tertio gradu, & siccum in secundo. Et propter hoc prouocat lac, & vrinam, & menstrua, & confert descensui aquę ad oculum. Et sunt duarum specierum, domesticum, & syluestre. & domesticum est humidius syluestri. & quia habet aliquam horribilitatem, habet proprietatem confortandi membra vrinę.

Mastix calidus est in secundo gradu, & siccus in tertio. & habet stypticitatem, & dissolutionem, & manifestatio sui iuuamenti specialiter est in stomacho, & generaliter in alijs membris. Mastiche fœminini generis.

Scaunix, i. Nigella, calida est & sicca in tertio gradu. & significat hoc, quia est in vltimitate amaritudinis cum subtilitate. & ligata in pãno lineo valet odorata ad reuma frigidum. & occidit vermes, & dissoluit inflationem, & eradicat verrucas, & producit cum posse menstrua, & facit erigere membrum.

Alchelilamelec, i. Mellilotum, vel corona regia, habet virtutem dissoluendi, digerendi, & repercutiendi. ideo debet poni calida & sicca in primo gradu.

Alces, i. Mel, calidum est & siccum in secundo gradu, & est multę abstersionis. & est cibus medicinalis, & proprie in senibus: quia cibus est in ipso multū iuuatiuus, quia in eis conuertitur in sanguinem bonum. Sed mel cannę, quod ēt est mel, est minoris caloris alio melle, & minoris abstersionis, nec habet illam mordicationem, quam habet mel. idcirco est maioris iuuamenti alio melle membris, quę nocentur a nimia abstersione, sicut stomachus, pulmo, & vesica. Et istę C duę medicinę factę sunt a Medicis materię electuariorum & syruporum: eo qa natura amplectitur eas, & in eis delectatur. & quando lauatur, est eius operatio propinqua operationi mellis cannę. Mel cannę.

Cascasi, i. Papauer, frigidum est & humidum. Album est frigidum in tertio gradu, & nigrum in quarto. Album valet contra tussim, quę fit a materijs calidis, & defendit pulmonem ab vlcerationibus ipsarum, & facit suauiter dormire. & nigrum est malum, quia facit somnum stupidum.

Heltrog, i. Pomum citrinum. Cortex ipsius habet maximum iuuamentum stomacho, & hepati. & est temperatus, aut calidus in primo gradu, & siccus in secundo. sed acumen, quod habet, non significat multum calorem. quia paucus calor, quando est cum stypticitate, inducit acumē, & mordicationem. Et dicit Gal. quando dominatur siccitas terrea, adipiscitur acumen. Sed semen est calidum cū forti siccitate, & est supremum bezaarijs venenis, quę occidunt a tota specie. Sed pulpa ipsius est frigida & humida, & generat grossos humores.

Alcarfar, i. Tamariscus compositus est ex substantijs compositis: quia habet stypticitatem cum dissolutione, propter quam multum valet spleni. Et ideo dicitur ꝙ qui bibit cum vase facto ex eo, non incurrit passionem splenis. Et suus fructus habet stypticitatem fortem propinquam stypticitati gallæ.

Hes, i. Myrtilla multum super ipsa dominatur substantia terrestris & frigida,

& significat super hoc stypticitas, quam habet, & constrictio quam facit. D

Halmu. Quod operatur ex ista est radix. & est calida in tertio, & sicca in secundo. vrinam prouocat, & menstrua. & habet superfluam humiditatem. & qui de ea comederit multum, dolorem capitis procreat.

Hoc potius est Harmel Auic. & Serap. nō. n. p̄t esse cicuta.

Harlarmel, i.* Cicuta, calida est & sicca in tertio gradu. incidit humores grossos, & prouocat vrinam, & menstrua, & valet dolori spatularum, & purgat phlegma.

Sobol, i. Spica. & sunt ex ea multę species. & melior ea est ea, quæ venit ex India. Cali. est in primo gradu, & sicca in secundo. & hoc est ex eo, quia est cō pposita ex substantia terrestri, & frigida multum, & aliquantula ignea, & aliquā tula terrestri adusta. Et quia est composita ex his virtutibus cum aromaticitate sua est ex melioribus rebus hepati, et stomacho, vel superposita, vel bibita: propterea quia confortat membrum, & desiccat materiam, quę ibi fluit.

Halcal, i. Acetum. Quod videtur ex eo, est vt dominans super ipsum, sit substantia frigida propter acetositatem, quę est in eo: quamuis habeat partem vnā igneam, quę indicatur propter ipsius acumen. & iam dictū est ꝙ acumen prouenit propter fortem siccitatē cum modico calore. & multa ipsius morsio non significat super multam caliditatem: quia hoc prouenit a subtilitate. & etiam acetositas, in eo quod est acetositas, incidit: & maxime quando associatur calori. Et ideo debemus ipsum ponere frigidum in secundo, & siccum in tertio, & maxime vetustum. E

Berberis. Fructus eius stypticę virtutis est, & incidit, & subtiliat, & stringit omnem fluxum omnium ægritudinum.

Laterpitiū.

Lac arborum eltifri, i. Asa fœtida, calidius est omni alio lacte arborum, & subtilius. & propter hoc dissoluit plus cæteris. Et eius proprietas est, ꝙ confert vuluę, quando suspenditur collo.

Erunm.

Halcarsena, i. Orobus, siccus in secundo gradu, & calidus in primo. Et est medicina incisiua; & aperit oppilationes. et si nimis comederetur ex eo faceret mingere sanguinem. & generat in corpore carnem duram, & membra dura.

Ihansir, i. Opopanax, est calidum in tertio gradu, & siccum in secundo. & habet attrahere phlegma ex iuncturis. & quasi hæc proprietas continet omnia gummi, quę purgant. Diosis est. 3. i.

Piper. Radix eius assimilatur costo. & arbor eius in principio sui ortus nominatur darfufel. & hoc est piper longum, & est humidius alio pipere. Et aliud piper, quando non est maturum, est album; & quando est maturum, est nigrū. Et ambæ species sunt calidæ & siccę in tertio gradu. & quidā dicunt in quarto.

Besbeg, i. Polypodium, est quasi temperatum in primis qualitatibus. & significat hoc, quia super ipsum dominatur dulcedo cum stypticitate, & desiccat sine mordicatione. Eius proprietas est purgare melancholiam, & est secura medicina. & est melior epithymo, quia non habet qualitatem exeuntem ab æqualitate. Dosis sua est, 3. x. F

Prassium calidum est in secundo gradu versus finem, & siccum in tertio, ꝑpe medium, aut in fine. Aperit oppilationes splenis, & hepatis, & mundificat pectus & pulmonem, & prouocat menstrua, & vrinam. & facit omnia, quæ faciunt medicinę amarę. Et succus ipsius mixtus cum melle multum valet passionibus oculorum. & positum in naribus valet ictericis. & valet contra antiquum dolorem auris, quia mundificat vias neruorum aurium.

Succus, qui inuenitur in alueis apum, calidus est in fine secundi gradus, vel in principio tertij. Sua secunda virtus est mirabilis attractio.

Halacarta, i. Pyrethrum. Ex eo vtimur solum radice. Et habet vnam virtutem vstiuam. & ideo est calidum in quarto gradu. & ideo mitigat dolorem dentium. & valet, vt dicitur contra epilepsiam, & similes ægritudines ei, & rigoribus interpolatarum febrium.

Alfagel, i. Rhaphanus, calidus est in tertio gradu, & siccus in secundo. & semen fortius est. & valet contra serpiginem, & similes. & aufert citrinitatem quibuslibet membris corporis. Et syluestris est fortior domestico, & eius succus de-

A glutitus subtiliat viscositatem, quę est in fistulis pulmonis, & clarificat vocem.

Raued, i. Rheubarbarum, compositum est ex diuersis substantijs ex substãtia terrestri, & frigida, quę significatur per stypticitatem: & ex substãtia ignea, quę significatur per coctionẽ: & ex substantia aerea, quę datur per raritatẽ, & spongiositatem. & est vna ex manifestioribus rebus in iuuamento hepatis ad aperiẽdas oppilationes, & confortandum ipsum. & similiter prodest stomacho. Et Gale. & alij Medici dicunt ꝙ constringit ventrem. & nos videmus ꝙ purgat. Et est mirabilior alijs medicinis purgatiuis, quia frenum suum est cum eo. quoniam nulla medicinarum purgatiuarum est sine veneno aliquo in aliqua parte sui, ista excepta: eo quia confortat omnia membra corporis. ideo possumus dando ipsum pro purgatiuo, refrenare alias per ipsum medicinas. a. l. Raueud.

Alcarfas, i. Apium montanum, calidum est & siccum in tertio gradu: eo ꝙ sapor eius est amarus, & acutus. Et prouocat vrinam, & sanguinem menstruum, & dissoluit tum ores. Et hortulanum debilius est eo.

Andraton, i. Herbatura, in lingua Hispana Andration. Quod ex hac operatur, est eius radix. & est calida in tertio gradu prope finem, & desiccat in ipso. Et confert ægritudinibus neruorum, & passionibus pectoris, & pulmonis, quando fiunt ex humoribus grossis. & qñ suffumigãtur homines ea, reprimuntur humores descendentes a cerebro, & aperit eius oppilationes. & quando ponitur

B super dentem dolentem, & corrosum, sanat illum. & succus eius in omnibus prędictis fortior exit. & adhuc lac ipsius fortius existit.

Halsedeb, i. Ruta syluestris, calida est & sicca in quarto gradu. sed hortulana est in tertio: propterea quia sapor suus est acutissimus, et amarus, et est iuuantior in soluendo tumorem, & carminando ventositatem, & priuat coitum.

Cesfet, i. Pix, est calida & sicca in tertio gradu. plus desiccat quã calefaciat. sed liquida, & recens plus calefacit quam desiccet. Valet contra asthma, et empyema. Dosis eius est quantitas vnius. ʒ. &. ʒ. cum melle. & valet contra albedinem vnguium, & morpheam. et maturat apostemata dura. & fortior in maturando est, cum est recens, & humida.

Alpelep, i. Castanea, frigida est & humida in primo gradu. Folia sua pistata, & posita super apostemata, quę nascuntur in genibus, curat. Et cortex ipsius arboris, et ipsę castaneæ habent virtutem desiccandi. et ideo, qñ sunt cocta in aceto, valent contra dolorem dentium. Et fructus combustus superpositus valet tyrię. Et est necesse, vt custodiatur quilibet a puluere, qui adhæret folijs illius arboris, quoniam multum nocet cannę pulmonis, & visui, & auditui.

Virga pastoris est in secundo gradu medicinarum infrigidantium: quia composita est ex substantia terrestri frigida, & aquea. Valet contra incensionem sto

C machi, & repercutit materias adustas. & idcirco intercipit fluxum menstruorũ, & curat oppilationem intestinorum, & intercipit fluxum sanguinis a quacunq; parte veniat.

Rosa composita est ex substantia terrestri frigida, subtili & aerea calida, & aquea. & significat hoc sapor, vel odor, & aquositas. Et semen ipsius stypticius est ea. Et est frigida & sicca in primo gradu. & confortat stomachum, et hepar, & alia membra.

Sumach est forte in stypticitate & siccitate. frigidum in secundo, siccum in tertio gradu. operationes suę sunt manifestę.

* Serapinum, & in Arabico cebeoneg. & interpretatur expellens ventositatẽ. Illud gummi calefacit, et subtiliat, secundum ꝙ faciunt alia gummi. & est abstersiuum. & est ex melioribus medicinis, quę possint esse ad aquam descendentem ad oculos, & ad fuscedinẽ visus, quę fit ab humoribus grossis. Et est ex medicinis purgatiuis, quę trahunt phlegma a neruis & iuncturis, sicut bdellium opopanacum, & anazarat. quia hoc est proprium in gummi. & bdellium est in hac re, quasi in primo gradu purgationis. & post ipsum est asphaltũ, & opopanacũ, & post ipsum anazarat. Et dosis asphalti est a. ʒ. ʒ. vsq; ad vnam. Sagapenũ. *a. l. Asphaltum.

Et anzarat desiccat sine mordicatione. ideo consolidat vulnera facta propter percussionem.

Satyrium, i. Testiculus canis. & in Arabico Haldaalzahalep. Calidum est cum multa humiditate. & propterea mouet coitum. & nomina sapientum Enilsalic, & Euosalic iurauerunt in eorum animabus, ꝙ curat spasmum postremæ partis, quando bibitur eius succus cum vino nigro styptico. D

Alcarsfas, i. Apium, est tantę caliditatis, ꝙ prouocat menstrua, & vrinam, & dissoluit ventositatem, & inflationem, & proprie semen eius. Huiusmodi est multarum specierum. & fortior omnium est, quę nominatur Becarcalion.

Seris. Intubus. Et Endiuia quædam est syluestris, & quędam domestica. Syluestris est frigida & sicca in primo gradu: domestica est frigidior & humidior. & significat hoc eius stypticitas cum amaritudine. & stypticitas maior est amaritudine. Iuuamē ipsius maximum est: quia confert hepati a tota substantia. quia dictum est ꝙ sanat hepar calidum & frigidum æqualiter. Sed mihi videtur ꝙ plus conferat calido quam frigido, quia amaritudo, quæ est in ea, abstergit, & aperit sine multa calefactione.

Halanchat, i. Cæpa Scilla, calida est in secundo gradu. & virtutem habet incisiuam. sed non minus calefacit. & non vtimur ea nisi assata, & cocta.

Halscia, i. Abrotonum, est herba multę amaritudinis. & nocet stomacho, & interficit vermes sua amaritudine. & calefacit in fine secundi gradus, & desiccat in tertio.

Seseli. Asçicelios, i. Seseleos. Hęc herba, & ipsius semen habet proprietatem calefaciendi tantum, donec prouocat vrinam valida prouocatione. & cum hoc subtiliat. & pp hoc confert epilepticis, & euidam ęgritudini nominatę * orthomię. B

* orthopnϾ. Scenscani, i. * Sesiminum calefacit in fine primi gradus, & in principio secundi, & humectat in tertio. Eius oleum eiusdem proprietatis existit.

* a. l. Sesamum. Halgazar, i. Pastinaca. Ipsius sunt duæ species, s. domestica, & syluestris. Syluestris fortior existit in prouocando menstrua, & vrinam. Et folia harum ipsarum pistata, & superposita vulneribus corrosiuis, sanant ipsa.

Harcaf, i. Carduus, alchi, est calidum in secundo, & siccum in tertio. Mundificat putredinem per vrinam, si in corpore adsit, quando coquitur in vino, & datur ad bibendum. Et remouet fœtorem subascellarum, & quod dissoluitur ex toto corpore. Et generaliter habet resistere a tota substantia quasi putrefactioni: & est medicina cibalis, quę dat saporem carnibus, & iccirco vtuntur eo nobiles loco melongiarum.

Allium calidum est, & siccum in tertio gradu.

Elmaar calidum est & siccum in tertio gradu. occidit lumbricos in pueris, & habet abstersionem. Et propterea ponitur in collyrijs, quę habent remouere vngulam. & miscetur cum medicinis, quę dātur contra antiquam tussim, & asthma, & est medicina manifesta in maturando. Et potest esse ꝙ bonitas suę maturationis est, ideo quia subtiliat materiam eo modo, quo non relinquit siccitatem, grossitiem, nec duritiem parti remanenti. Et hęc maturatio est laudabilior cæteris omnibus. quia in hac medicina non potest dici ꝙ maturet oppilando poros, eo quia abstergit. nec potest dici ꝙ hoc faciat per similitudinem complexionis cū corpore humano: quia calidum est & siccum in tertio gradu. F

Sticas Stœcas. Sticados compositum est ex stypticitate cum amaritudine, & aromaticitate. & ideo debet poni in primo gradu rerum, quę calefaciunt, & in secundo earū, quę desiccant. Operationes suę secundę, & tertię sunt aperitiuę, & abstersiuę, et confortatiuę omnium membrorum interiorum, & exteriorū. & ideo vtilior medicina est hęc contra lassitudinem omnibus alijs medicinis. iccirco quia lassitudo non est nisi defectus virtutis propter onus humorum.

Condisi, i. Elleborus albus, calidus est in quarto gradu, & siccus in eodem. & commouet sternutationem. & est venenum. quare non debet poni in corpore.

Styrax calamitis. Storax calamita calida est in secundo gradu, & sicca in primo. & signum huius est, quia mollificat, & curat tussim, & valet reumati, & asperitati gutturis, & pectoris. & prouocat menstrua, quando bibitur, aut ex ea fit pessarium.

Ficus. Nos fuimus locuti de eis in eo ꝙ sunt cibus: sed nunc dicemus in eo ꝙ sunt medicinę. Virtutem habent maturatiuam, quando fit ex eis emplastrum, & proprie

A & proprie ficcę. Et ficcę & virides habent laxare ventrem. Et decoctio ipsarum, quando multum coquuntur, assimilatur melli. Sed complexio suę arboris est calida & subtilis, et proprie lac. & ideo dixit quod euellit verrucas, & laxat ventrem. & syluestres sunt fortiores in hac re domesticis.

Sele, idest Bleta, habet virtutem burachiam, & decoctio eam remouet: & est absterfiua, & mollificatiua. Et eius succus suppositus in naribus dissoluit superfluitates cerebri. & in albis plus manifestatur hæc virtus, quam in nigris: quia nigrę habent aliquantulam stypticitatem.

Halcuba, idest Fœnum gręcum. & est calidum in secundo, & siccum in primo. Et propterea habet propriam virtutem molificandi duritiem uuluę.

Tithymallus est in fine caloris: & proprie eius lac, & post illud semen, & post illud folia, & post illud radix. Radix cocta in aceto remouet inconinenti dolorem dentium, & maxime si est dens corrosus. & quando cadit in aliqua parte oris, comburrit illam. & propterea necesse est, quando volumus ipsam ponere super dentes, vt alij dentes circumtegantur, quia facit cadere dentem corruptum. Lac incidit pilos, quando B superponitur. & si multoties superponatur, euellit, & priuat Valet etiam contra omnes verrucas, & omnes fistulas. & hoc totum faciunt semina, & folia, sed debilius.

Cathira, idest Dragantum, virtutem habet conglutinatiuam. frangit acumen rerum acutarum: neque desiccat, vt alia gummi. Tragacātha.

Alchace, idest Lactuca. Hęc herba substantiæ est humidę cum modica frigiditate. & substantię siccę est syluestris, sed domestica habet substantiam aquosam. Et propter hoc maturat apostemata calida, sed non frangit lapides existentes in renibus. Et ob hoc ponimus ipsam in primo gradu frigiditatis, & temperatam inter humiditatem & siccitatē.

Hupuephaialhalep, idest Vua vulpis, quæ in Latino nominatur Vua canina, vel Maruella, frigida est & sicca in secundo gradu.

Haltuelep, idest musca in lingua Hispana, & est viriditas inuenta super aquam, frigida & humida est in gradu tertio.

Halduchal, idest Dactylarium. Omnes partes ipsius dactylarij stypticitatem habent manifestam, sed fructus eius cum est maturus, aliquam habet caliditatem. cortices vero arboris maiorem habēt stypticitatem C alijs partibus ipsius.

Heufericon, idest Hypericon * nelifricon, & quidam appellant hanc herbā cordialem, eo quia assimilatur cordi. Calida est cum subtili substantia, ideo prouocat vrinam: sed debemus vti folijs, & non semine facto emplastro super combustionem ignis. sanat. Siccata vero & puluerizata posita super sordiciam sanat. Et quidam dant ipsam contra * schiaticam. * a. l. mellificō, * ischiam.

Halchufa, idest Hyssopum, calida est & sicca in tertio gradu, cum subtili substātia. et est ex rebus magis iuuatiuis ad aperiēdas oppilationes, & ad subtiliandum humores.

Lens habet frigiditatem nō fortem, & est temperata inter caliditatē & frigiditatem, & est sicca in secundo gradu. Decoctio ipsius laxat, & medulla ipsius stringit. & idcirco qui vult stringere vētrem, debet coquere lentes pluries in aqua: & proiecta ea, postmodum ponere aliam, & stringunt.

Valeriana, vel Phu, quę bene aromatica est, æqualis est virtuti spicę, sed melius valet ea in rebus pluribus, quia plus ꝓuocat vrinā spica,

Halcheriua,ideſt Galbanum, calidum in principio tertij gradus eſt, ſiccum in principio ſecundi. Habet virtutẽ diſſolutiuã,& mollificatiuã. D

Chamedrys calida eſt ſicca in ſecundo gradu, & ſignificat hoc amaritudo cum acumine. & prouocat menſtrua,& incidit humores groſſos, & exoppilat membra interiora.

Beſcarcoton,ideſt pſyllium, frigidum eſt in ſecundo gradu,& mediũ inter ſiccum & humidum.

Chamępithys calida eſt in ſecundo,& ſicca in tertio dominans in ſapore ipſius eſt amaritudo cum acumine. Valet ictericię, quę fit ex opilatione,& prouocat menſtrua,& vrinam.

Cinis rerum combuſtarum eſt compoſitus ex contrarijs rebus, hoc eſt ex partibus terreſtribus, & partibus propinquis naturę fluxus:quę lotione remouentur,& remanet pars terreſtris deſiccatiua ſine mordicatione. Et cineres diuerſificant ſecundũ diuerſitatem rerum, ex quibus fiunt.

Fumus omnis eſt calidus,deſiccatiuus. Et quamuis fumus habeat hanc complexionem,tamen ſemper permanet in eo virtus rei, ex qua eſt fumus: Propterea vtimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generandum bonam carnem,&ad faciendum naſci pilos palpebrarum.& vtimur in medicationę oculorum apoſtematorum propter decurſum humorũ. Et fumus mirrhę eſt ſimilis fumo thuris, ſed fumus thuris eſt aliquantulum fortior. Fumus terebinthinę eſt * fortior fumo picis. E

* a.l.ſimilis.

De medicinis, quæ ex Mineris ſunt. Cap. XLIII.

HVcuſque locuti ſumus de vna parte medicinarum terrę naſcentium,quę magis vſitatę ſunt in arte medicinę,ſecundum ꝙ teſtificatum eſt a Gal.& alijs.& compendioſe locuti ſumus,ideo quia potuimus ea,quaſi exempla alijs, quę aſſimilantur eis in qualitatibus ſupradictis, excepto in proprietatibus. Deinceps volumus loqui de medicinis,quę appropriantur mineris.

Tithinacrum,ideſt Terra ſigillata,eſt frigida & ſicca,cum ſtypticitate temperata. F

Valet contra venenum,abſcindit ſputum ſanguinis,& dyſenteriam, quæ prouenit ab inteſtinis, & hepate, & deſiccat parua apata, quando ſuperponitur eis.

Bolus armenia.

Thitarmin,ideſt Bolus armenus,frigidus eſt & ſiccus,fortis ſtypticitatis. Valet contra fluxum ventris,& ſputum ſanguinis.deſiccat apoſtemata pulmonis,ita ꝙ indurat apoſtemata,& ſic pręſeruat infirmum ne moriatur,& maxime,quando incedit ad habitandum regiones calidas. & valet contra ęgritudines peſtilentiales.

Scedeneg,ideſt lapis Hæmathites,& dicitur lapis ſanguinis, frigidę & ſiccę complexionis exiſtit. & confert groſſitudini palpebrarum quando eſt ablutus, deſiccat vlcerationes oculorum.

Terra ſtellæ,ideſt Talch,frigida eſt & ſicca temperate,& eſt minoris ſiccitatis aliarum tiht,ideſt terrarum,ſeu lutorum.

Halmogra,ideſt Bolus,cum quo tinguntur muri,ſeu parietes,frigidę, & ſiccæ complexionis exiſtit,necat lumbricos ſeu vermes inteſtinorũ.

A Algetin, idest Gypsum, desiccat, & consolidat, & confert incisioni arteriarum, quando miscetur cum albugine oui, & puluere molendini, & cum pilis leporis minutissime incisis, & ponitur super incisionem.

Harsiregalroscar, idest Calx plumbi, & in Latino Cerussa nominatur, frigida est & sicca. desiccat vlcera absque mordicatione.

Almura, idest Calx viua dicitur, & est calx lapidis fortis. Existit multæ calefactionis, et mortificat carnem. Et quando abluitur pluribus vicibus cum aqua desicat vlcera sine mordicatione: sed hęc terra hic apud nos non inuenitur. Sed tamen illa, cum qua nos sigillamus chartas nostras, quando abluimus ipsam, non est longinqua ab operationibus dictarum terrarum.

Sanguis draconis frigidus est, & siccus. Valet contra grossitiem palpebrarum, & lotus remouet maculam oculi.

Lapis lazuli purgat melencholiam, & valet melencholicis. & est vehementis purgationis, & timorosę. Et dosis a. 3. 5. vsque ad. i. cum multis refrenantibus. Et puluerizatus super palpebras facit nasci pilos. quia minuit humores calidos, eo quia abstergit, & cū eadem habet stypticitatem. & ideo facit oriri pilos, quia remouet humores calidos, & B reddit membrum ad pristinam complexionem.

Lapis spongię frangit lapidem solum in renibus.

Antimonium frigiditatem habet cum stypticitate, & cōfert caliditati & humiditati, quę existit in oculo, & desiccat lachrymas, & mundificat vlcerationes oculorum, & est habens proprietatem confortandi oculum in omnibus suis qualitatibus.

Lythargirium, & in Arabico dicitur Merdasengi, temperatum est inter caliditatem, & frigiditatem, & desiccat. & est in eo aliqua corrosio, & facit in eo generare carnem in vlceribus humidis, Lithar-

Tutia fit in fornace, in qua depuratur æs. Desiccat sine mordicatione, & maxime, quādo abluitur. & desiccat lachrymas, & abscindit materias, quę discurrunt ad oculos.

Climia auri, & argenti, ambæ sunt frigidę & siccæ: sed auri siccior est, & magis abstersiua. Et quando comburitur, & extinguitur, est sine mordicatione. & generat carnem inmaculatam oculorum. & illa generaliter est laudabilis, quę ascendit ex fumo, quando dissoluitur aurum, vel argentum.

C Velfaf, idest Ferrum, est vehementis siccitatis. Quando multum teritur, & infunditur in aceto pluries, vel in lacte caprino acetoso, valet contra limositatem stomachi, & contra dolorem splenis, & passionem ani, & facit nasci carnem in auribus vlceratis.

Sal secundum omnem speciem calidus & siccus. stypticitatem habet cum abstersione. & baurach maiorem habet abstersionem, propterea plus laxat ventrem.

Carnid, idest Arsenicum, vel auripigmentum, vstiuum est. & quando comburritur, est subtilius. & ex eo fit compositio, quę remouet pilos.

Albufat, idest Sulphur, habet virtutem attractiuam cum complexione calida, & substantia subtili. & eo resistit venenis animalium, quando puluerizatur, & spargitur loco morso, aut incorporatur cum sputo, oleo, melle, aut visco. & curat scabiem.

Alceg, idest Vitriolum. Omnes tres suę species habent virtutem cōstrictiuā cū stypticitate, & diuersificātur in subtilitate & grossicie, quia grossius est rubeū, post illud colchotar, & post illud viride. & rubeū. & viride est quasi mā cholcotar: et talis est cōparatio cholcotar ad viride.

Et dicit Gal. φ quando iuit ad insulam Candiæ, idest Romanorum, intrauit quandam mineram, & inuenit tres venas. in infima vena inuenit vitriolū rubeū, et post illā cholcotar, & post illā erat viride, & hęc ordinatio locorū significat super hoc, quod diximus. Et rubeum est minoris mordicationis viridi propter grossiciem suę substantię. Et rubeum, & viride nō dissoluuntur. quia rubeum est induratum induratione lapidea, & viride est nimis coctum. Sed cholcotar liquefit. D

Plumbum. Quod dominatur in suis partibus, est substantia frigida & humida: propterea quia frigiditas est, quæ ipsum congelauit, & ideo, quando pistatur in mortario cum aliquibus liquoribus, vel aliquibus oleis, vt oleo rosato, refrigerat. Et valet contra apostemata testiculorū, & ani, & contra cancrum: & facit cessare materias discurrentes ad aures, & pedes. Et quando fit ex eo lamina, & ponitur super femur, priuat coitum. sed multum lęduntur instrumenta spermatis, & laminatum subtiliter, & superpositum neruo torto, & grosso dissoluit, & retificat. Et hoc, quod dissoluit, significat φ habet virtutem dissolutiuam, comparando ipsum carni hominis: quamuis dominetur super ipsius complexionē frigiditas.

Testa virtutem habet abstersiuam, & desiccatiuam, & proprie testa furni.

Arsenicum rubeum, vel Auripigmentum rubeum est eiusdem virtutis alterius auripigmenti: eo φ habet virtutem mollificandi.

Alfeep, idest Alumen. Hęc medicina est maxime stypticitatis, et propter hoc denominata est in lingua Gręca ab hoc. Et sunt ipsius multę species. & omnes sunt multę grossitudinis. & quod subtilius est, est illud de Turchia.

Chalcoscecaumenos, idest Aes vstum, habet intensum acumē cum stypticitate, ideo quia lauatur per remotionem partis fumosę, tunc fiunt medicinę cicatrizatiuę, in corporibus & membris duris non est necessaria lotio.

Tubel, idest Lamina ęris subtilis, est subtilioris substantię ęre vsto. & propter hoc ipsum in collyriis ponimus: quia habet maiorem abstersionem & siccitatem, quam galla.

Chrysocola. Lazacalaap, idest Consolidatura auri, & in Arabico dicitur Cumbar, & sunt duarum specierum. Vna est ipsius venę, vel minerę: & alia fit in mortario ęris, & pistello ęris cum vrina pueri, tempore caloris, terendo, vel conquassando. & illud est melius, quod fit in mortario ęris rubei. Et eius virtus est dissolutiua absque graui mordicatione, & desiccat. & quod factum est, maioris est desiccationis illo, quod est ex vena, & minoris mordicationis. & quando comburitur quod est ex minera, est subtilius. F

Zimar, idest Viride ęris magnum habet acumē, & corrodit carnē: propterea non debemus vti eo nisi in indigentia diminutionis carnis, Sed in vulneribus simplicibus non est vtendum, eo quia non consolidat, nec carnem generat.

Hucusque diximus de mineris compendiose, Sed deinceps volumus dicere de carne, & eius humiditate.

A

De Lacte, & variis eius operationibus, secundum diuersas eius partes. Cap. XLIIII.

LAc dulce, quod est boni saporis, inquantum est medicina, valet cõtra discursum humorum acutorum mordentium, quia lauando mẽbra, & adhęrendo eis, prohibet malorum humorum contagium, sicut facit etiam albumen oui. Et non valet lac in his, quæ diximus, nisi recenter trahatur ex mamillis, si esse potest: ideo quia recipit citius immutationem omnibus aliis rebus ab aere. Similiter permutatur in distemperatis corporibus ex malis humoribus, & acescit, vel caseatur in stomacho frigido, aut fit fumosum in stomacho calido, & replet cerebrum. Sed si corpus est mundum, nihil est conuenientius eo ad restaurãdum, quod dissolutum est ex membris radicalibus: & proprie lac mu-
B lierum, secundo lac asinarum, & post lac caprarum. Et ideo est lac magis iuuatiuum omnibus alijs rebus, hecticis. & hoc est, propterea quia est materia similis primę materię, ex qua est humiditas radicalis. & ideo nutrimentum bonum corpori existit. Et melius est illud, quod prope partum, idest post duos menses. Et non habet in se operationem nutriendi, humectandi, & abstergendi: nisi quia est compositum ex diuersis substãtijs, hoc est substantia terrestri caseata, & propter hanc stat: et substantia aere, a propter quam humectat, & nutrit: & substãtia aque declinante aliquantulum ad subtilitatem, propter quam abstergit naturã. & non solum abstergit, verum etiam laxat ventrem bona laxatione, quia mundificat lauando superfluitates putridas, & apostemata interiora, quę sunt saniosa. & quando extinguitur ferrum cãdens mundum ab ęrugine, vel lapides marmorei in ipsum multoties, valet contra fluxum ventris. sed ferrum est melius propter suam stypticitatem. Et in summa omnes species lactis valent ophthalmię oculorum, quę accidit ex reumate calido. & confert etiam apostematibus matricis, & ani, quę generantur ab humoribus calidis mordentibus. Et quando miscemus ipsum
C medicinis mitigatiuis, sicut est medicina, quę recepta est a fornace, vbi effunditur ęs, confert vlceribus cancrosis. Et nocet lac vlcerationi, vel cancerationi oris. Et gargarizatum, & retentum in ore confert, & mitigat dolores ibi existentes, quia dolorem mitigat, & valet passioni amygdalarum, & vuluæ, quia eius substantia est munda ab omni acumine, & mordicatione, & est supremum iuuamentum ei, qui bibit cantharides.

De operationibus Casei. Cap. XLV.

CAseus vetus est calidus & siccus, propter salem & coagulum. Et multum valet contra dolorem iuncturarum. Et emplastrum ex eo factum mirabilem habet virtutem maturãdi apostemata dura.

D

De virtutibus Butyri. Cap. XLVI.

BVtyrum habet virtutem maturandi. Et quod eſt coctum habet maiorem virtutem ſecundum maturitatem, & caliditatem in corporibus duris. & hoc eſt propter ſalem, qui ponitur in eo, quando coquitur. Et quod nõ eſt coctum, plus maturat apoſtemata, quæ ſunt in radicibus aurium, & in locis mollibus. Et quando miſcetur cum melle, fit inde lohoc, & confert ſcreatibus exiſtentibus in pectore, & pulmone.

De operationibus Coaguli. Cap. XLVII.

COagulum vniuerſaliter uſt calidum & ſiccum, & ſubtile. Diſſoluit ſanguine, & pinguedinem, quæ coagulata ſunt in ſtomacho. & bibitum conſtipat vẽtrem. & debet dari fluxui propter ſuã proprietatem, cui ſunt occulæ ſuæ cauſæ, ideo quia hęc proprietas eſt certificata. ſi ſuperponatur coagulum calidum ſuper ventrem puerorum, ſanat. & poteſt eſſe ꝙ hęc operatio fit propterea quia coagulat humores. & indurat. E

De operationibus Ouorum. Cap. XLVIII.

QVia locuti ſumus de his inquantum ſunt cibi, loqni volumus modo de eis, inquantum ſunt medicinæ. Et dicimus ꝙ albugo oui gallinæ eſt magis mitigãs alia re in mordicationibus. Et ideo vtimur ea in doloribus oculorũ, in apoſtematibus ani, in apoſtematibus inguinũ. & admiſcetur cum medicinis, quæ abſcindunt ſanguinem, qui ſuperfluit a panniculis cerebri. Et vitellum eſt ſubſtantiæ albuginis ſimile. Et F ideo facimus ex toto ouo medicinam, poſtquam admiſcetur oleũm roſatum ad medicationem rerum ſupradictarum, & maxime in mẽdicatione membrorum neruoſorum, & muſculorum, ſicut cubitorum, & iuncturarũ, digitorum manuum, & pedum, & apſtoematum auriũ. Et Noui ponunt in hac medicatione vitellum ſine albugine, quia non intendunt mitigare dolorem, niſi cum aliquantula maturatione. Et oleum vitelli eſt ſupremum iuuamen ſuper pinguedinem anſeris, & gallinę in mitigatione dolorum neruorum, & ſimilium. Et quando coquitur ouum ſecundum ſui totalitatem, confert multum contra materias putridas, quę diſcurrunt ad ſtomachum, & ad inteſtina. Et ſi coquitur ouum cum alijs medicinis conſtrictiuis ventris, multum fortificat eas. Et ouũ poſitum ſuper locum combuſtum ab aqua feruenti, multũ valet. Et oua recentia cocta in aqua valent aſperitati pectoris, & pulmonis. Et cortex oui tritus, & combuſtus ſubtiliter puluerizatus, & ſuperſparſus valet contra albuginem oculi.

A

De Felibus. Cap. XLIX.

OMnia fella calida sunt & sicca: & eorum magnitudo sequitur calorem, & siccitatem. & eorum paucitas sequitur bonam temperantiam, & longitudinem vitę. Et ponuntur in collyriis, quę faciunt abstersionem, & proprie volucrum fella. Et est necesse elligere fella animalium, quę nō sunt infirma, & fella marium, & quod plus quęritur in medicinis, est fel galli veteris.

De Vrinis. Cap. L.

VRinę omnes habent acumen burachium cum abstersione, & ideo soluunt sordicies antiquas.

B

De proprietatibus Stercorum. Cap. LI.

STercus album canis habet proprietatem in synanchia. Stercus muris intrat in suppositorijs, quæ mouent ventrem puerorum. Stercus bouinum confert hydropicis in modum emplastri. Stercus gallinaceum valet ad suffocationem, quę prouenit a malis fungis comestis, ideo quia facit eos euomi. & debet propinari distemperatum cum aceto & aqua. Stercus lupi valet & confert passioni collicę bibitum, aut emplastrum, vel suspensum testiculis.

Stercus columbinum valet frigidis passionibus membrorū, sicut podagrę, & dolori hemicranio, & dolori oui, & dolori laterum, & hypochondriorum, & spatularum, & iuncturarum.

C

De carne Tyri. Cap. LII.

TEstificatur Gal. & alij, ꝙ caro tyri curat lepram, & ideo ponitur in theriaca. Et prima virtus istius carnis est calefacere, & desiccare. & curat hanc ęgritudinem, propterea quia pellit hanc materiam venenosam ad cutem corporis, & propterea bibentes cadūt in passionem tyrię, hoc est excoriationem cutis primo, postea solidantur,

De Pinguedine. Cap. LIII.

QVod manifestius in ipsa est calor cum multa humiditate, quamuis diuersificetur secundum diuersitatem animalium. Et calidior & siccior est pinguedo leonis. Et post illā in siccitate est pingue-

do bouis. Et pinguedo vituli est temperata. Et pinguedo capre bona est, & humidior bouina. Et pinguedo anseris, & gallinæ est subtilior aliis pinguedinibus: propterea magis mitigatiua. D

De Medulis. Cap. LIIII.

OMnes habens virtutem mollificandi, & dissoluendi duriciem lapideam, quæ fit in membris duris. & melior omnibus est medulla ossis azal: & post illam medulla vituli.

De proprietatibus plurium aliarum Medicinarum. Cap. LV.

E

BRodium gallorum veterum ventrẽ laxat: & brodium iuuenis gallinę temperat complexionem.

Cancri vsti valẽt morsui rabidi canis propter certũ proprietatẽ.

Vsus carnium passerum frangit lapidem.

Spuma marina habet virtutem absterfiuam, & mundificatiuam, cum qualitate calida.

Istę sunt medicinę testificate a Galen. dicente ꝙ expertus fuit ipsarum virtutes. Sed inueniuntur manifestę alię medicinę apud Medicos, quæ non sunt testificatę a Galen. sicut sunt mirabolanorum, quinta species: vt sunt citrini, chebuli, indi, belirici, & emblici. Eorum primę virtutes sunt frigidę in primo gradu, & siccę in tertio, quia compositi sunt ex substantia terrestri frigida, & subiecta terrestri adusta. Sed plus attinent terrestreitati & adustioni, ꝗ̄ terrestreitati & frigiditati. & significat hoc stypticitas, quam habent cum amaritudine. Proprietates Kebulorum est purgare melancholiã suauiter, & desiccare phlegma sui qualitate, & sunt in principio medicinarum, quę purgant hos humores. Et talis proprietas est indorum. sed dicitur ꝙ sunt magis proprii in purgãdo melancholiam adustam. & propterea ponuntur in passionibus capitis, quæ veniunt a stomacho. & ideo quando propinantur vsu longo, bonificant sensus, & clarificant cogitationem, & tardant canitiem Et proprietas citrinorum est purgare choleram suauiter. Et dosis vniuscuiusque subiectę illorum est. a. 3. iiij. vsque ad. vj. & in decoctionibus a. vij. vsque ad. x. Et Medici miscent eos cum cassia fistula, & turbith sed nesciunt modum medendi. sed dicitur ꝙ belirici suauiter purgant cholerã: sed non dicitur ab aliquo ꝙ purgent emblici. Sed verum est ꝙ confortant appetitum, & sedant consuetudinem sputi, & valent vomitui. et bonificãt mentem, & curant hęmorrhoidas, & auferunt sitim, & augmentãt coitum. ergo videtur ꝙ habeant aliquantulam humiditatem. F

Myrab olani fœminini gñis.

Cheisir, idest Absintium minus, vel absinthiolum. Hoc est de genere virtutis absinthij, & est compositum ex substantia styptica, & amara. valet in febribus post digestionem factam, sicut valet absinthium.

Anacardium.

Balador, idest Anacardi, calidi sunt in fine quarti gradus, & sicci in fine tertij. Et valent cõtra epilepsiam, & apoplexiam, restaurat virtu

A tem conseruatiuam, & memoratiuam cerebri, etiam quando prostratę sunt propter multam humiditatē.

Behnlum, idest Behen, calidum est & humidum, stomachum calefacit, & instrumenta spermatis temperat, & fortificat virtutem comcupiscibilē coitus, & pstat sperma, & valet contra humores malēcbolicos. Glans vnguentaria.

Terregebim, idest Manna, est ex speciebus antiquę mannę, quę prouenit a partibus superioribus Syrię, vel Indię. Et est similis zuccharo in suis virtutibus. calida & humida in primo gradu. Et eius proprietas est purgare suauiter choleram. & est debilior aliis purgatiuis. ideo datur in passionibus calidis, antequam etiam appareāt signa digestionis. Terreniabin. Trungibin.

Tamarindi frigidi sunt in tertio, & sicci in secundo gradu, quia compositi sunt ex substantia aquea mixta cum aliquantulo calore, & tanto, q subtiliat partem aqueam, & est sicut instrumentum, vt ipsam penetrare faciat. propterea sunt in fine acetositatis. Purgant suauiter choleram. Dosis eius est a.ʒ.x. vsque ad.xv. & idcirco quia habent aliquātulum stypticitatis, valent stomacho cholerico.

Geozhoa, idest Nux muscata, calida est & sicca in secundo gradu. mundificat stomachum ab humoribus putridis, & fortificat ipsum, &

B valet contra frigiditatem hepatis, & splenis.

Lapis de Becahant est valde manifesti iuuamenti omnibus speciebus venenorum, & proprie morsui scorpionis. Et eius dosis est quarta pars aurei vnius.

Lapis de zaduargar confert omni fluxui sanguinis, vndecunque procedat. & quandocunque propinatur venenatis ad bibendum, antequam venenum veniat ad cor, liberat. Et eius dosis est hexagium vnum.

Smaragdus dicitur q valet cōtra omnia venena, et specialiter contra venenum serpentum. Et eius dosis est pondus nomen granorum ordei, tritum super lapidem, & mixtum cum lacte amygdalino, & aqua violarum, & modico aceto. Et scias q illis, qui biberint in principio, superueniunt multa mala accidentia, non minora accidentibus veneni. sed subito sanabuntur postea, taliter q in eis non remanebit aliqua debilitas, nec aliqua dyscrasia. Et abscindi fluxum antiquum, cuius causa est occulta. Et non facit tunc tam fortia accidentia, sicut facit venenatis. & etiam suspensum supra stomachum valet.

Lapis bachhic, idest Cornelia, temperatus est. abscindit sanguinem

C mēstruum, & facit redire dentes ad propria loca in ore retentus. & hoc totum est a proprietate.

Margaritę frigidę sunt, & siccę, & valent multum contra passionem cordis, remouēt tristitiā, & rectificant visum impeditū pp humiditatem.

Chiarzabar, idest Chasiia fistula, vel Charabe de India, purgat choleram adustam, extinguit acumen sanguinis, dissoluit apręriata, & sperma purgat suauiter, sicut tamarindi, aut parum fortius. Dosis eius est, sicut de tamarindis.

Auis, quæ dicitur in Arabico Canabir, & est Alauda capelluta, quādo coquitur, & comeditur continue. confert passioni colicæ.

Vermis nominatus Bratini, & quidam nominăt Tartama, pistatus, & positus neruo inciso, confert illi mirabili iuuamento.

De rebus Marinis,
Cap. LVI.

Caphura. De rebus nascentibus in mari, quarum iuuamenta sunt manifesta, sunt hęc, scilicet Camphora Indica, quę in Arabico nominatur Colfor algent. Calefacit & desicat in secundo gradu, & consolidat vulnera ignita. D

Spongia marina. In ea inuenitur virtus desiccatiua: & ipsa est medicina bona humiditatibus exterius extractis.

Benlenizan, idest Belenzan, vel Petrozam, calidum est & siccum in secundo gradu. Valet stomaco humido, aromatizat odorem oris, confortat digestionem, fortificat neruos, ingerit coitum.

Lapis de Bezedat, quando de ipso fit collyrium, confortat visum, & cõseruat ipsum, & remouet offuscationẽ, vel tenebrositatẽ oculorũ.

Caniabar calidum est in secundo gradu, & siccum in primo. Abstersiuum existit, & resoluit grossas ventositates, & confert morsui animalium venenosorum. & eius proprietas est resoluere ventositates matricis, & abscindit vomitum, & folia ipsius aromatica existunt, & ponitur loco * dedarseni. * darseni.

Sebesten calidũ est in primo gradu, & humidum in secundo. Purgat suauiter superfluitates cholericas, & mitigat acumen sanguinis, lenit asperitatem pulmonis, confert strictur æ anhelitus, & quando coquitur, donec inspissetur, & ex aqua decoctionis fiat embrocatio super tyriam & alopeciam, facit nasi pilos. E

Sarudotes calidum & siccum est in secundo gradu. Recepto fumo suo dissoluit superfluitates cerebri, & valet contra reumata frigida. appositum super ophthalmiam, oculum abstergit mirabili abstersione. & valet contra dolorẽ dentiũ, & contra corrosionẽ gingiuarũ.

Sene calidum est & siccum in secundo gradu. Eius virtus est purgatiua: purgat enim humores adustos, & etiam humidos suauiter, & non est potens trahere humorss viscosos. Et eius virtus est propinqua virtuti agarici, hoc est in attractione. sed agaricum habet proprietatem trahendi humores grossos, & sene humores adustos. Dosis eius est a.ʒ.vsque ad.ij.in decoctione a.v.vsque ad septem. Senna.

Scealmese, idest Gallia muscata, calida est & sicca, styptica, & confortat membra, & stringit ventrem, & curat vomitum.

Secacul, idest Eringium, calidum est & humidum, auget sperma, & prouocat coitum.

Sandala, Quod est frigidioris complexionis omnium specierum est rubeum, eo ꝙ frigidum est in tertio gradu, & siccum in secundo, sed maioris aromaticitatis est citrinum, & est frigidum in secundo gradu, & siccum in primo, & confert bibitum magnę caliditati, & cardiacę calidę, & prodest emplastratum stomacho calico, & ẽpatibus calidis. Santala. F

Tabaśis, idest spodium, carbo est nodorum arundinum adustarum Indiæ. Frigidum est & siccum in tertio gradu. & eius proprietas est remouere caliditatem, & inflammationem cholerę, & confortat stomachum, & confert cardiacę calidę.

Lignum aloes calidum est & siccum in secundo gradu. Gal. dixit in libris expertis, ꝙ habet virtutem darsenicam, sed aliquantulum plus, quia habet proprietatem exiccandi humiditatem stomachi, & propter amaritudinem, & stypticitatem cum ipsius magna aromaticitate. Valet super omnes medicinas alias membris principalibus, & remouet tristitiam, & cardiacam humidam, & valet contra omnia venena, eo ꝙ confortat omnes virtutes. valet contra omnia reumata frigida.

Ambarum. Ambra est vna ex speciebus cãphorę, quę oritur in fontibus, maris, & natat super aquam maris & melior omnium est illia, quę in Arabi-

A co dicitur Ascap. Calida est & sicca in secundo gradu confortat cerebrum, stomachum, & cor, & omnes sensus. valet senibus, & infrigidatis. valet contra ventositatem intestinorum. superposita neruis eos fortificat. resistit magnæ pestilentię aeris bibita, & etiam odorata. Ambar. Ampar.

Iulubæ, & in Arabico nominatur Auep. Hanc medicinam nominat Gale. tamen de ea nullam sciuit proprietatem. sed Medici de Baldac dicunt ꝙ reprimunt acuitatem sanguinis, & cholere, & conferunt asperitati pectoris, & pulmonis a totam substantia. Complexio ipsarum est frigida in primo, & humida in secundo: & propter hoc reprimunt acuitatem.

Cauffer: Eius virtus est virtus sandalorum*: excepto ꝙ quando de eo potatur ab uno aureo vsque ad ij. laxat.

Gariofili calidi sunt & sicci in secundo gradu, & atingunt tertium. Et isti confortant omnia membra principalia. valent contra passiones frigidas, & constipant ventrem. Et dicit Gal. ꝙ eorum proprietas est confortare virtutem digestiuam. Caryophylla.

Halhabat, idest Basilicum gariofilatum, calidum est & siccum in secundo gradu: Aperit oppilationem cerebri. valet contra cardiacam humidam, & contra melancholiam, & contra hæmorrhoidas.

B Cardamomum calidum est & siccum in secundo gradu. Valet contra oppilationes hepatis, contra lapides renum, & lassitudinem membrorum, & contra frigidos dolores. & conforat stomachum multum, & remouet syncopam, & vomitum, quando bibitur cum vino malorum granatorum.

Camphora frigida est & sicca in tertio gradu, & est subtilis substantię, & resistit putrefactioni, quæ fit ex materia calida. stringit fluxum cholericum, priuat coitum potenter, lędit stomachum non calidum multum. Caphura.

Lacca calida est & sicca in principio secundi gradus. Valde est manifestum ipsius iuuamentum in confortatione hepatis, & in apertione suarum oppilationum, & valet contra dolorem renum, & vesicę, & augmentat coitum. Dosis eius est. ʒ. ſ. usque ad. ʒ. i.

Muscus calidus est & siccus in fine secundi gradus. Mirabilem habet proprietatem in confortando cor. & valet contra surditatem aurium, & stupefactionem corporis, & contra omnes ęgritudines syncopes. & confert grossæ ventositati intestinorum, & suffocationi matricis, & contra melancholiam, & auget coitum.

C Linzehalafor, idest lingua auis, confert cordiacæ, & mouet coitum.

Gesemini, idest Viola vltramarina, calida est & sicca in fine secūdi. Prodest senibus, & refrigeratis. valet contra dolorem capitis, qui fit ex humoribus frigidis & grossis.

De modo compositionis Medicinarum. Primum autem de compositionis necessitatibus. Cap. LVII.

HVcusq; locuti sumus breuiter de cibis, & medicinis simplr manifestis: deīceps volumus narrare modos cōpositionis. Et dicimus ꝙ necessitas, quæ nos inducit ad cōpositionē medicinarū simpliciū, prouenit a tribus rebus. Vna est, quia multotiēs non inueniūtur in vna medicina simplici * oīa, quę nobis sunt necessaria a virtutibus, pp̄ quas cōpletur* medicina, aut conseruatio. Secunda est, quia quāuis* nō inueniremus ipsam, forte non indigemus ea sc̄dum eandem virtutē, sed secū

Necessitas cōpōnis medicinarum triplex.
* a. l. omnes virtutes requisite ad perfectā curationē aut conseruationem.
* a. l. nos.

*a.l. requisite curationē
a.l. Quibus nō īdigemus ad po sitā curationē.

dum plus aut minus. Tertia est, quia erunt in illa simplici virtutes, quæ* non sunt nobis necessariæ secundum intentionem nostram, neq; per medicinam, neque per conseruationem, vel forte erunt virtutes, * quę non intrant aliquam medicinam, vel conseruationem. D

*Adde affectis
*add cū fuerint contraria.

Prima istarum trium consyderanda est in illis locis, qui non possent curari nisi qualitatibus contrarijs, vel diuersis, & hoc accidit, aut propter diuersitatem causæ ab ægritudine: aut propter diuersitatem naturę ægritudinis ab accidente * aut propter diuersitatem ægritudinum inter se, aut propter diuersitatem complexionis causarum * compositarum aut propter * diuersitatem ægritudinis a natura membri, propter suam complexionem, aut propter suum principatum, aut propter suum * locum, aut propter suam colligentiam.

*a.l. cū fuerint compositę.
a.l. naturā mor bi & mēbri.
*a.l. situm.
*a.l. cōsensum.

Exemplum diuersitatis causę ab ęgritudine est, sicut febris putrida ex humoribus grossis, quia illa ex parte malę qualitatis calidę & siccę indiget medicina infrigidatiua & humectatiua: & ex parte humoris putridi grossi indiget re subtiliante, vt exiccet, & maturet. Et in hoc eodem genere *ingreditur repercussio, & dissolutio, quę necessaria est tempore augmenti in apostematibus. & propterea indiget Medicus in talibus locis, vt sciat vti istis medicinis mixtis, & repercussiuis, & resolutiuis. E

Prīæ necessitatis modus prius Dubium.
* a.l. hr̄e istas duas opationes contrarias.
a.l. imbecillioris nullus pcipietur actus.
* a.l. hoc.
a.l. resolutiuā.

Et cadit dubium in operationibus medicinarum compositarum ex diuersis virtutibus, hoc est quomodo possunt * inueniri istę duę operationes contrarię simul in corpore humano. Quia si istę virtutes sint in eis ęquales, tunc non vincet vna alteram, sed æqualiter erunt temperatę, & non facient actionem quęsitam in corpore humano, & si vna erit fortior altera, fortior faciet actionem, & actio illi debet attribui, & alia erit frustra. *

Et hoc dubium non senserunt Medici nisi in secundis virtutibus, non in primis, quia ipsi opinantur ꝙ si misceatur. 3. i. chamęmillę cum. 3. i. rosarum, ꝙ medicina, quæ erit composita ex his, erit temperata in primis qualitatibus: & cum * eo toto opinantur ꝙ habeant virtutem repercussiuam, & dissolutiuam.

*a.l. pducāt re pulsionē & resolutiones mediā inter resolu tionis camemil lę & repercussionē rosarum

Et non opinantur verum, quia necesse est vt virtutes ambarum sint vna, sicut dictum est. quia si diceretur, ꝙ medicina esset temperata in primis qualitatibus, hoc est, quia facit in corpore vnum calorem temperatum, qui erit medius inter calorem & frigiditatem primi gradus, similiter debet intelligi in secundis virtutibus, hoc est vt in. 3. i. chamemillæ, & . 3. i. rosarum * habeant virtutem vnam mediam inter repercussionem, & dissolutionem. F

Et non errauerunt in hoc Medici, nisi quia non posuerunt gradus secundis virtutibus, quia si fecissent, tunc sciuissent quę esset temperata, & non temperata.

a.l. sensibilia
a.l. si contingat vt pars nr̄i corporis parti frigida partim calida aqua abluantur.

Et debes scire ꝙ operatio, quam medicina habet composita, est vnum in commixtione artificiali, sicut in commixtione naturali, & nō est plura, ita vt sit tibi necesse dicere, quando quæsitum fuerit a te, quomodo facit vna medicina duas operationes contrarias in vno subiecto: Respondeas ꝙ hæc res est sicut sensus & * sensata eorum, qui patiuntur a duobus contrarijs simul in eodem subiecto. verbi gratia, sicut apprehendimus album & nigrum simul & semel in humiditate crystallina, & sicut sentimus calidum & frigidum simul & semel * ex commixtione aquę feruentis, & frigidę, sicut dicit Gal. Quia hoc non esset sufficiens in solutione huius dubij nobis ponentibus ꝙ medicinę com-

A positę habent duas operationes,quarum vna esset opposita alteri. quia hoc non accidit virtutibus sensibilibus cum sensatis, nisi propterea quia non sunt materiales permutabiles,alterabiles,passibiles in seipsis a sensatis passione manifesta, * eo ꝙ istę non sunt coniunctæ cum materia forti coniunctione. Et causa huius redditur in alia scientia nobiliori ista(hoc est in tertio de Anima.)

Sed passiones,quas recipit corpus a medicinis , sunt necessario passiones materiales, permutabiles in seipsis permutatione manifesta. Et ideo non est conueniens , vt inueniantur eorum contraria simul & semel in istis,vno tempore,in vno subiecto,sicut inueniuntur in sensibus & sensatis . Sed si debet dari exemplum propter aliquam similitudinem non multum propinquam,non debet dari nisi secundum ꝙ inueniatur medium inter extremitates . hoc est secundum ꝙ inuenitur album & nigrum in colore cittino. Et si aliter diceretur, vnum vinceret alterũ necessario,si duo essent,aut dominans faceret suam operationem,& ei attribueretur. Et quidã dicunt ꝙ natura cognoscit,& trahit ad se illam partem,quæ est in eis magis necessaria.Scias tamen ꝙ impossibile est
B trahere quod inueniri nõ potest,& forte hoc secretum eidem in somnio fuit reuelatum.& ideo non sum ille,qui cum eis litigare velim.

Deinceps volumus reuerti ad illud,a quo separati fuimus, vt demus exemplum membrorum diuisionis, quã præmisimus . a Et dicamus ꝙ exemplum diuersitatis ęgritudinis ab accidente est , sicut febris acuta cum syncope,quia putrida indiget euacuatione , & refrigeratione , & syncope indiget e conuerso.

b Exemplum diuersitatis ęgritudinum est sicut febris diuersarum specierum & diuersarum materiarum,& diuersorum locorum, sicut febris quę dicitur hemitritęus,quia est cõposita ex cholera & phlegmate.

* Causa harum est,quando sunt composita in vna & eadem ęgritudine,sicut sunt ęgritudines,quę fiunt ex pluribus humoribus.& ideo necesse fuit componere medicinam ex rebus , quæ respondeant pluribus humoribus . & hęc fuit prima necessitas compositionis medicinarum compositarum purgantium alijs duabus , videlicet compositarum causarum , & accidentium cum ægritudinibus . Et huic membro diuisionis correspondet compositio theriacę , quia intentio in illa fuit curare multas ęgritudines,& pręseruare ab eis,& ideo fuit composita ex me-
C dicinis,quæ habent multas virtutes* ramificatas diuersas,& vt a multis partibus possent vincere venenum.

Exemplum necessitatis compositionis propter diuersitatem naturæ ęgritudinis,& naturę membri propter suam complexionem , est , sicut stomachus hecticus,quia a parte,qua est * febris hectica, idiget frigiditate & humiditate,& a parte,qua est stomachus , indiget caliditate & siccitate.Et est simile in tussi,quę fit ex materia viscosa* in fistulis pulmonis.quia a parte, quæ est materia grossa & viscosa,indiget subtiliatiuis,& incisiuis,& a parte,qua est pulmo,indiget rebus lenitiuis.

Exemplum necessitatis compositionis medicinarum propter diuersitatem naturæ ęgritudinis a membro propter principalitatem membri est,* sicut ægritudo calida,quę fit in aliquo mẽbro principali,sicut in cerebro,ꝙ necesse est vt nõ multiplicemus multum medicinas frigidas,ideo vt non extinguamus calorẽ naturalẽ,& vt non priuetur a sensibus,& motibus , Et propterea est necesse miscere cum illis medicinis res,quę ad aromaticitatem sint declinantes , & ad calorem,& confortent, * Et in passione frigida,quę accidit hepati ,*necesse est euacuare:

In medicina cõposita non sunt virtutes contrarie,sicut est virtus media.
Gal.3.de Tẽp. ca.4. et Serap. in practi,ca.5. Vide.3.de Sĩp. medici.&.1.de Locis affectis. cap.2.& prima quarti tract. 4. ca. 19. ipugnatione huius opinionis,quę fuit prius Alexãdri.
a Secundus modus.
b Tertius modus.
Quar. modus.
a.l.alias . n. de necessitate resistent inter se si fuerint ęqualia & prędominãs aget actionem suam.
Hoc totũ nõ reperitur ĩ alijs exẽplaribus.
*a.l.excplũ necessarias huius in cõpositione causarum.
a.l.varias:
a.l. laborat febre.
a.l. inheret aspere arterie.
Adde q̃ qdẽ nõ fiũt nisi p ea q̃ ex asperatur.
a.l. totũ nõ repiã ĩ alijs codicibus.
a.l.ĩ apostemate hepatis ad vigorẽ p actũ.

Quinti modi prima pars.

sicut declaratum est in libro Ingenij sanitatis, & possibile est vt sit hoc contrarium, eo ꝙ sicut est nobis necesse cognoscere virtutes medicinarum necessariarum tempore necessitatis, eodem modo indigemus cognoscere modum compositionis. & si non est possibile nobis medicinari, nisi veniamus ad partem Ingenij sanitatis, ergo incipiamus hoc scire primo a libro Ingenij sanitatis, post quam ibi declaratum est. D

Quinti modi secunda pars.

Et quia hucusq; exiuimus ab intẽtione nostra, redeamus nunc ad ipsam, & dicamus ꝙ, quãdo apa est in mẽbro principali & maximi iuuamenti, necesse est vt suę medicinę misceamus q̃ fortificent virtutẽ, & substantiã ipsius, * & caueamus ne virtutes suæ dissoluãtur, sicut sunt sandali, & rosę. Et similiter quando erit membrum maximi iuuamenti, tunc necesse est nobis conseruare ipsum cum medicina styptica.

*a.l. medicamine astrictiuo & hoc redit ad illud ꝙ se tenet ex parte uarietatis naturę morbi ac membri naturę.

Et exemplum* necessitatis propter locum membri est, quando volumus ꝙ medicina styptica uadat ad profunditatẽ corporis. debemus secũ admiscere rẽ, quę habeat subtilem substantiã, ꝓpter * longitudinẽ sui loci, ad hoc, ꝙ sit vehiculũ stypticitatis, quãuis sit contra quęsitũ nostrũ in aliquo. Sicut admiscemus cantharides in medicinis vesicę, & crocũ in medicinis cordis calidis. Et simili modo nos miscemus cerã in emplastris, propterea vt sit materia faciens ea melius applicari membro. E

Quinti modi tertia pars.

* a.l. positum

* a.l. distantiam si nõ legitur in alijs traductionibus.

Sed exemplum necessitatis compositionis medicinarum ex parte colligantię est, sicut ęgritudo calida, quę fit in ore stomachi, quia in ea non debemus multiplicare medicinas frigidas, eo ꝙ communicat cum membro frigido. *

* Adde q̃d est cerebrum.

Ista sunt quinque membra necessitatis compositionis, propter quę componuntur medicine, quę sunt ex diuersis virtutibus, quando non inuenimus in vna simplici, quo ex virtutibus indigemus.

Quinti modi quarta pars.

Sed secunda particula necessitatis compositionis est, quia aliquando nos inuenimus vnam simplicem medicinam, quę habet fortiorem virtutem, aut debiliorem eo, quod quęrimus.

Scda cõpõnis medicinarũ necessitatis.

Et hæc particula diuiditur in plura membra. Vnum est, quia * erit nobis necessaria * vna ex primis operationibus medicinę, & hęc simplex quidem habet plus, aut minus, quam quęramus. quare tunc necesse est * nobis habere aliam in medicinam, vt debilitemus suam operationẽ, aut vt eam fortificemus.

* a.l. quibus.

* Adde, aliq̃n.

* a.l. nos admiscere cũ eo aliq̃d medicamen.

Et si vis eam debilitare, hoc fit duobus modis. Vnus est, vt misceamus cum forti medicina aliam, quę sit contraria suę virtuti. verbi gratia, quando habemus vnam medicinam, quæ sit calida in tertio gradu, & non indigemus nisi ea, quę sit calida in secundo, miscebimus cum ea illam, quę sit frigida in primo. F

Alter modus debilitandi est, vt misceamus cum forti medicina aliã, quę non sit contraria in qualitatibus & virtutibus, sed similis in virtutibus, sed * minus habeat altera ex eis. v. g. si habuerimus medicinam calidam in tertio gradu, & nos velimus declinare ab illo, miscebimus cũ ea vnã, quę sit calida in primo gradu solũ, & habeat pręparationẽ, quã dicimus, vt debilitetur medicina cum suo simili in qualitate. Et ꝙ sit minoris virtutis probat Gal. per cõmixtionem aquę tepidę cũ aqua bullienti, quia necessario videmus feruentis calorem declinare.

* a.l. sed eius vis sit imbecillior potentia illius primi.

Contra Gal.

Et hoc est contradicendum. quia si videmus ꝙ homo habeat ęgritudinem calidam in quarto gradu, vel etiam in tertio, & dederimus rem calidam in secundo gradu, multoties lędet ipsum. * Et propterea verba Gal. debent refragari ex dieta tali minus calida, vt supra. Dicas si de-

A derimus mel habenti causam, nonne lędetur incontinenti magna lęsione? Et similiter si quis haberet magnam lęsionē frigidissimā in capite, si tu inungas ipsum oleo rosato, nonne multū lędet? Et qui sustinent Gal. prouideant super hoc. Sed dicimus, ꝙ si ita est, sicut dicit Gal. erit per viam. quia medicina, quam dicimus calidiorem esse, est illa, quę habet maiorē cōparationē caloris ad frigiditatem, quā illa, quę est minus calida, ergo erit frigiditas in ambabus per contrarium, hoc est, quia in calidiori erit frigiditas minoris comparationis, & in frigidiori erit maioris cōparationis. v. g. quia cōparatio caloris ad frigus in. 3. 1. piperis est maior quā in. 3. spicę. & si in. 3. i. piperis sint. v. partes caliditatis, & vna frigiditatis: & in. 3. i. spice sint duę partes caliditatis, & vna frigiditatis mixtis. ij. 3. simul erit cōparatio caliditatis ad frigiditatem in hoc mixto * maior, quā esset in pipere solo. & quando eris bene speculatus in hoc, videbis hoc fieri per hanc viam. Et istæ partes medicinę, quas diximus calidas aut frigidas, quamuis non sint in actu, non nocēt in hoc documēto, quia sunt quasi medię inter illā rem, quę est inter actū & potentiā. Et ideo est possibile in multis corporibus cōsimilibus, vt *dissoluantur artificialiter partes, ex quibus cōponuntur, sicut * est lac.

*a. l. minor.

* a. l. possint segregari.

* a. l. sicut in lactę est perspicuum.

B Et fortificatur hęc opinio, eo ꝙ medicina, quę habet plures partes calidas in se sine dubio est pręparata vt inflāmetur a calore naturali, plus quā medicina, quæ tantum non habet. Sed accidit aliquibus corporibus, propter fortitudinem caloris illorum, & propter pręparationem corporum ipsorum, vt conuertant omnia, quę eis adueniūnt, ad substantiam igneam, etiā si esset minoris caliditatis quam ista. & potest esse ꝙ hęc est occasio lęsionis mellis in causa. & quomodo non debet hoc facere? quia videmus ꝙ aqua etiam cucumerum conuertitur in his febribus ad choleram.* Iste est modus debilitandi virtutes medicinarum per comparationem.

* a. l. hoc ordine procedendū est in ipsis medicamentibus.

Sed quādo volumus fortificare, non fiet hoc nisi vna via, hoc est *vt misceatur cum ea medicina suę speciei, & sit fortior ea. & adhuc loquemur de his.

*a. l. admisceatur illi medicamini imbecilliori, aliud medicamen vehementius illo eiusdem generis.

Et de rebus, quę intrant in secunda particula partium primarū sunt, quando volumus similiter fortificare secundas virtutes, & tertias medicinarum simplicium, aut debilitare, Et hoc etiā fit duobus modis. Vnus est, vt misceatur cum forti medicina vna, quę habeat contrariam virtutem. verbi gratia, quando habebimus medicinam aperitiuam, & incisiuam in tertio gradu, & volumus declinare ab illo, miscebimus cum

C ista medicinam oppilatiuam ingrossatiuam in primo gradu: & tunc redibit primę ad aperiendum in secundo gradu.

Alter modus est, vt misceamus cū ea *similem, sed minoris virtutis, quia etiam ex ea deueniet primę diminutio actionis, sicut dictum est in primis qualitatibus. quia comparatio oppilationis ad subtilitatē in hoc est maior quam in prima. Sed secunda via fortificandi virtutes secundas & tertias est, vt misceatur cum ea similis, & sit fortior.

* a. l. medicamen aliud quod minus aperiat.

Et quidā dicunt ꝙ virtutes secundę & tertię fortificantur miscendo medicinam cū medicina alia simili in eodē gradu, ita vt nō sit fortior, & dicunt ꝙ experientia testificatur, ꝙ duæ medicinæ ęquales in virtute coniunctę habebunt fortiorē operationē, quam vna illarum singularis & per se, & hoc accidit, quando erit q̄titas vnius ęqualis quātitati alterius. Et potest esse ꝙ causa huius est, ideo quia hę duę medicinæ coniunctę, quamuis videatur ab eis vt sint ęquales in virtutibus secundis & tertijs, non potest esse vt sint ęquales penitus veraciter, nisi

* a.l.larga coniectura.
*a.l.quare diffi cile ipse necessarię poterunt ea transmutare pp iplicationē substātiarū illorum.
* a.l.tpa.
adde a natura.
* adde rerū est censendum eas ñ ēe oino easdē sed fere easdē, sed sensum hoc fugit cū singularia seorsum capiātur sed i cōpositione satis apparet,

* largo arbitrio, eo quia imposibile est vt non diuersificentur in subtilitate substantię & grossitie, & spissitudine & raritate, & similibus. D * ergo nec erit difficile eas inæqualiter permutare propter insertionē earum substantiarū, quia * ipsa, in quibus recipient permutationem, * nō erunt ęqualia. Et propterea manifestabitur permutatio earum corpori plus quam manifestetur permutatio corpori in eis: hoc est, quia corpus erit ab eis magis permutatum. & idcirco istud, quod tradat permutari exire a corpore, retinet illud, quod est velox exeundum, vnde fortius operātur in corpore. & per hanc viam potest esse, ꝙ similia adinuicem fortificantur. & similiter dicimus in primis virtutibus.

Et propterea vides ꝙ Antiqui ponunt in eorum confectionibus medicinas ęquales omnibus virtutibus tribus.

* Isti duo sunt modi primarum partium fuerunt quę causę compositionis. Et in secunda particula ingreditur adhuc alia res, hoc est, quia potest esse vt non indigemus omnibus virtutibus medicinę numero, sed quibusdam. & hoc est duobus modis. Vnus est, quia non indigebimus omnibus qualitatibus primis medicinę nisi vna verbi gratia habebimus vnam medicinam calidam & humidam simplicem, & non indigemus ea nisi propter humiditatem, quare tunc debemus miscere cum ea E medicinam frigidam & humidam, tamen necesse vt sit frigiditas illius ęqualis in comparatione caloris alterius, ad hoc vt sint temperatę in caliditate & frigiditate, & humiditas sola dominentur. & sic debes intelligere vnamquanque illarum qualitatum.

Alter est, vt ponamus ꝙ indigeamus ex vna medicina secundis virtutibus, aut tertijs, & non primis. verbi gratia sicut necessarium est semen apij in febribus, quę fiunt propter oppilationem, solum vt aperiantur opilationes, & vt subtilientur humores grossi, & prouocetur vrina: & non est necessarius suus calor, nec sua siccitas, quare tunc cum eo debemus miscere rem frigidam & humidam, quę remittat suum calorem & suam siccitatem, * semper considerando, vt secunda virtus ipsius nō resistat secundę virtuti primę, qua indigemus, hoc est apertione. verbi gratia, si necesse est nobis miscere nenufar cum semine apij, aut suum simile, debemus ponere loco nenufaris semen melonis, aut citrulorum, ad hoc vt secunda virtus illorum fortificet secundā virtutem apij. quia quamuis ista duo semina sint frigida, habent tamen virtutem diureticā. quamuis Gal. dicat quod si misceatur res debilioris virtutis cum re, quę est fortis virtutis, & est vnius generis, quod ipsa ea debilitat. Nec est F imposibile, vt quando coniunguntur duæ res quę sunt vnius virtutis, quamuis vna sit debilior altera, qnod coniunctum istarum non sit fortius singulari, Sicut tu vides quod nos miscemus medicinis calidis acetum propter iuuamentum apertionis: quamuis videatur esse frigidum. quia si nos separaremus partem calidam ab aceto, non faceret id quod facit, in frangendo lapidem. & est remotum vt faceret hoc propter partem frigidam solum: sed facit hoc propter calidam partem, quę est in tali substantia, & ideo miscemus ipsum cum medicinis calidis, quamuis sit debilioris caloris istis. sed cum hoc toto est aliquid in aceto, quod hanc operationem adiuuat, sicut stypticitas sua.

* a.l: pter hoc qd ei' scđa virtus opponatur illi secūde virtuti posite nobis.

Et idcirco dicimus ꝙ medicina debilis mixta cum forti, prodest fortificationi fortioris, quia operationes medicinarum in corporibus humanis non sunt nisi per viam comparationis, & assimilationis corporibus humanis, & * non sunt nisi ex parte ipsiusmet medicinę. quia tu vides multas medicinas, in quibus est pauca caliditas, & comparatę humanis corporibus

* a.l.non rōne medicaminum ex se ipsis

A corporibus inueniuntur calidiores illis, quæ videntur illis calidiores. Et sic potest esse semen apij, coniunctum cum semine melonis: & fit fortius in operatione quam apium solum in corpore humano. & quando Medicus subtiliter considerauerit hoc, non medicabitur cum simplici medicina.

Et hęc pręparatio inuenitur in compositionibus Antiquorum, sicut in oximelle seminum; * quia considerauerunt cum aceto fortificare secundam operationem mellis idcirco laudauerunt illas medicinas simplices, quarum secundę virtutes adiuuant se adinuicem, quamuis in primis sunt contrarię, sicut de * iride, & de aliis simplicibus medicinis. Et in summa iuuamentum istius præparationis non est nisi secundis virtutibus & tertijs. Et quamuis inueniatur scriptum in dictis Antiquorum, non tamen ostenderunt rationem. Sed nobiles viri filii Auenzoar testificati sunt hoc. & * illi sunt, quibus debet attribui scientia Medicinę.

* a.l. quāuis nō cōceperūt eius siccitatē in cōpositiōe sua sed tāntum caliditatis eius succurrerunt per acetū.

* a.l. adianto.

* a.l. in arte medica multa bona optinuerūt.

Terta necessitas compositionis est, vt ponatur in medicinis purgatiuis aliquid ad refrenandum, vt non lædant membra principalia. Sed aliquando ponuntur medicinę ad dulcorandum medicinam, quę habet

B malum saporem, & ad hoc vt sit amicabilior naturæ, sicut sunt confectiones, quę fiunt cum melle & zuccharo: quāuis in multis locis sint cōtrarię nostræ intentioni, sicut in medicina, a qua quęrimus frigiditatem, & stypticitatem hucusque: diximus modos necessitatis compositionis simplicium medicinarum.

Tertia compositionis medicinarum necessitas.

De mensura, & proportione medicinarum simplicium, compositas ingredientium.
Cap. LVIII.

Deinceps volumus dicere pręparationem quantitatis simplicis medicinæ, quę ponitur in compositione medicinę. Et hoc duobus modis fit. vnus est, propterea quia nos non damus ex medicina simplici quācunque quantitatem, sed quantitatem determinatam, quod facimus propter fortitudinem medicinę, aūt eius debilitatem. Et debemus hanc eandem viam inspicere & in compositis: hoc

C est, quia debemus ponere ex forti paucam quantitatem, & ex debili multam quantitatem, secundum quod ordinatum fuit in theriaca.

Alter est, quando in vna medicina composita simplex medicina habet vltimum iuuamen quęsitum, & alię, quę ponuntur, non ponuntur nisi propter ipsam: sicut sunt trochisci de lacca, & alia composita, quę ab vna rerum intrantium nominantur.

Et potest esse, vt non ponatur in vna compositione alicuius medicinæ simplicis multa quantitas, nisi propter iuuamentum multum, quod est in ea, Et potest esse, vt nos ponamus multum ex medicina composita propter remotionem membri, & hoc fit propter debilitatem medicinę comparatione illi membro.

Et potest esse vt istæ causę fortificentur adinuicem, & potest esse vt vna resistat alteri: sicut quando coniunguntur in vna medicina res multi iuuamēti cum debilitate earū, & remotione loci. propterea si sunt ex illis, quæ sunt multi iuuamenti, debemus ponere multam quantitatē: & si sint pauci iuuamēti, debemus ponere exiguam quantitatem, & maxime quando coniungitur cum pauco iuuamento multum nocumentum,

D

& * quando est media inter paucum iuuamentum & multum, erit me dia inter multum & paucum:

Sed ideo quia quantitas medicinarum laxatiuarum*non potest ferre multam quantitatem augmenti & diminutionis, sicut ferunt aliæ, est nobis necesse in compositionibus earum vti duabus rebus. Vna, quia debes accipere de vnaquaque illarum vnam *dosi. & postea dabis ex illo operationem vnius * illarum ad totum. hoc est, si erunt quatuor medicinæ, dabis quartam partem:

Altera est, quia tu debes accipere ex dosi integra vniuscuiusque medicine* aliquid secundum operationem vnius medicinarum *cōpositarum. Et ideo, quia vna ex rebus, quæ magis necessaria est Medico in compositione medicinarum, est vt sciat in quo gradu est medicina composita in primis virtutibus, secundis, & tertiis, si sciri posset, de hoc volumus loqui.

Et dicimus, ꝙ quando homo vult scire gradum medicinæ compositæ ex qualitatibus medicinarum simplicium, primo debet facere hāc distinctionem: hoc est, quia impossibile est vt euadat medicina composita ab vna duarum rerum, aut vt sint medicinæ simplices, ex quibus est composita, vnius generis, idest vt sint omnes calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ: aut sint ex virtutibus contrariis, hoc est vt quædam sint calidæ, quædam frigidæ, quædam humidæ, quędā siccæ. E

Et etiam prima particula non euadit ab vna duarum rerum: hoc est aut vt sint illæ medicinæ, quas diximus esse vnius generis, in vno gradu virtutis, quæ est sub vno genere, hoc est verbi gratia vt sint in vno gradu calidi & sicci: aut vna habeat egressum super alteram, ita vt vna sit temperata, & altera sit calida in primo gradu, & alia in secundo, & alia in tertio, & alia in quarto.

Et pars secunda etiam non euadit ab vna duarum rerum: aut vt illæ medicinæ, quæ sunt contrariæ, sint in vno gradu contrarietatis: aut vna habeat egressum super aliam in illa contrarietate, verbi gratia ꝙ vna sit calida * in tertio gradu, & alia frigida in primo, & alia sicca in secundo, & alia humida in primo. Et aliquando accidit vt coniungantur omnia hæc quatuor in vna medicina. Et cognitio simplicis dabit tibi cognitionem compositi.

Et via speculationis in prima particula, quam diximus, ꝙ virtutes medicinarum sunt in ea in vno genere, & in uno gradu, est vt apparet, * vt esse debeat gradus coniuncti totius in uno & eodem gradu, quo est vna singularium per se: * saluo vt non aequirat admixtionem, & vnam formam, quæ esset comparationis corporis humani calidior, aut frigidior vniuscuiusque simpliciū per se: & maxime in medicinis, quæ diu stant confectæ, antequam eis vtamur. * & forte ero contentus in fine, ꝙ hoc accidat in pluribus compositionibus. F

Sed quando erunt medicinæ contrariæ in vno gradu contrarietatis, tunc de necessitate vnā vincet alteram, & erit medicina temperata: saluo ꝙ earum quantitates sint illa quantitas, in qua possit esse ille gradus virtutis. Quia medicina, quæ est calida in primo gradu, aut secundo, non est sic in * omni quantitate *accident: quod est, quia cum mel sit calidum in secundo gradu, & sandali sint frigidi in secundo, mel vincet sandalum, si ex melle concedantur duæ vnciæ, & ex sandalis ℥. ij. sed duæ ℥. mellis non vincent duas ℥. sandalorum.

Sed si medicinæ non sunt contrariæ in eodem gradu contrarietatis. sed erit gratia exempli, vna frigida in primo gradu, altera calida in ter

* a.l. & quādo hę causę fuerit ęquales, tunc ponenda est de eo medicamine proportio inter multum & paucum.
*a.l. ex integra portione.
* a.l. quantitatem proportionis vnius illorum medicamētorum ad totū.
* a.l. proportio illorum medicaminum aggregatorum ad totum.
*a.l. In secūdo
* adde verisimile.
*a.l. se nisi contigat ex hac mistura vna forma.
*a.l. imo vt plurimū res ita se habet.
*a.l. quacūque.
*a.l. contigerit.

A tio, & alia frigida in secundo & alia calida in quarto: manifestum est ꝙ frigida remittet ex calida, secundum ꝙ est in gradu frigiditatis in uno gradu, aut in duobus: hoc est, quia res, quę est frigida in primo, deducet calidam in tertio ad calidam in secundo: & eodem modo quę est frigida in secundo reducet calidam in quarto ad calidam in secundo, & semper erit victoria secundum * vnum gradum. quia illa, quę est frigida in secundo, reducet illam, quę est calida in tertio, ad illam, quę est calida in primo. & totum hoc est, quando quantitas medicinarum est ęqualis. Et non intendas ęquale in pondere, sed ęquale in virtutibus. & hęc quantitas est in primo gradu graduum, in quibus manifestantur operationes medicinarum in corpore humano.

*a.l. numerum.

Et si diuersificantur virtutes contrarię * secundum magis & minus, & diuersificantur * quantitates medicinę debilis erit multa, hoc est duplum quantitatis fortis, tunc remouebit ex forti gradum vnum oltra gradum, quem remisit propter qualitatem. Verbi gratia si habuerimus vnam medicinam calidam in tertio gradu, & aliam frigidam in primo, & quę erit frigida in primo, erit duplum quantitatis eius, que est calida B in tertio gradu, ex gradibus in quibus manifestatur operatio illius medicinę in corpore, tunc remittet * secundum ꝙ dictum est: sed si erit tripla in quantitate gradus operationis, reducet ipsam ad temperantiam. Et si medicina calida, aut frigida erit minoris quantitatis quantitate prima, non curamus de ea.

* adde inter se.
*a.l. tunc si quātitas.
*a.l. illud medicamen frigidū non solum ad secundum gradum illud calidum, uerū etiā ad primum.

Et si fuerit contrarium, hoc est si medicina fortis erit ipsa, quæ multa est in quantitate, plus quam sua quantitas prima in gradu operationis, & debilis remanebit in sua quantitate prima, tunc debilis non remittet ex forti nisi secundum comparationem illius quantitatis verbi gratia si erit quantitas ex forti dupla suæ quantitates primę in gradu operationi, & debilis remanebit in sua prima quantitate: hoc est quia debilis erit calida in primo gradu, & fortis erit frigida in tertio, * tunc calida non reducet frigidam a tertio vsque ad secundum, sed reducet a tertio media mensura a tertia ad secundam.

* a.l. sed remittet ipsū de tertio gradu ad medium quod est inter tertium & secundum gradum.

Et causa huius est, quia quando duplicatur prima quantitas medicinę, tunc duplicatur etiam qualitas, & egredietur ex gradu suo in caliditate, aut frigiditate * ad alium gradum, Ideo quando tu inuenis vnam medicinam, quę erit frigida aut calida in tertio gradu, & erit duplicata C eius prima quantitas in gradu operationis, ipsa interficiet de necessitate, sicut interficit venenum.

*a. l. ad alium gradū transibit.

Sed medicinæ, quę sunt in vno gradu, siue in vno genere virtutum, et illarum gradus diuersificantur, hac re illarum preparatio iterum est, vt medicina, quę est debilis virtutis, remittat ex forti. & iam dedimus causam huius.

Sed adhuc necesse est, vt intelligat hoc secundum viam, quam dicemus. hoc est, quia medicinarum, quę sunt contrariarum virtutum, vna non remittit, vel alterat aliam, nisi secundum ꝙ habet de qualitate contrarietatum, quod est, quia medicina, quę est frigida in primo, non remittit eam, quę est calida in secundo, nisi secundum * superfluitatem, quam habet, hoc est vnum gradum.

* a.l. ꝙ superat in frigiditate.

Et idcirco de necessitate est, ꝙ ex medicinis, quę sunt in vno genere virtutum, debilis remittat ex forti secundum comparationem in medicina debili ad suum contrarium de maiore illa, quę est in medicina forti. Verbi gratia, frigiditas, quę est in medicina calida in primo gradu, est maior comparata in calore, qui est in ea, quam illa, quę est cali-

da in secundo gradu. & frigiditas, quę est in medicina, quę est calida in tertio gradu, est minoris comparationis suo calori, quã frigiditas, quę est in medicina calida in secundo gradu. ergo medicina temperata in medicinis, quę sunt in vno genere virtutum, est propinquior ad remittendum eam, quę est frigidior ea: propterea quia compositio cõtrarietatum in ea est propinquior compositioni temperantiæ. & post illam illa, quæ est in primo gradu: ideo quia vnum contrariorum est debilius in illa. & post illam illa, quæ est in secundo; eo ꝙ vnum contrariorum est debilius eo, quod est in illa, quę est in primo gradu, & minoris compositionis. & post illam illa, quę est in tertio gradu: propterea quia contrarium, quod est in illa, est minoris compositionis cæteris alijs. D

Verbi gratia, si miscuerimus vnam medicinam temperatam cum alia, quę sit calida in secundo gradu, non habet virtutem secundum naturam reducendi ipsam ad primum gradum: ideo quia illa, quę hoc debet facere, necessario erit frigida in primo gradu: sed hoc reducit eam ad rem, quę non attingit hunc gradum. Et si miscuerimus cum illa, quę est calida in secundo gradu, medicinam calidam in primo gradu, remittet etiam ipsam, sed minus etiam quam temperata. propterea quia *compositio frigiditatis ad caliditatem calidæ in primo gradu est minor * compositione, quę est ad temperatam: sicut est in temperata minor *ccmpositio quam in illa, quę est frigida in primo gradu. E

* a.l. ratio.
* a.l. ratione.
* a.l. ratione.

Propterea impossibile est medicinę temperatę vt remittat ex ea, quę est calida in secundo gradu, tantum, quantum remittit illa, quę est frigida in primo gradu. Et etiam est impossibile calidę in primo gradu, vt remittat ex calida in secundo tantum, quantum remittit temperata. Et sic est impossibile vt remittat calida in secundo gradu ex calida in tertio gradu tantum, quantum calida in primo: & adhuc plus temperata, aut frigida in primo gradu.

Sed quia Medici non viderunt, neque considerauerunt in his, dicunt, ꝙ quando nos miscemus vnam medicinam calidam in primo gradu cum alia calida in tertio gradu, ipsa reducit ipsam ad caliditatem in secundo. O vtinam ego scirem de ista, quę est calida in tertio gradu, * vnam, quę esset frigida in primo, * ad quem gradum reduceretur. Si dicerent ꝙ reducatur ad secundum gradum: Responde, ergo calida in primo, & frigida in primo reducent calidam in tertio ad * vnum gradum, & hoc est vanum. Et si dixerint ꝙ frigida in primo gradu reducet calidam in tertio ad calidam in primo: Ergo, respondemus ꝙ frigida in secundo reducet calidam in tertio ad temperatam. & hoc est impossibile sicut aliud. & iste error prouenit a priuatione scientię. F

* a.l. si adderetur vna.
* adde per calidam in primo.
* a.l. ad secundum gradum.

Et posuit hunc errorem homo, qui dicitur Alchindus: quia ipse fecit vnam compilationem tractuum, & in illis credidit dare cognosci naturam medicinarum compositarum, & voluit hoc demonstrare per partem Algorismi, & Musicę: sicut fecit ille, qui speculatur res per accidens. Et dicit ꝙ * compositio quatuor graduum medicinarum est cõpositio * duplex: ita ꝙ quartus gradus deueniet ad quadruplicatus. propterea quia ponit primum gradum duplum temperantię, & secundum duplum primi, & tertium duplum secundi, & quartum duplum tertij, & erat ei sufficiens dicere ꝙ secundus esset duplum primi, & tertius triplum, & quartus quadruplum.

* a.l. proportio.
* a.l. dupla.

Et sic intellexerunt Medici in ordine graduum, ad hoc vt essent

A æquales. Quia caliditatem sensibilem corpori posuerunt in primo gradu. & ab hac deuenerunt a medicina, quę est remota ab illa tantum, quantum fuit remota illa a temperata, & posuerunt illam in secundo gradu: & istud sine dubio est duplum primi. & post hunc deuenerunt a medicina, quę est remota a secunda tantum, quantum est remota secunda a prima, & hanc posuerunt in tertio gradu, quia triplicata est, & sic fecerunt in quarto gradu.

Sed secundum *Alexandrum est necesse vt ponant secundum gradũ in excessu super primum, duplum excessus, quem habet primus super temperatum: & tertius super secundum, duplum excessos, quem habet secundus super primum. Ergo medicinæ, quę erunt in tertio gradu caliditatis, necessario interficient, & magis quę erunt in quarto. Et quomodo possunt tolerare corpora medicinas, quæ sunt in .xvi. graduũ Et adhuc ponamus ꝙ ita sit, latitudo quarti ad tertium non est proportionalis latitudini secundi ad temperantiam. * & tales latitudines deberent poni in gradu, & similiter latitudo, quę est a secundo ad tertium: & secundum illos, ordines graduum non sunt æquales. * *a.l. Alchindũ

*adde sed quales tertij ad temperatum.

B Et non posset esse maior error in hac arte quam iste: ideo quia res in qua intelleximus in primis conseruare ordinem excessum virtutis vnius super alteram, esset occulta nobis, nec ipsam cognosceremus. *adde hac ratione.

Et error Alchindi fuit, *quando posuit rem, que est in primo gradu duplam temperate in qualitate calida aut frigida, & hęc fuit causa, quia secutus fui comparationem dupli. *a.l. quotiens gradus crescũt, crescit & ipse latitudo quæ inter ipsos interuenit.

Et est dicendum, ꝙ illud, quod intelligit Galenus in primo gradu, est ꝙ habet excessum super temperamento in una parte vltra ipsum: & secundum hoc, quando componetur compositio dupli in excessum graduum, non erit necessarium, ꝙ medicina, quę est in quarto gradu, sit dupla super medicinam, quę est temperata sexdecim duplis vicibus: & ꝙ dictum Galeni significat hoc, quando dixit. Et mea intentio est in primo gradu, illa res, quę manifestatur sensui, & permutatione corporis. quia si esset intentio Gale. ꝙ primus gradus esset duplum temperati, permutatio, quę manifestatur in corpore a medicina, non esset principium permutationis. Et contemplare bene hęc verba, si sunt veracia, & non consequeris consuetudinem populorum, qui sequuntur consuetudines Medicorum nouorum.

C Huculque diximus præparationes, quibus homo potest cognoscere naturam medicinarum compositarum, & componere eas per viam cognitionis primaram virtutum: qua etiam secundas & tertias graduauimus, quod non fecerunt alij Medici. Additio illa dicti Galeni, et reliqua nõ sunt in vero exẽplari: licet reperiãtur in aliquibus in sequentibus Latinum.

De cognitione Medicinarum compositarum per experientiam. Cap. LIX.

ET est quęrendum, postquam compositio medicinarum est inuenta secundum rationem, & virtus prima, secunda, & tertia medicinę compositę scitur secundum rationem: querimus si experiẽtia habet aliquam inuentionem in virtutibus medicinarum compositarũ, sicut habet in virtutibus medicinarum simplicium. Et dicimus ꝙ primę virtutes, secundę, & tertię non indigent experientia in cõpositione, eo quod sunt inuente ratione. Sed si possibile est in medicina composita

facere aliquam proprietatem propter commixtionem, in hoc habet D experientia magnam inuentionem: propterea quia quędam proprietas est, quę habet conuenientiam cum compositione medicinę, & quędam non. Et illa, quę non habet conuenientiam, inuenitur in maiori parte in complexione naturali, non artificiali. quamuis non sit remotum inuenire proprietates in medicinis, quarum complexio facta fuit tempore longo: propterea quia complexio magis est in illis confirmata. Et ideo dicit homo, quem tu scis, ꝙ maior pars operationis theriacę prouenit a proprietate consequente totam substantiam, & dicit ꝙ nos non debemus mutare aliquid ex * receptione, quam facit Andromachus. Sed volo addere ad theriacam multas medicinas, quę non erāt notę illo tempore, vt de vnaquaque faciam probationem, quare ipsa addidero, sicut est lignum aloes, & ambra, & caryophylla. Et postquam bene declarauimus pręparationes compositionis, loquendum erit de manifestioribus medicinis compositis, & ponenda est causa illarum compositionum, & hoc faciemus in libro futuro. Et quamuis hoc non sit nobis multum necessarium, nascitur tamen inde alliqua perfectio. Et quemadmodum Musici, quando dederint principia E vocum & tonorum, & species compositionis illorum, loquuntur postea de instrumentis Musicæ magis manifestis, ad hoc vt eorum scientia sit magis manifesta, ita & nos faciemus. Et Deus nobis consentiat peruenire ad perfectionem vltimam, quę beatitudo sempiterna appellatur.

A

AVERROIS COLLIGET

LIBER SEXTVS.

SVMMA LIBRI.

De regimine sanitatis.

De fine artis Medicinæ: ac de Causis, quæ per accidens in nos corruptionem inducunt.

B

Cap. I.

CIAS ꝙ finis penes Philosophum dicitur tribus modis. Vnus est, ad quem res necessario tendit: & hic absolute dicitur finis. Secundus est, sicut forma dicitur esse finis materiæ: & hic appellatur finis perfectionis entis inseparabilis. Tertius est, vt eo existente stent res per se ipsum ordinatę: & hic finis causarum appellatur: sicut dicitur exemplariter ꝙ serra est finis vasorum, quæ per eam fiunt. Et finis artis Medicinę veraciter in primo modo, & tertio dicitur: in secundo vero largo dicitur modo. Sed hæc particula, quam incipimus modo, est nobilior duorum finium, qui iterum in hac arte requiruntur. Et hęc adhuc in duas diuiduntur partes. vna est, qualiter sanitas debet conseruari. secunda est, qualiter remoueamur prępartiones, quę inducunt in corporibus ęgritudines futuras, & hęc est pars media inter conseruationem sanitatis, & ęgritudinis remotionem. Et scias ꝙ hac sententia non valent nostra corpora tueri, nisi a corruptione, quę eis per accidens fit. Et hoc plurimum accidit propter superfluitates ciborum, quę in nostris corporibus aggregantur. quod est quia manifestum est, ꝙ * non quolibet regimine, aut cibo quilibet homo vtatur, corpus sanum remanebit semper. Et hoc est vnum electuarium, quod in hac reperitur arte, & si hoc non esset, hęc ars sufficiens non diceretur. Et idcirco bene definiuit ille, qui ipsam ingressam definiuit, dicens quod Medicina est ars operatrix, quę inuenta est experimento & ratione, conseruans quidem sanitatem, & remouens ęgritudinem. & hęc est veracior definitio, quę in aliquo libro alicuius authoris sit inuenta. Et quamuis definitio Galeni sit completa, non tamen est declarata, & est quasi diminuta. quia ille non manifestauit ex quo genere esset, quia omnes artes ministrantes, quę super naturam dominantur, aut quæ ipsam manifestant, tribus sunt modis. aut erunt sicut supersistentes absolute, qui formam, vel materiam non faciunt, sed pręcipiunt, aut

C

* a.l. si moderato regimine.

Definitio Medicinę. Pro quo vide primo huius, c. 1.

efficientes absolute, qui non præcipiunt, sed faciunt formam in materia D existente præparata, aut sunt medij, hoc est vt sint in parte efficientes, & in parte superſiſtentes: efficientes in eo ꝙ faciunt formam: superſiſtentes in eo ꝙ manifeſtant materiam. & præcipiunt super illam. Exemplum horum trium, primus eſt patronus, qui regit nauim. & magiſter qui lignamina incidit & nauim facit. & ſecundus eſt. & tertius, qui conſtruit ipſum, & ordinat, & precipit. Et hæc verba optime declaraui modo in commento ſuper Secundo Phyſicorum. Et ſcias ꝙ ars Medicinę eſt de genere earum, quæ ſunt efficientes abſolute. quod eſt, quia dat formam, qua complentur noſtrę operationes naturales, materia exiſtente præparata. & hanc formam dare non poteſt, niſi ſecundum aptitudinem materię, aut naturę, & hic eſt finis quęſitus, qui eſt ad vocandum artem vt plurimum loco conuenienti ſuo ſubiecto. Et hic aſsimilatur regimini Galeni, quo regi debet homo temperatę complexionis, quo homo peruenit ad finem naturalem ſuæ vitę, & ad mortem peruenit naturalem, quæ propter dominationem fit frigiditatis, & ſiccitatis ſuper membra principalia. Sed hæc ars non debet hunc finem tranſire. ꝙ ſi hunc finem doceret tranſire, poſsibile eſſet hominibus viuere ſemper, & huius impoſsibilitas eſt manifeſta. Et cauſa, E quę prohibet, vt hęc ars circa ſuum ſubiectum ſanabilem finem non cõſequatur, eſt ſimilis cauſę, quare etiam alię artes circa ſua ſubiecta aliquando finem laudabilem non habent: ſicut in regimine exercitantium, & transferentium, & agriculturę. Et Raſis aſsignat cauſam in vno librorum ſuorum. & eſt, ꝙ iſtę res ſupradictę multis indigent medijs ad hunc finem, quem nobis impoſsibile dare exiſtit. & bene dixit tamen dictum ipſius fuit diminutum, & indiget additione, vt melius declaretur. Et eſt hoc uerum, ꝙ hęc ars aliquando deficit in indiuiduis popter materiales præparationes, quę ſunt in ipſis, quod eſt, quia non eſt impoſsibile, vt ſint duo homines vnius eiuſdem temperatæ complexionis ęqualiter, & vtentur vno regimine, & vnus iſtorum deueniet ad meliorem finem, quem conſequi poterit per ipſius naturam, in alio vero in eodem regimine exiſtente mali generabuntur humores, qui mortem inducent. Et cauſa huius eſt, quia in eius complexione eſt mala pręparatio fixa, quę eſt cauſa, vt in ipſo hęc malitia generetur, quamuis hanc pręparationem ignoremus. Et cauſa huius ignorantię eſt: quia in naturis tot ſunt pręparationes fixę, vt eas per ſigna cognoſcere ne F queamus, & hoc accidit propter pręparationum infinitatem: ſicut in Naturali philoſophia eſt declaratum, quia ibi dicitur ꝙ quęlibet materia habet accidentia propria & fixa in ipſa, ſine accidentibus, quæ manant a forma. Et hęc accidentia, quę ſunt in materia, ſunt cauſę multitudinis varietatum, quę in naturis indiuiduorũ inueniuntur. quemadmodum accidentia propria formę ſunt cauſæ multitudinis varietatũ, quę in moralitatibus indiuiduorum hominũ cognoſcuntur. Et totum hoc eſt quia in homine multę ſpecies indiuiduorum, vel compoſitionum inueniuntur, quia eſt vltimum compoſitum. & ob hoc prouenit occultatio varietatis proprietatum, quę in naturis & moralitatibus indiuiduorum inueniuntur. quamuis in ſenſibilibus particularibus indiuiduorum manifeſtis quo ad nos communicent. Ecce aliquantulum egreſsi ſumus ordinem libri noſtri: non tamen propter hoc minus ſequetur iuuamentũ, quia hic remouimus vnum dubium, quod multi ſapientes ſcire affectãt. Deinceps ad noſtrum reuertemur propoſitum. Et dicemus ꝙ illi, qui dicunt ꝙ illi, qui reguntur ſecundum quod Gale. dicit in regimine ſani

A tatis, penitus ad bonum finem terminantur, nesciunt quomodo cognoscitur finis huius artis a parte suorum passiuorum. Et isti uiam Medicorum ignorantium sequuntur. sicut illi, qui dicunt ꝙ dies hominum sunt numerati: quia non est impossibile ut homo temperatę complexionis bono regimine regatur: & propter hoc diutius non uiuet alio, qui malo regimine potiet. Tamē hoc rarissime accidit, & ab accidēti remoto hāc artem in corruptionem non adducet, nec ipsius nobilitatem aliquo modo prosternit: quia hoc accidens propter sui raritatem fere anihilatur. Et qui appropriant ęgritudines rebus voluntariis, & rebus extrinsecis, solum ipsas apropriāt medietati suarum causarum, & etiam minori parti, quod est, quia gradus harum rerum non est nisi gradus causarum efficientium solum. Sed quia istę caulæ manifestius cernuntur, & Medici quasi omnes ægritudines ipsis adaptant: & si aliqua accidat ęgritudo, quam non pręcessetint hę causę, dicunt ꝙ hęc a diuina voluntate procedat. & quia hęc verba vulgaribus placent, nolumus ea vituperare. Et postquam sufficienter locuti sumus de iuuamento huius artis, deinceps volumus loqui de causis, quę nobis per accidens corruptionem adducunt, quibus repugnare possumus per hanc artem: & solum

B sunt causę efficientes. Sed istarum quędam tales sunt, ꝙ ipsarum custodiendi modus per se manifeste patet: sicut combustio, incisio, percussio, & similia: quia ab istis vt plurimum possumus abstinere. Sed de illis, quę de necessitate nos immutant, & sine nostro velle, de his est dicendum. Et dicimus ꝙ causæ, quę accidentaliter corrumpunt, sunt aeris permutatio, & inconueniens exercitium, sicut artium laboriosarum, & cibi & potus, & accidentia animę, & vniuersaliter omnia quę adducunt malam complexionem materialem, vel non materialem. Et quia ab bis per dietam cauere possumus, aut medium eorum tenendo, sicut in conseruatione sanitatis medium reperitur, ob hoc dicimus ꝙ impossibile est sanitatem aliquo modo conseruari, nisi per cibos temperati chymi, & quantitatis, & secundum tempus receptos, & per motum & quietem, & per superfluitatum euacuationem, & per aptum aerem cum accidentium remotione, quę ad malam complexionem adueniunt. Et melior modus ciborum est, vt comedatur secundum modum medicinalem. Et scias ꝙ superfluitates per modum fricationis, exercitij, balnei, & medicinæ euacuantur: quę omnia ingrediuntur in genere

C differentię pręseruatiuę ab ægritudinibus futuris. Et quamuis hoc mirabile videatur, incipiamus a fricationis specie, & ipsius iuuamenta dicemus: & de speciebus exercitij, & eius iuuamentis, & aliorum: & postea reuertemur, & dicemus qualiter vnaquęq; maneries complexionum debeat conseruari. Et satis in eo quod pręterijt, de virtutibus ciborum sumus locuti. sed in hoc libro dicemus qualiter eis debemus vti: & qualiter cum eis debet sanitas conseruari. Et similiter etiam de virtutibus medicinarum sumus locuti: & deinceps dicemus qualiter cū ipsis sanitas debet effici, & conseruari.

De Exercitio, & modius eius.
Cap. II.

ET ab exercitio incipiemus, & dicemus ꝙ exercitium est vniuersaliter membrorum motus aliqua voluntate, & hoc fit proprie in membris motum voluntarium habentibus: & secundario in

membris animalibus habentibus motum, ficut funt venę, & inftrumenta nutrimenti. Et quia exercitium eft membrorum motus: ergo exercitium quoddam eft proprium, quoddam eft commune. Commune quidem eft illud, quod totum continet corpus: & ifte eft motus vniuerfalis abftractionis, cui omnia communicant animalia. Et exercitium proprium eft, quod certis appropriatur membris: quemadmodum vox, quę exercitium eft pulmonis: & federe, & fuper pedes ftare eft dorfi exercitium. Et docetur in motu membrorum nouiter ꝙ exercitium fit proprium omni membro. Hęc eft diuifio, quę fit a parte membrorum. Sed alia fit diuifio exercitij, in eo ꝙ exercitium eft, quia quoddam eft exercitium forte, & quoddam debile, & quoddam eft temperatum. Forte vero, & debile, quoddam aduenit propter abftractionem illius, qui folum fua membra fatigat. & in hoc ingreditur exercitium velox, & tardum. Et aliquando ex repugnantia, quę inter ipfum & alium motorem fit, vt vnus prę matur ab alio: aut ficut effet in eleuatione magni ponderis lapidei, & in hoc exercitio velocitas vel tarditas non intrat. Et aliquando in vno exercitio velocitas & fortitudo coniunguntur, ficut in iocantibus cum fpathis. Et iuuamentum exercitij temperati vniuerfale eft. quia fpiritum intrinfecum augmentat: & fuperfluitates membrorum nutrimenti expellit, aut refoluit: & fubftantiam membrorum mollificat. Et ideo in omnibus alijs rebus corporis eft magis iuuatiuum. Quod eft, quia calor, & fpiritus augmentati per ipfum funt fimiles naturali calori extrinfeco. fed calor augmentatus ab alijs extrinfecis rebus, quemadmodum per medicinas, aut per alias res, quę calefaciunt actum, eft ficut calor per accidens. Et quando fit exercitium poft digeftionem, iuuamenta facit fupradicta. Sed fi ante digeftionem inchoetur, & fiat, credendum eft vt membra trahant ad fe cibum indigeftum: & ꝙ ifte motus lędet retentiuam membrorum virtutem, & expelletur cibus indigeftus. Et vniuerfaliter operatio virtutis digeftiuæ non completur nifi per quietem, ficut operatio expulfiuę non nifi motu completur. Et idcirco hoc, quod dictum eft, tempus exercitio attribuimus. & huius temporis fignum eft, quando vrina colorata eft colore cittrino, vel fubcitrino. Quantitas vero exercitij eft, quoufque homo fudare incipiat, & anhelitus augeatur, & color corporis incipiat rubificari, & venæ ingroffari, & quando ad hunc peruenerit terminum, tunc debet fedari. Quod eft, quia forte exercitium corpus nimis euacuat, & debilitatem inducit, & hoc manifeftatur in forti exercitio exercitantis. Exercitium vero debile, quod euacuandum eft, non euacuat: nec per ipfum poteft confumi, quod ab ipfo eft diffolutum. Sed temperatum proportionabiliter diffoluit, & confumit: & ob hoc fubftantiam membrorum augmentat, & corpus impinguat. Et vniuerfaliter temperatum exercitium conferuandæ fanitatis mirabilis caufa exiftit. Et malitia, quę propter priuationem exercitij accidit in carceratis manifeftatur: quia illorum facies cachecticę fiunt, & eorum color eft impurus, & omnes ipfius operationes funt lefæ. Et hoc non folum homini accidit, verum etiam alijs animalibus * fouentibus contingit: ficut volucribus in cauernis detentis, & hoc fufficiat de exercitio.

* a .l. calcantibus.

A

De Fricatione, & modis eius.
Cap. III.

FRicatio similiter habet inuentionem in superfluitatum euacuatione tertię digestionis. Et illius species simplices sunt sex. videlicet tres secundum qualitatem, & tres secundum quantitatem. secundum qualitatem, vt sit aspera lenis, aut temperata: aut si vis dicere, fortis, debilis aut media. secundum vero quantitatem vt multa, pauca, aut media. Sed operatio fortis in corporibus est obturatio pororum, & durities corporum. Sed debilis operatio est pororum apertio, & mollities corporum. Et operatio media inter has duas medium obtinet. Operatio vero multa est causa maciei corporis: & temperatę operatio est temperate carnem augmentare, sed pauca in augmento operationem non habet, nisi quia aliquantulum calefacit. Istæ sunt
B operationes specierum fricationis simplicium: & per scientiam simplicium scientiam compositarum cognoscemus. Tempora vero fricationi conuenientia sunt eadem cum temporibus exerciti. Et ego in eo quod futurum est, species exercitij cum speciebus fricationis ordinabo.

De iuuamentibus Balnei.
Cap. IIII.

ET quia balneum est vnum ex his similiter, quę superfluitates euacuant, debemus loqui de virtutibus partium balnei. Et dicimus ꝙ balneum in nobis diuersas imprimit operationes, primas videlicet, secundas, & tertias: Nam ipsum humectat, & exiccat, infrigidat, & calefacit: superfluitates quæ sunt in poris, & sub cute euacuat, & aliquando oppilat: ventositatem dissoluit: inflationem remouet: & corpora nutrimento pręparat: & aliquando commouet appetitum. & materiam de vno membro ad aliud spargit: & humores
C fluxibiles facit: & etiam dolores mitigat: & aliquando ipsos remouet. Et harum contrarietatum causa vna ex tribus rebus existit. Vna est diuersitas partium balnei. Alia est diuersitas corporum patientium. Tertia est diuersitas morę in balneo. Partes vero balnei sunt aqua frigida, calida, domus balnei, & aer ipsius. & istę eędem habent gradus. quod est, quia aqua calida inter calidum & frigidum temperata corpus refrigerat et humectat, & paucam dissolutionem operatur. & in hac pauca dissolutione abstergit sordiciem, quę in cuti retinetur. Et aer, qui naturam huius aquę retinet, ad paucum sudorem corpus inducit, propter quem euacuantur a corpore superfluitates subtiles, & hęc est natura primæ domus. Et quamuis aer humidior sit aqua, sicut alibi declaratum est, tamen non humectat corpus sicut aqua: eo ꝙ non applicatur corpori, sicut aqua: immo desiccat corpora, & secundum ꝙ calidior est, plus desiccat. Aqua vero, & aer calidissima calefaciunt corpora, & aliquando desiccant, & superfluitates euacuant, & has superfluitates euacuando ventositates dissoluunt, & aer cum hic desiccat, quemadmodum dictum est. Et hæ actiones

non fiunt nisi in corporibus mundis. sed in corporibus superfluitatibus plenis poros cutis oppilat. quod est quia propter malitiam superfluitatum & multitudinem pori clauduntur: & ob hoc superfluitates egredi non possunt. & tunc fiunt patienti horripilationes, & discurrunt humores, & mouentur de vno membro ad aliud membrum. Et propterea non est vtile balneum habentibus repletionem corporis, aut vnius membri, Tertia causa mediana in his rebus adhuc fortior existit. Et balneum dolores nō remouet, nisi illos, qui sunt aspersione materię causati: sicut apostemata, & his similia. Et infrigidatio ex balneo aliquando fit per se, aliquando per accidens. Sed quę per accidens fit, est cum balneum poros aperit, & cum superfluitatibus calorem & spiritum euacuat: & quæ per se infrigidatio fit, ipsa propter aquam frigidam, quę in balneo est, frigiditatem operatur. Et apponitur aqua frigida corpori, vt caliditatem calidæ aquę reprimat, & mollificationem membrorum rectificet, & calorem naturalem corripiat secundum modum correctionis fabrorum, & coquorum, qui vtuntur frigiditate in fine propter intentionem suam. Sed scias ꝙ non debemus cum aqua frigida balneare nisi post superfluitatum euacuationem. Et scias ꝙ omnes partes balnei in corporibus puris bonas actiones operantur, vna alteri non resistente, quia dissoluunt superfluitates, & euacuant sine lęsione virtutum, & membra mollificant sine neruorum relaxatione. & humectant sine calefactione, & sine oppilatione refrigerant absque inuiscatione. Et hęc omnia non nisi cum partibus calidi & frigidi complentur. & si aliquid in eis damni percipitur, istud est in corporibus impuris: quia in puris nullum damnum euenire potest. D E

De operationibus Somni, & Vigiliæ. Cap. V.

OPerationes somni in corporibus sunt digestio, & humectatio. Et vigiliæ operationes sunt dissolutio, & consumptio, & attractio caloris intrinseci ad partes extrinsecas. Et causas somni, & vigilię dixi secundum modum Philosophię in his, quæ pręcesserunt. Sed quando superfluit somnus, calorem extinguit naturalem, & corpus inducit ad inuidam dispositionē. Et qn̄ vigilię exuberant, corpus desiccant, & calorem dissoluunt naturalē, & calorē accidentalem incendūt: Sufficit illud, qd diximus de rebus, quarū memoria pręcedere debeat. F

De regimine Corporum: & primo corporis Temperati. Cap. VI.

DEinceps narrandum est de conseruatione sanitatis vniuscuiusque nouem complexionum. & videtur nobis vt a temperata incipiamus. Et dicamus ꝙ in illa quasi non est necesse nisi arbitrari temperamentum ciborum, exercitiorum, fricationum, balneorum, somni & vigiliarum, & accidentium animę, & circunstantiarum, vel aerem temperatum. & hoc in corpore operatio appellatur per modum doctrinę, & operationis. Et hic errauerūt illi, qui nō credebāt artem Medicinę in conseruatione sanitatis cōplexionis temperatę habere ingressum: eo ꝙ credebant ipsam esse operationem solum in parte curatiua,

A Et vere pars curatiua in complexione temperata necessaria non est: & si casu contingeret, raro tamen esset. Et quamuis dicat Gale. ꝙ in cõseruatione sanitatis optimę complexionis medicinalibus non indigeamus, tamen in conseruatione eiusdem in longo tempore post natiuitatem indiuidui talis indigere videtur, eo quod ea quę secundum ipsum necessaria sunt, videlicet exercitium, balneum, & alia similia difficillima esse videntur: & etiam apud illum, qui opinatur, ꝙ finis hominis sit sanitas propter solicitudinem temporalium gerendorum, & penes istum hoc difficile esse videtur: quanto magis erit difficile penes illum, qui opinatur ꝙ hominis sanitas est ipsius finis propter animę perfectionem, aut vt aliquam insensibilem beatitudinem consequatur, tamen hoc certum non est nisi penes paucos. Sed multi o[illegible] in[illegible]tur, non tamen sunt ex hoc certi, nec curare videntur propter victoriam partis materialis. Sed quamuis hoc regimen difficile inueniatur, tamen volumus ab eo separari: quoniam de eo breuiter loquemur, quia Auic. multum de hoc dixit, & sufficienter determinauit. Dicimus ꝙ Galenus sentire videtur in regimine complexionis temperatę, quando indiuidua

B nascuntur, vt sal tritus super corpus eorum spargatur, vt eorum corpora propter extrinsecus aduenientia induretur. Sed quod mihi melius videtur est ꝙ super eorum corpora propter extrinsecus aduenientia indurentur. Sed quod mihi melius videtur, est ꝙ super eorum corpora ponatur res non mordicatiua, sicut oleum de glandibus: sicut dicit Auenzoar: & quasi eandem operationem facit, quam Gale. dicit facere salem: & etiã melius, quia mordicationem non habet. Et pręcipit vt alio non cibentur nisi lactę, donec eius dentes oriantur. quia dictum est ꝙ necesse est cibum esse similem cibato: & natura lactis naturę pueri est similis, & etiam quia iste est cibus quem eidem natura pręparauit. & post dentium ortum ꝑcipit vt grossiori cibo vtantur, & humido. Tamen vt nutrix malis abstineat cibis, & vt exercitio vtatur temperato, & a coitu elongetur. quia coitus sanguinẽ prouocat menstruũ, & saporem, & odorem lactis permutat. Et vt omni die in aqua tepida balneetur, & in aere temperato, vt horripilatio tpe balnei non adueniat. Et Gale. sentit, vt hoc in domo balnei fiat. & ego dico ꝙ si aer est temperatus, non oportet vt hoc in casa balnei fiat. Et non balneetur, nisi cũ venter a lacte vacuus existit, ad hoc vt cibus ad membra indigestus non attra

C hatur. & fiat post longum somnum. Et cunæ motus loco exercitij existit. Et a rebus eis terrorem, & tristitiam inferentibus conseruentur, vt eorum naturæ ad pigritiã non cõuertantur. Et vt calor ipsorũ naturalis in ipsis non suffocetur, & dulces cantus, & dulces soni, & omnia quę ipsos lętificãt, sunt congrua: vt eorum naturalis calor accrescat, & ipsorum animales virtutes confortentur. Et similiter indigent pulchris formis, & figuris. Et maior lęsionũ pars, quę pueris accidit, est aut propter calorem aut frigus, aut terrorem, aut aliã extrinseca, & hoc modo pueri regi debent, donec deãbulare cęperint, hoc est vsq; ad annum tertiũ. Et abinde exercitio omni die vtantur, & post exercitium fricatione, et post ipsam balneo. Et plus debent cibari cibo in quantitate, & qualitate temperato. Et iterum cum cibari voluerint, ista eadem sibi ordinentur. Exercitium tamen eorum excessum nõ debet habere, vt per ipsum eorum corpora non desiccentur, & ne per hoc eis augmentum prohibeatur. Et in aqua frigida balneari non debent: quia aqua frigida cremento resistit. Et hoc regimen tribus septimanis annorum seruetur. Et scias ꝙ vinum, & ceruisia sunt mala: quia eorum capita replent, & malo.

calore calefaciunt eos, & mentem ipsorum perturbant. In tempore ve D
ro iuuentutis bonum eis & vtile existit: eo ꝙ tunc in eis duæ cholerę manifestantur, videlicet rubea, & nigra: vna per naturam, alia vero per accidens. & vinum atque ceruisia istis duabus resistunt choleris, & eas a corpore expellunt, melancholię vero a tota specie resistunt. Sed choleram rubeam per vrinam educunt, & membra humectant, in quibus siccitas superuenit. Vniuersaliter cibi iuuenum subtiles esse non debent. Et ex melioribus carnibus, quas comedere debent, vel possunt, sunt carnes perdicum cum medulla panis præparatę Et ab herbis omnibus, & fructibus humidis abstinere debent. Et videtur mihi ꝙ homines talis complexionis, & qui tali regimine reguntur, sunt parati Physicam scientiam recipere per naturam: & vnam ex tribus perfectionibus, quas dixit Alexander necessarias esse Philosopho videntur habere. Post vero tres septimanas eodem regimine regantur. Sed post digestionem panis exuantur, & cum oleo fricentur dulci: & fricatio sit mollis & lentas vt duritiem non operetur. & hęc fricatio est necessaria, vt corpus bono exercitio prępararetur. Et si ante fricationem exercitium inchoarent, possibile esset vt ex hoc pori E
oppilarentur propter superfluitates, quæ exitum prepararent. Et oleum oliuę calidum necessarium est: quia duritiem remollit, & superfluitates dissoluit, Mandilia mollia esse debent: ne contagio carni vllam lęsionem possint inferre. Et fricatio quidem a superiori fieri debet ad inferius, & ab inferiori ad superius, & ex latere ad latus, & ex trãsuerso ad transuersum. & hoc agendo, ab omni parte pori aperiunt. Et aer, in quo pannos exuęt, debet esse similis aeri veris: ad hoc, vt superfluitatum euacuationes mensuratę efficiantur. quod est, quia frigidus aer euacuationi resistit, & calidus superfluam operationem operatur, & ideo temperatus aer ab omnibus, vel a pluribus postulatur. Et post fricationem supradictam debet aggredi exercitium mediocre inter debile & forte, & velox & tardum; quemadmodum est ludus paruę pilæ, sicut dicit Galenus in libro, quem de pila composuit, quod est quia ludus grossæ pilę, qui cum pedibus perficitur, non laudatur: quia fortis est, & efficitur cum timore. Et hoc exercitium perseuare debet, donec anhelitus eleuetur, & corpus rotari incipiat, & tumor ipsius diminui incipiat, Item dicit Galenus, ꝙ hęc quantitas exercitij ab exercitantibus non cognoscitur, nisi secundo aut tertio die: ita ꝙ errore cognito ab ipso consentit corrigere, si exercitium superfluum fuerit vna F
die, sequenti diminuetur. Post hęc vero anhelitus retineatur, secundum ꝙ possibile est. quod est, quia retinendo anhelitum, naturalis calor fortificatur, & poros aperit, & per eosdem superfluitates expellit. quemadmodum illi faciunt, qui foramina dilatare intendunt, quia exufflando foramen aperitur. & debet constrictio esse cum extensione musculi pectoris, ac diaphragmatis. Sed extensio musculi ventris parua debet esse. quod est, quia per hanc extensionem superfluitates pectoris, & pulmonis ad membra nutritiua expelluntur: & propter extensionem musculi ventris, superfluitates, quę in ipsis sunt, & quæ ab illis transmissæ sunt, inferius expelluntur. Et qui habet diaphragma debile, a constrictione anhelitus penitus abstineat, quia tunc superfluitates ad cerebrum mitterētur, sicut videmus in sufflantibus in istrumentis. quia ipsorum venę inflantur in facie, & ipsę facieş rubedinem adipiscuntur. & hoc accidit propter humorum, & spirituum ascensum ad caput. Hoc facto, fricatio fieri debet, quę eldalich dicitur, Et hęc fricatio multa de-

A bet esse,& ad asperitatem declinans propter duas intentiones. Vna est, vt superfluitates subcutaneę emundentur, quę ab exercitio sunt transmisse, Et alia est, vt corpus solidetur, & vapores boni retineantur, vt ab his, quę ab exercitio accidunt, non alterentur. Iste quidem operationes, quę circa corpus exercentur, interpolationem requirunt, & quietem, Sed fricatio simul ac velociter fieri debet, sicut dicit Galenus, quia si totum corpus mandilibus simul & semel fricari posset, vtilius esset, vt superfluitates simul & semel a corpore exhalarent. & hęc fricatio, vt dictum est, cum oleo dulci debet fieri. Iuuenes autem, qui hanc habent complexionem, quando peruenerint ad quartam septimanam annorum, in aqua frigida balneari debent, propter solidationem raritatis in eorum membris ab exercitio derelictę: vt calor propter exercitium sparsus aggregetur, & ad suum proprium tenorem reuertatur, operationes suas integre adimplendo, & eodem modo hic aqua quæritur frigida, quemadmodum in exeuntibus a balneo postulatur. Aqua vero ista nimiam frigiditatem non habeat, nec etiam in ipsa temperantia adesse debet. quod est, quia frigida vt nix, membra lędit

B & remisse frigida nostram intentionem non habet: & hęc balneatio subita debet esse. Sed in balneatione vel ablutione capitis aqua frigida, indigemus speculatione. Et quando Gale. fuit de ea locutus, non posuit sufficientes conditiones: nec de ea ego dubito, nisi quia caput est membrum frigidum per naturam. & in summa vtrum debeat balneari, aut non dico ꝙ non. Et post hęc omnia cibari debet laudabili cibo, sicut carnibus gallinę, & pane perfecto, vt dictum est præparato, & carnibus hœdinis, & annualis agni, & vituli lactentis. Hora uero cibandi erit, cum omnes digestiones fuerint celebrate. Et secundum sententiam dicentis ꝙ homo bis in die cibetur, erit necessarium, vt bis exercitetur, & bis balneetur. Et Galenus dicit ꝙ quidam Medici dicunt ꝙ hæc debent ter in die celebrari. & hoc eidem placere videtur. de quo non modicum admiror, quod est, quia si hoc fiat ter, & horę cibi tertiam cōfectionem habebunt. qđ est, quia cum corpus iuuenis hoc regimine vtentis sit fortis naturę, & bonę digestionis, non indiget vt ipsius cibus tertia digestione diuidatur, & hęc partitio non conuenit nisi senibus, & debilibus natura. vt idem ipse Gale. refert. Et si aliquis diceret ꝙ huius partitionis necessitas propriam necessitatem sequeretur, inde er- Contra Galenum.

C ror prouenit, quia contrarium habet verum, quod est, quia necessitas partitionis horarum exercitij, & balneorum sequitur necessitatem partitionis horarum ciborum. Tamen noui Medici sentiunt ꝙ conuenientia tempora concedendi temperatis complexionibus sunt, vt tribus vicibus duobus celebretur diebus. & similiter exercitium, & balneum debent fieri tribus vicibus duobus diebus. & isti mihi videntur veritati magis appropinquare. & etiam mirabilis Auenzoar huic assentire videtur.

De regimine corporis temperati per Coitum. Cap. VII.

ET coitus huic moderato vsu conueniens existit, ita vt per hoc eidem nihil accidat ex eis, quæ pręter naturam sunt. Et hoc non concedimus, nisi quia sperma est vna superfluitas pręparata a na-

tura, vt expellatur, ficut alię fuperfluitates: excepto ꝙ in fe bona D
eft. & ideo propter paruum errorem euacuationis ipfius fit magnum nocumentum. & plurimi fapientum prohibent vfum coitus in conferuatione fanitatis. Item fi exercitium eft alquo modorum conueniens poft coitum, illud eft nocumentum coitui repugnans. Et quia coitus deficcat corpora, & virtutes debilitat, & euaporat corpus, neceffe eft vt fricatio, quæ poft coitum fit, hęc nocumenta coitus recompenfet. Et neceffe eft vt hæc fricatio habeat afperitatem, vt poros conftipet, & membra confortet, & fiat cum oleo multo.

De regimine eiufdem per Somnum & Vigiliam. De Excrementorum euacuatione: ac Lafsitudinibus ab immodico exercitio prouenientibus. Cap. VIII.

E

ET fomnus ipfius neceffe eft etiam vt fit temperatus fecundum exigentiam naturę: & vltra hoc in fomno vel vigilia non cogat naturam. Et hęc omnia obferuari debent, nifi in ipfius regimine commiferit peccatum, aut aliud extrinfecum ei non fuperuenerit. Sed fi in ipfius regimine peccauerit, indiget correctione, vt repugnet huic per contrarium uerbi gratia fi comedat aliqua ftyptica, & ex hoc ventrem habeat conftipatum, neceffe eft vt rebus pinguibus vtatur. Et fi hoc accidat paucitate, & temporis longitudine, per contrarium corrigatur. quia plurimum etiam caufa conftrictionis fuperfluitatum eft propter rerum extrinfecarum malam complexionem, hoc eft caliditatis & frigiditatis: ob hoc, quia conferuari ab iftis difficile eft. Et cum dico hic fuperfluitatum conftrictionem, non folum ftercoris & vrinę intendo, fed totius corporis fuperfluitates, quæ ex eo manant: ficut ex meatu, qui inter hepar & fel exiftit, & inter hepar & fplenem, & qui prouenit ad palatum & nafum. & vniuerfaliter quando hęc membra regimen dimittunt, indigent medicinis has fuperfluitates F
euacuantibus. Et fcias quod exercitium eft vna ex rebus, quæ indigent correctione, fi in ipfo delinquitus. & peccatum, quod maxime in exercitio committitur, eft illud, quod nominatur labagi, ideft ficut pigritia, aut lafsitudo, quæ poft exercitium accidit. Et iam diximus in his quę pręterierunt, ꝙ labaget, quod prouenit a rebus extrinfecis, funt tres fpecies fimplices, vna eft vlceratiua. fecunda eft extenfiua: tertia eft apoftemofa. Et vlceratiua eft illa, quę fit ab humore calido: & fit etiam propter retentas fuperfluitates non diffolutas per exercitium, aut propter humiditates liquefactas ex pinguedine & carne propter immoderatum exercitium, vnde neceffe eft vt medicinæ adhibeantur vt has fuperfluitates euacuent, & diffoluant. & hoc fiat fricatione leui & multa: quia hæc fricatio propter fui lenitatem non oppilat, immo diffoluit: & quia multa euacuat & debet etiam fieri cum oleo calido veteri ftypticitate carente, Ex balneo vero magis neceffarium eft aereum, deinde tepidum aqueum. Et cibemur cibis fubtilioribus, humidio-

Exercitiũ indiget correptiõe.

A midioribus, atque frigidioribus solito, & paucioribus quantitate. Et correctio extensiuę debet fieri mollificatione, & idcirco debet fieri fricatio lenis cum oleo calefacto in Sole: cum oleo anethino, & cum oleo chamęmillino inutile non est, & est necesse morari in balneo temperato, & moram in ipso trahere. Correctio apostemosę, quę cum extensione fit, & lęsionis sensibilitate, & quantitatis membri augmentatione, tribus efficitur modis, euacuatione videlicet, infrigidatione, & mollificatione: propterea indiget fricatione subtili leui & multa, & debet multam attrahere moram in aqua calida, vel tepida, & inungi multo oleo tepido, sed in ęstate oleum de besafcegi, idest violaceum vtilius existit. Et cibus paucitatis istius speciei paucior debet esse cibo aliarum specierum paucitatis, & frigidior. Hoc est regimen temperatę complexionis in ętate iuuentutis vsque ad trigesimum quintū annum.

Idem ad literā Gal. Tertio de tuēda sanitate.

De regimine Senilis ætatis.
B *Cap. IX.*

POst hęc vero exercitium diminui, & cibus subtiliari est necesse. & cibi sint humidi aliquantulum ad calorem declinantes. Et in senij ætate exercitium fiat ęquale, sicut itineris suauis. & calidis & humidis indigent cibis. & hoc regimen latitudinem habent secundum magis & minus in pluralitate & diminutione annorum, & tales in vnoquoque die cibentur. & supradictum exercitium eisdem præcipiatur, & balneum, & fricatio. Et quia in corporibus senum vt plurimum superfluitates generantur, & non sufficit exercitatio illa superfluitates euacuare potenter, necessario oportet in conseruatione sanitatis, vt cibis medicinalibus, aut medicinis potiantur. Et propter hoc in principio suarum comestionum oportet vt rebus humidis reficiantur, vt bletis elixis paratis cum almuri, oleo, & sale: aut alijs similiter præparatis, clystere vero lenitiuum vltimum eis existit. & vti debent ficubus cum semine vrtice, & croco, & similibus ante cibum. Et aqua C mells existit vtilis maxime istis, qui neque vinum, neque ceruisiam bibunt, sed vinum vtilius potest existere inter alios potus. Ceruisiarū, quę fiunt ex passulis, meliores illę existunt, quę ex passulis carentibus nucleis fiunt. & hoc ideo, quia res, quæ nobiliores sunt senibus, sunt illæ, in quibus virtus styptica non reperitur, eo ꝙ resistunt ambabus suis qualitatibus ei, quod quæritur in eis. & debet esse vetus ceruisia vsque ad finem suę perfectionis: & color suus sicut color uini. Et ceruisia, quę in nostra fit terra, uetus non appellatur, nisi spatium sex mensium transcendat. & in minori tempore non est conueniens conseruationi sanitatis. & etiam uinum terrę nostrę non appellatur uinum uetus, nisi consequatur spatium vnius anni, aut medij. Et si in senibus sunt membra lęsa per naturam, exercitium eis conueniens non erit. quia senex, cui exercitium ordinatur, est ille, in quo naturalis lęsio membrorum non est. Et senibus necessarium est balneum ter in mense, aut quater. Et iam diximus ꝙ iuuenes istius complexionis non indigent balneo ad regimen sanitatis, sed senes indigent eo propter eorum exercitiorum paucitatem: quia regimen senum compositum est ex conseruatiuo & præseruatiuo. Et differentia istorum duorum re-

Senes cur indigeant laneo.

giminum est in hoc, ꝙ vnum per simile, aliud per dissimile fit. Et est necessarium senibus vitare cibos grossos inter alias res. Et si contingat eos aliquando comedere, associes eos rebus subtiliatiuis. Sed lac bonum est senibus venas habentibus largas: sed necessarium est vt cum melle vtantur. Senes vero frigidę complexionis per naturam, & venas habentes strictas, lacti non approximent. Hucusque locuti sumus de regimine temperatę complexionis, qualiter regenda sunt corpora ab infantia vsque ad senectutem. Et quamuis ista regimina sint longinqua a possibilitate istius conseruationis, tamen regulæ sunt ordinatæ volenti suam sanitatem conseruare. & si in hoc deficit, corrigere debet cũ euacuantibus superfluitates, & cum medicinis oppilationes aperientibus, & putrefactioni, & apostematibus resistentibus. D

De Corporibus uarias habentibus distemperatas complexiones. Cap. X.

Corporum distemperatorum duę species.

DE hinc volumus loqui de regimine aliarum complexionum. Et dicimus ꝙ istorum corporum duę sunt species, vna est, super cuius membra omnia dominatur mala complexio distemperata ex loco, & complexionibus distemperatis: & alia est, super cuius membra mala complexio dominatur, quę in ipsis recipit diuersitatem verbi gratia sicut cerebrum calidum, & stomachus frigidus, & hęc species secundum Gale. est deterior prima: & maxime quando talis complexio in membris radicalibus sita est. Et regimen istorum magis est propinquum præseruatiuę quã conseruatiuę: maxime in illis, quibus membra principalia in suis complexionibus, sunt distemperata. & hoc regimen est quasi medium iter regimen corporum, quę non sunt læsa, & conditionem aptitudinis, quæ ægritudinem adducit: sicut in corporibus sanis existentibus, in quibus est vnum signum, aut plura, quę ægritudinem pronosticanur, & ego narrabo in hac parte, in eo quod futurum est. E

De regimine Corporum omnium distemporatorum, tum simpliciter, tum composite. Cap. XI. F

DEinceps volumus narrare de mala complexione simplici: & incipiemus a calida. Et dicimus ꝙ in complexione istorum non apparet in principio multa lęsio: sed cum inueteratur, ipsam siccitas comitatur. & super corpora talium cholera citrina dominatur. & ideo oportet vt eorum exercitium sit facile, & suaue cum suaui deambulatione, & quietatione. Sed quod dicit Hipp. ꝙ corpora calida debent quiescere & non exercitari, non debet intelligi, nisi remisse. quod est, quia omnimoda quies corporis non ingreditur viam sanitatis. Et ob hoc necesse est vt exercitium sit cum suaui fricatione temperata: quę quidem fricatio crementum efficit in carnę, & ipsi fricationi associetur aliqua ex oleis inunctio. ex oleis frigidis, vt oleo violato, & similibus. Et balneentur in aqua tepida ad hoc, vt ex corporibus eorum superfluitates fumosę resoluantur, sed aer balnei eis vtilis non est, & si po

A stea balneantur in aqua frigida, prodest vt corrigatur damnum, si quod aqua calida facit. Et eorum refectio sit bina in die. & si siccitas in eis multum manifestaretur, tertia refectione vtantur. Sed species ciborum, secundum ꝙ dicunt Medici, debet esse secundum similitudinem in sanitate pręsentis conseruationis. & isti cibi debent esse calidi, aut calidi & sicci, & si volunt eorum complexiones alterare, debet fieri per contrarium, tamen paulatim ad hoc regimen accedant. Sed dico ꝙ istę complexiones, quę exeunt a temperamento ad vnam extremitatum, ipsę sunt proximę illi parti, vt incidant in ęgritudines ex genere illius complexionis: & hoc fit cum superuenit aliqua causa extrinseca. Et propter hanc aptitudinem, quę in eis est inuenta, dico ꝙ eorum regimen per simile ex toto fieri non debet, propterea quia tales complexiones, quales istę sunt, secundum vnum modum non perseuerant, immo sunt mobiles versus ęgritudinem complexionalem. Et propter hanc causam intelligere non debemus in regimine suorum ciborum conseruationem, immo & pręseruationem, ad resistendum ei, quod accidere eis posset ex parte suarum pręparationum malarum. Et prop

B ter hoc totum est necesse vt in cibis sit aliquod contrarium complexionibus eorum. & hoc est propter timorem occasionum extrinsecarum. nam ex parte complexionis solius non est timendum vti similibus in toto. & hęc est sententia illorum, qui sententiam istam seruant, quamuis ex toto hoc non declarent. Tamen istud regimen non sufficit nisi euacuetur humor, qui hanc fouet complexionem per vomitum, aut per fluxum ventris, Et debes intendere euacuare illum humorem per locum consuetum a natura, ita ꝙ si per vomitum, per vomitum, & si per fluxum ventris, per fluxum, & melius est per fluxum. quia talis euacuatio est magis naturę manifesta. Et mihi videtur sufficere, vt habens hanc complexionem calidam, vel calidam & siccam, purgetur cũ tamarindis, violis, & myrobolanis citrinis, & alubleb. i. corrigiola, & similibus. Et istę complexiones calidæ, aut calidę & siccę secundum plurimum sunt vaporosę & fumosę. & ob hoc balneatione indigent, ne cito ephemeram incidant. & similiter si tenui dieta longo usi fuerint tempore. Et bonum est istis aliquando post cibum balneari, vt eorum corpora impinguentur. sed qui in dextro latere sentiet grauitatem, hoc vitare debet: & est necesse vt rebus vtatur ex oppilatiuis. neq; istis

C est conueniens potatio vini & si bibãt vinũ bibere debẽt aquosum. Et vniuersaliter dico, ꝙ regimen complexionum calidarum & siccarum, & calidarum simplicium non diuersificatur in fine, nisi secundum plus & minus, quia impossibile est vt caliditas in fine non deueniat ad siccitatem. Et vtile est istis oxyzacchara in temporibus calidis frigida. cum aliquibus seminibus & herbis, quę habent virtutem aperitiuam, & prouocatiuam sine caliditate: sicut est semen scariolæ, & capillus veneris, & etiam semen apii: cuius sit sua virtus repressa in quantitate cum seminibus melonis, & cucumeris, aut cum alia re, quæ habeat temperare caliditatem & siccitatem materierum dictarum: quemadmodum est stipes scariolę, & viole. Et mirabilis Auenzoar dicit ꝙ in omnibus locis, in quibus vtimur oxyzacchara, debemus vti flore nenufaris: & maxime calido tẽpore. Et dicit per experientiam ꝙ nenufar habet sua proprietatæ pręseruare tales a febres. Item dicit ꝙ semper cum oxyzacchara debemus vti rebus, quę os stomachi fortificant, sicut aqua mastiches, aut cinamomum aut spica; quia acetum, inquantum est acetum, os stomachi, lędit. Et mihi videtur ꝙ aqua ordei tempore calido sit regimen conueniens; dummodo cum ipsa sit aliquid, quod re-

P 2

ptimat nocumentum oris stomachi ex ea. Et qui habent complexionē siccam, necesse habent eorum corpora humectare, ne in eis acceleret senectus. & hoc debent facere cum cibis humidis laudabilis chymi, sicut est caro pullorum iuuenum: & vti balneo aquæ dulcis tepidæ: & fugere laborem, & vigiliam, & omnia accidentia animæ, quę corpori faciunt acquirere caliditatem: sicut furor, & ira, & eorum similia: & assuefacere ea, quę corpori adducunt delectationem, & gaudium: & vt extrinseca, quæ eis intendimus facere, sint contraria suę complexioni, vt folia salicis, & vitis, & aquę frigidę: excepto gaudio temperato, aere temperato, & mobilibus lectis. & audire sonos amenos eis conueniens est. Sed complexionibus calidis & humidis superueniunt ęgritudines putridę, & discursus superfluitatum, & maxime tempore iuuentutis. Et idcirco necesse est vt exercitentur forti exercitio & veloci, & vtantur fricatione multa & forti, & ꝙ etiam balneentur ante cibum: & oportet vniuersaliter stomachum talium intueri, nam si ipsius complexio ad malam complexionem conuerteretur, humores totius corporis ad idem declinarent: & tunc cibus eorum declinaret ad frigiditatem & siccitatem. Et ista complexio non est temperata, sicut opinatus est Gale. Et Antiqui dixerunt ꝙ complexio naturalis est calida & humida. quia cum comparamus complexionem naturalem, inquantum est media, extremitatibus, tunc dicimus ꝙ est temperata ęqualis & extremitates intelliguntur hic octo complexiones. Et quando ipsam comparamus dominio superfluitatis elemētorum, quę sunt in ipsa, nos dicimus ꝙ sit calida & humida: eo ꝙ caliditas & humiditas plus dominantur in ipsa, quā frigiditas & siccitas. & nō dicimus hic cōplexionem temperatam hanc, de qua loquimur hic, ꝙ sit calida & humida, nisi comparatione ad naturalem, ergo cum dicimus calidam humidam esse temperatam, nisi æquiuoce dicitur. Et Gal. met. dicit ꝙ naturalis dicitur respectu extremorum, & calida & humida comparatione temperantiæ dicitur. & ideo dubitatur secundum hoc tempus, ꝙ hæc temperata complexio non inueniatur. Deinceps reuertamur ad id, a quo separati fuimus. Et dicamus ꝙ non oportet appropriare conseruationem sanitatis solum super exercitium, balneationem, & cibos habentibus hanc complexionem: verum oportet cum hoc euacuare superfluitates cum medicinis laxatiuis a capite per viam sternutationis, & gargarizando ore masticehn, & grana staphidagriæ: & etiam prouocando vrinam. & medicinę conuenientes ad purgandum habentes hanc complexionem sunt medicinę lenes, sicut agaricum, turbith, & cartamus. Et oportet ꝙ isti multum ab oppilationibus sibi cauere debeant. & inter cęteras causas putrefactionis huic resistere debent, euacuando humorem, qui putrefieri consueuerat, & cum medicinis resistentibus putrefactioni suis qualitatibus, & suis proprietatibus ꝙ, quia natura putrefactionis stat per extraneum calorem cum humiditate superflua fœtida: sicut sunt ei medicinę odoriferæ in vltimo contrarietatis. Et si tu feceris vnam cōpositionem, in qua omnes istę virtutes aggregentur, erit vltima medicina ad conseruationem sanitatis ipsorum, dummodo repressæ sint in illis eius virtutes, quibus non indigent. Sed complexio frigida debet conseruari cum rebus calidis sine humectatione, videlicet exercitio, balneis siccis, cibis, & his similibus. Sed complexio frigida & humida debet regi cum regimine calefaciente & exiccante, & cum multiplicatione exercitij. & indiget euacuatione propter superfluitates, quę a tali complexione generantur. Sed complexiones frigidę & siccę cęteris sunt deteriores, & indigent in earum reginine calefacientibus & hu-

Vide Tertia Apho. 2. & 3. 18. commen. & tertio Technis & Ras. 17. Cō. 11. ca. 6.

D E F

A mectantibus,& leui fricatione,& dulcis aquę balneo, & exercitio tẽperato, & somno longo. Et uniuersaliter complexiones humidę indigent inter refectionem & refectionem mora longa: quęmadmodum siccę indigent breui. & complexiones frigidę & siccę indigent superfluitatum euacuatione, vt humoris melancholici. Et medicinę ad hoc valentes sunt myrobalani indi, & polypodium. Et vina aromatica sunt conuenientia valde huic complexionis. Et coitus nocet plus cęteris omnibus complexionibus, maxime frigidis & siccis. Et inter complexiones calida & humida superfluũ tolerare potest leuius: & que peiores sunt frigidę & siccę existunt, humidæ uero medio modo se habent circa illud. Ista sunt regimina cõplexionum distemperatarum in qualitatibus actiuis & passiuis. Sed complexiones distemperatæ solum in passiuis tantam non recipiunt lęsionem, quantam distemperatę in vtrisque, aut in actiuis.

B

De resumptione Extenuatorum, & pinguium extenuatione. Cap. XII.

SEd regimen corporũ extenuatorum debet esse per contrariũ cãrum extenuationis: vt si fuerit huius causa caliditas cum siccitate membrorum, valebit frigida & humida dięta. Et si causa extenuationis fuerit propter debilitatem attractiuę, quę est in membris, inunctio olei oliuę affert iuuamentum: dummodo solum stet super membra, donec trahant cibum, & non plus. & si moram contraxerit nimium, dissoluet, & alterabit. Et si causa exiccationis erit super virtutem digestiuam frigiditas, & administrentur ea, quę confortent digestiuam, sicut vinum, & ea quę scis. & vniuersaliter extenuatio siccitati associatur. Sed siccitas aliquando prouenit propter dissolutionem multam, & aliquando pp paucitatem digestionis, & aliquando propter vsum ciborum
C siccorum, & rectificatio istorum est facilis. Et extenuatio corporum pinguium fit per contrarium, secundum ꝙ tu scis.

De regimine Corporis distemperatis in singulis membris Cap. XIII.

HVcusque narrauimus regimen distemperatæ complexionis uniuersaliter: deinceps narrare volumus dę regiminę distemperatę singulis membris. Et dicimmus ꝙ regimen istarum complexionum plus ingreditur genus pręseruationis ꝙ̃ regimen complexionis distemperatæ communis. Et intentio nostra in tali complexione, qualis est ista, est vt virtus illius membri fortificet suam complexionem, temperando, & euacuando superfluitates, quæ in eo generantur, & remouere causam, quę illam generat, superfluitatẽ, considerãdo vtrum sit lęsum in se, aut per alterius mẽbri compassionẽ: quemadmodũ stomachus in aliquibus hoĩbus est lęsus per se, & in aliis ꝑ cõpassionẽ cerebri, & mẽbra, quę magis dãnificãtur aliis, sunt mẽbra princi-

palia, cum complexio erit alteri contraria, verbi gratia cum hepar est calidum, & stomachus frigidus, & corpus est extenuatum, & renes arenis abundant, vel vt in corpore extenuato testiculi multum generant spe(r)ma: in talibus indigemus regimine mixto, & plus instare di stemperantię periculosiori, ita q͏̄ aliud obliuioni non tradatur, & hoc ingreditur doctrinam de Ingenio sanitatis. & ob hoc non plura his dicemus. sed regimen præseruatiuum est de genere curatiui, sicut dicemus postea. Et scias q͏̄ deterior harum complexionum est illa, quę est in cerebro declinante multum ad caliditatem aut frigiditatem: ideo q͏̄, quando complexio cerebri est ad malitiam conuersa, est causa aduentus mali multi & magni: quemadmodum sunt apostemata colli, & synanchia, & oris pustulationes, & apostemata vuluæ, & raucedo, & phthisis, & tussis, & dysenteria, & alia istis similia. Et aliquando currunt superfluitates istę ad stomachum, & corrumpunt ipsum ita q͏̄ si fluxus fuerit frigidus, conuertet ipsum ad frigiditatem, & complexio totius corporis corrumpetur: & cum hoc patiens eructuationes emittet acetosas, vt mihi tempore iuuentutis accidit: quia meus stomachus pp malitiam regiminis malam acquisiuit complexionem: & Medicus meus ignorans eam, dixit q͏̄ taliter fuit confirmata, q͏̄ ipsam remouere non potuit. & ego ignorans omnino eram scientię Medicinę, & ab hac omne distemperantię meę ortum habent: Et quando distemperantia fuerit calida, fluxus humorum in aliquibus erit calidus, rememoratio vero omnium harum in capitulo de Ingenio sanitatis continetur. Sed conseruatio complexionis cerebri vt non distemperetur, est vt si est frigidum, superponantur ei res exiccatiuę habentes caliditatem cũ aromaticitate: sicut macis, & caryophylla puluerizata, postquam cũ vino fuerit ablutum. Et euacuentur superfluitates, quę in ipso continue generantur, cum sternutatione & fricatione, quę fiunt cum radice nucis. Et etiam gingiuarum fricatio confert. Et crebra masticatio mastiches: & vti medicinis, quæ euacuant humores in eo abundantes tẽporibus congruis: & maxime in vere, & autumno. Sed cerebrum distemperatum in caliditate, in quo superfluitates calidę generantur, per contrarium huius conseruatur: & hoc fit inungendo caput eius oleo rosato, & euacuando humorem contristantem, secundum q͏̄ melius videtur conuenire. Et vniuersaliter cerebrum magis alteratur frigiditate quã caliditate, propter hoc oportet ipsum a frigore conseruare conseruatione vltima. Sed regimen illorum, quorum impossibile est regere ipsos isto regimine, necesse est conseruare eorum qualitates, quoniam sicut est ęqualis complexionis a sua natiuitate, videtur mihi vt ęgritudines eisdem superuenientes sint ex repletione, & ob hoc indigent euacuatione vniuersali, videlicet phlebotomia: & maxime, si in eo apparuerint signa repletionis. & oportet cum hoc, vt abstineant a cibis multi nutrimenti. Sed qui non habet complexionem temperatam, maior pars suarum ęgritudinum a malis humoribus habet prouenire, & ob hoc oportet ipsos abstinere & scire illos euacuare, cõsiderando semper quantitatem euacuationis, vt non sit superflua nec diminuta: eo q͏̄ tales sunt, quibus vna euacuatio sufficere videtur in vere: & tales sunt, qui indigent duabus, vna scilicet in vere, & alia in autumno. Et ego dico q͏̄ illi, qui vtuntur potionibus in septimanis annorum, aut in medietatibus eorum, rectius faciunt, quam illi, qui omni anno purgationes exercent, quia nos videmus q͏̄ ęgritudines vt plurimum non accidunt hominibus, nisi circuitibus terminatis, aut circa ipsos. Et ideo circa vnumquodque indiuiduum hoc est considerandum: quoniam spe

Cerebrum magis alteratur frigiditate quã caliditate.

Egritudines accidunt in circuitibus.

A ro ꝙ cum hoc regimine multi potuerunt euadere ab ægritudinibus eis accidentaliter euenientibus, & conuenit etiam, vt qui volunt mutare consuetudinem malam, mutent ipsam suo posse paulatim, ne terreant subito.

De præseruatione corporum, quæ præparata sunt in ægritudines cadere. Cap. XIIII.

DEinceps volumus tractare de corporibus, quę propinqua sunt, vt in ęgritudinem cadant, vt eorũ malis aptitudinibus obuiemus. Et vniuersaliter dicimus, ꝙ genus pręseruationis futurarũ ęgritudinum fieri debent, quando aliquod signum manifestatur, tunc recte est ex genere curę ęgrotantis in pręsenti, verbi gratia resistere lepræ, vt non fiat, est idem cum rebus, quibus curatur, quando est, illud idem dicimus in aliis ęgritudinibus. Malarum vero aptitudinum & B manifestior est illa, quę dicitur spontaneus labor, nam quando hic corporibus adest, pręparata sunt infirmitatibus multis. & ob hoc de isto vniuersalem sermonem faciemus, ꝙ non erit simile aliis malis aptitudinibus proprijs in omni ęgritudine: eo ꝙ modus obuiandi illis aptitudinibus malis est vnus & idem modus cum cura ęgritudinum ipsarũ. & idcirco hic non est recitandum. Et scias ꝙ non obliti sumus de conseruationibus corporum tempore corruptionis aeris: sed in posterũ dicemus. Sed incipiemus loqui de labore, & dicemus quod iam dictum est in libro Aegritudinum, ꝙ potest esse tribus modis. Vnus est labor vlceratiuus: & hęc species fit ab humoribus cholericis, qui hoc mouent: & de hac specie ad pręsens intendimus loqui. Alia species dicitur extensiuus: & hęc ex sanguinis multitudine fit: & secundum aliquos dicitur ventosus. Tertia species dicitur apostemosus, & compositus ex extensiuo & vlceratiuo: & de eius proprietate est vt superueniat omnibus membris apparitio crementi circa omnia extrema. Et volumus incipere a cura omnes has species continente: postea vero de vnaquaque specie loquemur per se. Et dicimus ꝙ causa efficiens est mala complexio materialis: ergo medicina communicans istis speciebus C erit, aut alteratiua, aut euacuatiua. Et alterationem, & euacuationẽ facit natura cum cibis & medicinis, quę habent disponere humores ad hunc finem. & aliquando adiuuant ad hoc somnus, quies, & fames. Et euacuatio fit cum medicinis, quę prouocant vrinam, & sudorem, & ventum: & est cum exercitio. & hæc fiunt, quia ars sequitur cursum naturę, & istę sunt medicinę communicantes omnibus speciebus supra dictis. verum de propria vniuscuiusque istarum volumus dicere: eo ꝙ non euacuatur vnaquęque istarum specierum vna specie euacuationis, nec alteratur vnaquęque istarum specierum vna specie alterationis.

Labor põt esse triplex.

De Remotione, & præseruatione corporis a labore Vlceratiuo. Cap. XV.

INcipiamus nunc a labore vlceratiuo. Et dicamus ꝙ causa efficiẽs istius est humor acutus mordicatiuus. Et tu scis ꝙ humor mordicatiuus est cholericus, aut melãcholicus, aut phlegmaticus salsus: ideo

quia unusquisque istorum est mordicatiuus. Sed cholera est acuta propter suum acumen, & melancholia propter suam acetositatem, & phlegma salsum, propter suam salsuginem. Et hic accidunt aliquę distinctiones. quod est, quia isti humores non effugiunt, quoniam aut sub cute solum sunt locati, aut profundati in musculo, aut sunt in musculo & venis, ex via, qua inueniuntur in sanguine, * paterno propinquo. Adhuc non est longinquum, quin sint cum istis humoribus alij humores mucillaginosi, & forte non sunt. & si sunt, non effugiũt quin aut sint in spongiositate carnis, aut in venis. & si sunt in venis, aut sunt cum paucitate sanguinis, aut cum eius multitudine. Et non est multus sanguis in venis, nisi cum isti humores sunt pauci, & non sunt multum elongati a complexione sanguinis: eo ꝙ inuentio quorundam in actu non fit nisi ante conuersionem ipsorum in sanguinem, & aliqui post conuersionem in eundem: vt est cholera, & melancholia. & aliqui cito conuertuntur, & aliqui tarde. quoniam quando multum elongati sunt a sanguine, longa indiget conuersione: & qui propinqui sunt, in breui conuertuntur, & hoc est, quod potest dici de hoc labore. & vnusquisque istorum propriam habet medicinam. Et dicimus ꝙ quando isti humores efficiunt laborem, & sub cute sunt locati, forte exercitium, & fortis fricatio erit sufficiens medicina, cum balneo & cibo subtili, aut aqua ordei, & squinzibin, & similibus. Et quando isti humores in poris sunt locati, non indigent exercitio, sed quiete & somno, & abstinere a cibo: eo ꝙ ista adducunt digestionem. & sero balneentur in aqua tepida: & cibis subtilibus cibentur post assumptionem squinzibin: eo ꝙ squinzibin euacuat per vrinam & sudorem illum humorem, qui potest moueri a natura. Et si hoc accidens sedabitur, per hoc tunc plene causam huius cognoscimus. & si non sedatur, & somnus patientis fuerit debilis & varius, tunc non est humor in carne, & musculis solum, sed etiam in venis. Et tunc consyderandum est si cum istis humoribus, qui faciunt hunc laborem, sunt humores mucilaginosi, aut non. & dicimus ꝙ si nõ sunt humores muccillaginosi, & humores facientes laborem sunt in porositatibus aut venis, & tunc attendendum est si cum eis est sanguis multus, aut paucus: aut si illi humores sunt remoti a substantia sanguinis, aut propinqui. Et si paucus est sanguis, & humores sunt remoti a substantia ipsius, tunc humor iste faciens laborem debet euacuari per pharmaciam, & non per phlebotomiã secundũ speciem illius humoris facientis laborem: siue fuerit cholericus, siue melencholicus, siue phlegmaticus salsus, quoniam, quando isti humores exeunt a natura in qualitate, tunc indigent euacuatione cum medicina attractiua, quæ proprie habeat respicere illum humorẽ: eo ꝙ qualitate peccant. Sed si peccant quãtitate, tunc facienda est phlebotomia: sicut diximus in libro de Ingenio sanitatis. Et si isti humores sint cũ multo sanguine, & non multũ remoti a sanguinis substantia, tũc in primis debet euacuari per phlebotomiam, & post modum per pharmaciam: hoc est si non adsint humores mucillaginosi. Quod est, quia si cum istis apparent humores muccillaginosi, tunc cõsyderandum est: si humores fuerint in venis cum multo sanguine, & non erunt multum ab ipsius substantia remoti, tunc similiter debent euacuari cum phlebotomia, * quoniam cum pharmacia difficile esset. Et si humores muccillaginosi fuerint in venis multi cum sanguine pauco, & humores laborem inferentes a substantia sanguinis fuerint remoti, tunc non est phlebotomandum, nec pharmacandum eo ꝙ phlebotomia pernecabilis esset: nec in pharmacia propositum assecuti essemus: quia propter eorum grossiciem humores obedientes non

[Right margin: D (beside the first line); E (beside "que istorum propriam habet medicinam"); F (beside "pharmaciam, & non per phlebotomiã")]

[Left margin notes:]
*a: l. paternitati.
oxymelle.
Co. ve. leg: & tamen pharmacia difficilis eẽ debet.

A essent, sed plus fluerent. & etiam venę clauderentur. Et hic interponēda est quies medicinalis: & subtiles cibi & incisiui sine multa caliditate, ad hoc vt multa in membris illorum sparsio non fiat. & conuenientius in hoc casu est squinzibin de seminibus, cuius siccitas fit repressa cum radice lilij, & violarum. Et aqua ordei conueniens hic est, & maxime in iuuenibus cum radice fęniculi: & hydromel etiam. Et quia in corporibus istorum ventositas grossa, & inflatiua generatur, pręcipit Gale. dari diatrompipereon, & diacyminum. Sed in nostro climate hoc est vitandum: quia posset febrem incitare. & ipse Gale. his non vtebatur nisi in tēpore frigido, & frigida complexione. Et medicinę subtiles membra intrinseca cōfortantes cum remisso calore vtiles sunt: sicut dar seni, & assarum, & cinnamomum, & ambra, & cassia lignea: & in Arabico ichalicha: & caryophylla, & similia aromatica. Et si Gale. aliquam istarum repudiet, facit hoc propter suam stypticitatem. & si cum aliis composueris, bona erit confectio, ob hoc, quia membra principalia sunt in vltimo debilitatis. & maxime os stomachi. in hac compositione mastiche non obmittatur. Sed rosa non est hic commendanda propter sui frigiditatem: & siccitatem: quamuis sit confortatiua, sed stœcas est vltimum in hac compositione, qualitate, & proprietate. B Et quemadmodum in hoc casu phlebotomia inhibetur, & vomitus ratione eadem. Sed quando humores mucillaginosi sunt in musculis, & sanguis venarum est mundus, tunc non timendę sunt res multum calidæ, & vrinam prouocantes: propterea quia tunc non est timendum, vt humor in membris spargatur. Et Gale. hic vtitur medicina ex pulegio facta. & mihi multum placet illa, aut ei similis. Et scias, ꝙ mihi non fuit necesse narrare hęc signa significantia dominium humorum istorum, nec signa significantia quantitatem, nec locum: ideo quia omnia sunt tibi nota in libro Signorum. Et tu debes confidere in vrina in cognitione generum humorum, qui inter musculos sunt: quantitatem debes sumere a regimine antecedente, a complexione, a tempore, & ętate, & aliis rebus in libro Signorum dictis.

C

De remotione, & præseruatione corporum a labore Apostemoso, & Extensiuo. Cap. XVI.

SEd labor apostemosus, & extensiuus de necessitate proueniunt a sanguine multo: ideo conueniens est patientem primitus phlebotomare: & autumando quantitates secundum tempus, & ętatem, & complexionem, sicut in libro de Ingenio sanitatis docetur. Et sunt distinguenda membra in enumeratione istius laboris, ita ꝙ si in capite grauitas affuerit, cephalicam phlebotomare debes, & si in membris mediis basilicam, & cum ambas continuerit partes, mediana erit phlebotomanda.

D

De præseruatione corporum tempore Aeris præter naturam. Cap. XVII.

IN hac particula adhuc narrare remansit corporum preseruationem ab egritudinibus ab aere preter naturam. Et dicimus breuiter ꝙ aer, vt alibi dictum est, permutatur aliquando in qualitate, & aliquando in substantia sua, sed cum sit in vno aut alio, tunc præparata sunt corpora recipere ægritudines similes illi complexioni, tamen omnia corpora ab istis dispositionibus non leduntur, sed solum nocentur corpora preparata. nam si esset hoc omnibus commune, egrotarent omnes in aere supradicto. Iccirco considerare debemus in regimine vniuersali omnes has continenti permutationes: hoc est in apertione oppilationum, & in resistendo causis putrefactionis ex toto, Et cum dico ꝙ omnes has permutationes contineant, intendo permutationes, que in substantia sunt. Sed permutatio, que in qualitate existit, in vna videlicet, aut in pluribus, regimen ipsis qualitatibus contrarium esse debet. & E hoc regimen particulare est, verbi gratia, si est distemperatus in caliditate, & siccitate, cum frigidis & humidis regi debet, & degere in septentrionalibus locis, in quibus adhuc aer reprimatur roratione aque, & folijs aromaticis humidis. sic omnibus alijs qualitatibus excedentibus contrarium apponatur. Et si magna caliditas non obstaret, leuiter euacuandæ essent superfluitates, que in temporibus illis essent generate. Sed aeri corrupto in substantia similiter resistendum est euacuationibus vniuersalibus, & cum resistentibus epidimie a tota specie. & vtantur cibis frigidis & siccis a putrefactione remotis, sicut aceto. & lentibus: & aromatizare aerem cum rebus resistentibus putrefactioni, sicut cum costo, & styrace, & galbano. Et terebentine inest proprietas in hoc casu. Et teriaca maior isti tempori epidimiali multum resistit, sumendo ab vno characte vsque ad ʒ.1. & post non debet comedere nisi celebrata in omnibus membris digestione, & hoc fit spatio sex horarum. Bolus armenus, & terra sigilata in aere pestilentiali magnum prestant iuuamentum. Et per nomen Auenzoar odor vrine hircorum confert multũ.

Theriaca tempori epidimiali multum resistit

F Et dicitur ꝙ medicamen ex aloes duabus partis, croci, & myrrhe parte vna, de quo sumatur omni die pondus. xii. caractorum, cum vna vini aqua mixti, iuuat multum. & non est inuentus adhuc aliquis, qui hac medicina sit vsus, qui a pestilentia non securetur. Sed in corruptione tẽporis calidi debent eligi loca alta, in quibus regnet ventus septentrionalis, aerem mundificans. Sed si sit corruptio in substantia tota, habitandum est in domibus terraneis & cauernosis, loca alta vitare, & vitare omnes fructus humidos. & tunc necesse est vt omnes pisces tunc temporis penitus sint nociui, ob hoc, quia sanguis ex istis rebus generatus est cite corruptionis. Et similiter omnes carnes, exceptis volucribus montanis, sicut perdices, & similes istis. & vniuersaliter res ventrẽ lenificantes hoc tempore optime sunt, quemadmodum tamarindi, viole, cassia, & manna. Et quod dictum est in hac particula secundum nostram intentionem sufficiens est.

A
AVERROIS
COLLIGET
LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.
De ægritudinum Curatione, seu Ingenio sanitatis.

De modo curationis malæ complexionis materialis, & non materialis. Cap. I.

Lib.4.c.12.

B

IBER medicationis, qui de Ingenio sanitatis intitulatur. Dicimus ꝙ ob hoc, ꝙ rerum contra naturam sunt duę species, videlicet ęgritudines, & accidentia consequentia ęgritudines: & iterum ęgritudinum sunt duę species, videlicet ęgritudines proprię & primę, consimiles & compositę secundario, vt sunt a malitia octo specierum malę complexionis materialis & non materialis, & sunt ęgritudines proprię membris officialibus: videtur nobis, vt narremus, incipiendo prius à via de ingenio sanitatis, a remotione ęgritudinum propriarum membrorum consimilium, si sint materiales, aut non materiales: & postea ingenium remotionis ęgritudinum membrorũ offitialium: & vltimò curatione accidentium percurremus: quãuis in medicatione ęgritudinum contineatur, quia per remotionẽ ęgritudinis accidentia remouentur. Et volumus primo narrare ægritudinum membrorum consimilium curationem, materialium, & non materialiũ: C & postea vnamquanque speciem intendimus pertractare. & hęc nobis videtur ordinata distinctio. Et dicimus ꝙ intentio in mala complexio non materiali est vnica sola, hoc est vt ad suam reuertetur naturam. & hoc non fit primo, & substantialiter nisi per contrarium, per quod malę complexionis remouentur species: & sunt cibi & medicinę secundum plus malæ complexioni ęgritudinali sua prima virtute resistentes. verbi gratia, si mala complexio sit calida & sicca, remouetur per cibos frigidos humidos, & medicinas. Et quia diximus ꝙ remotio malę complexionis non materialis primo & substantialiter a contrario remouetur, dicimus ꝙ conuenit aliquando, vt a simili per accidens similiter remoueatur: sicut aqua frigida malam remouet complexionem frigidã, eo ꝙ claudit poros, & inspissat cutim, & sic colorem intrinsecum fortificat. & hęc medicina multum est timenda: & non debet fieri nisi in necessitatis tempore. & maior pars Medicorum, qui ea vtuntur, errant, vt postea ostendemus. Sed intentio remotionis malę complexionis materialis duabus rebus existit. vna est, vt malus humor euacuetur: alia est, vt mala complexio membri rectificetur, quę relicta est a mala materię sparsione in membris. Euacuatio duobus fit modis, vnus fit cum

Rerum contra naturam sunt duę species.

phlebotomia : & alius fit per pharmaciam secessiuam, aut vomitiuam, D
aut vomitiuam, aut vrinę prouocatiuam : & per clysteria, & sudorem. quas omnes operationes operantur medicinę cum suis virtutibus secundis, & tertiis : & proprietatibus : quemadmodum mala complexio prima remouetur virtutibus primis, & aliquando fit euacuatio per ieiunium, exercitium, balneum, & fricationem. Sed euacuationem per phlebotomiam ratione & experimento cognoscere possumus : & iuuamentum ab experientia cognitum manifestum est. Sed iuuamentum ratione cognitum duobus existit modis. Vnus modus est, quia ostensum est, quod Medicus semper sequi debet viam naturę : sed dicimus quod natura sanat per fluxum sanguinis ęgritudines sanguineas multas, & eadem ratione inuenimus iuuamentum medicinarum laxatiuarum.

Iuuamentum rōne cognitum duobus existit modis.

Secundus modus est, quod impossibile est, vt aliquando cibus & potus superflue non sumantur, ita quod in corpore sanguis superfluus aggregetur, aut alter humor, & superflua indiget euacuatione. ergo necessaria est phlebotomia, aut pharmacia, aut euacuatio alia. Sed ieiunium, & exercitium in hoc casu sufficientiam non habent : quia nimis minuunt paulatiue, comparatione habita ad hanc repletionem, quę est secundum vasa. Nam accidere posset, sicut accidit illi, qui somniabat in balneo sanguineo balneari, vt dictum est superius in libro Signorum : sicut dicit Galen. vnde cognouit sanguinem in sua complexione abundare : & ideo phlebotomiam sibi fieri imperauit, & consilium habens ab alijs medicis sequentibus viam Erasistrati, ei prohibuerant minutionem ; & iniunxerunt sibi abstinentiam, & abstinendo facta fuit dissolutio humorum, & inde duplicatus fuit calor, & extinctus fuit, sicut extinguitur lampas ex multitudine olei, quando superbundat. Sed quando debet quęlibet istarum euacuationum fieri, aut vna plus altera ; hoc volumus determinare in primis : & postea redibimus ad curationem vniuscuiusque speciei singulariter malæ complexionis post narrationem rerum significantium manifeste faciendi, vel non faciendi secundum quantitatem euacuationis, & rectificationem malę complexionis. & hæc sunt natura ęgritudinis, & virtus & complexio, & ętas, & tempus, & alia quę rememorari debent. Et dicimus vniuersaliter quod euacuatio non debet fieri nisi cum humores cursum naturæ egrediuntur in toto corpore, aut in vno membro : & hoc aut qualitate, aut quantitate, aut ambabus. A quantitate vero prouenit species laboris extensiui, quæ est repletio secundum vasa. Sed repletio secundum virtutem a quantitate, & qualitate prouenit : ita quod virtutes nutritiuę, & motiuę aggregantur, & vniuersaliter omnes virtutes operatiuæ. nam quando debilitantur virtutes, tunc operationes in humoribus naturales non fiunt. & secundum plus hanc repletionem sequitur labor vlceratiuus propter humorum malitiam, qui in hac specie repletionis existunt. Isti sunt euacuationis modi superfluitatum, quæ in toto sunt corpore, aut in vno membro. Sed locus, in quo phlebotomia debet anticipare in quantitate, est quando omnes humores in quantitate extra cursum naturalem augmentantur. & hoc non prouenit nisi cum augmento sanguinis quantitatiuo, ob hoc quod humores in ipso sunt in potentia. & ista augmentatio secundum plus laborem pręstat extensiuum. Sed locus, cui minus necessaria est euacuatio phlebotomię, est quando humores extra cursum naturæ in quantitate, & qualitate egrediuntur. Et maxime hic conceditur phlebotomia ; quando humorum qualitates qualitati sanguinis non repugnant, neque etiam a substantia sanguinis elongatur ; hoc est quia non sunt crudi, & mucillaginosi. Et

Lib.4.c.12. E

F

A aliquando phlebotomia per accidens fit, sicut fit per fluxum sanguinis narium, & fluxum hęmorrhoidarum, & simile. sed hoc quantum possumus vitare debemus. Et aliquando hęc species euacuationis fit propter attractionem materię de membro ad membrum sine intentione euacuationis ipsius ex corpore. & vt plurimum hoc fit, quando sanguis est paucus, sed tamen malitiosus existit. Et aliquando in hoc ambæ intentiones aggregantur, hoc est vt euacuetur, & subtrahatur. & tunc propter hoc istud facimus, vt euacuemus materiam ægritudinem facientem, & pręseruemus ne augmentetur. Et scias, quod quādo intendimus solam euacuationem, tunc a propinqua parte membri euacuamus: sed quādo subtractionem ad diuersam intendimus partem, nunc a remotiori trahimus parte, sed quando ad ambas partes intendere debemus, aut ad vnam magis quam ad aliam, hoc in sequentibus dicetur. Et propter hanc diuersitatem intentionis diuersa sunt loca venarum in phlebotomia. Et propterea in quibusdam ægritudinibus intendimus phlebotomare basilicam, & aliquando cephalicam, & in quibusdam medianam. & aliquā do phlebotomamus dextram, & aliquando sinistram, sicut declarabimus, & hęc sunt loca, ex quibus euacuatur sanguis.

B Sed locus, in quo pharmacare conuenit, in primis est, quando humores exuberant sola qualitate: hoc cōseruato ne sint de natura prius dicta, vt non sint crudi, aut mucillaginosi. nam tunc incisio, & digestio pręcedere debent. Et propter hoc in anticipatione phlebotomię, & pharmacię est consyderandum. Rasis dicit quod experientia multoties vidit in maristrum, idest in hospitali, pleureticos phlebotomatos ante pharmaciam, & mortui fuerunt. & michi videntur quod hoc fuit, propterea quia mala materia in profundo corporis in multa erat quantitate: & quando detecta fuit, ad actum producta perdidit patientem. Et aliquando necesse est anticipare phlebotomiam propter multam necessitatem, eo quod incontinenti liberantur. Et est sciendum quod debemus incipere ab eo, quod magis necessarium esse uidetur. Et noster carissimus Abumeron Auenzoar dicit quod non debet fieri phlebotomia nisi post corporis mundificationem. Et hoc est, quia quando vene sanguine sunt euacuatę, sugunt superfluitates malas ad nutriendum ineptas, & ab his malam acquirunt complexionem. & intantum erit phlebotomia causa maioris constipationis

Quando debet fieri phlebotomia.

C ventris. quia membra euacuata, sugendo superfluitates feculentas, magis exiccant. Et scias quod est differentia inter medicinam mollificatiuā & laxatiuam: eo quod attractiua est cum attractione, & mollitiua cum mollificatione. & similia huius sunt, quæ expellunt feces solum. Sed quando humores qualitate peccant, s. vt sint grossi vel viscosi, tunc nō est conueniens phlebotomia, neq; pharmacia. de phlebotomia manifestum est, sed de purgatione, quia humores si sunt viscosi & grossi, sunt inobedientes, & ideo medicina trahet bonos, mali autem remanebunt. Et Gale. quando euacuare volebat ante aduentum febris, cum medicinis calefactiuis, & incisiuis euacuabat. & quādo febricitabat, faciebat hoc cū fricatione, & medicinis subtiliatiuis habentibus calorem modicū. & hoc iam declaratum est in libro Conseruationis sanitatis. & quod fit cum febre, declarabitur in libro Febrium. Pręterea, pharmacia per accidens fit aliquā, queadmodum phlebotomia: sicut quā damus pharmaciā, vt humorem trahamus, qui causa fluxus existit. & hoc quāuis resistat cāę, ęgritudinē tā augmentat. & ego in sequētibus explicabo, vtrū p simile fit, aut p contrariū. Clysteriis vtimur, quā superfluitates solū ex intestinis trahere intendimus, aut p viā trahendi materiam ad oppositā partē, & sicut aliqui laudant vomitum in ęgritudinibus partium inferio

tam, sic pharmacia in ægritudinibus partium superiorum laudatur. Et aliqui sunt facientes clysteria, quando non possunt recipere medicinam laxatiuam, vel quando ipsam infirmus deglutire non potest, aut propter læsionem ipsius hepatis, vel stomachi, quia lęduntur ex transitum eorum. Et balneum vt plurimum humores subtiles euacuat. & propterea in passionibus ex grossis humoribus fieri non debet, nisi præcedat digestio. quia ex hoc inflammatio totius corporis sequetur, & forsan principaliū mēbrorū. Et fames est vna ex speciebus euacuationis: & maxime in ęgritudinibus, in quibus status, & crisis sunt propinqui. Isti sunt modi euacuationis malę cōplexionis materialis, & nō mālis. D

De modo, & quando fieri debet Euacuatio, & Curatio. Cap. II.

DEinceps dicendum est qualiter in supradictis agendum sit secundum magis & minus: aut quando nihil fieri debet, & maxime in euacuationibus & curationibus, quæ fiunt per contrariū, nam in pluribus locis euacuatio, & alię contrarietates non cōpetunt: quāuis natura ægritudinis illud requirat. Et dicimus ꝙ nostra intentio in remotione malæ complexionis non materialis est vt rectificetur. & hoc fieri non potest nisi per contrarietatem curantis in gradu exitus illius contrarietatis a temperamento. Sciendum est, ꝙ vt cognoscatur mensura distemperantiæ illius corporis oportet, & hoc cognosci non poterit, nisi quando illius corporis complexio cognita fuerit sana, ętas, clima, tempus anni, regimen, & consuetudo, similiter virtus, causa, & accidens: propterea quia in multis locis non attenditur causę, nec virtuti, nisi quando causa malę complexionis materialis existit. Sed quando mala complexio non materialis est in aliquo singulari membro, tunc mensura curationis per contrarium sumitur a membri complexione, & ab ipsius iuuamento, & a colligantia ipsius, & a situ ipsius, & ab ipsius sensibilitate, & alijs cognitis rebus. Sed modi curationis malę complexionis materialis ob hoc, quia intentio sola est in superflui euacuatione, & in alio non, vt recte procedat, sciendæ sunt causę, quę illas generant superfluitates. & si a natura complexionis corporis proueniunt, aut non. quia in aliquibus corporibus humores superfluunt ab eorum naturis, & in quibusdam ab ętate, tempore anni, aere, & nutrimento, & regimine, & a purgatione eorum quæ ex corpore purgari solebant, vt sunt sanguis hęmorrhoidarum, & menstruus, & priuatio consueti exercitii, & negligentia euacuationum. & etiam virtus operatur in hoc genere multum; eo ꝙ in maiori parte natura ęgritudinis contrariatur euacuationi. Per virtutem intelligo virtutes operatiuas, sicut virtus expulsiua, & virtus motiua. Et aliquando motus euacuationis vniuersalis accipitur a membris infirmis, & maxime a principalibus, & operationes habentibus principales, sicut ab illo, qui phlebotomia indiget, & oris stomachi debilitatem habet. Et etiam quando intendimus euacuare aliud membrum ex membris corporis, aliqua sunt recipientia demōstrationem a locis suorum subiectorum, & suarum communicationum, & iuuamentorum, suarum sensibilitatum, & formę dispositionis, & modi membrorum totius corporis: eo quia possibile est vt corpus demonstret super euacuatione, & forsan ꝙ non, & hoc, quando in corpore nō inuenitur repletio vniuersalis, nisi in vno membro solum, Et imprę- E F

A gnatio in mulieribus est ex rebus significantibus euacuationem, vel ipsius priuationem. & hęc sunt, quę significant in contrarietate faciendi medicinam, vel non: & si purgatio fieri debet, vel non. Et nunc dicenda est significatio, quę sumitur a duabus rebus supra dictis, idest ab euacuatione, & curatione siue attractione per contrarium, qualiter debent fieri. Et incipiamus a curatione per contrarium. Et dicamus ꝙ a Medicis dictum est, ꝙ quando complexio, aer, tempus anni, & similia cum ęgritudine conueniunt, tunc non est egressa complexio a natura propria nimio exitu. verbi gratia, iuuenis calidæ cõplexionis, in regione calida, & tempore anni calido, & dieta calida, cui superuenerit causus, non erit iste a suo naturali ordine multum permutatus: curandus tamen erit cum rebus in frigiditate remissis. Et quãdo huius contrarium accidit, tunc multa facta est elõgatio: & ideo huic resistendum erit maiori contrarietate verbi gratia sit homo senex frigidæ complexionis, in regione frigida, cui superueniat causus, secundum illos indigebit re multum in frigiditate distemperata. Et ego dico, ꝙ maxime apparet, ꝙ non verum dicunt: quod manifeste videmus per

Opinio Galeni de curatiõe causi in iuuene, & sene.

Contra Galenum.

B sensibile argumentum, quia iuuenis supradictus, qui causum patitur, curari non poterit nisi cum rebus habentibus in fine, vel intensam frigiditatem, sicut cum aqua cucumerum, & camphorę. & seni supradicto si talia propinentur, calor naturalis ipsius extinguetur, & morietur. Et dico ꝙ illud, quod ad hunc errorem deducit eos, est vna regula generalis, quam posuerunt sine discretione pręcisa in gradu elongationis senis a suo calore naturali ad extraneum calorem, cum ęqualem portionem posuerunt elongatione caloris iuuennis a suo calore naturali ad extraneum. & maxime, quando dixerunt ꝙ maior est elongatio, nam hoc impossibile est. nam tu scis ꝙ calor extraneus a naturali ramificatus est. & si possibile esset vt ęqualis esset elongatio, tunc vere necessario secundum viam curationis per complexionem esset refrigerantia multum fortiora in corpore senis quasi ad tertium gradum, sed hoc in seipso veritatem non habet. Ob hoc ponamus iuuenem cholericum calidę complexionis in primo gradu, & superueniat ei febris, quę ipsum transferat ad secundum gradum caloris: tunc iste non est elongatus a proprio calore, vel complexione, nisi ad vnum gradum: tamen cum rebus in secundo gradu frigidis curari non poterit. & hoc est propter fortem

C permutationem, quam medicinę percipiunt in corpore iunioris ad substantiam igneam: eo ꝙ elongatus est a suo temperamento propter fortitudinem caloris extranei. Sed si seni supradicto frigido in primo gradu superuenerit ęgritudo ipsum perducens ad secundum gradnm caloris, iam elongatus est a sua complexione naturali magis quam iuuenis prænominatus, quia iuuenis est elongatus per vnum gradum, sed senis elongatio est duorum graduum, aut plurium. Et proter hoc si possibile esset, concederemus secundum elongationem fieri contrarium nociuum respectu consyderationis finis secundum diuersitatem subiecti: propterea quia quasi impossibile est senem ad illum gradum peruenire. & si peruenire inchoaret, antequã ad terminum illum attingeret, moreretur, & si sanaretur secundum elongationem supra dictam, bonum finem nõ consequeretur, quamuis aliquantulum viuere posset. quia medicinę eidem conuenientes complexionem membrorũ suorũ radicalium propter ipsarum frigiditatem læderent. & sic a temperantia magis elongarentur. & multa elongatio temperantię causa mortis est, aut ęgritudinis. Pręterea secundum eorum dictum mædicinę iuuenis & senis frigidę debent esse in eodem, quia si vnũ corpus calidum est supercalefactum

vſque ad ſecundum gradum, & corpus frigidum eſt ſupercalefactum vſque ad ſecundum gradum, vnum corpus calidius alio non eſt. Sed ſcire debes, ꝙ ſi iuueni medicinæ frigidæ adhibeantur vltra ſuam cōplexionem naturalem, ei non nocent immo proſunt: eo ꝙ ipſius virtus fortis exiſtit ad eas permutandas, ob hoc ad gradum corrumpendi naturam non perueniunt, ſed ipſam ad temperantiā reducunt: quod ſeni non accidit propter ipſius membrorum radicalium frigiditatem. propter hoc ſufficit ſeni, qui febrem calidiſsimam habet, medicina frigida in ſecundo gradu per rationes ſupradictas: & etiam, quia corpus ſenis potentiam non habet conuertendi medicinas ad ſubſtantiam igneam, quemadmodum iuuenis corpus. Et ſi quęratur quomodo poſsit ſeni tanta febris caliditas aduenire. Reſpondemus ꝙ fieri poteſt propter dietę ſuę inordinationē. Nam ſi dieta conuenienti vteretur, impoſsibile eſſet vt talem incideret febrem: ob hoc, quia ęgritudines, vt dictum eſt in libro Aegritudinum, non niſi duabus fiunt cauſis, aut a propria complexione membri mala, aut a rebus aduenientibus ab extrinſeco. Et quando complexio, & aer, & regio, & ętas contraria erunt ęgritudini ſenis, tunc non remanebit eius cauſa, niſi regimen, & dieta. & quod ex parte temporis anni conſyderatur, intelligitur a natura partium temporis anni. Et vniuerſaliter, quando aer contrarius eſt ægritudini, tunc bonum eſt infirmo, & gaudium Medico. & ſi aer per ſe talis non exiſtit, tunc Medicus artificialem facere debet. Et modus medicationis, qui ſumitur a conſuetudine in re, vtrum fieri debeat aut non, aut quantum fieri debet, eſt ſicut potus aquę frigidę in igne ardenti. Nam ſi infirmus aſſueuerat potum aquę frigidę in tempore ſuę ſanitatis ſine lęſione, ſecure poſſumus dare tempore ęgritudinis: quamuis hepar, & os ſtomachi habeat frigidum, & ſi huic aſſuetus non fuerit, aqua frigida eidem nullo modo propinetur. ꝙ ſi neceſsitas nos ad hoc cogeret ad hanc dandam, tunc minorem dabimus quantitatem & minus frigidam: eo ꝙ conſuetudo complexionem in ſimile conuertit paulatim, & longo tempore hanc conſuetudinem acquirendo. ſed quando contrarium ſubito fit, & ſecundum multum, naturam corrumpit. Et hęc eſt vna virtus, propter quam natura intellexit gradatim per tempora anni de vno contrarium tranſire. quia ſi ſubito de calido ad frigidum, vel de frigido ad calidum tranſiret, natura tolerare non poſſet. Et propter conſuetudinem dictum eſt a quibuſdam, ꝙ quidam paulatim ſumpſerunt venenum ac gradatim, & conuerſum fuit in eis ad cibum, & in habitu ſine nocumento. Quamuis ita dicant, tamen ego non concedo. immo argumento demonſtratiuo, & in epiſtola Theriace & veneni reprobaui, quam ad Glauconem tranſmiſi. Sed quod dicunt concedo, quod Medicus de vna medicina ad aliam permutare debet, quia ſi ſolum vna vteretur medicina, poſsibile eſſet quod natura in habitum conuerteretur, & in corpore debitam non faceret operationem. ſed virtus conſyderanda eſt in eo, quod fieri debet euacuatione, & in medicatione, quæ per contrarium fit. Sed in euacuatione manifeſtum eſt quod tenor virtutis debet attendi: ſed in alteratione eſt, ſicut balneatio aquę frigidę in hecticis, quod prodeſt. Sed ſi diu aſſueſiant, membra lędet principalia, & mortem inducet: ſicut dicit Galenus quod vni accidit iuueni malam complexionem non materialem habenti in ſtomacho, cui Medici aquam vitabāt: & ipſe propter nimiam aquę auiditatem magis elegit mortem quam vitam, & multam aquam frigidam bibens ſubito a mala cōplexione ſtomachi euaſit, ſed propter aquę frigiditatem remanſit

Marginalia: D; Dub. Sol.; E; F

A remansit ei insensibilitas quædam, ipsum in transglutiendo impediēs: & sic mortuus fuit. Sed malæ complexioni, quæ est cum materia, necesse est duas species medicationis aggregare. & aliquando significatio sumitur ab alteratione malæ complexionis contraria significationi, quæ sumitur a materia. verbi gratia febres putridæ, & maxime quæ de materia cruda, & grossa, inquantum sunt de mala complexione calida & sicca, indigent humectatione & refrigeratione. sed consyderatione coctionis malum nocumentum importabunt. Et hic bona Medici discretio necessaria existit, circa quam plus insistere debet. verbi gratia, quoniam illud, quod plus necessarium febri phlegmaticæ existit, est euacuatio materiei: & in febribus cholericis est accidentibus obuiare. & qñ ambo æquales in dubitatione existunt, tunc ambo æqualiter curare debes. Sed quando accidens non timetur, tunc studeas causam totaliter remouere: quoniam taliter ipsam curabis complete simili ratione in ægritudine, & accidentibus ægritudini contrarijs: sicut est febris, & syncope. quia tu scis qualiter curari debent: eo ꝙ in febre necesse est infrigidare, & in syncopa calefacere: & syncope indiget nutritione, & febris euacuatione indiget: sicut dicturi sumus. Et hic scire debes ꝙ accidens, quod ægritudini contrariatur, non sequitur nisi ægritudinem, quę contraria est primæ ægritudini, vt est syncope exinanitione, quę contraria existit.

B Sed qñ causa malæ complexionis non est materialis, hæc manifestatio ibidem non reperitur, vt in ephemera. & etiā, quando accidit mala complexio ab extrinseco: quia tu scis qualiter curari debet. Hæ sunt significationes, quę sumuntur a mala cōplexione totius corporis. Sed qñ in vno mēbro ęgritudo singularis existit, tunc significatio sumitur, vt dictum est, a mēbri complexione. verbi gratia, qñ cerebro euenit mala cōplexio frigida, signum est ꝙ hæc ęgritudo est leuis: quia pauca & leuis facta est elongatio a sua complexione naturali. & tūc debet curari cum medicinis debilem calorē habentibus: quia tunc alia membra sunt infrigidanda, & nō ipsum cerebrū. & hęc est comparatio iuuenis & senis, quemadmodū supra diximus. & qñ indiges calefactione cerebri, tunc calefac ipsum sine timore. & si vis infrigidare, illud facias cū timore. Sed alia membra frigida, sicut sunt nerui, & similia, si infrigidantur, calefac ipsa sine timore. & qñ sunt calefacta, non refrigeres iterū, nisi cum timore, ad hoc vt non trahas ipsa de sua complexione. Et sicut diximus de his, eodem modo facias de siccis & humidis: quia corporibus non accidit nocumentum, nisi ex parte elementi dominantis super ipsa. Et qñ scieris ꝙ iuuamentum membri magnum est in corpore, & erat. s. membrum ex principalibus, quę magnam habēt operationem, arguas augere virtutē ipsius super omnia. & hoc non dico, nisi propter communicationē mēbrorū principalium, quā habent cum corde, quod est fons caloris,

C & minera vitę. & ideo non oportet multiplicari contrarietatem in talibus membris, & proprie qualitatē frigidam. Et propter hoc est timendum, qñ accidit hepati complexio calida, refrigerare ipsum cum rebus, quę sunt in vltima frigiditate: quamuis manifestetur necessitas refrigerationis vltimę. & hoc dico propter principalitatem huius membri. Sed verum dicimus, ex colligantia istorum mēbrorum recipitur demonstratio ipsorum. verbi gratia, non debemus refrigerare os stomachi maxima refrigeratione, quia est colligatū cum cerebro frigido: & quamuis sit calidę complexionis, quod est colligatum membro frigido. Et non debemus iterum refrigerare multum hepar, quia est colligatum cum corde. Et summa huius est, ꝙ quando volumus facere contradictionem membrorum principalium in calore, adhibeas curam de corde: eo ꝙ ipsum est colligatū cum his membris, s. principalibus. ideo quia cor est omnibus in potentia, quamuis sit vnū in actu: sicut declaratum est in libro Sanitatis. & tempore, quo erit hepar malę complexionis calidę, intendas in refrigerando cor cū medicinis faciētibus hoc: quia possibile esset ꝙ cor esset causa malę complexionis hepatis, & tunc rediret ad malignandū cor. & pp hoc non oportet relinquere cor inter alia mēbra. Et non oportet solū curare super hoc, s. in refrigerando, & calefaciēdo, & exiccando, & humectando: sed etiam in omnibus operationibus fortibus, s. in operationibus secundis, & tertijs. Sed demonstratio huius loci subiecti, & hic est ma-

nifesta.quia qñ erit mala complexio super corpus,i.in fine superficiei corporis, D
non eges medicinis fortis qualitatis. sed quando est in corpus,oportet te vti medicinis fortibus:eo ꝙ debilitatur virtus ipsarum,propter transitum, quem faciũt per alia membra,verbi gratia,sicut est pulmo.

De euacuatione per Phlebotomiam. *Cap. III.*

HVcusq; diximus de demonstratione medicinarum per viam contrarietatis:nunc vero loquemur de demonstratione specierum euacuationis, & proprie duarum specierum,s.phlebotomię,& pharmacię. Dico itaque ꝙ qñ natura ęgritudinis significat super necessitatem phlebotomię,necesse est vt preuideatur ętas,& virtus,& aer,& regimen,& consuetudo. & si omnia ista significant super necessitatem phlebotomię,tunc secure minuas sine timore. Et attendas ꝙ non sit in corpore aliquod membrum lęsum, quod deneget phlebotomiam.v.g.sicut est os stomachi frigidum,quoḋ patitur nauseã: & etiam ꝙ eger non diu ęgrotauerit, propter quod perdiderit virtutem. Aetas autem,quę est conueniens minutioni,est iuuentus,& ętas, in qua minuitur pręter iuuentutem,est principium septimanę sextę vsque ad septuagesimum annũ. B
Verum minuere debemus de quantitate sanguinis,i.minus extrahere de sanguine:quamuis sint homines qui tolerent phlebotomiam vsque ad octuaginta annos.Sed non debemus minuere vsque ad duas annorum septimanas secundum Gal.quamuis natura ęgritudinis hoc requirat manifeste. Et dixit Abumeron Auenzoar,ego minui vnum meum filium trium annorum,& euasit a morte. Et virtus,quando est multum debilis,non sufficit vt solum minuamus de quantitate sanguinis:sed etiã oportet vt prohibeamus phlebotomiam omnino. & si viderimus ꝙ patiens non potest viuere sine minutione, sicut accidit in ægritudinibus senum,facias cum timore tamen. Tempus autem cõueniens phlebotomiæ est ver.& tempus æstatis prohibet phlebotomiam,propter debilitatem virtutis in illo tempore,& propter resolutionẽ spirituum. Verum si requirat natura ęgritudinis,facias euacuationem,sed in parua quãtitate.Tempus vero hyemis prohibet phlebotomiam propter coagulationẽ sanguinis,& propter grossitiẽ,quam habet isto tempore.Tempus autem autumni,quia est propinquum æstati in sua temperantia siccitatis & caliditatis,non est conueniens ad phlebotomiam propter siccitatem ipsius,& propter turbationem ventorum,& propter debilitatem operationũ,& propter tempus calidum,quod præcessit. Nec ita priuatur phlebotomia omnino,s.quando natura ægritudinis requirat,sed minuendum est ex quantitate. Et quando intendimus phlebotomare aliquod membrum corporis, F
& repletio solum fuerit in illo membro,tunc significat super diminutione quantitatis sanguinis.& ideo necesse est vt trahamus secundum quantitatem illius loci in duabus vicibus,aut tribus,ad hoc vt non reciperet damnũ illud mẽbrum, si egrederetur totum simul.

De euacuatione per Pharmaciam. *Cap. IIII.*

BIbere vero medicinas laxatiuas,etiam hoc significat super quantitatem euacuationis.Et infans non debet euacuari aliquo modo,neque decrepitus etiam.Neq; debet euacuari tempore æstatis,nisi ducat ad hoc necessitas magna,propter siccitatẽ magnam temporis,& caliditatem ipsius:et quia acquisiuit ægritudini complexionem similem complexioni eius.Neque sumenda est medicina tempore hyemis: eo ꝙ humores sunt duri illo tempore. Et Medici laudauerunt pharmaciã vere & autumno:quia humores nõ egrediũtur vt plurimũ tempore autumni a natura,nisi in qualitate solum. Homines vero, quos nõ cogit ad sumẽdã medicinã nisi cõseruatio sanitatis,sumere debẽt postq̃ pluerit:eo ꝙ pluuię frãgunt siccitatẽ illius tẽporis. Verũ est, si cõmotio cõplexionis super euacuationẽ medicinę est tẽpore,in quo est humor in cõparatione

Cur hyeme non summatur medicina.

A complexionis, tunc non debet euacuari nisi cum timore. sed cum erit contrarium, minuas ex quantitate, i. quando aliquis humor superabundauerit. Et consuetudo quidem operatur in hoc, quemadmodum in alijs. Quando autem erit intentio euacuandi aliquod membrorum corporis, significat super euacuationem ipsius, sicut diximus, locus subiecti, & colligantia membri. verbi gratia, quando voluerimus euacuare cerebrum per viam phlebotomiæ, minuemus cephalicam: quia propter maiorem colligantiam cerebri cum cephalica quam cũ basilica: & etiam quia colligantia adiuuat in euacuatione. & cum intendimus trahere ad contraria, verbi gratia cum nimis abundant menstrua, apponimus vẽtosas ad mammillas. & cum erit decursus superfluus ex parte sinistra nasi, apponemus ventosam super splenem: quando vero erit ex parte dextera, apponemus hepati, De loco vero appositionis, si est membrum, quod intẽdimus euacuare in alto corporis, fiat euacuatio in infimo corporis. & hoc est melius, eo ꝙ coadunatur hic euacuatio, & attractio. Et ideo laudatur vomitus in ægritudinibus existentibus in inferioribus corporis, & pharmacia in superioribus. Forma vero membri, & creatio ipsius demonstrant iterum super euacuationem ipsius, verbi gratia nos scimus de curatione stomachi, ꝙ possumus euacuare ipsum per vomitum, & solutionem ventris. & scimus etiam de curatione hepatis, ꝙ

B euacuamus ex gibbositate per prouocationem vrinæ, & ex concauitate ꝑ egestionem. Et propterea figura membri est consideranda in transitu medicinæ: eo ꝙ non est conueniens apostemata ipsorum per ipsa euacuare per transitum medicinæ fortis per membra ipsa: nec gulæ apostemata per gargarisma. Item mobilitas membri, & ipsius iuuamentum similiter ad conseruandam suam naturam nos inducit propterea quia tale membrum cum corde maiorem colligantiam habet. v.g. quando hepatis apostema in statu fuerit, & tunc de iure res resolutiuæ essent propinandæ, inquantum apostema existit: sed inquantum est in membro tali medicina a rebus habentibus aromaticitatem, nõ debet denudari: propterea quia membrum multæ sensibilitatis fortes non sustinet medicinas. Sed de mala complexione in seipsa a quibusdam creditur, quod & ipsa neget euacuationem materiei facientis ipsam. & hoc non est nisi in euacuatione, quæ fit per medicinam laxatiuam solum: eo ꝙ facit malam complexionem abundare. Et iterum dicunt Medici ꝙ non debemus euacuare cum medicina laxatiua in principio febrium, propter duritiem humorum in illo tempore. & ego declarabo hoc inferius. Dicit Hip. mulier prægnans non debet phlebotomari, nisi quando embryonis virtus fuerit fortis, hoc est a quarto mense vsque ad septimum nisi humores fuerint furiosi, & pharmaciam concedit tunc. Ego autem dico ꝙ phlebotomia, quando adest repletio, qua embryo non indiget, non est

C mala: sed pharmaciam non credo ad bonum peruenire finem: immo necessario lædit embryonem: eo quod in se substantiam habet venenosam, & fortasse faciet malos humores fluere ad embryonem, vt ipsum lædant. propterea quia medicinæ purgantes sunt medicinæ prouocantes vrinam: & quod prouocat vrinã, est de genere prouocantium menstrua: & quod menstrua prouocat, abortire facit. Et istæ regulæ vniuersales medicationis malæ complexionis materialis, & non materialis sunt sicut principia & elementa ad illud, quod breuiter dicere volumus in qualibet istarum specierum. Et nunc incipiã in curis vniuscuiusq; specierum istarum, & diuidam hoc modo: quamuis isto modo non processerim in libro Aegritudinum, eo ꝙ hæc via hic vtilis existit. Et dicamus ꝙ mala complexio materialis, aut non materialis, aut est vniuersalis toti corpori, & quæ magis est manifesta, est febris: aut existit particularis vni membro solum. Et quæ materialis existit, sunt duæ species: quoniam aut in cõcauitate membri existens, aut in ipsius substantia imbibita reperietur absque aliqua grossitudine vel tumore in naturali membro euenienti: aut accidet membro grossities mala, quæ apostema nominatur. Et incipiemus in mala complexione vniuersali: & post hoc de mala complexione loquemur particulari in quolibet membro: & post illud de apostematibus, quæ illa sequuntur: & principium in febribus ab ephemera faciemus.

De cura febris Ephemeræ in generali. Cap. V.

D

ET dicimus ꝙ intentio medicationis in illa duæ res existunt. Vna ad remouendum calidam,& siccã malam complexionem,quę est in ipsius substantia. & hoc fieri debet infrigidando,& humectando. Et alia,vt causæ extrinsecę febrem facienti resistatur:ob hoc, quia hęc febris nihil aliud est,nisi mala complexio non materialis,quæ vt plus a causis extrinsecis causatur.Et mensura infrigidationis et humectationis in hac febre est secũdum mensuram rerum particularium,sicut est complexio,aer,ętas, consuetudo, & regio,& causę ipsam facientes.Et scias ꝙ refrigeratio in febribus per se & per accidens fit.per se,sicut per medicinas,& cibos frigidos:per accidens vero sicut balneari in aqua calida , aut tepida. & maxime in hac febre fit, eo ꝙ per ipsam in spiritualibus vapores dissoluuntur:qui nisi resoluerentur, corpus nimis inflammaretur,& fortasse ad putridam conuerteretur. & propter hoc balneum est omnibus cura vniuersalis. Sed inter aquam existit diuersificatio secundum diuersitatem causarum facientium febrem.& hęc febris secũdum plurimum accidit propter cutis densationem:quod pluries accidit propter frigus , aut ꝓpter in aquis stypticis balneationem,aut propter necessariam balnei negligentiam, aut propter totius corporis siccitatem: sicut illis accidit, qui in aere calidissimo degunt.Et vere plurimum hęc febris accidit habentibus complexionem calidam & siccam. E

De cura febris Ephemeræ in speciali. Cap. VI.

ET de hac prima loqui volumus, & postea de complexione calida & humida,& vltimo de calida solum. Et dicimus ꝙ quando accidit propter cutis inspissationem,aut propter aquarum stypticarum balneationẽ,medicatio per cõtrarium illis erit balneatio in calida,aut tepida aqua post declinationem paroxismi.& fricatio vtilis existit in exitu balnei cum oleo tepido,in quo nulla stypticitas reperiatur.Non est* necessarium balneum reiterare vltra semel,sicut Gale.faciebat,qui infirmum faciebat intrare bis & ter : eo ꝙ hoc regimen non conuenit,nisi hominibus assuetis multũ balneari:sed embrocatio post balneũ cum aqua frigida,vt mihi videtur,iterata, conclusionem faceret pororum:nisi pori nimium forent aperti, aut corpus esset nimis calefactum. Et melior cibus,qui post balneum est propinandus,si erit complexionis calidæ & siccæ,& tempus fuerit calidum,est ptissana ordei:eo ꝙ infrigidat & humectat,& adiuuat ad expellendum superfluitates per omnes suas vias. & post huius digestionem dandi sunt pisces petrosi,carnes perdicũ,& similiũ. Et si alium fecerit paroxismum,balneum,& dietam hanc reiterare debes. F

Ephemeræ curatio ex cutis inspissatione.

* a.l.bonũ.

Et aliquando propter nimiam tristitiam,& multam iram fit, & propter multam in Sole moram.Et quæ propter iram accidit maiori indiget refrigeratione quam illa,quæ propter vigilias,aut propter tristitiam prouenit. & nulla istarũ indiget fricatione,sed balneo solum. Et quæ propter vigilias, & tristitiam fit, maiori indiget humectatione,somno,& gaudio . Et quæ propter moram plurimam in Sole accidit,indiget refrigeratione:& vt longam in aqua calida cõtrahat moram.& facta fricatione,cum oleis frigidis inungatur,vt oleo violato, & similibus.Et quando propter multam accidit frigiditatem, balneum intret calidum,& balnei calidus aer vtilior existit balneo aquæ . Et cibi temperati esse debent, aut ad caliditatem declinãtes,vt turtures,coturnices,& similes.& aqua mellis valde vtilis est. caput vero talium oleo rosato inungatur, & alijs actu calidis:quemadmodũ alijs frigidis in actu inũgi debent.Et scias ꝙ vniuersalis medicina omnibus patientibus ephemeram,existit balneum,exceptis patientibus reuma propter frigus. Et in ephemera ab Apostematibus inguinum, aut subascellarum causata,& si causa reumatis calida fuerit,Dicit Gale. ꝙ balneũ intrare debet.& hoc non dicit,nisi quia sufficiens est in humorum subtilium dige-

Ex tristitia, ira,ac vigilijs.

Ex mora in Sole.

A frigiditate.

A ſtione,ſed groſſos diſperget per totum corpus. nec balneari debet,niſi poſt digeſtionis complemẽtum. Et vina aquoſa alba aromatica omnibus iſtis vtilia ſunt, ſi bibere aſſueti fuerint:ita ꝙ poſt digeſtionem bibantur. nam plura habent iuuamenta q̃ aqua. nam vinum natationem cibi in ſtomacho vetat, ventoſitatem reſoluit, vrinam prouocat & ſudorem, animam lætificat, & adiuuat naturam ad expellendum ſuperfluitates, quando patientes hanc febrem debilitatem incurrunt digeſtionis, & maxime habentes ipſam ex vigilia, vel triſtitia. Sed quæ a feſsitudine eſt tantum, in ſua curatione indiget dietà verſus frigiditatem tendente: & vt cibetur quantitate tali, quæ nauſeam non inducat. Sed illi, qui hãc febrem patitur ex fame, propinanda ſunt cibaria valde, & cito digeſtibilib, tendentia ad frigiditatem & humiditatem. & propter hoc ſi cibaueris tales in principio paroxiſmi, non febricitabunt. Sed ſi propter cutis fuerit conſtrictionem, in primis tribus diebus erit ſufficiens fricatio, ſicut cum ſemine melonum, milij, aut ordei farina, aut fabæ, vel orobi. & quæ appropriantur propina, ſicut ſquinzibin cum aqua iridis, & capillorum vene: & violatum. Et ſi hæc ſufficere non videntur, & febres tertium tranſierit diem, aut tu arbitratus fueris à principio, vt tanta fuerit in corpore repletio, vt propter fricationem, & apertionem ſine vniuerſali euacuatione ægrum lædere poſſes, ob hoc quia tale medicamen in corporibus plenis plus oppilat quam aperiat: tunc medicatio talium media inter B ephemeram & putridam eſſe debet, hoc eſt in phlebotomia & corporis molliſicatione. & hoc faciat ſecundum exceſſum a ſignis conſideratum, & ſecundũ ꝙ ab experientia & bonitate æſtimatiuæ poteris perſcrutari. quia propter ſolam doctrinam certificari non poſſes, quod in vnoquoque indiuiduo faciendum ſit in quantitate, & qualitate in hac arte. Et neceſſaria eſt in hac arte præter vniuerſalium rerum cognitionem experientia, propter quam particularia principia habeantur in eo, quod in vnoquoque indiuiduo fieri debet. Et ſcias ꝙ iſta principia ſcribi non poſſunt omnia, quia ſunt infinita. & iſta pars ſcientiæ Medicinalis nobis vetat perfectionem habere in hac arte: eo ꝙ magis eſt appropriata experientiæ, q̃ rationi. & propter hoc dixit Hip. Ars longa, & vita breuis. Et egomet non ſtudui in hac ſcia, vt videatur mihi, vt ſim ſufficiens, ſicut videtur multis Medicis noſtri temporis, qui multum elongati ſunt ab eorum intentione: exceptis filijs Auenzoar, & maxime Aboali, & filio eius Abenatiam, cui Deus conſeruet vitam. nam iſti veri magiſtri ſunt in ſcientia Medicinali. Reuertamur ad dictum noſtrum, & dicamus ꝙ maior pars iſtius febris a ſtypticitate prouenit, & ſiccitate, & maxime in complexionibus calidis, & complexiones ſiccas habentibus. Et hæc eis non prouenit, niſi quia cibi permutantur in eorum ſtomachis ad fumoſitatem, & quibus ſuperuenit eis fluxus vẽtris. Et plu- C ribus eorum, quibus hoc accidit, accidit propter corruptionem ciborum, & ipſorum mordicationẽ. Et aliqñ accidit illis ventris conſtipatio: quod prauũ exiſtit. & conſtipatio hæc accidit propter caliditatẽ & ſiccitatẽ, & virtutis expulſiuæ debilitatem, & ſic dicendũ eſt de medicatione vniuſcuiuſq; iſtorum per ſe.

A feſsitudine.

Ex fame.

Ex cutis cõſtrictione.

De cura febris Ephemeræ, quando eſt cum fluxu ventris. Cap. VII.

ET dico ꝙ illi, cui accidit fluxus ventris, in ipſius curatione conſideratio eſt habenda: ita ꝙ ſi humor eductus eſt, & fluxus ceſſauit, fac ipſum ingredi balneum, & ipſum ciba cum confortantibus ſtomachum, & ipſum ſtomachum cum vnguentis confortantibus vnge. ſed cũ fluxus eſt in ſtatu, melius eſt vt in balneum ipſos ire non permittas. hoc Gale. dicit. Sed noui Medici medicantur fortem fluxum cum balneo: quia dicunt ꝙ attractionem facit ad oppoſitam partẽ. & quãuis ita ſit, nõ eſt propria medicina, ſed eſt ꝑ accidẽs: & ideo quia eſt per ſimilitudinis viã: & tu ſcis ꝙ cõtrariũ debet expelli ꝑ ſuũ contrariũ. vnde hoc, qñ poſſumus, eſt dimittendũ. Sed patiens eſt cibandus abſq; poſitione ipſius in balneo; immo debes cõſeruare, vt rectifices ipſius ſto-

machum euacuatione cessante cũ lana infusa in oleo absinthij & oleo rosato, D
& si mastichen contritam acceperis,& cũ oleo rosato miscueris,& prædictę lanę infuderis,multo fortius operabitur. Et vniuersaliter scias ꝙ in membris principalibus non est superponenda medicina actualiter frigida:quamuis potentialiter frigida existat. Et si fuerit multa inflammatio in ore stomachi, misceas cũ istis oleis succum extremorum vitium,& succum cydoniorum. & aliqui apponunt ceram,& faciunt inde cerotum. Et aliqui ex hac medicina mirantur,& dicunt,cũ æger os stomachi habeat mala complexione calida vitiatum, cur Ga. ponit mastichen cũ oleo rosato? Et nos respondemus ꝙ significatio hęc recepta a mala complexione sola est alia a significatione recepta a cõplexione mẽbri: ob hoc,quia intentio medicationis istius mẽbri est vt fortificetur cum medicinis habẽtibus aliquid stypticitatis,cũ amaritudine & aromaticitate. Et propter hoc primi experimentatores non curabant debilitatẽ stomachi,nisi cum his supradictis. Et possibile est vt multis hominibus nocerent,eo ꝙ malã cõplexionẽ non considerabant:sicut dicit Gal.vni accidit,quia malã cõplexionẽ habebat in stomacho calidam & siccam. Multum ergo considerandũ est, si mala cõplexio est tanta,vt ipsam nimium timeamus,studebimus solum in oris stomachi confortatione. Et si non admiscebimus cum his frigidas medicinas, obseruato vt sint illis similes in stypticitate:& tales medicinæ sunt multæ. Sed si fluxus non cessauerit,non desistas ipsum cibare cum rebus stypticitatem habentibus : & secundum quantitatem fluxus ipsum rege. Nam si paucus sit fluxus, sufficit panis biscoctus cum zuccharo,vel succo rosato confectus, aut cydoniorum succo. Et si multus sit,fortioribus vtere, vel pane biscocto ordei cum succo cydoniorum. & vinum pomorum granatorũ est bonus cibus scdm Gal. Sed si cessauerit fluxus, mica panis conueniens est. Et si superuenerit casus appetitus,sumat electuarium cydoniorũ cum aliquantula mastiche cum succo extremorum vitis. Et Gal. vtitur hoc electuario cydoniorũ,quod composuit in fine Regiminis sanitatis. Sed medicina,in qua intrat piper,aut res calidæ,tunc est vitanda:& maxime in climate nostro tẽpore calido,& calida cõplexione. Et qñ istis accidit ventris cõstipatio, tũc considerandum est,in quo loco sit cibi retentio, vtrũ in stomacho, aut in intestinis. Si est in stomacho Gal.pręcipit dari confectionem trium piperum: sed non de forti,in qua intrant medicinæ,sed de debili quam posuit in libro de Ingenio sanitatis. Et hæc medicina non est cõueniens,nisi illi, in quo cibus permutatur in stomacho ad acetositatẽ: quia stomachis calidis, & nauseam ex caliditate habentibus hæc non erit vtilis medicina. Et est dictum Gale. quod iam declaratum est in Aegritudinum libro, ꝙ virtus mẽbrorum ęque debilitatur per complexionem calidã malam, sicut per frigidam: quia aliquod membrorũ non habet sua accidentia nisi per mensuratum calorẽ. Et si debilitatur per cõplexionem frigidã,est hoc substantiale,eo ꝙ est ei necessariũ. Et pp cõplexionem calidã erit per accidens,sicut Sol fortis,qui extinguit ignẽ,& calor fortis fornacis extinguit candelã. Similiter potest dici secũdũ Gal.de debilitate stomachi,quę fit pp causas calidas,& nauseas calidas.ergo Gal.non respexit nisi ad frigiditatẽ,quę stomacho accidit per accidens in hac arte.& hoc curare intendebat. Sed prouidendũ est super cõplexionẽ malam,& sic medicinæ misceri debent. Sed credo ꝙ clima suũ ipsum in hoc sustentauit. Et mihi vr̃ ꝙ electuariũ cydoniorũ mistũ cum ligno aloes, mastiche, caryophyllis multũ valet,si sit taliter compositũ,vt frigiditas cydoniorũ vincat ipsorũ caliditatem. Et non est tradendũ obliuioni de modis cõpositionis harũ compositionũ. qm̃ si voluerimus frangere virtutes ipsarũ medicinarum absq; cydonijs, potes hoc facere cũ extremitatibus vitium,vel cum alijs rebus frigidis & stypticis. & Medicus in hoc prouisor esse debet,vt resistat ei,quod plus est timendũ. Et melius est, ꝙ calor,qui ex hac prouenit mixtione,sit in primo gradu. Et qñ fuerit necesse frigiditatem stomachi remouere, diminuat res frigidas:sicut nos diminuimus in aliquibus quantitatem calidarũ,qñ non oportet complexionem calidam procurare. Et Gale.præcipit embrocari ventrem istorũ cum aqua calida, & intendit per hoc ventrem mollificare,sed quia mollificatio nocet stomacho,oportet ꝙ fiat cum timore. & quã-

Notandum vniuersale. E F

Ex causis cõ-

A uis mollificatio sit huic congrua, ægritudini naturæ mẽbri contraria existit, ob hoc est necesse has duas res miscere, aut semper rem conuenientem ordinare. Sed cum cibus ex stomacho descẽdit, tunc embrocatio valde vtilis existit: hoc obseruato, ne cibus indigestus ad membra trahatur embrocata. & hic clystere melius est omnibus, quæ fieri possunt. & si non est mordicatio, aut ventositas, tunc sufficit clystere factum ex melle, oleo, & aliquantulo sale. & si mordicatio fuerit, tunc admisceantur pinguedines anseris, & gallinæ. Et si ventositas affuerit, necesse est vt in oleo coquatur parum rutæ, & semina resoluentia ventositatem, sicut semen apij, & cymini, & similium. Et ventositas cum nausea in hoc loco significat ꝙ naturalis calor debilis est, & propter hoc non est calefaciendum, nec refrigerandũ, sed vtrisque vtendum erit. Et aliqñ hæc febris tribus diebus perdurat: sed non timeas, & rege ipsos post exitũ paroxismi, & post euacuationem ventris, ponendo ipsos in balneo, & ciba ipsos cibis cõuenientibus. Sed ex nausea acetosa hæc febris non fit, ob hoc, quia ex illis substantia fumosa nõ generatur, quæ spiritũ inflammet. Et scias ꝙ in complexionibus frigidis & humidis raro hæc febris accidit. similiter neq; in frigidis & siccis. sed calida & sicca omnibus paratior ad hoc existit. & propter hoc, illud, quod plus nocet corporibus sic dispositis, est fames, & exercitium temperamentũ excedens, & negligentia balnei. Sed qui febricitant febre, quę fit ꝓpter bubonicũ apostema, B quod fit in subascellis, & inguinibus, vltimũ medicamen illius apostematis est curatio. Et si propter reuma hoc accidit, medicinę purgantes necessariæ existunt. Et si fuerit propter sanguinis abundantiã minutione indiget: quia hęc preseruat, ne in vlteriores ægritudines cadat. Et Gal. præcipit vt has febres patientes ponantur in balneum: sed mihi nõ placet vt fiat, nisi in declinatione. Et hoc sufficit in medicatione ephemerarum: coniuncto tamen hoc causis exterminatis in libro Aegritudinum.

Febrium medicamen ex bubonico apostemate.

De curatione febrium acutarum Ardentium.
Cap. VIII.

DEinceps volumus loqui de febribus ardentibus: vel acutis, quæ dicuntur ardentes: ideo quia istæ febres sunt mediæ inter putridas & ephemeras. Et dicimus ꝙ iam dictũ est in libro Aegritudinum, ꝙ hæc febris fit ex multo sanguine. & sunt species duæ: vna est, dum sanguis non est putrefactus: & alia est, dum sanguis iam putrefieri incipit. Et vnaqueq; istarũ trino disponetur modo. Vnus est, vt homotonos continue affligat a principio vsq; ad finem æqualiter. & hoc fit, propterea quia id, quod dissoluitur, est C ęquale ei, quod resoluitur. Secũdus modus est, vt a principio augmẽtetur vsque ad finẽ. & hoc accidit, propterea quia illud, qđ dissoluitur, est plus eo qđ resoluitur. Tertius modus est, vt a principio vsq; ad finẽ decrescat. & hoc fit, ideo qa illud, quod dissoluitur, minus est eo, quod resoluitur. Et qa hęc febris fit ꝑp oppilationẽ scđm vasa, medicatio ipsius erit ꝑ phlebotomiã: et maxime cũ nõ est sanguis putrefactus. Et Gal. hic dicit ꝙ qñ natura fortis est, extrahamus vsq; ad syncopã. & dicit ꝙ ꝑp hoc corpus refrigerationem habebit, & possibile erit vt cholera abijciatur ꝑ partẽ superiorẽ, aut inferiorẽ. & dicit hãc medicationem in hac febre esse necessariã. Et ego dico ꝙ hęc quãtitas euacuationis artificialiter nõ existit, imo valde est erronea: eo ꝙ hęc ars imitatur naturã: & nunꝗ̃ fit crisis laudabilis ꝑ euacuationẽ sanguinis vsq; ad syncopã perducẽtẽ: immo hęc ꝓuenit a crisibus malis, in qbus virtus expulsiua plus ꝗ̃ conueniẽs est, expellit. Adhuc nõ est intẽtio euacuationis, inquãtũ est euacuatio, nisi ad remotionẽ superflui sanguinis peccãtis quãtitate, et ad cõseruationẽ quãtitatis naturalis: ergo quõ põt sanguis euacuari vsq; ad syncopã, nisi cũ detrimẽto sanguinis naturalis? hoc impossibile esse vr. & Gal. non intellexit per hoc nisi subitã corporis refrigerationẽ: ergo hęc medicina accidẽtalis est periculosa. vnde melius est vt aliquãtulum ex calore remaneat extraneo, ꝗ̃ calor naturalis diminuatur. Adhuc non

Nono Meth. med. c. 4.

Prima ratio cõtra Gal.

Secũda rõ.

Tertia rõ.

est credendum vt in tali corpore, quale est istud, non sit putrefactionis alicuius D
humoris præparatio. ergo si diminuis calorem naturalē, corrūpetur humor, &
virtus diminuetur, & non erit qui huius erroris faciat correctionem. Signa ergo,
per quæ cognoscimus febrem esse a putrefactione exemptam, sunt signa commutatiua, & non fixa. Consydera ergo quot in hoc loco eminent pericula. Et
cum in hac febre apparent signa putrefactionis per vrinam, aut pulsum, phlebotomia non fiat vsque ad syncopam perducens, quia impossibile est vt post minutionem non remaneat putrefactio vsque ad septimum diem. & propter hoc
est necesse vt remaneat virtus sufficiens digestioni. Et dicit Gal. ꝙ quando medicabis hanc febrem sanguinis cum putredine, tunc non est expectandum vsq;
ad digestionem materiæ. Et ex hoc intelligere debemus ꝙ in principio phlebotomare debemus. Et demum potare aquam frigidam in niue frigidatam tandiu,
donec corpus ipsius ad frigiditatem deueniat. Et hoc fieri debet consyderatis
certis consyderationibus. Prima est, vt ægritudo sit digesta, & vt in visceribus
non sit apostema, & vt in ore stomachi non sit debilitas neque frigiditas, nec
quando infirmus non est assuetus aquam frigidam bibere. Et sic esse debet: quoniam illud, quod hic inducit ad malam complexionem, contrarium existit eiusdem rei, quæ causam habet remouere: quoniam aqua frigida humorem incrudat
& impedit digestionem. Et impossibile est hanc febrem integre remouere, donec causa ipsam faciens in corpore reperiatur: ergo quomodo potabit aquā frigidam habens stomachum debilem & frigidum, quin ei accidat timor, & stupefactio, & consimiles ægritudines ex mala complexione frigida. Et iam inuenti
sunt homines, qui biberunt aquam frigidam semel in quantitate multa, & inde
ad constrictionem anhelitus deuenerunt propter frigiditatem musculi, vel nerui, & diaphragmatis, & taliter ꝙ non potuerunt aliquid deglutire. Et qui ipsam
bibunt iam facta digestione, tunc naturam optime adiuuant: eo ꝙ tunc ibi iam
aliud non remansit, nisi mala complexio calida: et illa tunc remouetur ab aquę
frigidæ bibitione. & sic natura meliorem facit operationem in humore tali, s.
perficiendo digestionem, & malam materiam expellendo: quoniam ipsa mala
complexio hoc facere prohibebat. & hic est tractatus Gale. in potatione aquæ
frigidæ in hac ægritudine. Et debes scire ꝙ hæc febris latitudinem habet magnam in suo calore secundum magis & minus: & propter hoc, quæ fortioris caloris est, dicitur causus, i. ardens. Et hæc latitudo diuersificatur secundum climata. Et quando omnia particularia concordant cum febre, quæ est ardens, & infirmus multum desyderat aquam frigidam, nō in hac est digestio expectāda. quia
æger ante digestionem consumetur. & si feceris ipsum pati vsque ad digestionis
aperitionem, tunc erit ipsius digestio mala: quemadmodum est nebula nigra, aut
hypostasis nigra propter nimietatem combustionis, & tunc aquæ frigidæ exhibitio non valebit. Et propterea melius est in principio sine etiam digestionis
signorum apparitione exhibere, & non curare ex dictis aliquorum: quoniā hęc
res est veracissime probata. Nam materia, quæ talem facit febrem, qualis ista
est, cum sit in vltimo caliditatis, non est priuata digestione nisi propter malam
qualitatem acutam, non propter grossitiem, nec propter viscositatem. & quando
hanc infrigidabis, tunc statim erit materia digesta. & melius est vt conuertas talem febrem ad febrem lentam & longam, quæ curari potest, q̄ꝫ æger subito moriatur. nam error, qui fit in alteratione cōplexionis febriū, facilior est q̄ꝫ mors.
Et ego credo ꝙ illi, quibus digestio debet expectari, si detur aqua frigida, citius
curarentur, si eius virtus extitit fortis, quamuis ægritudo fuerit longa. Dicit. n.
Rasis quod duo iuuenes in diebus canicularibus inter agebant: quorum vnus
erat dominus, & alter seruus: & ambo hanc inciderunt febrem: & Medicus
domino aquam præbuit frigidam, & seruo non propinauit: dominus euasit, & seruus mortuus fuit. Et terræ istæ nostræ mediæ sunt iter terras Gale.
& Rasis in temperamento. Et egressi sumus ex eo quod nostræ intentionis
erat & propterea quia tractatus curationis istius febris est vna partium tractatus febrium putridarum, & propter hoc bonum fuit narrare medicamentū, quod
vtrisque commune existat.

Vide Rasi. lib. diuisionū 149. et Auic. prima quarti tract. 2. c. 47. & Abynz. tertio Theisir. tra. 1. c. 4. De exhibitione aquæ frigidæ.

31 Aphorismorum.

A *De cura febrium Putridarum, & primo de eis in generali. Cap. IX.*

SEd dico ꝙ febrium, quę sunt ex mala complexione materiali, prima illarum intentio duas consyderat res: hoc est vt malam remoueat complexionem, & malam euacuet materiam. Et quia materia est cum calore putredinali, accidit hic tertia intentio, hoc est vt remoueantur causę iuuantes ad faciendum putrefactionem: & est superflui diminutio, & pororum apertio oppilationis. Et pororū oppilatio accidit propter res stypticas, aut frigidas, aut desiccatiuas, aut propter humorum grossitiem, aut viscositatem, & aliquando hęc omnia aggregantur. ergo tertia intentio est, vt vnumquodq; istorum remoueatur per ipsius contrarium. Ergo vt plurimum accidit vt cōtrarientur hęc accidentia medicationi: & maxime quando superuenit accidens, quod est contrarium significationi medicationis febris. Sed quando fuerit significatio recepta ab essentia febris, & causis ipsius, & vnum erit contrarium alteri, tunc oportet Medicum consyderare super accidentia, si fortissima sint. Et si non cogatur Med.cus a febre, vel accidentibus, tunc instare debet remotioni causę. & per hanc viam remouebitur febris, sicut est in febribus de frigida causa, vt est febris melancholię, & phlegmatis. Et si febris fortior causa fuerit, tunc opponat se febri: saluo vi causę non obliuiscatur. & possibile erit vt cogatur ambo consyderare ęqualiter. Et nos volumus in primis narrare febres, quę non habent accidentia resistentia eorum medicationi, & postea narrabimus illas, quę habent accidentia contraria: eo ꝙ tractatus resistentię accidentium est alius a medicatione ægritudinum, & etiam alius a medicatione accidentium. quod est, quia eorum medicatio est per remotionem causarum, sicut in ægritudinibus. Sed resistere accidentibus fit cum rebus, quę cito ea remouent, & subito per contrarium: quamuis vt aliquando augmentant accidentium causas, sicut opium in summis doloribus. Dicimus ꝙ frigiditas & humiditas in omnibus febribus ingressum habent per modum medicinę, et cibi. & hoc in rebus assumptis in corpus fit per primas ipsarum virtutes solum. & aliquando fit, vt aerem infrigidemus, & aliquando vt ipsum calefaciamus: & aliquando ęgrum remoueamus de vno climate ad aliud, sicut fit in peripneumonico, cui pręstamus vt vadat in Aethiopiam, vel ad Arabiam. Sed euacuationes in febribus per phlebotomiam, vel pharmaciam fiunt per virtutes secundas, aut tertias, aut per proprietates: & aliquando fiunt per balnea, aut fricationes. Sed euacuationes per exercitium in febribus non fiunt. & est consyderandum in quo fit vnumquodq; istorum faciendum, aut plus vno, & in quo tempore: eo ꝙ tempus est vna ex rebus valde necessarijs in hac arte. & propterea dixit Hippo, ꝙ tempus sit acutum: hoc est ꝙ tempus medicinæ latitudinem paucam habet. Et dicimus ꝙ phlebotomia fieri non debet, nisi signa multi sanguinis apparebunt: sed melius est vt fiat, quando non est malitia nisi quantitatiua, sicut superius dictum est. Et tempus faciendi sequitur virtutis fortitudo: quia secundum plurimum fortitudo virtutis plus est in principijs ægritudinum. Propter hoc ordinauerunt quidam fieri phlebotomiam in principijs ægritudinum. & multi sunt ægrorum, qui phlebotomiam patiuntur vsq; ad vltra septimum diem. Et ad remouendum illorum errorem dicit Gal. ꝙ debilitatem virtutis, aut fortitudinem non sequitur numerus dierum. Et quantitas phlebotomationis recipitur a fortitudine ægritudinis, & a complexione, & ab ætate, & tempore anni, consuetudine, dięta, & conditionibus alijs. Sed bonitas virtutis, & eius malitia sequitur malitiam complexionis, & eius bonitatem. & propter hoc ponitur a Medico in vno genere. Sed euacuatio, quę fit aperiēdo oppilationes, fit incidendo humores, & subtiliando ipsos, et digerendo ipsos, & rectificando illud, quod potest rectificationem accipere, & expellendo illud quod non potest rectificari. & hoc fit in omnibus febribus, & maxime in illis, quę non sunt incensiuę: & etiam in omnibus horis, seu temporibus ægritudinis: eo ꝙ materia putrida non rectificatur, nisi his duabus rebus, s. expellendo illud,

Duo cōsyderantur in febribus malę cōplexionis materialis.

(Margin letters: B beside "melancholię", C beside "dum, aut plus vno".)

quod rectificari non potest, & rectificando quod potest rectificari, quemadmodum fit ab hominibus volentibus putrefactioni obuiare. Et necesse est regere naturam continue in prouocando vrinam. Sed quia maior pars harum medicinarum est calidę & siccę cōplexionis, vt est semen apij, & foeniculi, & similiū: & possibile est vt ex tali operatione febris augmentetur: & propter hoc necesse est vt frangantur earum virtutes, primę cum rebus frigidis ex natura sui adiuuantibus illā operationē: & talia sunt semina melonis, cucumeris, & horum similium. & sunt ēt ex medicinis harū operationum, quę sunt temperatę, vel paucę caliditatis, quas damus febricitantibus, sicut capillus veneris, & endiuia, & similia. Et in summa intelligere debemus ꝙ qn̄ operari volumus medicinas calidas, ꝙ frangere debemus earū virtutes. & in his p̄dictis medicinis inueniuntur duę res, s. incisio, & subtiliatio. Et scias ꝙ euacuatio per vrinam est ex medicinis magis manifestis in febribus. Et hæ medicinæ aliquando inducunt angustiā, & inquietudinē, & corruptionē stomachi, & hepatis, & proprie in fine febrium chronicarum, & propter hoc conuenit vt eis admisceantur ea, quę habent confortare mēbra principalia, sicut bulliendo in aqua prędictarum aliquid mastiches: vel vt bibant aquā illā cum zuccharo rosato. & in his conuenit nobis magna exercere, s. in confortando, subtiliando, & incidendo. Et si materia huius febris fuerit humor frigidus & siccus, oportet vt abstineat ab his, s. calidis & siccis: eo ꝙ ista sicca non debet quartanarijs exhibere. & si vis ei propinare, debes hoc facere, frangendo siccitatē earum cum radice liquiritię, & zuccharo violato. Sed quia zuccharū violatum habet virtutē relaxatiuam, prohibere poteris cum passulis; qm̄ optime existunt in hoc casu, & sunt necessarię, s. passulę in remouendo siccitatem superfluam squinzibin, s. syrupi acetosi: eo ꝙ habet mordicare mēbra neruosa, s. oesophagum seu meri, & stomachum, & cannam pulmonis. & aqua ciceris confert in maiori parte febrium. Et quamuis aqua ordei sit frigida & humida, habet mundificare vias a superfluitatibus, et abstergit, & lauat vias absq; inflammatione, & est ex medicinis laudabilis valde in hoc casu. Et propter hoc squinzibin, & aqua ordei laudata sunt in curis febrium. Sed aqua ordei interdum ori stomachi habet inducere nocumentum, & propter hoc indiget rectificatione, s. ponendo in rotulo dimidio aquę ordei characten vnum ex mastiche, s. pondus quatuor granorum ordei. & hęc omnia indigent consyderatione, s. opponendo se periculosiori, & fortiori secundum plus & minus. Medicinæ enim laudatæ in relaxatione naturę sunt, quę habent has secundas virtutes, s. relaxare, & qualitate febrili obuiare. & tales sunt tamarindi. & benefeg, idest violæ, & tereniabin seu manna, & medulla barheę. Sed oportet vt videmus dare myrobalanos ante digestionem propter stypticitatem ipsorum. sed alubleb, i. corrigiola optima est in principio febris: quamuis aliquam habeat caliditatem. Ordo autem medicinarum in mollificando naturam est, quam dicturus sum, s. tereniabin in primo: secūdo benefeg, i. viola: tertio tamarindi, postea albubleb, post medulla cucumeris sarraceniçi, s. anguini, & postea karsabar, s. cassiafistula, deinde myrobalani. & conueniens est omnibus febribus vti contrarijs a tota specie putredinis febrilis. Sed quia hæ medicinę pro maiori parte calidę existunt, sicut sunt species, ideo in modica quantitate de ipsis ponere debemus, & frangere debemus earum virtutes primas. Sed medicinis, quę hanc exercent operationem absq; calefactione, vti debemus in hoc loco, sicut est vinum pomorum granatorum, & sandali albi, & rubei, & tabazir, i. spodium. Sed in sandalis aliqua existit oppilatio, & cum rectificata fuerit medicina, materia vtilis existit. Sed medicinę, quę habent infrigidare & humectare, sunt diuersæ vel varię, vel multę secundum diuersitatem & multitudinem febrium in quantitate calidarum, & paucitate earundem. Et ordo harum medicinarum est talis: quia primo danda est aqua ordei, & postea syrupus iulep: & est syrupus secundum quosdam factus ex aqua rosę & zuccharo solum, sicut laudauerunt aliqui noui. Sed propter siccitatem aquę rosatę ponendum est tantundem aquę simplicis, & plus & minus, secundum ꝙ videtur conuenire. & qui magis fortis existit, est syrupus factus ex succis frigidis & humidis, sicut est succus cucurbitę, & cucume-

A ris sarracenici, & citrulorum, & melonum: & sunt exterius coloris citrini, & interius sunt continui & albi. sed quod fortius existit, est bibere succum prædictorum absq; zuccharo: & maxime succum cucumeris sarraceni, s. anguini: eo ꝙ contrariatur choleræ a tota substantia sua. Sed tempus, in quo de necessitate debemus purgare materiam peccantem cum medicina attractiua, est hora, in qua exuberat malitia humoris exeuntis in qualitate. & iam declarauimus superius. & hoc facere debemus forti existente virtute. & tunc est certum, quando signa digestionis apparent: quoniam eo tempore collaudatur euacuatio facta a natura, eo ꝙ virtus expulsiua non mouetur ad expellendum superfluitates per viam naturalem, nisi facta digestione. & in hac arte imitari debemus opera naturæ toto posse. Et scire debes ꝙ facta digestione, fit descēsio, & expulsio absq; aliquo impedimento grossitudinis, vel viscositatis, vel oppilationis. Sed quādo nō apparet digestio, tunc dissensio inter Medicos reperitur: eo ꝙ Gal. & maior pars Medicorum dicunt ꝙ minime purgare debemus, nisi materia sit digesta, nisi ægritudo fuerit in vltimo acuitatis. Et hoc intelligere possumus ex dictis Hippo. qm̄ quando ægritudo est in vltimo acuitatis, tunc humores sunt in vltima furiositate, & non est securitas, quin descendant ad quędam membra principalia, & lædant ipsa, nisi sint euacuati in principio ægritudinis: eo quia humores, qui acutissimi existunt, sunt subtiles: & quia ibi non est grossities, nec visco-

Difficultas de euacuatione materię ante digestionem.

B sitas, quę prohibeat operationem medicinę laxatiuę. Et non potest inde prouenire nisi vnum solum nocumentum. quod est, quia medicinę laxatiuę suis qualitatibus primis augmentant febrem. & illud potest remoueri miscendo cum eis frigida & humida, secundum ꝙ conuenit. Sed quando ægritudo non est peracuta valde, sed est quieta, tunc expectanda est digestio. Et scire debes ꝙ ægritudines, quę acutę sunt in terris Hippocr. in terris nostris peracutę sunt. & hoc manifestatur, quia Hipp. non curabat ęgritudines acutas, nisi cum aqua ordei, & melicrato. Et postquam ita est, ægritudines acutę nostrę regionis, & aliarum calidarum terrarum medicandę sunt cum medicinis attractiuis, vel laxatiuis in principio ægritudinis. Et in ægritudinibus peracutis pro maiori parte humores corrumpuntur circa orificium stomachi. & propter hoc, quando apparet abbundantia sanguinis, licet non sit superflua, euacuare debemus: qm̄ inde magnum ꝓuenit iuuamentum, & incontinenti quiescit valetudo ægritudinis, nisi sit quod prohibeat ex rebus supradictis. Sed quando ægritudines non sunt acutę, sed sunt ex humoribus mucillaginosis & viscosis & indigestis, ipsas euacuare & purgare debemus post subtiliationem, & incisionem. & hęc est digestio eorum: alioquin non oportet cum medicina purgari. Sed ægritudines, quæ non sunt acutę, & sunt ex humoribus subtilibus, sicut est vera tertiana; quę non transit

Tertiana nō est acuta, prima quarti tra. 2. c. 7.

C vltra septem periodos, dicit Auic. ꝙ expectare debemus digestionem: eo ꝙ digestio humoris subtilis est eius ingrossatio, & grossi est eius subtiliatio. & sicut difficile est virtuti expulsiuę expellere humores grossos propter sui grossitiē, sic difficile est virtuti expulsiuę expellere subtilem: quia disrumpitur, & dispergitur propter sui subtilitatem. quare difficile existit naturę expellere humores grossos, eo ꝙ oppilant meatus, & transitus: & subtiles, quia disrumpūtur, & sparguntur, & imbibuntur. tamen medicinę laxatiuę citius expellunt, & facilius humores subtiles quam grossos. Et propterea quidam Medici dixerunt ꝙ nunquā dederunt aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorē, quin cholera prius purgaretur propter sui leuitatem & subtilitatem. & adhuc magis ꝙ quando dantur medicinę laxatiuę, quę trahere, & purgare debent melancholiam, aut phlegma grossum & viscosum a proprietate & sui natura, prius illæ eædem trahunt choleram, & expellunt. Et hoc idem manifestat intellectus, ꝙ subtiles humores habiliores sunt ad purgandum, et expellendum grossis: quāuis hoc non sit ex operę naturę. quoniam si sic faceret natura, illud quod prius exiret in ægritudinibus acutis, esset cholera: eo ꝙ tales ęgritudines pro maiori parte fiunt ex humoribus subtilibus. & quanto sunt subtiliores, tanto difficillius a natura expelluntur. Et propter hoc dicimus ꝙ minime tardare debemus in peracutis exibere purgationes, neq; expectare ad perfectā digestionē; quia nō est

Cōtra Gal. in aph. Concocta medicari. ꝓ quo Ras. 10. ad Alman. c. 4. hic vero extēdit sermo ad acutas: qa loqtur cōtra Auic. 10. ad Almā. c.

7 & .8. & .1. diuis. c.152. & .153. vide tres rōnes Ras. contra Gal. 16. c. c. 2. Opīonem Gal. vide. 1. apo. 22. & 23. cō. et 12. Meth. med. c. 3. & ī lib. de Curat. p sang. miss. et 4. de Rati. uī ctus in acutis. & .1. de Febribus ad Glauco. & Hali. quarto Theo. c. 10. Idē intellige ab his ꝗ euacuatione febris a materia subtili ñ furiosa. Op. tñ vr̄ secūda aphoris. 29. Idem prima quarti tra. 2. c. 41. ibi. (Et de solutiuis ī prīcipijs ei'. & .c. 59. ibi. (Ego vero ñ diligo, cuius op. parū post vr̄. velle. ibi (Et multoties quidem cōceditur.	tutum, quin mala qualitas prædominetur naturę: & tunc erit mala digestio expe D ctanda cum diffidentia liberationis. Et postquam ita est, ꝙ purgare debes, non facias illud, nisi primo frangas suam caliditatem & siccitatem. Sed in febribus phlegmaticis, & melancholicis Rasis in principio earum purgabat. & hæc erat eius opinio omnino, s. purgare in principio febris. tamen Gale. dicit contrarium manifeste, s. ꝙ minime debemus in principio febrium melancholicarum. & illud idem dicit in epistola ad Glauconem. Et illud est, quia finis harum ęgritudinum est securus, nec expectatur digestio mala: sed phlegmatica est male determinationis. & propter hoc necessarium existit, vt infirmus euacuetur: præterquam expectetur digestio perfecta. & propter hoc Medicus prius incipere debet a medicinis subtiliatiuis, & incisiuis per hebdomadam vnam, quia non timemus calorem huius febris, cum sit debilis, vt magnum inferat nocumentum: & cum hoc fecerit, tunc Medicus purgare incipere debet. Et demonstratio huius est illud, quod vides fieri in apoplexia, & etiam in similibus ægritudinibus timorosis frigidis: quia incipimus in talibus ab euacuatione, ponendo in medicinis laxatiuis incisiua, & subtiliatiua, Et mihi videtur impossibile recipiendo syrupum squinzibin per hebdomadam vnam factum ex decoctione radicum lilij cœlestis, & seminis apij, & liquiritię, quin pręparet humores, & digerat, & leuiorem faciat exitum a corpore. & quamuis totus humor non euacuetur a corpore, tamen natura inde alleuiationem suscipiet omnino. Et inde redire debes ad E incidendum, et subtiliandum per aliam hebdomadam, quemadmodum diximus: & postea purgare. quia taliter operando, humores habiles reperiuntur ad expellendum. Et simile hoc est homini ferenti graue pondus. quoniam quando ferre non potest ipsum, & diuidit ipsum in parte, facilius tolerat ipsas. & postquam natura fuerit alleuiata, tunc digestio laudabilis apparebit, & rectificabitur domino concedente. Et hoc melius existit valde, quam infirmum dimitterre ęgritudini, & naturę. s. si videbis naturam ægritudini præualere, tunc dietam, & regimen infirmo iubebis, & hoc in arte minime collaudatur: quoniam nisi naturæ violentiam feceris, vel adiuuando ipsam, nihil boni ei feceris, nisi ꝙ verba ei dederis, retinendo ipsum. Et istud idem regimen facere poteris in febribus melancholicis. & sic facimus hominibus sanis, quando volumus ipsos purgare, s. quia ipsis digestiuum propinamus primo, ad subtiliandum humores, & vias aperiendo. sic & in ægritudinibus oportet facere. tamen in ægritudinibus maior diligentia est adhibenda, eo ꝙ earum humores difficilius recipiunt digestionem. Et hoc manifestatur in opere Gale. in labore spontaneo febri propinquo. quoniam ipse purgabat omnes humores facientes hunc laborem, prẹter humores viscosos mucillaginosos: eo ꝙ omnes concordare videtur, ꝙ tales non sunt purgandi. Gal. autem videtur ꝙ euacuare debemus habentes hanc febrem per fri- F cationem solum. Ego autem affirmo ꝙ climata in hoc multum sunt consyderāda. propter hoc non est danda regula generalis: quoniam mihi videtur ꝙ etiā humores viscosi, & mucilaginosi purgari possunt in his nostris regionibus: facta tamen incisione, & subtiliatione per longum tempus: & tunc tempus digestionis abbreuiabis, & natura inde alleuiabitur, & ex tunc videbis digestionem laudabilem. Et te oportet has res multoties experiri: quia experientia in his rebus non modicam virtutem habere videtur. Quod scipsimus de hoc in hoc loco sufficiat.

De Cibatione, & Fricatione, & Balanatione febricitantium. Cap. X.

DIco ꝙ cibus dari non deberet febricitantibus vsq; ad statum ægritudinis. & hoc, vt natura tempus habeat digerendi humores facientes ęgritudinem, & ipsos expellendi. Sed quia virtus non est sufficiens omnibus, te oportet consyderare ægritudines, Quoniam, si fuerit ex ægritudinibus peracutis, cuius status est propinquus, & crisis debet esse in septimo, &

A natura fortis existit, tunc illud facere debes. Et si virtus debilis fuerit, nullatenus facere debes. Sed si virtus mediocris fuerit, & ætas fuerit iuuentutis, cibabis ipsum aqua ordei, & mica panis, lota etiam cum aqua calida ad quantitatem.ʒ.ij.vel.iij.ponderis. & istud est subtilius regimen in nostro climate secundum consuetudinem nostram. Sed regimen antiquum subtilius erat, nihil dare per hebdomadam vnam. & quando volebant ingrossare, dabant aquam mellis solum. Sed hoc ferre non possunt illi, qui sunt nostri climatis propter complexionem aeris, & consuetudinem. Sed in climate illorum corpora habent minorem resolutionem: & cum hoc bibunt vinum non in multa quantitate, & comedunt carnes porcinas, quę duo sunt plurimi nutrimenti. Et generaliter consyderanda est consuetudo. quoniam qui consueti sunt comedere ter in die non possunt prędicta sustinere, & maxime habentes complexiones calidas, & resolubiles. Et si cognoueris statum ęgritudinis esse longum, & virtus infirmi fuerit debilis, cibandus est plus quam diximus in principio. & cum status appropinquabit, minuendus erit. & totum hoc est intelligendum, forti existente virtute. & fortitudo virtutis existit in complexione forti. Sed qui habent complexiones calidas & siccas, pauci ex his famen possunt sustinere: & maxime in ęgritudinibus sibi consimilibus, & in temporibus calidis: eo ꝙ, quando talibus pati famem fecerimus, febres eorum ad incensiuas declinare faciemus: quamuis debiles existant in radice: vel ad hecticam, quia in complexionibus consimilibus multiplicantur qualitates malę sui natura, & magis, quando eis facimus sustinere famem multiplicantur, & aduruntur humores. Et hora cibandi eos est in declinatione paroxismi primi, & ante principium secundi, vt natura habeat spatium digerendi humorem in tempore paroxismi. & hoc melius existit, s. confortare virtutem, ne ei accidat accidens periculosum, cui necessarium sit cibū propinare, vt in syncope ex resolutione. Sed si timuerimus aliquod ex his, cibabimus eos in principio paroxismorum: quoniam inde eos a syncope taliter liberabimus: quemadmodum recitat Gal. de puero, qui præcepto Medicorum sustinuerat famem tribus diebus. Et aliquando conamur cibare ipsos in medio paroxismorum. In febribus autem continuis horam cibandi eligere debemus, in qua maioris existunt quietis: consyderando tamen consuetudinem. Et ex horis diei meliores sunt frigidę, s. mane, & sero. Et scias ꝙ balneum in declinatione febrium collaudatur, quoniam superfluitates euacuat subtiles. In principijs vero minime, quia rigores habet prouocare, & dissoluit humores, & multiplicat oppilationes, & spargit superfluitates per corpus totum: & non est tutum quin inde proueniat apostema in aliquo principali membro. & quāuis humores euacuet, multiplicat tamen caliditatem & siccitatem febrilem, siue fuerit ex aqua calida factum, siue ex aere calido. Et necesse est vt corpora talium non tangātur aqua frigida, quoniam humores efficit crudos. & propter hoc balneum fieri non debet nisi post factam declinationem, & in febribus, quę non sunt acutę. Vina quoq; aromatica & leuia, quę modicam aquam sustinere possunt, phlegmaticę & melancholicę exhibere possumus: sed in incensiuis a vino omnino elongare debemus. Gal. quoq; curabat febres, quę erant ex humoribus mucillaginosis cum fricatione. & hoc indiget consyderatione. quoniam non est tutum, quin humores spargantur ex fricatione per totum corpus. Et ipsemet pręcipit in libro de Conseruatione sanitatis ꝙ ille, qui habet lassitudinem, & corpus eius fuerit plethoricum, vel plenum humoribus mucillaginosis, vt minime moueatur vel exercitetur: neq; balneum intret, neq; faciat fricationem, & simila: eo ꝙ fricatio non euacuat ex humoribus, nisi qui sunt subcutanei, & inter musculos: qui autem sunt in venis nullatenus euacuari possunt, nisi cum medicinis laxatiuis. Et etiam vides ꝙ, si sanus faceret fricationem pręceptam ab ipso in lassitudine. scilicet ita magnam, de necessitate cutis apostemaretur: eo ꝙ fricatio hęc in vltimo grauitatis existit, & illis maxime, qui hanc patiuntur ægritudinem, cum in lassitudine semper videantur esse. Iam ergo sufficienter scripsimus, sicut nobis videtur generaliter curas febrium putridarum: nūc autem redibimus ad curam vniuscuiusq; particulariter.

Marginalia: B — Decio Metho. med. — Balneum. — C — Duodecimo Meth. — Libro. 4. — Hic desinit noua trāslatio.

De cura febrium Cholericarum, & primo de cura Tertianæ. Cap. XI.

HAec febris si fuerit pura tertiana, erit secura absq; periculo: & scimus certissime ꝙ natura habebit dominium super hunc humorem. Et propter hoc non debemus eum mouere cum medicinis attractiuis, sicut est scammonia: eo ꝙ rectificando eam quantum plus possumus, semper mẽbris principalibus habet inducere nocumentum. & propter hoc virtutum debilitat, & auget etiam caliditatem febrilem & siccitatem suam. & si aliud non induceret nocumentum, nisi conamen surgendi, & decumbendi, modicum non inueniretur, quia complexio inde supercalesit, et debilitatur. Sed apparente signo digestionis non est malum dare aliquam medicinam attractiuam in hunc modũ, scilicet quia primo dare debes ea, quę primo habent lenire materiam & humectare, sicut syrupum violatum, & tamarindos: & ad reprimendum nocumentum stomachi adde aliquid ex mastiche. Et rheubarbarum in hoc loco optimũ existit: qm̃ reprimendo nocumentum prędictarum laxat. Et quantitas, quã dare debes ex rheubarbaro, est a duabus.ʒ. vsq; ad tres, miscendo ei syrupum iuleb, & squinzibin, ana.ʒ.i. cum.v. partibus aquę frigidę: & infra diem potabis cum aqua ordei. & hoc faciendum est omni die, nisi natura moueretur bis in die ad assellam, sicut conuenit. & si natura moueretur ex hac medicina vltra quantitatem, minue secundum portionem ex ea. Et sumus contenti in hac febre ex infrigidatione & humectatione cum aqua ordei & syrupo iulep: eo ꝙ hęc febris nõ existit intensę caliditatis, cum sit ex cholera naturali. Et sumus contenti oppilationes ipsius remouere cum aqua ordei et squinzibin solum, cum modica in ea reperiatur oppilatio, & forsitan nihil. Et facta digestione si sufficit dare myrobalanos citrinos, bene quidem: sin autem, propina infirmo ex scamonia charactes.ij. eum tantundem mastiches, & cum.ʒ.i. syrupi de nenufare, &.ʒ.ʃ. syrupi malorum. Syrupus de nenufare, quia frangit qualitates ipsius scammonię primas, s. eius caliditatem & siccitatem: & cum hoc confortat aromaticitate sua mẽbra principalia. Et syrupus pomorum, eo quia frangit eius siccitatem, & remouet nocumentum principalium membrorum ab ipsa. Et mastiche quia confortat & remouet nocumentum principaliũ membrorũ, & Medici iam ipsis vsi fuerunt ad occultandũ malitiam scammonię. Et si timebis debilitatem infirmi, cibabis ipsum mica panis lota. Et iam testificatus est Hippo. ꝙ nisi fuerit ex errore, ꝙ hęc febris non transit quartamdecimam diem, etiam si fortissima fuerit. Sed si hæc febris non fuerit ex pura cholera sed erit ex vitellina, vel prassina, vel ęruginosa, non euadit hic absq; periculo magno: & maxime quando fuerit ex prassina, vel æruginosa. & mihi videtur impossibile ꝙ aliquis ab ęruginosa euadere posset. Et hę febres longos habent paroxismos, & pessima accidentia. & propter hoc indigent purgatione cum medicina attractiua, quam supra scripsimus, prius ablata caliditate & siccitate ipsius. Et non est malum, vt misceas ipsi medicinę aliquid de polypodio, quod Arabice dicitur belbeb: eo ꝙ purgat choleram adustam & grossam, & melancholiam, postquam fregeris siccitatem eius cũ oleo amygdalarum dulcium. Et aperire oppilationes in hac febre proprium existit, nisi fuerit excedentis caliditatis. quod si fuerit, tunc intendere debes solum ad infrigidandum, & humectandum.

Dosis rheubarbari.

De cura Causi. Cap. XII.

HAec febris est intensi caloris, & prauorum accidentium, & dicitur incensiua, & impossibile est ꝙ hęc ex cholera naturali generetur. Et in ista conueniens existit purgare cum medicina attractiua a principio ipsius, & minuere ex sanguine, si signa sanguinis apparebunt, dando ei omni die.x. aureos tamarindorum infusorum in aqua simplici absq; syrupo & aliqua alia re dulci, & post dabis ei bibere aquam ordei: & postea per totũ diẽ

A potabis eum aqua anguriç.& hoc regimen proprium existit omnibus febribus, quç sunt in vltima caliditate. Et non dimittas aquam anguriç, & aquam super niuem infrigidatam: quoniam si conuerteris hanc febrem in lentam, & chronicam, melius longe existit, quam vt æger moriatur. Et hoc etiam dixit Abumeron Auenzoar de quodam puero, quem ipse medicauit, cui dabat omni die aquã anguriç, & quotidie choleram vomebat. & tamen taliter fuit operatus, donec illa febris conuersa fuit ad chronicam, & inde liberatus fuit. Et mihi videtur ꝙ aqua anguriç longe melior existit quam aqua in niue infrigidata in hoc casu: eo ꝙ aqua in niue infrigidata, quamuis sit in vltima frigiditate, velociter tamen recipit caliditatem, & adhuc magis: quia aqua cum sit simplex, nihil restaurat, neq; prçstat corpori, nisi frigidam qualitatẽ solum: sed aqua anguriç restaurat, & addit in sanguinem faciendo frigidam substantiam, & qualitatem. Sed quando febres erunt lentç, & longi erunt paroxismi, & certus eris ꝙ non ex cholera pura eruut, sed erit ex vitellina, quç naturali frigidior existit, tunc studere debes plus in aperiendo oppilationes quam infrigidando, contrarium eius, quod fieri debet in illa, quç fuerit ex cholera pura: quamuis raro tales inueniantur. Et laudabiles medicinç in hac parte sunt, quç habent virtutem aperitiuã absq; forti caliditate, sicut capillus veneris, & radix apij, & semen fœniculi, frangendo siccitatem eorum cum radice liquiritiç, & caliditatem cum violis, & flore
B nenufaris, & seminibus communibus. Et studeas ponere in medicinis res, quæ habent membra principalia confortare, sicut est mastiche, et spica nardi, componendo ista cum syrupo squinzibin. Et esto studiosus ponere in medicinis solutiuis, quç habent choleram euacuare cum quantitate phlegmatis: sicut est semen bruti, i. semen cartami, frangendo tamen caliditatem & siccitatem eorum. Et hçc est cura omnium febrium cholericarum.

De cura febris Phlegmaticæ. *Cap.* XIII.

HAec febris cum fuerit ex phlegmate simplici & naturali, & de hoc fueris certus, tunc studiosus esse debes in incidendo humores, & in subtiliando, & oppilationes aperiendo, plusquam in infrigidando & humectando. & sufficit tibi in hac intentione squinzibin cũ iure cicerum, occultando siccitatem eorum cũ radice liquiritiç, & adde huic cõpositioni aliquid ex spica & mastiche, quoniam in hac febre stomachus debilis reperitur. Et conuenientior operatio in principio huius febris est lenire naturã cum semine cartami, & semine vrticarum, fracta siccitate eorum prius cum tereniabin. Et ser-
C uato hoc regimine per hebdomadã vnam, probinabit eis medicinam laxatiuã, quç habeat illum humorem euacuare. Et melior illarum medicinarum est turbith: quia a proprietate habet trahere, & expellere humiditatem, quç in ore stomachi est. & agaricum etiam cum eo: quia eradicat humorem grossum, & aperit oppilationes. & si addideris aliud ex hiera picra, non est malum, confidendo magis in agarico, & turbith: & aliquando occultando, & frangendo siccitatẽ eorum cum oleo amygdalarum dulcium. Collocinthidem aũt in tuis medicinis euitabis ponere quantũ plus poteris. Et si apparuerit tibi ꝙ humor sit tantç duritiei, ꝙ non possit euacuari absque ea, adde ex ea aliquid in prçdicta compositione, occultando malitiam eius cum chachina (et credo ꝙ sit tragacantha) & cum amygdalis. & dosis eius est media pars aurei. Et tales purgandi sunt bis: quoniam in vna vice non possunt purgari propter grossitiem humoris. Et hoc non facias, nisi virtus fuerit fortis, consyderatis alijs conditionibus supradictis. Medicina vero facta ex turbith in principio huius febris non est mala. Cibus vero in principio huius febris sit pulla parua secure: eo ꝙ status eius non est minor trium septimanarum: & est possibile vt ipsa duret vsque ad quadraginta dies, & vltra. Rasis autem dicit quod transacta septimana quarta, non est malum infirmo exhibere troschiscos de rosis completos dum aqua cicerum: eo ꝙ hanc febrem patientes in fine leuiter deueniunt ad debilitatem

ftomachi & hepatis,& cadunt de facili in hydropem. Et ego meo tempore vidi quosdam habentes febres chronicas, quibus Medici nostri propinabant eis syrupum squinzibin solum,& ceciderunt in hydropem,& mortui sunt. Et quod dico de trochiscis de rosis in hoc loco, non dico nisi causa exempli & similitudinis.tamen tu debes dare ex similibus medicinis secundum plus & minus,ꝓut tibi melius videbitur conuenire.Etiam quod simile huic intentioni reperitur,est zuccharum rosatum,pręterquam frigiditati magis videtur pertinere quam trochisci dicti. Et si videbitur tibi conueniens miscere cum iure cicerum syrupum squinzibin facit illud.Et si inflatio in pedibus, aut in palpebris apparebit tibi, caueas a syrupo squinzibin:quoniam habet perducere ad hydropem, quemadmodum diximus. In febribus vero phlegmaticis,non recipientibus digestionē, quorum facies & venter tumescunt,et calores eorum plumbei videbuntur,Gal. videtur ꝙ tales sunt euacuandi per fricationem,donec vigilant, diuidendo tempus eorum,ita ꝙ dimidium tempus eorum sit fricando,& dimidium sit dormiendo. Et dabimus ei bibere aquam mellis cum hyssopo, & liquiritia. Sed Gale. potabat eos aqua ordei. sed eam ego non laudo in hoc casu: eo quia nocet stomacho,& facit horripilationem,nisi cum ea fuerit pasum mastiches, & piperis, & radicum fœniculi.Et non debemus eos diu dimittere absque cibo, quia inde recipiunt nocumentum: quamuis leuiter pati famem possint. quoniam quando iste humor mucillaginosus multiplicatur in corpore,talis humor cum difficultate maxima potest ad sanguinem conuerti. & propter hoc virtutes eorum debilitantur,donec ad syncopen habent peruenire. & ideo eis dare debemus micā panis lotam cum aqua mellis,vel cum vino aromatico. Et hic est modus fricationis,qui pręceptus est a Gal. in hoc casu,s. ꝙ habere debes gausapiā aliquautulum grossa & vetusta.& in primis incipere debes a superiori crurium, descendendo inferius ad pedes.& postea frica genua,& postea superiora coxarum, descendendo ad genua.& postea incipies fricationem ab humeris,vel spatulis,descendendo per brachia ad manus.deinde fricabis dorsum, incipiendo a summitate eius,veniendo vsque ad pedes.& sic fiat per totum diem.Et si infirmus senserit lassitudinem,inunge cum oleo non habente stypticitatem,sicut oleum chamęmillinum,& anethinum,quoniam est bonum. Et dicit Gale. ꝙ postea abstergere debes oleum,eo ꝙ angustiam pręstat.& hoc est, quod Gal. videtur dicere de huius ægritudinis regimine.Et quia in hac febre accidens syncope consueuit prouenire,ideo memoratus ero eius curam,vbi tractabo de curis accidentium,obmittendo eorum causas.

De cura febris Quartanæ. *Cap.* XIIII.

ILlud autem,quo plus indigemus in hac febre,est aperire, incidere,& subtiliare. & modicum in ipsa indigemus fricatione,infrigidatione, & humectatione,quasi nihil.Et cura huius febris quasi contraria existit curę causi: eo ꝙ in causis attendimus ad febrem solum, & in hac causę. Et propter hoc eligere debemus medicinas incisiuas,subtiliatiuas, & spleni appropriatas, sicut radix capparis,& scolopendrium,& tamarix: eo ꝙ istud membrum potens est ferre medicinas fortes,& aperitiuas absq; nocumento. Et potest conficere has medicinas cum syrupo squinzibin facto ex vua passa. Et oportet in principio te euacuare materiam cum belbeg,i.polypodio,extracta virtute eius in iure galli veteris,& oleo amygdalarum.Et si vis digestionem expectare in hac febre, potes facere propter ipsius modicum periculum.quod ferre potest.Et si vis purgare ante perfectam digestionem,poteris facere,facta incisione cum syrupo prędicto per duas septimanas,vel tres. Et medicinę, quę habent trahere hunc humorem,& purgare,sunt iam manifestę, & etiam habent gradus. & quę in primo gradu reperiuntur sunt myrobalani indi,& emblici,& postea polypodium. & tales sunt, qui dimittunt myrobalanos propter eorum stypticitatem. & post polypodium est epithymum.Et operatio istius fortior est operatione polypodij, & maiorem corpori infert angustiam,& hac de causa indiget occultatione illarum duarum

A rum duarum rerum, scilicet remittendo ipsius qualitates primas, & eius remittẽdo malitiam. Et propter hoc non est malum miscere isti medicinæ medicinam, quæ faciat ipsam velociter festinare, sicut ponendo cũ prædicta medicina Karacta duo scammoniæ vel tria cum tertia parte vnius aurei de maiorana. & hoc non facimus causa expellendi ipsum humorem, sed propter debilitatem & tarditatem ipsarum medicinarum ordinamus dictam additionem, vt recipiat inde principium expellendi. Post epithymum est lapis lazuli. Sed ab elleboro nigro cauere debes toto posse. Completa autem digestione huius febris, a Gale. theriaca collaudatur. & ante digestionem recepta, posset ipsam ad causum conuertere. Sed si tempus fuerit frigidum, & ætas senectutis existeret, dia trion pipereon facta digestione mirabiliter cõfert: & maxime in frigidis regionibus. Et indiges in hac febre circa splenem studere scilicet emplastrando ipsum cum rebus remouentibus ipsum tumorem, & eius duritiem resoluentibus: quemadmodum in cholerica solliciti esse debemus circa hepar, & in phlegmaticis in orificio stomachi. quoniam membrum istud, in quo maxime talis humor putrefit, et ardet, sicut ignis, in hac febre melancholica est splen: et in cholericis est hepar: & maxime continuas ex cholera patientibus: & in phlegmaticis circa stomachum existit. quare in istis tribus generibus febrium conueniens est dicta membra confortare, & humorem digerere, & rectificare. Et si cognoueris in prædictis sanguinem exuberare in principio, eos minuere debes. B In phlegmatica vero mihi videtur quod cum timore magno phlebotomia sit facienda, quia in ea multa quantitas humorum crudorum reperitur. In febre autem acuta, quæ dicitur mutabecca, & in Latino synocha vocatur, scire debes ꝙ quando putredo præualuerit, tunc purgatio existit melior phlebotomia. & si quantitas sanguinis plus ipsa putredine reperitur, tunc melius est phlebotomare, ꝗ̃ purgare. Et sic iam finitus est tractatus omnium febrium putridarum, generaliter & specialiter. Et postquam curas simpliciũ cognoueris perfecte ex ipsis scire debes leuiter curas compositarum, velut hemitritæorum, & suarum similium.

De cura febris Hecticæ. *Cap. XV.*

NVnc autem mihi remanet de hectica determinare. Hæc febris cum sit de mala complexione sine materia calida & sicca, ideo intentio curationis vna existit, s. infrigidare & humectare: & plus indigemus in hac humectatione quam infrigidatione. quare infrigidare debes & humectare cum omnibus rebus, quibus potes. Et hoc dupliciter fieri potest: vno modo cum rebus intrinsecis: & alio cum extrinsecis, sicut cum balneo, vnctionibus, & emplastris. C Hæc quidem febris tres gradus habere videtur, qui variãtur secundum plus & minus. quorum quidem primus leuiter curari potest: secundus difficilis existit: tertius vero minime curari potest. Et cura quidẽ primi gradus, & secundi eadem existit, nisi quia diuersificatur secundum plus & minus. Cibus autem, qui maxime conuenit in hac ægritudine, est lac. & melius ex eo est lac mulieris. & post ipsum est lac asinæ. & post illud est lac capræ. Et est necesse ea, a quibus recipitur lac, nutrire cibis optimis secundum suam naturam, & facientibus digestionem laudabilem. Et ipsum in ieiunio dare debemus in ea quantitate, qua digeri posit. Et conuenit tibi studere, vt bene digerat: eo quod lac in stomacho de facili caseari consueuit. quare incipere debes a modico, dando ei primo. ʒ. i. & sic addendo, donec deuenias ad dimidium rotulum. Aqua quidem ordei eis magnam habet necessitatem. & quamuis corpora eorum maiori indigent nutrimento cæteris corporibus, ideo quia virtus eorum nutritiua debilis existit, conueniens est studium adhibere in præbendo eis cibaria digestibilia, & boni chymi. Quare de carnibus laudabiliores, quæ eis existunt, sunt pullæ gallinarum, quæ nutritæ sunt ex frumento. & vitellum oui similiter eis est optimum nutrimentum. capones nutriti ex amygdalis et frumento eis collaudantur optime. Et si in corporibus eorum calor fortis repe-

Febris Hectica habet tres gradus.

ritur, non est malum eis propinare aliquid ex oleribus aliquibus frigidis. & quae ex eis magis laudabiliores existunt, sunt lactucae, quia somnum pronocant: & ipsi indigent ipso plus caeteris hominibus. & quia virtutes eorum sunt debiles, ideo cibaria eorum debemus diuidere in vicibus pluribus, sicut in sequenti dicturi sumus. Sed in balneando eos debemus magnam habere considerationem: eo ꝙ isti non videntur habere necessitatem calefaciendi, resoluendi, nec euacuandi. quid enim proficies ex infrigidatione accidentali acquisita ex balneo, cum humores inde euacuentur? & hoc non confert nisi in mala complexione materiali. Et postquã ita est, mihi videtur ꝙ ipsi non indigeant aliquo ex aere balnei, & quamuis aqua calida habeat humectare, cum hoc tamen facit resolutionem. Sed balneum aquae frigidae mihi videtur esse melius, si possit ipsum conuenienter sustinere. Et scias ꝙ Galenus manifeste dicit ꝙ ipsi nõ indigent balneo, nisi causa praeparationis suorum corporum, vt aquam frigidam valeant sustinere, cum qua balneari debent in fine balnei. Et balneum secundum ipsum taliter debet praeparari, scilicet ꝙ infirmum ferre debemus cum lecto suo ibi. & cum fuerit in camera prima ipsius balnei, extendere debemus plumariũ paruũ, & eum superponere ibi debemus. & si illa prima camera tepida esse reperitur, ibi eum a pannis expoliare debes. & ordinare debes ꝙ a quatuor hominibus capiendo a quatuor angulis plumarij feratur ad cameram secundam, & ibi ipsum reponant nudum. sed temperantia camerarum balnei vna alteri comparari debet, scilicet ꝙ eadem proportio esse debet secundae ad tertiam, quae primae ad secundam. Et cum fuerit in camera secunda, inungi debet oleo tepido. et postea ponendus est in camera tertia: & ibi ponendus est in balneo, vel tina, aut pila: quod idem est. Et in vnaquaque camerarum tantum morari debet, quantum ipse infirmus posset incedere suauiter ab vno capite earum ad aliud. Et ex tũc ipse infirmus debet poni in balneo, vel tina seu pila aquae tepidae plena, & illic morari debet temperate. & postea balneandus est aqua frigida. & istud est regimen, quod aperuit Gal. in hoc casu de balneo. Sed Rasis sentire videtur, ꝙ tales infirmi non indigeant nisi balneatione aquae tepidae. Sed quia impossibile est vt tales, quando expoliantur, vt eis non eueniant horripilationes, & specialiter in exitu ab aqua calida: ideo necesse est vt tina vel balneum eorum sit in camera temperata, quae non excedat in caliditate vel frigiditate. & aqua similiter temperata esse debet. & sic videtur ei, vt inde aliquod iuuamentum recipere debeant. Sed iuuamentum appositionis fęcis picis est, eo ꝙ virtus istorum attractiua debilis esse reperitur. & propter hoc ponendi sunt primo in aquã calidam: eo ꝙ in illa principium attractionis esse reperitur: & in eadem tantũ morari debent, quousque membra eorum vndique tumescere videantur, & pori per totum aperiantur: & deinde pix est apponenda. & haec omnia recitat Gal. vbi loquitur de cura malitiae complexionis calidae & siccae stomachi. Abumeron Auenzoar autem velle videtur ꝙ nos eos in tina aquae tepidae solum ponere debemus absque intratione stuphae. & in exitu tinae propinandum est eis lac. & cum digestum fuerit, iterum ponendi sunt in tina: & postea dabis eis aquam ordei. & facta digestione ipsius, dabis eis micam panis lotam cum rebus praedictis. Sed ex rebus, quae exteris fiunt, sunt balneum, & balneatio secundum ꝙ diximus, & etiam aer. Quod si fuerit calidus, debemus eum infrigidare, abstergẽdo domum, & substernendo in ipsa folia frigida, sicut sunt rosae, & folia salicis, & flores nenufaris, & folia vitis cum suis floribus: studendo vel ingeniando, vt aqua frigida a superioribus ad inferiora descendat: Et vt domus septentrionalis existat: Et ꝙ ille fenestrae sint apertae, vnde Sol minime possit penetrare: & illae claudantur, vnde potest intrare. Et quando aer fuerit frigidus, non indigebunt praedictis, nisi vt ipsum trahant, sicut est: & maxime quando principiũ malae complexionis fuerit a stomacho, vel a pectore, vel ab intestino ieiuno, vel a renibus, & ab istis ipsa mala complexio deinde deriuatur. & possibile est ẽt ꝙ illa mala complexio incipiat a corde, & inde ad praedicta, & ad totum corpus deriuetur. Quare studere debes ad sciendum, vnde habeat prouenire febris ipsa, & cum scieueris membrum, a quo primo procedit hęc mala qualitas fe-

Opio Auer. de balnei administratione.

10. Metho.

7. Metho.

A brilis, studeas ipsum infrigidare, & humectare absque trahendo ipsum a sua naturali complexione: & specialiter, si membrum fuerit maximi iuuamenti. Et emplastra conuenientia his membris sunt emplastra facta cum rosis, & sandalis, & herbis frigidis aromaticis, vel cum cera, sicut dicit Gale. Et cum infrigidare volueris principalia, addas aromatica, & styptica. Et istud est regimen hecticæ, cum fuerit in vltimo. sed quando fuerit in principio cum leuioribus curari poterit.

De Syncope, eius causis, & curatione. *Cap. XVI.*

ET postq̄ locuti sumus de febribus absque accidentibus, prohibentibus curationes earum, nunc tractare volumus de febribus secum habentibus accidentia. Dicamus ergo ꝙ ista accidentia generaliter proueniūt ex omni re dissoluente virtutem: & hæc resolutio syncope nominatur. & prouenit necessario a mala cōplexione cordis calida, vel frigida. Cōplexio autem mala calida aut prouenit ex rebus extrinsecis, sicut ex aere calido, vt B sæpe contingit diu moranti in balneo calido: aut ex rebus intrinsecis, sicut ex mala complexione totius calida corporis, vt contingit in causo. Frigida vero contingit aut ex rebus extrinsecis, sicut accidit ambulantibus per loca frigidissima: aut ex complexione frigida membrorum intrinseca plurimi iuuamenti, sicut accidit ex ore stomachi, & ex suffocatione matricis: aut ex mala complexione totius corporis frigida, vt contingit in febribus putridis, quæ fiunt ex humoribus grossis & viscosis & mucillaginosis. Et hæc complexio frigida quandoque acquiritur ex superflua euacuatione diminuente calorem naturalē. quoniam quando calor naturalis superflue diminuitur, impossibile est vt possit regere corpus: & omnes operationes frigidiores debito existunt. quare prouenit syncope. Non dico tamen, ꝙ ipsamet diminutio quantitatis inducat syncopen: sed inæqualitas qualitatum, eo ꝙ cuiuslibet generabilis & corruptibilis causa est proportio quatuor qualitatum, scilicet caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis: quemadmodum in libris naturalibus declarauimus. Species autem euacuationū, quæ aliquando præabundare consueuerunt, sunt sicut superfluus fluxus ventris, & vomitus, & superfluus fluxus sanguinis narium, & hæmorrhoidarū, & aliorū mēbrorum, & in mulieribus superfluus fluxus menstruorum, & etiam qñ in partu superflue exuberant. Et potest ēt syncope prouenire ex ruptura seu crepatura, vel ex apertura magni apostematis subito. Et vigiliæ simi C liter hoc facere possunt. Et etiam accidentia animę, sicut excedens gaudium, & tristitia. quoniā hæc faciunt spiritus exhalare, superflue dilatādo, & constringēdo: & inde in substantia membrorū anhelitus spiritus malam acquirit complexionem. Et etiā fortis dolor est vna ex rebus, quæ ducunt ad syncopen. & hoc accidit aut ex mala complexione acquisita ex dolore, aut superfluitate motus virtutis expulsiuę faciētis dolorē, sicut dicit Gal. Hęc autem, quę dicta sunt, sunt omnia accidētia, quę habēt syncopē facere, & ꝓmouere. Et summarie scire debes, ꝙ qñ syncope fuerit cū febre, studendū est tūc in remouēdo, & rectificādo, seu curādo syncopen: quāuis cōtrariū febris videatur. Et nos dicturi sumus modū eius, cū ipsius curā tractabimus. Et nūc incipere intendimus tractare de syncope procedente ex causa humorū crudorum. Dicimus itaque ꝙ curatio huius est regimē prædictum in curatione harum febrium. quare si ex negligentia, vel defectu ipsius in syncopen inciderint, iuuabimus eos in primis propinando cibum, etiam si in medio fuerint paroxismi: quamuis nostræ intentioni contrariū videatur, cum intendamus ꝙ natura ægritudini debeat præualere. & in hoc casu nihil vino melius reperitur. Quare dico ꝙ quamuis vinum Sarracenis bibere licitum non sit, tamen in hoc loco ita licitum esse videtur vinum bibere, quēadmodū eis licitum est comedere carnes morticinas, s. quæ per se moriuntur, vel suffocantur habentibus necessitatem, quare incipere debemus eis dare micam

panis infusam vino. Et vinum, quod melius reperitur, est aromaticum: cuius D
caliditas penetrare potest per totum corpus, quod sit sine amaritudine, & stypticitate: & est illud vinum, quod est vinosum, pungitiuum in principio, & post delectabile sine aliqua amaritudine, & ponticitate. Et mihi non placent vina in nostris partibus assueta, sicut sunt vina picis: ideo quia sunt vina medicinalia, & non nutritiua, & nocent principalibus membris sua siccitate, & acuitate. Diamuscum autem in talibus propinatum cum vino non nocet. Et in principio syncopes rorare faciem, & aspergere cum aqua rosata, vel saltem conueniens est cum frigida. Et si syncopizans habuerit apostema hepatis, vel stomachi, vel similium membrorum, non speres eum curare cum exhibitione cibi: quia cibus plus multiplicat apostema, quam fortificet virtutem. Et fricare extrema in hora syncopes conueniens existit. Illis vero, quibus prouenit syncope ex caliditate vel acumine renum, quod scire poteris ex signis dictis ab Hip. quæ sunt nares acutæ, oculi concaui, tempora plana, & similia: cura illorum est contraria supradictæ: quia ad conseruationem illorum non indigemus abstinentia cibi, nec respicere diem criticam, neque statum ægritudinis aliquo modo. Et ex cibis conuenientioribus omnibus est mica panis, vel kist ordei cum granis granatorum: quia in granatorum proprietas reperitur resistendi putrefactioni, & vt cibus in fumositates malas conuerti minime possit. & ex cibis etiam, qui ipsos habent confortare, sunt vitella ouorum, & testiculi gallorum, & pullæ paruæ. E
Et si syncope fuerit ex errore cibi, cibandus est ex pane infuso in vino & sit vinum aquosum, lene, odoriferum, album: sicut dicit Hipp. & lymphatum sit cũ aqua frigida. Quod si syncope prouenit ex humoribus viscosis muccillaginosis, vinum lymphatum esse debet cum aqua calida: quoniam aqua frigida illis magnum infert nocumentum. Et tu scis ꝙ syrupus pomorum, & cydoniorum cum medicinis muscatis conferunt syncopæ, sed non iuuamento vini: quia natura necessario dominari debet super ipsas ad ipsarum conuersionem. Vinum autem digestioni citius præparatur omnibus alijs cibis & medicinis: ita ꝙ dicitur ꝙ in stomacho non moratur ad digerendum, nisi in hepate solum, & in talibus tantũ indigemus restauratione & nutritione. ꝙ si inueniri posset aliquid, quod nutrire posset absque digestione, illud melius cæteris diceretur, & vtilius propter eorum debilitatem, & quia intendimus ipso citius iuuare, quam esse potest. Aer autem, in quo infirmus iuuari debet, frigidus & stypticus debet esse, & generaliter tibi necessarium existit, vt talibus ordines omnia, quæ habent resolutioni obuiare: & emplastrando super ventres eorum, & stomachos res stypticas & aromaticas. & si calor in talibus esse fortis reperitur, propinabis eis res stypticas, & aromaticas. Et habens syncopen causa apostematis aliquorum membrorum principalium, nullatenus de ipsius liberatione confidere debemus. F

De syncope proueniente causa Stomachi. Cap. XVII.

Syncope quidem ex stomacho procedens, si ex cholera, quæ in ore stomachi abundauerit, fuerit, in primis vomitum prouocare debemus, ponendo pennam eis in ore. & si cum hoc eijcere non poterit, naturam tunc mollificare debes. Et Gal. videtur vt talibus in hoc casu oleum tepidum dare debeamus. quoniam si vomitum non habuerit ab eo, saltem natura mollificabitur inde. Sed quia hæ medicinæ, quæ habent vomitum, prouocare, de sui natura est, & proprietate stimulare virtutem plus eo, quod facit humor efficiens syncopen, & addit in eadem ægritudine: & propter hoc dico ꝙ longe melius est confortare eorum stomachos cum mastiche, & spica nardi, & succo cydoniorum, & foliorum vitis, quia taliter virtus eorum expulsiua confortatur, & humorem expellit. & si vomitus a se prouenerit in hoc casu, valde laudabilis existit. In syncope quidem facta ab humoribus frigidis dabis de electuario dia

A trion pipereon, studendo extrahere humores, quemadmodum dicturus sum in curis cuiusque membri.

De syncope accidente causa Doloris.
Cap. XVIII.

DIco ꝙ si potes remouere dolorem remouendo causas ipsius, non intendas curare cum rebus existentibus contrarijs ægritudini. & hanc curã inuenies in curis malæ complexionis, quæ accidit in vnoquoque membro: eo quod dolor aliquando procedit a mala complexione calida vel frigida, materiali vel non materiali: & accidit aliquando a mala complexione sicca absque materia, sicut accidit dolor in spasmo sicco. Sed quando dolor intantum fortificatur, ꝙ non est tempus expectandi, tunc curare debemus etiam cum rebus augmentantibus causam, scilicet stupefaciendo membrum dolorosum. & hæc cura non confert nisi per accidens, scilicet priuando sensum illius membri, in quo mala complexio reperitur causa humoris ibi existentis. & inde diminuitur motus eius expulsiuus, scilicet eius virtus expulsiua, absque tamen resolutione spirituum aliqua. Quando autem sensus superfluus membri B esse reperitur, tunc certissime superfluitas resolutionis spirituum reperitur. Et quando facimus hanc speciem curationis in doloribus a causa frigida prouenientibus in fine, tunc sequitur magnum nocumentum. Sed si causa fuerit calida, tũc non tantum sequitur nocumentum. Neque operari debes illam curam in causa frigida, nisi cum infirmus in articulo mortis esse reperitur causa doloris. Et ex huiusmodi medicinis, quæ in hoc casu magnam habent proprietatem, est philonium. & est rationabile propter opium receptum in ipso. Et hæc cura generaliter in omnibus doloribus acutissimis operatur. et in quibus magis necessaria existit, est in doloribus oculorum, auris, & dentium, & intestinorum. Et Gal. præcipit ꝙ minime exercere debes hanc curam, nisi postquam prognosticatus fueris infirmo, ꝙ in fine ex ea læsionem habere debet. tamen conari debes in remittendo nocumentum, quod ex eo cognoueris esse futurum. & in partibus nostris, quando volunt opium operari, non faciunt nisi miscendo cum alijs medicinis, sicut est in philonio. Et melius philonium est illud, quod non est vetustum superflue: quia in eo virtus opij est consumpta: non recens nimis, quia in eo virtus opij superflue abundare reperitur. Cura vero cum theriaca in doloribus remouendis est cura causæ remotionis: quemadmodum faciunt illa, quæ habent remouere malam complexionem facientem dolorem. & propter hoc in illo casu opus C theriacæ laudabilius existit opere philonij. Et cum volueris remouere dolorem, remouendo causam ipsius, considerare prius debes quis humor est in causa. quoniam si ex humore calido fuerit: sicut dicit Gal. de illo, qui patiebatur dolorem ventris, & extimabatur quod causa illius esset ex humoribus frigidis, sicut pro maiori parte accidere consueuit: & quandocunque dabantur ei calida per os, aut clysteria ponebantur, dolor in eo semper augmentabatur: & sic cognitũ fuit ꝙ dolor erat ex humore calido cholerico imbibito in pelliculis intestinorum, & tunc cibatus fuit cibis non facilis conuersionis, & bis eidem propinata fuit cibis non facilis conuersionis, & bis eidem propinata fuit medicina facta cum oleo, & sic fuit liberatus ab ipso. Sed si fuerit dolor ex humoribus frigidis, tunc curabis eum euacuando humorem dictum, sicut fecit Gal. in seipso cum clysteri, cum extrahit humorem vitreum, & inde liberatus fuit. Et quandoque etiam fit dolor causa ventositatis fumosæ, quæ resoluitur ex corpore ipsius humoris. & talis dolor non est curandus cum medicinis vltimæ caliditatis: eo ꝙ quamuis resoluant ipsam, faciunt oriri iterum ex ipso humore aliam fumositatem. quare cura istius doloris esse debet cum medicinis modicæ caliditatis, & quæ cum hoc habeant virtutem digerendi. & theriaca etiam in hoc casu magni existit iuuamenti. Hucusque iam elongatus sum ab intentione materiæ: eo ꝙ curam remotionis causæ memoratus ero, cum tractabo de curis remotionum

accidentium: & nunc redire intendo ad illud, quod prætermisi de mea præscripta intentione superius. Dico ergo quod in doloribus aliquando fiunt localia remedia: sicut cum pinguedine anseris, & gallinæ, & anatis. & aliquando fiunt cum embrocatione aquæ calidæ, & olei, & ponendo eos in balneo, & cum his similibus. In doloribus vero factis ex vaporibus calidis solum apponimus ventosas cũ igne. & hoc tandiu est faciendum, donec Medicus tempus vel spatium habeat causam remouendi: eo quod maior pars illorum dolorum, qui ex ventosis remouentur, redire consueuerunt: nisi Medicus temporis spatij fuerit studiosus ad remotionem ipsius causæ: quia vix esse poterit, quin error cadat in regimine ipsius infirmi: & inde videbitur recidiuare. & sic rationabiliter esse debet, quoniam vapores istius humoris semper faciunt paroxismum, donec ex toto sit resolutus, vel ex toto euacuatus. D

De syncope proueniente ex superflua Euacuatione. Cap. XIX.

SCias quod cura istius syncopes fit pluribus modis. Primus est vel fit, trahendo materiã ad partẽ oppositam. Secundus fit, confortando illud membrũ, vnde fluit materia, ne ipsam superflue spargere possit. Tertius modus fit, stringendo vias, vnde fluunt humores ad locum. Quartus modus fit, impediẽdo virtutẽ expulsiuã, quã superflue expellit: sicut fit in illa passione, quæ cholerica nominatur, & in Arabico dicitur almayda, in qua vomitus & secessus simul fiunt, quæ curatur stringendo, & ligando crura, & brachia, & ponendo eos in balneo: & cum hoc ẽt in eadẽ necessitatem habemus ponendi styptica intus, & extra. Sed quia balneum superflue habet soluere, & euacuare, ideo cum timore magno tales in balneo ponendi sunt, etiam exhibendo eis styptica. & ẽt de istis adhuc locuti erimus, quando tractabimus de cura malæ complexionis materialis, dum euacuatur de membro ad membrum. E

De syncope superueniente ex superfluo fluxu Sanguinis nariũ, vel aliorum membrorum. Cap. XX.

CVra sanguinis narium, si fuerit ex nare dextra, ponendæ sunt ventosæ hypochondrio dextro super hepar. & si fuerit ex sinistra, ponẽdę sunt super splenem. & similiter si ex menstruis superflue fluxerit, ponimus ventosas super mammillas: & cum hoc propinanda sunt styptica, quæ habent constringere orificia venarum. F

De syncope proueniente ex superflua Vigilia. Cap. XXI.

VIgilijs subuenimus cum cibis, quorum proprietates sunt inducere somnum: & cũ vnctionibus prouocantibus somnum, sicut est oleum nenufarinũ, & violatũ, & oleũ de seminibus cucurbitarũ: & cũ odoratiuis inducentibus somnum. & etiã debemus dare eis vinum lymphatum, si fuerit sine febre. Hæc autem omnia supradicta diximus ad rectificationem, seu curationem prauorum & periculosorum accidẽtium febribus superuenientium. Curam autem remotionis causæ rememorabo, quando tractabo de curis accidẽtium, & malorum apostematum.

De curatione malæ complexionis particularium membrorum. Cap. XXII.

ET postquam narrauimus breuiter curationem malæ complexionis vniuersalis, narranda est curatio malæ complexionis particularis. Sed quãdo ma-

A sa complexio est immaterialis, cura esse debet per contrarium: & quando fuerit materialis, cura esse debet per euacuationem, & per contrarium simul. Sed in euacuatione, & in resistendo per contrarium consideranda est ætas, & complexio, & cõsuetudo, & tempus. & et attendere debes complexionem membri, & formam ipsius, & positionem eius, & colligantiam suam, & sensibilitatem, et suum iuuamentum: hoc est quia alicui membro superuenit solutio sine apostemate: & postea de apostematibus loquemur. Et dicamus ꝙ modus, vel vsus medicaminis malæ complexionis particularis est vnus, sed diuersificatur in aliqua proprietate, quemadmodũ conseruatio propriæ complexionis illius mẽbri, & figuræ ipsius, & positionis, & compassionis, vel colligantiæ, subtilitatis, & sui iuuamenti. & hoc dictum est in his, quæ præcesserunt: sed est necesse vt hanc considerationem semper habeamus ꝓpter illa, quæ hic narrare intendimus.

De cura malæ complexionis siccæ Stomachi sine materia. *Cap.* XXIII.

SI stomacho mala accidat complexio sicca solum non materialis, dicimus ꝙ modus medendi illam est vnus & idem modus cum modo medendi malam complexionem totius corporis siccam. sed diuersificatur in hoc, quia B dissimilis est complexio naturalis stomachi a complexione totius corporis. Ergo incipere debemus ponendo ipsum in balneo temperato. & post balneũ lac bibat temperatum asinæ, aut capræ cum aliquantulo zuccharo. & quãdo cognoscemus eum digessisse lac per signa ructus, & tumoris stomachi, iterum ipsum in balneo ponemus: spatio tñ interueniente inter vnam & aliam balneationem quatuor horarum aut quinque. & semper in exitu balnei debet inungi cum oleo violato vel communi: eo ꝙ ipsum humectabit, & cauebit ei a multa dissolutione. & in quolibet exitu balnei propinetur lac supradictũ, si ipsum affectauerit: sin autem, aqua ordei propinetur. Et hora prandij detur panis mundus bene coctus, & bene fermentatus cum pullis gallinarum, & caponibus impinguatis cum lacte amygdalino. & pisces petrosi ad hoc sunt vtiles: carnes perdicum, & phasianarum, coturnicum etiam vtiles sunt. Et cibus conuenientior est ille, qui velocis digestionis est & multi nutrimenti: quamuis tales cibi aliquando videantur contrarij. Et vinum talium debet esse aromaticum cũ aqua mixtum. & talis quantitas vt cibum in stomacho natare non faciat, nec extensionẽ, aut grauedinem inferat. Et cum hæc passio fuerit sedata, paulatim ad illius consueta parumper deducemus.

C *De cura caliditatis & siccitatis Stomachi.* *Cap.* XXIIII.

SEd quando cum siccitate coniungetur caliditas, tunc cum hoc regimine res frigidæ sunt admiscendæ, sicut aqua ordei, syrupus de nenufare, & syrupus de violis. & vinum magis temperetur cũ aqua frigida. & istis aqua frigida conueniens existit. Et si siccitas multũ fortis fuerit, tunc aqua frigida est timorosa, ne os stomachi lædat. & vngendus est cũ oleo amygdalino. & inquantum ægritudo in caliditate & siccitate excedit, intantum indiget rebus infrigidantibus & humectantibus: sed in eo ꝙ est stomatica, indiget rebus habẽtibus aliquid caliditatis cum stypticitate, & aromaticitate, & propterea non est malum cum his addere aliquantulum mastiches.

De cura frigiditatis, & siccitatis Stomachi. *Cap.* XXV.

SEd quando cum frigiditate siccitas coniungetur, tunc cum lacte aliquantulum mellis est ponẽdum, cum boni sit odoris atque saporis, & aqua ordei di

mittatur, si fortis frigiditas affuerit. & tali stomacho superponatur puluis mastiches cum oleo rosato extensus super lanam. & oleum amygdalinum est cum istis iuuatiuum valde. & emplastrum picis inter cætera iuuatiuum existit, quando rationabiliter fit: hoc est vt ponatur super membrum. & non ibi diutius immoretur, nisi vt poros aperiat, & postea auferatur. Et scias ꝙ siccitas difficilior est ad humectandum, ꝗ̃ humiditas ad exiccandum: quemadmodum frigidę difficiliores sunt ad recipiendum caliditatem, quam calidæ ad recipiendum frigiditatem: ob hoc quia difficilius quod in his esse possit, est curare frigiditatem, & siccitatem, quia est ægritudo similis, calida nanque corpora debent custodiri, ne ad habitum veniant senectutis. D

De cura malæ complexionis calidæ Stomachi.
Cap. XXVI.

MAla autem complexio calida sola videtur vt curari debeat cum rebus frigidis solum. Sed tamen hoc membrum infrigidari non debet ex toto: propterea quia super hoc membrum dominatur frigiditas: quia secundum plurimum vnaquæque res, quę alterationem recipit, potius illam recipit, ad quam sua complexio declinat naturaliter. & ideo ægritudines istius membri a frigiditate causantur vt plurimum. Et experimẽtatores nostri temporis in passionibus stomachi multum errant: eo ꝙ non intendunt calidum stomachum alterare, nisi cum frigidissimis rebus: & tamen cum Medicus percipit ꝙ aqua sit danda, & hoc vetat, erit magnus error. sicut recitat Gale. de quodam, qui in stomacho suo habebat complexionem malam calidam fortem, & Medicus eidem aquam frigidam bibere inhibebat: & Gal. ei aquam frigidã præbuit, & euasit. Et propter aliam causam infrigidationem istius membri vitare debemus: eo ꝙ habet operationem toti corpori communicãtem: vnde princeps communicans appellatur. & membra, quæ tale officium habent, infrigidari nimis non debent, vt virtutes eorum non lædantur. Et propter hoc præceptum habemus, vt supra stomachum oleum non ponamus actu frigidum, & si sit frigidum, in potentia. & hoc est simile ei, quod facimus in euacuatione: quia cum celeriter purgantibus miscemus stypticas medicinas, aliter processus conueniens non esset. Et quando Gale. dicit ꝙ in læsione operationis membri maior cadit timor in euacuando ꝗ̃ in alterando, non sane loquitur, sed errat. quia sicut timenda est euacuatio, vt virtutem non lædamus, sic in alteratione, & maxime in alteratione frigiditatis. nam ille modus est maioris damni in membris nutritiuis. Et regula medicationis in principalibus membris nõ accipitur nisi a colligantia cordis cum ipsis. Et quare vituperat Gale. Archigenem, cum dicit ꝙ virtus regitiua in corde existit, cum ipse medicetur cor, & licet ægrotet cerebrum? & propterea quia Archigenes cordi nõn subueniebat, Gale. ipsum vituperabat: ergo secundum Archigenem in medicando procedebat, & causam medicationis ignorabat. E F

Tertio de Locis affectis.

De cura frigiditatis, & humiditatis Stomachi.
Cap. XXVII.

SEd mala complexio frigida & humida est calefacienda & exiccanda, sicut cum electuario trium piperum. Et quod dicimus in medicatione malæ complexionis non materialis in stomacho, illud idem debet intelligi in alijs membris: & maxime quando fuerint causa dandi malam complexionem toti corpori, sicut aliquibus membris. Quod si mala complexio calida & sicca aduenerit, erit causa dandi toti corpori ipsam, & in hecticam poterit prouenire, & hoc erit, quando illa mala complexio vsque ad cor deducetur.

A *De ægritudinibus Stomachi, & aliorum membrorum principalium cum materia. Cap. XXVIII.*

ET postquam sumus locuti de mala complexione non materiali, loquemur deinceps de mala complexione materiali, quæ potest alicui superuenire membro. Et dicimus ꝙ intentio sunt duæ res, & sunt vt euitetur superfluitas, & rectificetur mala complexio relicta a superfluitate. & significatio harum rerum habetur ex operationibus, & ex positione membri, & eius forma, & ex colligantia eiusdem, & ex suo iuuamento, & ex sua sensibilitate, & ex demonstratione naturę ægritudinis, & eius causę, & accidentis. Et tu scis, ꝙ superfluitatum quædam sunt, quæ generantur in membro: quędā sunt, quæ ab alijs fluunt membris. quod est, quia consuetudo est, ꝙ forte membrum suas superfluitates ad debile expellat: & maxime si ad hoc adiuuant locus, & viæ, quæ confluunt ad ipsum, sicut est cerebrum cum stomacho. & hoc in medicatione membrorum est sicut efficiens causa. Et est perscrutandum in rectificatione illius membri, & in rectificatione suæ complexionis, si est sufficiens, aut si necesse est totum euacuare corpus. & in hoc est necesse anticipare in fortificando membrum cum stypticis medicinis, vt materia ad illud non trahatur, si corpus non sit plenum, vt attrahimus materiam ad contrariam partem ad ignobilius membrum, & postmodum medicamen conueniens adhibemus. Et viam medicationis membrorum accipimus a forma membri, et a loco, sicut stomachus vt plurimum per vomitum debet euacuari, & per pharmaciam vt minus. & hepar cum ambobus euacuari potest, quibus etiam prouocatio iungitur vrinæ. sed intestina solum pharmacia, & clysterijs. Sed si humor fuerit fixus in substantia membri, tunc est necessaria fortior medicina, vt trahatur. Et aliquando erit compositio in eo, quia in ipso est humor proprius, & est alter transmissus. & sic est necesse duobus modis prouidere. Vnus est in periculosiori. Alius est in euacuatione alterius, sine cuius remotione curatio fieri non posset. sicut v.g. vt in essentia stomachi sit humor vnus acutus, & in concauitate alter humor sit locatus, tunc non est purgandus, vel non poterimus ipsum humorem purgare qui est in essentia, donec non trahetur qui in concauitate existit. sed si humor, qui est in essentia, esset syncopen inducens, tunc prouidendum est. sed si res non existat periculosa, tunc in medicatione ordo est seruandus, hoc est vt prouideatur ægritudini, quę currit per viam causæ, et postmodum occasionem remouere. Et similiter ægritudo, quę non curatur nisi per euacuationem alterius, quę non est ipsius causa. v.g. quando in stomacho vnus humor est fixus in eius substantia, & alter est in concauitate, qui sparsus est a cerebro: dicimus ꝙ primitus prouidendum est cerebro: & postea de humore, qui effusus est in stomacho: vltimo vero de illo, qui in substantia est imbibitus. Et hic inueniuntur medicinę proprię in euacuatione proprij membri, & proprię in fortificatione membri, ad hoc vt superfluitates recipere non possit. v.g. quando in substantia stomachi fixus fuerit humor acutus, tunc hiera aloes vtilior est ad ipsum extrahendum, quam alia medicina: eo ꝙ aloe non nisi a stomacho trahit. Sed aliæ medicinę, quę istum trahunt humorem, quamuis trahant a stomacho propter suam fortitudinem, etiam ad stomachum trahunt. Sed quando humor est in concauitate, sufficit in abstractione ipsius absinthium cum melle, & myrobalani citrini. Sed si iste humor est phlegmaticus, aut subtilis, aliquando sufficit vomitus cum aqua ordei, & melle, quando fuerit diuisus cum oxymelle composito: & postea studere debes in extrahendo ipsum cum medicinis proprijs huic, sicut est agaricum, & collocynthis, & cum gummi laxatiuis, si necesse fuerit. Et similiter humor melancholicus est euacuandus post ipsius incisionem cum medicinis sibi proprijs. Et studiosus esse debes in operationibus tertijs ex proprietatibus medicinarum in vnoquoque membro: eo ꝙ vnicuiq; membro sibi proprię medicinę a tota specie reperiuntur. Sed incisio hæc est necessaria, si humor fuerit grossus, & post ipsam secundum conuenientiam purgatio. Vniuersaliter hic sunt consyde-

Mēbra fortia expellūt sup̄fluitates ad mēbra debilia, & maxime si loc⁹ & viæ ad hoc iuuant. Idē.c.sequēti, & apud Aui. prima primi. c. de membris.

B

C

sandę tertiæ virtutes medicinarum: eo ꝙ sunt proprię vnicuiq; membro. & ic
circo videtur mihi ꝙ narratio medicinarum valentium vnicuiq; membro cum narratione ęgritudinum est via completiua in hac summa. Et propterea vna ex conditionibus, quę dicitur in hominibus perfectis in artibus est, vt sit dominus artis ex se, ita vt cognoscat res necessarias pfecte, cũ inspexerit rerũ diuersitatẽ.

De inflatione membrorum, & Apostematibus in generali. Cap. XXIX.

DEinceps volumus narrare ęgritudines, quę sunt cum apostemate. Et di cimus ꝙ prima intentio apostematis, in eo ꝙ est apostema, diuiditur in duas partes: vna est euacuatio materiei facientis apostema: alia est remotio malę complexionis. Et aliquando minor cadit consyderatio in vna istarum quam in alia. & aliquando consyderatio in vtrisq; ęqualiter currit. Euacuatio plus cõsyderari debet in apostemate sanguineo, sed alteratio plus in erysipelate est consyderanda, quam euacuatio. Sed compositio istorum duorum humorũ ęqualiter consyderationẽ præbet. & istę duę intentiones non consyderantur, nisi facto apostemate. Sed qñ est in fieri, tertia adiungitur intentio. & hoc est ad remotionẽ causę. & hoc fit resistendo sparsioni materię ad membrũ, quę prouenit aut propter totius corporis repletionem, aut propter alicuius mẽbri repulsionem, aut plurium: eo ꝙ fortius membrum ad debile expellit superfluitates suas. & ad hoc adiuuat communicatio membrorum, & habilitatio viarum. Et aliquando causa istius attractionis est mala complexio calida istius eiusdẽ membri, & aliquando existit causa dolor fortissimus membri. nã manifestum est ꝙ cõplexio calida trahit. nã caloris proprium est attrahere. Sed dolor hoc facit, aut propter malam complexionem, quę generat dolorem: aut propter malã complexionem, quę fit propter superfluitatem motus virtutis expulsiuę, cum superfluitates expellit: aut propter istas res ambas. Sed mala complexio calida, quę causa existit attractionis, aliquando accidit propter extrinsecas causas, sicut propter morsuram, percussionem, & similia. & aliquando propter intrinsecas accidit causas, sicut propter humorem mordicatiuum, & similia, aut vẽtositatem extensiuã, aut propter superfluam repletionem, quę grauat membrũ. Et hę tres intentiones curationis apostematum sunt, quarum quędã sunt, quę sic se habent, ꝙ vna aliquando contrariatur alteri: & quędam non. et iam diximus cui magis intendere debemus. Et deinceps narranda sunt illa, quibus competunt hę tres intentiones in medicatione apostematum, & incipiemus a resistentia causæ efficientis. Et dicamus si causa attractionis ad membrum propter resolutionem existit, est facienda tunc euacuatio vniuersalis: sicut phlebotomia, si propter multitudinem fuerit sanguinis: aut per pharmaciam, & vomitum, si propter malitiam fuerit humorum: aut cum vtrisq;, si adest vtrunq;. Et est necesse vt ista euacuatio fiat, sicut dictum est, per attractionem materię ad partem oppositam per vias apostematis propinquas, sicut incedit natura. quia apostema hepatis vt plurimum criticat per fluxum sanguinis narium. Et ista eadem via intelligenda est in euacuatione humorum. nam si materia fuerit in superioribus, tunc pharmacare & clysterizare debemus: & si in inferioribus, educere debemus per vomitũ. Et si causa, quę facit effusionem materię, erit in vno membro, tunc illud euacuandũ erit, sicut est cum fricatione. verbi gratia, si materia, quæ ophthalmiam habet inducere, effunditur per oculos, et prouenit a cerebro solũ, tunc ventosæ in fontanella colli vtiles sunt: propterea quia hęc euacuatio duas aggregat intentiones conuenientes in hoc casu, quia euacuat membrum apostematum, & materiã trahit ad oppositam partem. Euacuatio vero, quę fit ex mẽbro apostemato, corpore existente pleno, est ex rebus ledentibus multũ. vnde si hoc peccatum effugere voluerimus, oportet nos totum euacuare corpus, & postea redire habemus ad primum membrum euacuandum. Et quia vnũquodq; membrum pro maiori parte reperitur habere proprias vias, per quas euacua-

A tionem recipere potest, ideo per easdem vnumquodq; cum indiguerit, debemus euacuare: sicut cerebrum, quod potest euacuari per sternutationem, & gargarisma. Et si feceris ista, corpore existente plethorico, lęsionem inde habebit infirmus. Et aliquando huic intentioni euacuandi materiam ante dictam alia adiungitur intentio, secundum ꝙ ante dictum est, vt est fortificare membrum cū stypticis & frigidis, vt superfluitates nō recipiat. & hoc fiat corpore vacuo existente. & si hoc non feceris, non erit tutum, quin materia non redeat de mēbro ignobili ad nobile. & hęc est vna ex rebus, ex quibus apostemata curantur in principio. Et si causa infusionis membri fuit ipsius caliditas, intendendum est tunc vt remoueatur mala complexio ipsius. remota vero complexione mala, membrum debet confortari. & si remota non fuerit causa, quemadmodum illa, quę propter mensuram alicuius animalis venenosi fit, tunc prius euacuandū est illud venenum cum medicinis attractiuis, aut ventosis. & si humor affuerit, euacuetur. Et aliquando significatio sumpta ab istis est secundę intentioni contraria, hoc est apostematis euacuatio: & quandoq; non est contraria. Exemplum contrarię est, videlicet, quando remotio complexionis calidę fit cum medicinis frigidis: quia euacuatio non fit nisi cum medicinis resolutiuis. Exemplum non contrarię est, vt quando causa fuerit humor grossus in membro, tunc duę intentiones fient vna: eo ꝙ fient solum cum medicinis resolutiuis.

B Sed medicatio doloris, secundum ꝙ dictum est, aut fit propter remotionem suę causę: aut dando membro complexionem contrariam dolorosę. & hęc fiunt cum medicinis, quę proprię sunt in mitigando dolorem, sicut est pinguedo anatis, & gallinę, & oleū vitelli ouorum, & similia. Et aliquando remoueretur dolor per membri stupefactionem. Hæc est regula istarum trium intentionum superius narratarum. Sed fit secundum ordinem temporum apostematum. quia secundum plurimum medicatio apostematis in primis fit euacuatione, & repercussione, supponendo frigidas & stypticas medicinas super apostema. & illud, quod magis necesse est vt causa efficiens remoueatur, est in apostematibus citi aduentus, sicut in apostematibus acutis, quę ex cholera & sanguine proueniunt. Sed secunda intentio est, ꝙ ipsius apostematis post statum euacuatio fieri debet. & principium debet esse cum medicinis maturatiuis. Et si euacuatio non est sufficiens cum rebus resolutiuis, tunc aperiatur cum medicinis corrosiuis, aut cum ferro. Et manifestum est ꝙ, si euacuatio fiet cum medicinis dissolutiuis, dum materia est in cursu, plus ad membrum apostematum traheretur, quam posset euacuari. propterea necesse est vt post euacuationem apponatur medicinę repercussiuę mixtæ cum paucis resolutiuis: eo ꝙ stypticę committent dolorem. Et quando fuerit in statu, tunc medicari debet cum medicinis resolutiuis solum. & intra ista duo tempora

C vtendum est medicinis ex his duobus mixtis. & istę medicinę scientur in libro Simplicis medicinę. Regimen vero in apostemate calido malę complexionis in primis est refrigeratio: eo ꝙ cum infrigidatione est etiam repercussio: & etiam quia propter mitigationem caloris cursus materię destruitur. Apostemata vero frigida curari non debent cum rebus frigidis, nisi transacto tempore augmenti: quia caliditas non resistit resolutioni. hęc est intentio medicationis apostematum, inquantum sunt apostemata. Deinceps loquemur de apostematibus, secundum ꝙ sunt alicui membro appropriata. Et ab apostematibus calidis principium faciemus, quę in membris fiunt intrinsecis, & extrinsecis. & cum dico calida, intelligo etiam illa, quę ad saniem deducuntur. Et quando fiunt in principalibus membris, febris cum ipsis oritur, siue apostema fuerit sanguineum, vel cholericum, vel phlegmaticum, vel melancholicum. Sed phlegmatica, quę ad saniem non perueniunt, sunt sicut tumores, qui dicuntur nascentię. Et melancholica, quę ad saniem non perueniunt, dicuntur scirrotica & cancrosa. & raro fiūt in membris intrinsecis. & quando fiunt, incurabilia sunt: eo ꝙ indigent fortibus medicinis, quas intrinseca membra tolerare non possunt: eo ꝙ horum cura non fit nisi cum ferro: quoniam talia apostemata non resoluuntur, nisi post longitudinem temporis: & tunc virtus infirmi iam defecta esse reperitur. & propter hoc hæ curationes nō fiunt, nisi cū fuerint in mēbris extrinsecis. Et dicamus ꝙ

apostemata, inquantum sunt apostemata, requirunt cum suis medelis intentiones tres supradictas. Sed diuersificantur in his tribus suis speciebus secundum magis & minus. Nam apostemata cholerica in primis egent refrigeratione multa cum violis, & cum viriditate illa quæ supra aquas reperitur, & cum vua canina, & cum cera infusa & malaxata cum frigidis siccis, & humidis, & his similibus. Sed sanguinea cum refrigeratione stypticis egent, nisi adsit dolor. & si dolor adest, sunt miscenda mitigantia. Sed phlegmatica, & melancholica modica indigent refrigeratione, & repercussione, quia debilem motum habent. Intentiones coniunctę in apostematibus gratia membrorum, in quibus sunt, sunt hic narrandę: eo quod in his maxime cadit prouisio: & maxime si fuerit in membro principali. Et dicimus quod euacuatio, quę per phlebotomiam fit propter apostema alicuius membri intrinseci, debet recipi a colligantia membri, & a loco suo: eo quod quando nõ poterit fieri euacuatio in membro lęso, tunc debet fieri per membrũ communicans ei, & magis propinquum. & sint meatus de vno ad aliud recti, aut rectitudini propinqui. sicut in membris inferioribus phlebotomia basilicę ualet. & in apostematibus capitis, pectoris, & pulmonis cephalicę valet. phlebotomia medianę omnibus valet membris. Et si indiget phlebotomia propter hepatis apostema, in apertione basilicę dextrę cadit consyderatio. quia Gale. dicit in lib. de Ingenio sanitatis, quod dextra in apostemate hepatis phlebotometur, & sinistra in apostemate splenis. & in sermonibus suis vniuersalibus contrarium ponit. Et tu scis, quod in euacuatione apostematum duæ res intenduntur. Vna est euacuatio materiei membrorum cum ipso communicantium. Alia est, vt fiat declinatio humorum ad partem oppositam. sicut natura facit, quando cicatricat apostema hepatis per fluxum sanguinis ex nare dextra: eo quod illa euacuatio comprehendit oppositionem, & communicationem. Sed in phlebotomia basilicæ in apostemate hepatis ex dextro latere non est nisi vna intentio, hoc est communicantium euacuatio: propterea quia est secundum dimensionem corporis, quę secundum latitudinem existit: eo quod dimensiones oppositę sunt sex, videlicet duę latitudinales, & est secundum dextrum & sinistrum: & duę longitudinales, vt superius & inferius: & duę profunditatis, vt ante & retro. Et hoc idem faciendum est in apostematibus splenis, & pectoris. quoniam quando apostema fuerit in parte dextra, phlebotomamus basilicam ex parte sinistra. & si fuerit in sinistra, phlebotomamus econtrario. Hepar vero cum sit in vna dimensione, vel extremitate dimensionis latitudinalis: ergo necessarium esset vt phlebotomia fieret per aliam partem: & hæc basilicæ lateris sinistri, qui in ea continuetur communicatio, & oppositio. Et quando nos intendimus facere euacuationẽ, communicationem, & oppositionem continentem, tunc iuuantius est per oppositum trahere materiam, quam quando vnum intendimus solum. ergo cum fuerit necesse totum euacuare corpus, propter huius necessitatem tunc est necesse habere ambas intentiones. Sed quando nobis sufficiet solum membrum apostematum euacuare, tunc nobis vna sola sufficiet intentio. ideo in maiori parte, quãdo intentionem habuimus in talibus locis, faciemus attractionem sine euacuatione remouentem: & tunc poterit fieri cum membrum euacuatione indiget, & non totum corpus. Et potest aliquando esse, vt prima intentio sufficiens sit similiter in aliquo loco. & fiet hoc solum tempore status apostematis, sicut minuitur ex vena linguę in synanchia facta. nam si possemus membrum propriũ phlebotomare, conueniens esset: eo quod non sit timendus materię cursus. Sed tempus augmenti aggregat res ambas. quia si non curaremus nisi communicationẽ, & non oppositionem, plus trahemus ad apostemata, quam euacuaretur: sicut in eo qui medicinis vtitur dissolutiuis aperitiuis ante euacuationem: quia trahitur de sanguine ad membrum, plusquam dissoluatur. Et similiter duę consyderantur intentiones In passione uuluę, quando diminuimus de saphena: quamuis ibi non sit oppositio nisi per longitudinem, leui dimensione. Et similiter cum ventosis in ægritudinibus oculorum in fontanella colli, & in fronte in passionibus occipitij capitis. Sed minutio venæ, quę vocatur scylos, in ęgritudine splenis a parte sinistra non comprehendit nisi communicationem, & si volumus materiã

Tertio Metho. & quarto. c. 6. & 5. ca. 3. et i lib. de Reuulsione, &. 2. de Febri. ad glauconẽ. c. 3. & 8. opĩo Gal. de phlebotomia est diuersa. Vide. 4. c. c. 3. maxime. & 12. et 25. particula aphor. rabbi Moysi in pricipio, et annotationes in. 1. tra. t, 16, c, 3.

A deriuare ad partem oppositam, fit illud in apostematibus pectoris, & stomachi, & occipitij capitis, ligando extremitates pedum, & manuum. Et propterea prohibetur in apostematibus vuluę omnino euacuare cum prouocantibus menstrua. Et similiter in apostematibus hepatis cum prouocantibus vrinam, & cum medicinis laxatiuis: quoniam cum talibus non fit deriuatio ad opposita: & quia impossibile videtur esse, ꝙ quando tales medicinę transeunt super apostematibus, quin eis relinquant lęsionem: & iam diximus ꝙ hęc est vna ex rebus augmentantibus apostemata. Et similiter prohibitum est euacuare apostema stomachi cum medicinis laxatiuis, & hargarismum in apostematibus gulę, oris, & palati. Et eodem modo omnino prohibitum est prouocare vrinam in apostematibus renum, & vesicę. Et hęc omnia non sunt prohibita, nisi donec ipsa apostemata fuerint in augmento. sed quando fuerint in statu, non est malum vti talibus, quoniam habent vigorare euacuationem membri apostemati: quamuis noui practici faciant talia absque alia prouisione, & deliberatione. Propterea consyderandum est in apostematibus aurium partis dextrę, & sinistrę, in quo latere phlebotomia sit facienda: quia manifestum est ꝙ cephalica in primo illo apostemate phlebotomari debet. Et videtur ꝙ si est apostema in aure sinistra, non debet minui de manu sinistra: quia cephalica dextra aggregat communicationem cũ attractione ad contrariam partem, quia est infra longitudinis extremitatem. nã B medium non est extremitas. quia non est credendum, & maxime in corporibus plenis, vt sanguis non ab aure sinistra trahatur ab extremitate dimensionis latitudinis oppositę. & quãdo euacuamus cephalicam, ob hoc esset melius vt phlebotomia fieret in parte dextra. quia hę duę res aggregantur. vna est communicatio, alia est oppositio secundum duas dimensiones: eo ꝙ istę operationes opponuntur secundum longitudinem & latitudinem. & si possibile esset, desyderararemus vt quando attrahere volumus, vt ibi omnes existerent operationes: & maxime, quando est repletio secundum vasa.

De euacuatione Apostematum membrorum principalium. Cap. XXX.

ET debes scire ꝙ in euacuatione membrorum principalium penitus necessarię sunt duę euacuationes: una est phlebotomia: alia est pharmacia: ob hoc, quia illa apostemata secundum plurimum non sunt vnius humoris, sed in illis aggregatur malitia quãtitatis cum malitia qualitatis. Sed tamen in euacuatione tu debes super humorem dominantem pręuidere. Et Rasis C testificatus est, ꝙ Medici sui temporis faciebant pleureticis solum minutionem, & moriebantur. Sed significatio secundę intentionis ex apostematibus habita secundum membra, in quibus sunt, facilis non est: & maxime quando refrigeratione indiguerit: propterea quia apostemata hepatis, & oris stomachi non conuenienter medicinas actu frigidas recipiunt: immo necesse est vt actu sint calidę, quamuis frigidę potentia existant, sicut oleum cydoniorum, & oleum myrtinum. & aliquando eis potentia calidis vtemur, sicut oleo mastiches, & absinthij. & hoc facimus, vt virtutem conseruemus istorum membrorum propter necessitatem corporis ex istis membris. Et cerebrum etiam non sustinet medicinã multum actu frigidam. & quando inducit necessitas rei ad vtendum ea, miscenest cum ea medicina, vt ipsam ad profundum ducat: sicut facimus miscendo acetum cum oleo rosato. & hoc non fit causa cerebri, cum sit frigidum: sed vt facilius per craneum, & suas commissuras ad medullam cerebri peruenire possit. & hoc non requiritur propter primam qualitatem, sed propter secundam. Similiter et oculi propter sensibilitatem multam, quam habent, debent pręseruari a rebus fortissimis, & mordicatiuis. & albumen oui superponitur, eo ꝙ res multas bonas in se habet aggregatas. nam remotum est ab omni mordicatione, & lippitudinem abstergit, & temperate frigidum existit, & figitur supra propter ipsius viscositatem, et lac nouiter a mammillis mulsum aliquas ex istis virtutibus habet,

& super hoc habet virtutem digestiuam. Et aliquando considerantur apostemata ex parte membri, in quo sunt, per alium modum, vt nihil repercussiuum, vel refrigeratiuum super membrum ponatur, hoc est quando apostemata fiunt in locis membrorum principalium purgatiuis: vt quando fit post aures, aut sub ascellis, aut inguinibus. quoniam quando ista apostemata generantur in his locis, & ipsa refrigerabis, timendum est ne ad membrum redeant principale: quẽadmodũ illud, quod fit post aures, ad cerebrũ: & illud, quod sub ascellis, ad cor. & maxime illa apostemata, quæ procreantur per viam crisis omnino ab infrigidatione ipsius abstinere debemus: eo ꝙ propter has actiones materia redire posset ad membra principalia, quemadmodum fugimus repercussionem apostematis pulmonis: eo ꝙ cordi vicinus existit. Istę autem sunt demonstrationes receptæ a membris secundum prædictas duas intentiones in curatione apostematũ, scilicet remouere causam, & infrigidare malam complexionem prouenientem ab eadem: quamuis intentio secunda colligantiam habeat cum prima, eo ꝙ frigida sunt repercussiua. Et quod dictum est semper meminisse oportet, hoc est vt apostematibus membrorum principalium, quę sunt sicut hepar, stomachus, cerebrum, & splen: eo ꝙ ista membra operationem faciunt communem toti corpori, & habent colligantiam cum corde: & propter hoc eorum virtutes conseruare debemus, miscendo semper styptica, & aromatica cum resolutiuis. Et dissolutiua sunt sicut emplastra, quę fiunt cum medulla panis, oleo oliuę, & melle. styptica vero cum aromaticitate sunt, sicut absinthium, mastiche, & cydonia. Et dictum est, quamuis a me non sit bene concessum, ꝙ quando apostema in gibbositate hepatis existit, ꝙ euacuari debet per prouocantia vrinam: & quando in concauitate existit, per pharmaciam. & ista medicamenta a communicatione membrorum accipiuntur. Et scias ꝙ medicinę vrinam prouocantes fortes esse debent: & propter loci remotionem inueniendo debilitantur, eo ꝙ in hepate alterantur: sed quę euacuant per cõcauitatem, posse tantum non oportet ꝙ habeant. Et iste modus credendus est in omnibus membris, ad quę veniunt medicinę cum multa digestione, sicut est pulmo, cui casus iste seruatur, ista significatio est sumpta a loco membri. Et medicinę prouocantes vrinam in ægritudinibus hepatis, oppilationes aperiunt, sicut est absinthium, & eupatorium. nam illę duę proprietatem habent in hepate, quemadmodum scolopendria in splene, & cortex capparis. Medicinę vero, quę faciliter soluunt ventrem in apostematibus concauitatis hepatis, sunt sicut aqua alubleb, & cartami. Sed euacuatio splenis per pharmaciam existit. Et si apostemata ista inueterantur, tunc fortioribus indigemus medicinis solutiuis: eo ꝙ membrorum istorum natura est, vt in fine indurentur in eis apostemata, & maxime calida. & hoc maxime accidit hepati propter viscosam & spissam substantiam. & etiam in renibus apostemata indurantur propter duritiem suę substantię, & in splene propter grossitiem sui nutrimenti: sed splen ipse rarę substantię est. Sed medicinę, quę sunt fortis resolutionis in prędictis apostematibus, sunt sicut radix lilij cœlestis, hyssopum, centaurea, & aristolochia rotunda, & his similia. & hoc fieri debet post fractionẽ eorũ siccitatis cum radice liquiritię, & his similibus. Et scias ꝙ necesse est, vt quantum esse potest, vites ne istorum membrorum apostema ad saniem perducas: & maxime apostema pulmonis: ob hoc, quia si perducis ipsum ad saniem perfectam, curationem non habebit: quia aut indurabitur, aut æger perdetur. & medicatio apostematum, quando cum sanie aperiuntur, ingreditur ordinem medicationis vlcerum. Propterea scias vnum, ꝙ proprium est membris apostematis subtilem cutem habentibus, ꝙ ab ipsorum principio penitus sanies resudat ex eis. & propterea cõueniens est ab ipsorum principio in suis medicationibus adhibere abstersiua, vt mundificentur meatus. & si in sanie ipsa grossicies fuerit, miscendę sunt res incisiuę. & talia mẽbra sunt sicut pectus, & pulmo, hepar, stomachus. propterea necesse est vt ista abstersiua ab omni mordicatione sint exempta. & istę res sunt sicut aqua ordei, & pultes furfurum condita cũ amygdalis amaris, & semine melonis. & electuarium atriplicis cum oxyzaccara in apostemate hepatis proprium existit, scariolę quidem loco atriplicis poni pos-

A ſunt. In apoſtematibus vero pectoris & pulmonis res, in quibus ponitur acetũ, ſunt fugiendę, vt multum nociuę. & medicinę, quę eis conuenientes exiſtunt, ſunt capilli veneris, & liquiritia, & ſyrupus violatus. & etiam ſemina melonis ſunt optima in iſto caſu. ſed medicatio apoſtematum, quę in iſtis ſunt membris, eſt magis alia, inquantum ſunt in talibus membris, quam inquantum apoſtemata exiſtunt: propter hoc, quia etiam declinationis tempore eorum medicinę ab aliqua ſtypticitae non denudantur, & in principio abſterſiuis. Et quando apoſtemata fiunt in inferioribus inteſtinis ſecundum noſtram intentionem, clyſteria ſunt meliora: quemadmodum ſi in partibus ſuperioribus fuerint, exhibitae res per os conuenientes eſſe videntur. & hęc ſignificatio ſumitur ab intentione loci. Sed in apoſtematibus gulę omnino vtimur medicinis reſolutiuis, & conglutinatiuis, vt adhęreant locis in ſuo tranſitu. & etiam ponenda ſunt narcotica, tranſglutiendo ea paulatine, vt diu in tranſitu habeant permanere. In apoſtematibus vero cerebri in declinatione neceſſarię ſunt fortes medicinę: & maxime, qñ ſunt de natura declinantes ad frigiditatem, quemadmodum ſunt phlegmatica. & tales medicinę ſunt, ſicut oleum de caſtoreo, & ſimilia. & hoc non requiritur niſi propter regimen membri: quia eſt per ſe humidum, & paſsiuum. Et quidam euacuant materiam huius apoſtematis cum ventoſis poſitis in parte cerebri poſteriori. ſed talis euacuatio eſt timenda: eo ꝙ forſitan in corpore exi-

B ſtit ſuperfluitas, quę per ventoſam ad membrum apoſtematum poterit peruenire. propter hoc talis cura non eſt facienda niſi cum ſecuritatem habebimus, ꝙ humores nullatenus ad locũ diſcurrere poſsint inde. Sed hæc medicatio in principalibus membris eſt periculoſa. Hucuſq; docui breuiter medicationem membrorum apoſtematum, inquantum apoſtemata ſunt in talibus membris, adiuncta cum medicatione, inquantum ſunt apoſtemata: ob hoc quia medicatio apoſtematum, inquantum in membris officialibus exiſtunt, non niſi iſtis modis completur: quia medicatio, quę in carne ſimplici exiſtit, non eſt neceſſariũ vt agat, niſi inquantum ſunt apoſtemata. Sed in multis iſtorum apoſtematum non indigemus conſyderatione in cauſis efficientibus ipſa: ſicut ſunt apoſtemata facta in carne molli cauſa rerum extrinſecarum. Et ſi corpus mundum extiterit, ſufficit in cura ipſorum apoſtematum oleum calidum ſolum.

De Apoſtematum frigidorum, & aliorum apoſtematum ſpecialium. *Cap. XXXI.*

C ET deinceps volumus loqui de apoſtematibus frigidis, quę ſaniem non faciunt, & de formica deambulatiua, et de carbunculis, quę fiunt in aere peſtilentiali. Et dicamus quod apoſtemata mollia, quę fiunt de phlegmate non multum groſſo, multoties ex hepatis errore fiunt: ſicut illa, quę fiunt in extremis in hypoſarca. Et horum medicatio procedit ſecundum modum medicationis eius, a quo generantur: & ſufficit vt vngantur oleo roſato, cum aceto, & ſale. Et ſi multa illic ſpargatur materia, prodeſt euacuare membrum ab illa materia, & vti rebus calefactiuis & deſiccatiuis, & euacuatione cum expreſsione membri. horum medicatio non facilis eſt. Et ſufficit ſpongia infuſa in a[illegible] & aqua ſalſa. quia ſpongia habet ſiccare, & ſtypticitatem facere, eo ꝙ ſapit naturam maris: & acetum deſiccatiuum, & inciſiuum exiſtit. Quę vero ſunt de groſſo phlegmate embrocari debent cum ſpongia in aceto infuſa, mixto cum alumine, cinere, & ſale. & debet ſpongia ligari ſuper membrum, quemadmodum fiunt ligaturę ſuper membrum fractum. Sed apoſtemata dura, quę ex humore fiunt groſſo, debent emplaſtrari cum medicinis mollificantibus: ſicut cum medulla cruris arietum, aut vituli, cum modico ammoniaco. & iſta, & ſimilia vtilia ſunt: quia medicinę multum reſolutiuę reſoluunt ſubtile, & groſſum petrificant. & quęritur hæc compoſitio, in qua ſunt reſolutiua, & pręparatiua ad reſoluendum: eo quod omnes partes apoſtematis non recipiunt reſolutionem ęqualiter ſecundum vnum modum, & aliquando cum iſtis me-

dicinis miscentur medicinę fortis resolutionis. & melius omnium est acetum, quando cum istis medicinis miscetur.& hoc fit raro,quia indurantur apostemata.Et Gale.hic laudat fumigationem lapidis marchasitę,vel molaris,superspar so aceto:& maxime in apostematibus,quę fiunt per neruos,& chordas ad membra principalia. Ego vero dico ꝙ Gale.hanc medicinam non laudat, nisi quando virtus aceti æqualiter perdat calorem in ipsum membrum : eo ꝙ est in substantia aerea, & membra recipiunt ab ea, quemadmodum recipiunt res, quę maturantur in medio aere,quę ęqualem habent maturationem. Si autem quęratur a Galeno,vapor iste fit a calore impresso in lapidibus istis: & quare propter naturam lapidis eidem conuertatur:ergo,quare lapides non teruntur,& ponuntur cum aceto calido super apostema induratum? Et quia cum fuerit in splene acetum superpositum in omnibus suis medicinis, semper laudabile existit propterea quia hoc membrum est rarum: & non accidit ei durities nisi gratia grossi nutrimenti, ex quo nutritur. & acetum assimilatur huic membro in tota sui substantia:eo ꝙ suum nutrimentum complexioni aceti assimilatur. & hæc est melancholia.& ideo potiones, quæ in purgatione splenis dantur, non debet ab aceto priuari: quia ipsum est ei cibus,& medicina.Et non sufficit in apostematibus duris,quę fiunt in splene,emplastrare deforis solum,sed indigent etiam per os recipere,quę habent resoluere duritiem eius,& ipsius oppilationem aperire: sicut est radix capparis,& scolopendria,cum aliquibus speciebus aromaticis. Sed apostematibus in hepate duris acetum propinari non debet:eo ꝙ paratum est duritiem magnam recipere.sed cura eius est cū rheubarbaro, spica nardi,& assaro,costo,& schœnantho,& similibus, Et dura apostemata hepatis ad curandum multum difficilia sunt, & maxime si fuerint multum inueterata : & vniuersaliter in hydropem inducunt. Sed scrophulę sunt apostemata dura in carne molli generata.quę ex eis fiunt ex phlegmate subtili, curari debent cum medicinis dissolutiuis,& mollificatiuis. & quę fiūt ex phlegmate grosso, cū medicinis purgatiuis,& cum aperitiuis,& cum ferro incidi. sed hoc fieri debet magna premeditatione,& timore. Et similiter verucę,& nodositates tribus curantur modis:aut dissolutione,aut putrefactione,aut incisione. & quibusdam necessarię sunt omnes tres,& quibusdam vna,& quibusdam duę.Sed quę intus in corpore oriuntur,curantur cum medicinis aromaticis mixtis cum aperitiuis & mollificatiuis: & sunt omnino difficilis curationis. Formicę vero duę sunt species ambulatiuę.vna cutem corrodit,& incedit interius.& alia vesiculas habet paruas,quę milio assimilantur:& propterea miliaris appellatur. Sed ambulatiua, quę fit ex humore cholerico subtili,debet curari cum medicinis illum humorem euacuantibus, sicut scammonia cum sero caprino : & superponendę sunt superius medicinę,quę desiccent sine mordicatione & refrigeratione, sicut solatrum,& memithe,& similia. Sed miliaris, eo ꝙ fit ex admixtione phlegmatis cum cholera,et propterea eius materia deberet euacuari cum medicinis illos humores purgantibus.Carbunculus vero, eo ꝙ pro maiori parte fit in aere pestilentiali,ebullit sanguis,& putrefit.& propterea de necessitate inducit febres pestilentiales. Medicatio vero illarum fieri debet cum ambabus speciebus euacuationis,vt phlebotomia, & pharmacia. Et in hac febre non sufficit medicina,vnum tantum purgans humorem:sed medicina omnes purgans humores,sicut pilulę cochię Rasis,in quibus intrant stœchas, & mastiche, & scammonia pręparata:& collocynthis etiam pręparata esse debet, eo ꝙ corpora talium recipiunt putredinem in omnibus humoribus. & talia in hac ęgritudine multum vtilia existunt. Et superponendę sunt omnes res, quę sine mordicatione exiccent,& vt corrosioni resistant:quemadmodum est emplastrum factum ex farina ordei,& indico,& lingua arietis,quę plantago nominatur. Et dabis ei etiā aliquantulum de theriaca magna,quę Arabice dicitur alferuch. Et omnia emplastra,quę superponuntur,debent confici cum aqua rosata. Et Galenus commendat trochiscos * andarachoron super ipsos more emplastri: & similiter omnes trochiscos habentes stypticitatem.Et hic non sunt res repercussiuę superponendę,ne materia reuertatur ad membra principalia: nec aperitiuę, ne putrefactionem

* Andronis

A ctionẽ inducat. Sed cancerositates multoties euacuari debẽt ex humore ipſo generãte, & ſuperponẽdæ ſunt medicinæ deſiccatiuæ ſine mordicatione, queadmodum mineralia exiſtũt: vt eſt calx, plũbum, & cachine auri, & horum ſimilia. propterea quia ꝓpter malam qualitatẽ, quã habẽt, propter paucã mordicationẽ cito corruptionẽ recipiunt, ob hoc quia fiũt ex cholera aduſta, quæ ſuper terrã ſparſa ad modũ aceti bullit. Et hæc paſsio ſanationẽ nõ recipit, niſi a principio: ſed ſi inueterabitur, incurabilis efficitur. propterea quia medicinæ locales ſufficientes non ſunt. & inciſio poſsibilis non eſt, quia neruos cõtinet, & arterias. & ſi inciduntur iſta mẽbra, non eſt tutũ, quin corpus perdatur. & impoſsibile ſimiliter exiſtit iſta apoſtemata cũ corroſiuis remouere. Et ſi fuerit tale apoſtema in membris principalibus, eius cura impoſsibilis exiſtit. Hæ ſunt curationes malę complexionis materialis, & non materialis. Et tu ſcias ꝙ apoſtemata, quę fiũt in membris principalibus, & febris aliqñ ſine medicatione ſanantur: & ſufficit in hoc opus naturæ. Et propterea multos inuenies complexiones habentes denſas, qui ex fortibus ægritudinibus euadunt ſine medico, & medicina: ſicut Barbari, & Arabes, & qui in deſerto habitant. & hoc fit, quia aliquantulum cum brutis aſsimilationem habent. & pro maiori parte hoc accidit illis, qui complexionem habent effrenem. Sed quando medicinæ componuntur ſecundum authorũ

B dicta, tunc adiuuant naturam tempore breui, & bonum finem conſequũtur: quia bonam habent determinationem, & minime violentam. Sed qui ſolum per naturam ex fortibus ægritudinibus curantur, in fine remanent in ægritudinibus, quæ tẽporaneæ dicuntur: ſicut mihi accidit, quando ægrotaui cum febre fortiſsima, & creticaui ex illa per apoſtema in articulis, eo ꝙ mihi neceſſaria adminiſtrata non fuerunt: quare remanſi arthriticus, & podagricus, & adhuc ſum. Et ſunt ægritudines, quarum correctio non ſufficit a natura, niſi per medicinas iuuentur. & in hoc medicinæ potentia declaratur. Et ſunt aliquæ ægritudines, ſicut ſunt febres, & apoſtemata, quibus natura & medicinæ ſufficientes non exiſtunt: ſed ſi euadunt, per accidens euadunt, ſicut in rebus naturalibus aliquando extremitates fiunt, tamen de raro contingentibus hoc exiſtit: ſicut vlceratio pulmonis, & ſimiles. Sic ergo finis iſtius ſcientiæ in propoſito habendus eſt ſecundum plus, hoc eſt ſecundum ægritudines plurimas, & plura indiuidua, & plura tempora. ſicut hoc idẽ accidit hominibus in Mechanicis artibus: quia aliquando aſſequitur artifex intentionem, & aliquando ab ea priuatur. & cauſa illorũ ſunt media, quæ in illa arte cadunt: ſicut eſt maris nauigium, agricultura. Et propterea dixi in definitione, qđ medicina eſt ars Mechanica. & multi ex hoc mirabantur: & ipſi ignorauerunt quid dixerim ſuper Secundo Phyſicorum de Mechanicis artibus. Hic completus eſt ſermo de mala complexione materiali,

C & non materiali.

Primo libro cap. 1.

De curatione ſolutionis Continuationis. Cap. XXXII.

DEinceps volumus loqui de ægritudine ſolutionis continuitatis. Et dicimus ꝙ cõtinuitatis ſolutio põt accidere vnicuique conſimili membro. quando vero fit in carne, dicitur inciſio: & quando in oſſe, dicitur fractura: in neruo, punctura: & quę in arterijs, dicitur ſciſſura. Et indicatio iſtius ſpeciei ægritudinis ſignificationem habet vniuerſalem & particularẽ, ſecundum membrorum conditiones: & nos ab vniuerſali intentione ſermonem incipiemus. Et dicimus quod continuitatis ſolutio, in eo quod ſolutio continuitatis exiſtit, ſimplex abſque alicuius alterius ægritudinis ſocietate, eget ſolum vna intentione. Et in pluribus hæc ſolum ligatura curatur. & aliquando cum ligatura, & alijs ſuſtentamentis: ſicut in fractura oſsium fit, & in multis membris. Et quædam fractura indiget ſutura: ſicut in laceratione myrach fit, quando zirbus eſt egreſſus, nam neceſſe eſt vt zirbus reducatur, niſi ſit corruptus,

oportet vt incidatur: ob hoc quia non est membrum necessarium, sed iuuatiuũ. D
sed quia habet neruos & arterias, ob hoc ipsas primo ligare debemus radicitus, & postea quod corruptum est incidere debes. & aliquando inflat propter frigiditatem aeris, ita quod tunc intus reuerti non potest: & tunc spongia in aqua calida infusa in manibus expressa, & optime temperata est superponenda. Et Galenus dicit quod quando feceris hoc, & non profeceris, tunc de cute aliquid incidere debes. sed maior pars huius artis perdita est in hoc nostro tempore. Sed aliquibus vulneribus non sufficit labiorum vulneris aggregatio, vel sutura, sed est necesse vt ponantur medicinæ desiccatiuæ, quæ desiccent vel sugant saniẽ, quæ in partibus vulneris est locata. Sed si coniunctę fuerint partes, hac non indigemus: sed tunc medicinæ stypticæ & exiccatiuæ sunt necessariæ. desiccatiuæ enim propter exiccationem saniei: & stypticæ propter coniunctionem labiorum vulneris. Et scire debes ꝙ multa membra reperiuntur, quorum solutiones continuitatis minime consolidationem recipere possunt: sicut sunt intestina gracilia, & diaphragma, & omnia membra quæ sunt in vltima siccitate. Quando vero substantiæ carnis facta est deperditio, duæ cadunt intentiones: vna est diminutæ carnis restauratio: & alia est cicatricis creatio. Prima intentio completur, quando materia ad membrum veniens in quantitate & qualitate existit perfecta, hoc est sanguinis: & in ipso membro complexio sit secundum B
suam conuenientem temperata. et natura suo beneficio sufficiens est ad hoc perficiendum absque medicinarum adminiculo. Sed quia circa horam finis digestionis ad quolibet membrum currunt duæ superfluitates. quarum vna est subtilis, & alia grossa: & fluxus harum superfluitatum sæpe generationi carnis resistit: ob hoc indiget natura auxilio medicinarum ad illam humiditatem desiccãdam, ad hoc vt noua caro in vulnere non liquefiat. & tales medicinæ sunt carnis generatiuæ. & harum numerus est multus, sicut thus, farina orobi, & fabæ, & iridis, opopanacum, & tutia. Et istis medicinis vtimur secuudum magis & minus. nam thus, & farina orobi, & fabę sunt in gradu primo generationis carnis: & post ista farina orobi, & iridis: & post ista aristolochia, & opopanacum. nam ista in tertio gradu quasi existunt. Et harum medicinarum quantitas, & modus a complexione membri, loco, sensibilitate, & ipsius nobilitate sumuntur. quia membro humido medicina carnis generatiua est thus, & complexioni fœminarum & puerorum. quando vero sicca complexio est, thus sufficiens non est, sed necesse est vt fortior apponatur, & orobum, & alia. quia in membris fortis siccitatis caro non generatur, nisi multum per siccas medicinas. nam aurium vulnera, cum parua existunt, sanantur cum memithe & aceto. & si magna fuerint, tunc trochisci * andaracharon vtiles existunt, & si non sufficiunt, tunc necessaria est scoria ferri cum aceto. & simile est vulneribus gulæ. Et Galenus propter hoc dicit quod cum membrum naturaliter siccum ad humiditatem peruenit membri, a sua natura multum est elõgatum. & propterea eget rebus exiccatiuis in eo gradu, ad quem peruenit membrum istud versus humiditatem. nam medicinæ non sanant, nisi quando sunt in contrario distemperatæ, in eodem gradu, in quo membrum est distemperatum: ita ꝙ si distemperatum fuerit in secundo gradu humiditatis, necesse est vt medicina distemperata sit in secundo gradu siccitatis. Et non sunt humectanda vulnera, quæ sunt in membris siccis, æquali humectatione eius, quod in membris humidis existit: sed est necesse secundum plurimum, vt per comparationem existat. propterea quia corruptio, & putrefactio siccis membris accidit, antequam humectationem humidis membris æqualem recipiant. ergo secundum Naturalem philosophiam dicimus quod causa huius non est nisi difficultas membri sicci, & grossa superfluitas quæ in eo existit: sicut quod dictum est, quod siccitas est difficile passibilis. Et huius ratio similis est rationi iuuenis & senis, sicut superius determinauimus. Et via, qua cognoscit Medicus quod medicina in mundificatione vlceris debilis existit, est multæ sordiciei in vlcere abundantia: quemadmodum cognoscit quod medicina nimis est abstersiua propter rubedinem vulneris la-

* andronij. E

A biotum,& ipsius profunditatem. Et aliquãdo medicina corrosiua auget in vulnere sordiciem. Et in hoc errare potest Medicus. quia si propter medicinã hęc accidit, rubedo, & caliditas in labijs vulneris existit, & in vulnere profunditas. & si hoc a loco prouenit, hoc est manifestum. Nam si vulnera fuerint in membro exposito contactui medicinarum, aut in superficie posito, ita ꝙ in transitu mutationem non recipiant medicinę, tunc necessarię sunt debiles, sicut in vlcerationibus sufficit stomachi. & si in grossis intestinis vlcera fuerint, debent clysterizari: & si in subtilibus pharmacari. In membris vero profundis medicinę exiguntur fortiores: sicut in vlceribus pulmonis, & in membris musculosis, quę profunditate corporis sunt remota. Et propter hanc loci considerationem habenti similiter in gutture vlcerationem, in positione medicinę ipsum starę pręcipimus erectum: & paulatim medicinam oportet solutiuam transglutire. Et habentibus passionem meri medicinam lambitiuam dari pręcipimus, & ei admiscemus viscosam medicinam ipsam in meatibus morari facientem. propterea vulnerum diuersa est medicatio. nam quędam oretenus curantur, & quędam cũ localibus medicantur, & quędam cum ambobus. Adhuc ordinata sunt propter locum & figuram conuenientia instrumenta, vt medicamina in ipsis debite proijciantur: sicut syringa, pessaria, & similia. Quod vero a sensibilitate sumitur membri, manifestum est. nam membrum valde sensibile medicinas fortissimas sustinere non potest. similiter & membrum multi iuuamenti. Sed

B vulneribus, quę in superficie corporis fiunt, in concauitatibus quorum carnis generatio existit necessaria, & in quibus cicatrix similis cuti fieri oportet, necessarię his sunt medicinę desiccatiuę finaliter: sicut galla, balaustia, & similia. & est necesse vt earum exiccatio conglutinatiuam operationem excedat. Et in quibus caro superflua generatur, necessarię sunt medicinę corrosiuę, quę fortiores generantibus existant: & sunt vt colcotar, & viride ęs, & similia. Et propterea non est impossibile, vt in aliquibus corporibus viride ęs iam sit carnis generatiuũ. Et scias ꝙ corrosio carnis superfluę operationibus naturę appropriata non est; sicut est carnis generatio: sed est res, quę appropriata est operationibus artis. Sufficit quod breuiter dictũ est de vulneribus, quę intus & extra in carne fiũt, cum quibus mala complexio non est associata. Sed si mala complexio est appropriata, est sicut causa vulneri: & curari non potest, nisi remoueatur: sicut accidit, quando euenit apostemati. Et quia medicationem malę complexionis iã nouisti, cum hoc etiam hic reiterare expedit. Et dicamus ꝙ mala complexio, quę in vulneribus fit, est propter sangninem, qui illuc currit: qui in qualitate, aut quantitate distemperatus existit, aut in ambobus. Et hic aut a toto corpore prouenit, aut a membro vulnerato, aut ab ambobus. Et si a toto prouenit corpore,

C aut a membro vulnerato, aut ambobus, perscrutandum est vtrum per quantitatem, aut qualitatem proueniat. si propter quãtitatem solummodo competit phlebotomia. & si solum propter qualitatem, tunc necessaria est pharmacia. si autem ab vtrisque prouenit, & vtrunque faciendum est. Et si fuerit in singulari membro ex membris corporis, tunc ipsum oportet euacuare. Et si fuerit ipsum membrum vulneratum, sicut renes, & similia, tunc totum corpus euacuandum est. Et si a toto prouenit corpore, repercussiua necessaria sunt omnibus repercussionis modis, secundum quod diximus: & deinde membrum confortare debes, & trahere materiã toto posse ad opposita. Et si mala complexio fuerit in mẽbro vlcerato, tunc prouidendum erit in suis qualitatibus malis. quoniam, si vulnus fuerit siccum, ipsum humectare debes cum aqua calida: & si fuerit humidum, ipsum debes exiccare cum fortibus exiccatiuis. Et similiter facere debes in distemperãtia calidiatis & frigiditatis. Et si in vulnere caro addita fuerit & indurata valde, incidenda est cum ferro: & postea apponere debes ea, quę habẽt generare, et consolidare. Et si ibi fuerit apostema, non est via sanationis membri, nisi apostemate remoto: quamuis medicinę, quę curant apostemata, contrarię vulneribus existant. Et si duę aggregãtur res in mẽbro, velut mala complexio propria mẽbri & corrpptio sanguinis illuc aduenientis, in his cõsiderandum est. Et scias ꝙ

quando vlcera non sanantur propter adhibitas medicinas, illud fit vna trium rerum. vna est propter medicinas, quae complexioni membri conuenientes non existunt: aut quia materia transmissa non est conueniens: aut quia in membro complexio laesa est per naturam, eo ꝙ ibi vna species malae complexionis, aut plures sunt. ergo scire debes ꝙ sanatio vulneris fit, aut propter corporis euacuationem, & cum temperantia complexionis, & cum plagae desiccatione. & aliqñ vtimur theriaca, & similibus. Sufficit quod dictum est in cura solutionis continuitatis simpliciter, materialis, & non materialis. D

De curatione solutionis continuitatis Venarum, & Arteriarum. Cap. XXXIII.

DEinceps volumus loqui de cura solutionis continuitatis in venis, & arterijs. Et dicimus quod solutio continuitatis in venis facilis est consolidationis: sed quae est in arterijs, illa est difficilis, exceptis corporibus puerorum. & propterea quod solutio continuitatis istorum nos adducit in aliam rem multum timendam, hoc est sanguinis fluxum, necesse est vt in hoc sermonem faciamus. Fluxus vero sanguinis multis fit modis. aliquando fit propter venae incisionem, vel vlcerationem. & hoc fit aut propter causam intrinsecam, aut extrinsecam. si propter extrinsecam, aut incisione, aut extensione, aut percussione. propter intrinsecam, aut propter humores acutos corrosiuos, aut extensiuos, ita vt aperiant venas. & aliquando currit sanguis ex orificijs venarum, & aliquando stillat. Et incipiemus a sanguine decurrente propter venarum lacerationem, eo ꝙ periculosior existit. Et dicemus quod, quando dilaceratur vena in corporis superficie, sanguis duobus modis potest restringi. vno modo vt subtrahatur illius membri materia, quando propter multã fit quantitatem: alio modo vt digito oppiletur, si fuerit parua ham propter hoc coagulabitur in orificio sanguis, & stabit aut propter ligamentum, aut propter cauterium: eo ꝙ cauterium crustam praeparat super plagam: aut propter medicinas stypticas corrugatiuas: sicut medicina facta de visco cocto, & tritici farina, & similibus. Et Galenus commendat contra fluxum sanguinis arteriae aloen, & thus, & albumen oui, & pilos leporis. & haec medicina retinet sanguinem, & generat carnem. Sed cauterium sufficiens non est. quia crusta cadere potest, & sanguis iterum fluet. Praeterea cauterium minuit de substantia membri, & nobis non est necesse minuere de substantia membri, sed potius laborare vt crescat. Et non laudatur cauterium, nisi quando fluxus fuerit propter venae corrosionem: quia tunc cauterium superpositum est loco rei, quae remouet causam facientem corrosionem. Et aliquando ponimus frigida repercussiua super membrum, quando fluxus fuerit ex caliditate. Sed aliquando praedicta omnia debilia esse dicuntur, & insufficientia: quare tunc necessarium existit venam vel arteriam finaliter incidere: habita tamen hic cautela, vt prius liges, stringendo fortiter caput ipsius venae, quę est versus cor, & postea incide. Sed subtractio sanguinis ex loco illo fit, vt praeparetur membrũ. & erigatur, vt orificiũ apertum superius adaptetur. Sed debes tunc materiã trahere ad oppositã partem, vnde sanguis tunc fluebat: aut ad proximiorem locum, sicut de ore ad nasum, & de vesica ad matricem. Et attractio ad partẽ oppositã fit, sicut qñ propter fluxũ sanguinis nariũ vẽtosas super hepar poni iubemus: aut super splenẽ, si fuerit ex parte sinistra. Et ventosae etiã positae super occipitium stringũt sanguinem narium, trahendo ad opposita: aut super mammillarum radices propter menstruum. Et aliquando fit attractio ad partem oppositam propter ligationem membri, aut propter medicinas menstruorum sanguinem prouocantes. Sed phlebotomia in sanguinis menstrui fluxu est medicina per accidens propterea quia haec medicatio in suo genere solum existit. vnde timenda est. & aliquando est naturalis, quando fluxus propter multitudinem sanguinis fuerit.

A *De fluxu Sanguinis, qui a membris prouenit intrinsecis.* *Cap.* XXXIIII.

SEd sanguinis fluxus, qui in partibus intrinsecis existit, non habet viam, vt retineatur nisi a medicinis stypticis, aut cibis grossis. Et medicinę stypticæ in hoc sunt sicut balaustia, & succus rubi, & galla, & similia. Et quę sunt nimis styptica sunt sicut bolus armenus, & tegula pistata, & plantago, & solatrum. Et Galenus multum succum plantaginis commendat in passionibus vuluæ, propter corrosionem ibi fientem. Et ex fortibus lacerationibus venarum, quæ in membris fiunt, sunt illæ, quæ in pectore fiunt. & fortiores illis sunt, quæ in venis fiunt pulmonis: & ita quod aliqui dixerunt ꝙ nunquam consolidantur: sed quando ad saniem deducuntur, perfecte non curantur: sed cum bono regimine, si inueniri potest, eorum prolongabitur vita. Et sunt alii qui, qui ex hac infirmitate minime moriuntur. & hoc dico, quod per animam meam probari potest ex dictis Galeni: quamuis illud non dicat manifeste. sed multi ex modernis hoc testificati fuerunt. & dicit Auic. ꝙ vidit mulierem, quæ vixit viginti annis post lacerationem venarum pulmonis: sed illa semper comedebat zuccharum rosatum cum pane facto cum coriandro. Et ego assentio ei quod dixit, eo quod filij Auenzoar mihi simile retulerunt, scilicet ꝙ in pluri-
B bus hominibus hoc idem viderunt. In principio vero huius dispositionis si sit propter percussionem, aut propter aliam ex rebus extrinsecis, debet phlebotomari ex vena communi, si multa fuerit repletio: & si non fuerit multa repletio, de basilica minuendus erit: & sanguis duabus vicibus extrahatur. & tempore phlebotomiæ testiculi, & brachia ligentur: & a tussi abstineat quantum plus potest. Galenus præcipit dare acetum cum aqua mixtum, si medicus viderit ꝙ in pulmone sanguis fuerit coagulatus. & hæc medicina est contraria iuuamēto causæ, & accidenti: propterea quia aceto inest per naturam vt moueat tussim, & tussis prauum est accidens: & hoc timendum. & acetum cum sit pungitiuum, vulneri nocet, & sanguinem subtiliat, & aperit, & fluere facit. & propter hoc acetum dimittendum est. Et medicinæ dandæ sunt habentes repercussionem, & stypticitatem. & eligenda sunt styptica, quibus subtilitas sit admixta propter membri profundationem. & quod mihi videtur hic melius omnibus alijs rebus est zuccharum rosatum cum aqua, in qua coctæ sint glandes, & nuces æqualiter, & cauda caballina. Et mirabilis Abumeron Auenzoar mihi indicat ꝙ hęc aqua debet esse illa, in qua ferrum multum sit ex tinctum: ita quod propter hoc a sua quantitate decrescat, & postea in ea res bulliant. & per hanc viam possibile est glutinationem sanguinis fieri, & consolidari plagam. Et quod multum
C necessarium hic existit, est cibi diminutio. & sufficit aqua ordei cum nucleis assis granorum mali granati in prandio, aut pultes granorum ordei: & sero. ʒ. ij. panis cum testiculis gallorum. Et si causa fracturæ venæ fuerit reuma, quod illuc concurrerit, & commouerit tussim, & propter hoc vena sit aperta: aut propter humorem acutum, qui substantiam corrosit pulmonis: tunc pharmacia phlebotomiæ est admiscenda, & superponere capiti res desiccatiuas. sed si causa reumatis frigida fuerit, superponamus capiti puluerem caryophyllorum, piperis, pulegij. & si causa remisse calida fuerit, sufficit puluis macis, & nucis muscatæ, & corticis pomorum cydoniorum, & omnia quæ habent virtutem calefaciendi modicum, & cum modica siccitate sunt causa solidationis vulneris. Et quia in breui tempore vulnus ad saniem potest peruenire, ideo studere debemus in remouendo causam quantum possumus. & hoc fit exiccando corpus modis omnibus, quibus possumus. Et propter hoc theriaca in hoc loco iuuatiua existit, & maxime nouiter confecta: & proprietatem habet retinendi sanguinē, quemadmodum habet inhibendi fluxum. & postquam ita est, hic cura conueniens existit duabus speciebus sputi sanguinis, siue fuerit ex causa intrinseca, vel extrinseca; & Galenus commendat hic trochiscos andaracharon. Quando vero

factum fuerit vulnus saniosum, Galenus dicit quod causa suę incurabilitatis est, D quoniam sine tussi mundificari non potest: & tussis tumorem augmentat, & aperit vulnus, & grossicies tumoris augmentat saniem. Adhuc mihi videtur quod causa suæ incurabilitatis sit: quia cum hoc membrum apostematur, vulnus ipsius induratur, & sanationem recipere non potest, sed tamen longo tempore viuere potest. Et habenti saniem in pulmone debemus propinare medicinas & cibos, qui habent aliquid abstersionis cum asperlione & confortatione: sicut capillus veneris, & cortex citri, & mastiche, & radix lilij. & panem comedat cum zuccharo rosato, & vuas passas pingues. & bibere lac, hoc laudabile existit & bibere aquam ordei: & terras habitare siccas. & simile huic faciat, qui toto tempore in reumate frigido perseuerat. Et si vlceratio est in canna, melius curari potest. & hoc fit cũ rebus exiccatiuis desiccantibus vlcera pulmonis, & præcipiẽdo infirmo vt in ore teneat medicinas desiccatiuas & abstersiuas mixtas cum lenitiuis: & vt iaceat supinus, vt facilius medicamina transire possint, discurrendo per vulnera, quemadmodum ros discurrendo per parietes, & muros, per terram. Quod si causa fluxus sanguinis fuerit ex apertione orificiorũ venarum, cura eius erit cum medicinis leuibus stypticis. Sed si causa apertionis venæ subtilitas sanguinis fuerit, ipsius sanatio est cum cibis grossis conglutinatiuis. Sufficit nobis hucusque dixisse de solutione continuitatis arteriarum, E & venarum.

De cura solutionis continuitatis in Neruis, & Lacertis. *Cap. XXXV.*

NVnc vero volumus dicere de solutione continuitatis, quæ in neruis, & lacertis accidit. Et dicimus ꝙ quando solutio continuitatis in his membris accidit, tunc necesse est corpus cum phlebotomia, & pharmacia euacuare: & studiose perspicere vt in vulnere aliquid saniei non fiat, ne dolorem spasmosum inducat. et ideo quia neruus est membrum profundum viscosum, non sufficit in mundificatione saniei medicina consolidatiua: sed necessaria est medicina, quæ cum calefactione habeat suctionem, vt saniem trahat sine mordicatione. & ideo in principio necesse est hoc vulnus aperire. Et medicinæ hæ vtiles sunt, sicut viscus alboan. & ꝙ fortius existit est, quando aliquid addimus de euphorbio: & maxime si corpora humida fuerint, confert valde. Sed in corporibus duræ complexioni & siccis valet opopanacum, & assa fœtida. & sulphur crudum oleo oliuæ mixtum in his multum valet. & gummi pini in his virtuti visci, & glandium proximũ est. Et quando inciditur, vel scinditur neruus, & cutis desuper fuerit eleuata, tunc has non posset medicinas sustinere, sed erit sufficiens abluere ipsum cum oleo oliuæ, & ponere desuper tutiam ablutam. Et si corpus durum extiterit, trochischi andaracharon erunt sufficientes. Et si neruus ex transuerso, & ex toto non est incisus, tunc vulnus periculosius est, quã si incisus in longitudine traheretur. & hic est timor spasmi. & ob hoc regimen istud totaliter est adhibendum, vt prouidus sis in resistẽdo spasmo. Sed res, quæ mitigant dolorem nerui, ipso non existente discooperto, est oleum oliuæ calidum: propterea quia resistit omnibus passionibus nerui. sed qñ discoopertum est, tunc contrarium existit: & non est ponendum nisi doloris fortitudo nos impellat. Et necesse est vt medicinæ, quæ neruo superponuntur, sint actu calidæ: ideo quia hoc membrum pro maiori parte a frigore leditur. Et quãdo apostematur neruus, & ex eo timendus est spasmus, tunc ex toto incidẽdus est: quia ex hoc securabitur a morte: quamuis membrum adducamus ad priuationem sensus, & motus. Ligamenta vero fortiores medicinas patiũtur quã nerui, & similiter chordæ: quamuis viciniores sint neruis. Sed ligamenta, quæ cum lacertis sunt coniuncta, medicationem similem medicationi neruorum recipiũt. Sed quę ossibus continuantur, fortiores recipiunt medicinas.

A *De cura fracturæ Osium.* *Cap. XXXVI.*

DEinceps loqui volumus de solutione facta continuitatis in ossibus, quę ruptura nuncupatur. Et dicimus ꝙ, quando ruptura fuerit in osse ex transuerso, tunc necesse est vt partes ad sua propria loca reducamus: & ad hoc vnamquanque partem trahere cū instrumento ad hoc solito, aut manu, donec suo musculo vniatur, & æquare quod sit æquandum: & postea ligatur, secundum quod præcipit Hippo. Et est vt duæ fasciæ accipiantur, & cum vna incipere a loco fracturæ superius ascendendo. Et Hippocrates hoc laudat ligamentum: quia per hoc cursui materiei resistitur ne sanietur. quod non accideret, si superius ligando ibi inciperet, & vsque ad rupturæ locum perueniret. & præcipit Hippocrates, vt sic ligatum stet vsque ad septem dies propter apostematis metum. propterea præcipit, si dolor membro superuenerit, vt super membrum ponantur medicinæ mitigatiuæ. & si pruritus adfuerit, embroceiur aqua calida, ad hoc vt pustulæ non oriantur: & hoc prima septimana. propterea si securi sumus ab apostemate, tunc non solum non sufficiunt fasciæ, immo astellæ erunt adiungendæ. Dicit Rasis: qui medentur hoc nostro tempore fracturis in prima septimana, astellas ponunt: & Hippocrates hoc apostematis metu vetat. Et etiam, quia prima septimana non timemus quod membrum fiat tortum, sed apostemata tantum timemus. Item Rasis dicit, ꝙ fractis ossibus, nostri temporis Medici in principio ponunt astellas in extremitatibus medicinarum, quibus membra ligantur cum farina ordei, et albumine oui, & sic dimittunt donec * conualescant. Et mihi videtur ꝙ ille, qui per hunc modum curatur, ille casualiter euadit. & melius est dissoluere fasciam, & sic fiat omni septimana, & videre porum sarcoidem: (& est illud, quod dicimus in Latino supra os) qui si nimis fuerit grossus, superponendæ sunt medicinæ multum desiccatiuæ, & fascia bene constringatur. & si nimis fuerit subtilis, embrocetur spongia, & aqua calida, & fascia elargetur. Et si fuerit repletio, medicetur phlebotomia, & pharmacia, & ipsius cibus subtilietur multum. & quando transiuit primam septimanam, debet cibari cibis similibus illi substantiæ, quam volumus generare, vt cibis grossis & viscosis. Et si fractura cum vulnere carnis existit, necesse est vt orificium vulneris remaneat apertum. Et si os in longitudine scissuram patiatur, ligatura sola cum bono regimine sanat. Et si fractura sit in osse cranei, vt penetret vsque ad telam, tunc necesse est vt circa scissuram os remoueatur, vt mundificari possit a sanie tela, ne telam corrumpat. & si sic non fieret, sanari non posset. sed hoc in loco nostro non inuenitur, qui hoc facere sciat. Et sufficiat hoc in omnibus speciebus malæ complexionis, & solutionis continuitatis, & primo in membris consimilimus.

(B, C: marginal section letters; right margin: * coalescāt.)

De cura ægritudinum Officialium membrorum Primum autem de cura ægritudinum in Numero
Cap. XXXVII.

ET dicamus quod ægritudines membris officialibus appropriatæ, quædam sunt, quæ sunt ægritudines secundum numerum magis & minus: & quædam sunt, quæ sunt ægritudines creationis, sicut figura, oppilatio & apertio, asperitas & lenitas: & quædam sunt ægritudines positionis. Sed ægritudines numeri, quædam sunt naturales, sicut digitus sextus: & quasi ars Medicinæ hoc non considerat: & quædam sunt nō naturales, sicut lapis qui nascitur in vesica, & lumbrici qui in corpore nascuntur, & verrucæ, & aqua in oculum descendēs, & vngula, & antecedēs causa istorū est materia distēperata in quantitate, & qualitate. Et si istæ ægritudines sint in fieri, causa efficiēs remoueri debet cum euacuatione vniuersali, & postmodū membra superflua erūt remouenda, & si facta fuerit, quod factum est, erit remouēdum. Et medicinas pro-

prias vniuscuiusque illarum rerum tu scis in multis particularibus libris. Sed quæ lapidem expellunt,& arenam,sunt medicinæ appropriatę illi operationi, sicut diximus. Lumbrici vero,& ascarides occiduntur cum medicinis amaris: sicut est absinthium,&* centonicum. sed cucurbitini fortioribus indigent medicinis. Verrucas vero eradicamus cum ferro, vel cum penna, ponendo verrucam in concauitate pennæ,& circumgirando violenter extirpare. & quæ huic operationi vtiles existunt, sunt pennæ aquilarum,& gallorum. De aquis,& saniebus,quæ in oculis aggregantur,dicit Gale. de quibusdam Medicis oculorum,qui infirmum ponebant super scamnum, & caput inferius quassabant, donec videbant saniem ab oculo descendentem:& hoc in aqua oculi fieri nō posset,eo quod nebulæ assimilantur:ita quod quando ipsam descendere facimus, reuertitur superius. propterea non valet aliter,nisi inferius cum instrumento trahatur. Et collyria fellium senibus valent,& aquis quæ ad oculum descendūt. Et aliqui sunt,qui curant eas aperiendo. Vngula autem, quando est magna, curatur cum ferro:& si parua fuerit, curatur cum medicinis. Sed mollam remouemus cum medicinis prouocantibus menstrua, & cum aborsum facientibus. Sed ægritudines diminutionis numeri sunt, sicut caluitium propter alopeciam. Et tu scis quod pilorum generatio ex superfluitatibus fit laudabilibus, & inlaudabilibus. ergo casus eorum est propter defectus illarum superfluitatum: aut ex corruptione dictarum superfluitatū, quæ egressæ sunt a sui natura in qualitatibus malis.& ꝓpter hoc necesse est, vt expellamus ipsas superfluitates per pharmaciā. Diminutio vero carnis dictum est,qualiter debeat restaurari.

* santonicum.

Oppo. videtur. 16. tertij tra. 5. c. quarto in fine, vbi dr̄ quod ascarides idigent fortioribus medicinis.

Et ideo scias q̄paliter accipit cucurbitinos: nā vermiū sunt species q̄tuor.

De cura ægritudinum in Creatione. Cap. XXXVIII.

SEd ægritudines in creatione,ex quibus vna in figura existit, vtplurimū sunt naturales.& ideo in curatione medicina ingressum non habet. Et si etiam tempore partus vsque ad finem augmenti ad bonas conuertantur formas rectificari possunt. Et etiam lenitas,& asperitas ægritudines formæ existunt. Et asperitatis causa est humor cholericus acutus, aut phlegmaticus salsus.& sanatio istius est superfluitatis istius euacuatio, & membrorū confortatio cum rebus stypticis, ne huiusmodi materia vlterius spargatur: & postmodum cum medicinis lenitiuis asperitas remoueatur. Sed lenitas ab humore fit leui,& lubricatiuo.& huius sanatio est illum humorem remouere. & secundum quod dictum est in alio,hoc erit faciendum. Et sub hoc genere, oppilationis ægritudines continentur. Et si in fieri fuerit, humorem facientem euacuamus cum vsu medicinarum aperitiuarum, quæ illas aperiant oppilationes. Et si factę fuerint,& non adsit repletio, aperitiuæ medicinæ sufficientiam habent. Et apertioni viarum,quæ clausæ sunt,medicatio erit per contrarium: sicut sunt medicinæ stypticæ,& confortatiuæ. Et aliquando curatur hæc passio cū medicinis stypticis,& stupefactiuis.& hoc fit, quando virtus superat expulsiua.

De cura ægritudinum in Positione: & operis Peroratio. Cap. XXXIX.

ET positionis ægritudo hernia manifestior existit: sicut quæ in ventre, & testiculis fit. Et quæ in ventre fit,sanatur vt æger super ceruicē ponatur,& quod egressum fuerat, reducatur. Et fractura stypticis sanatur, sicut cum nucibus cupressi,& gummi glandium,& similibus. Et si tumor fuerit,qui reductioni resistit, remouere illum debemus cum rebus remouentibus ventositatem. Hernię vero, quę in intestinis descendit,curatio est, vt quod egressum fuerit reducatur, & exercitium inhibeatur. & hæc ęgritudo difficilis est ad sanandum. Ex ægritudinibus positionis gibbositas existit. & huius curatio est humorem grossum viscosum euacuare,& exhibere medicinas vaporabi-

A les,quę ventoſitatem diminuunt groſſam. Et huiuſmodi ęgritudinum eſt dislocatio. & hęc per reductionem membri ad proprium locum curetur, antequam apoſtemetur. Et ſcias ꝙ quodlibet membrum,quod dislocatur,eius poſitio lęſionem recipit,excepta brachij,& ſpatulę dislocatione:tamen huius ſcientię artifices cognoſcunt eam. Sufficit tibi & illis,qui tibi aſsimilantur, quod breuiter de generibus ægritudinum dictum eſt. Quia hunc librum non compoſui, niſi propter illos,qui tibi in perfectione aſsimilantur.quia illi comprehendent quod * dictum eſt,ab eo quod eſt dictum,propter fundamenta & principia, quę habebunt. Nam tu ſcis ꝙ omnes ſcientiæ principium ſumunt duobus modis,aut a rebus per ſe notis, aut ab alia ſcientia. Et maxime tibi ſufficit ꝙ in hac ſcientia multas habes doctrinas, & principia. Et ſcias ꝙ ille,qui a te elongabitur, hunc librum vitabit. Sed debuiſſem compleuiſſe ſermonem meum in ſanatione accidentium vnicuique membro ſuperuenientium; propterea quia etiam accidentia ſecundum aliquem modum ægritudines dicuntur: & melius in declaratione rerum vniuerſalium exiſtit,vt ipſa vniuerſalia ad particularia reducantur.ſed ad præſens mihi commoditas non reſpondet: quia in alia re, vel arte hac nobiliore ſtudere intendo. Vnicuiq; volenti ad huiuſmodi præclaritatis ſcientiam peruenire,bonum eſt vt libros Abumeron Auenzoar ſtudioſe legat. B nam illic medicinę theſaurus patet manifeſte. Et Deus nos ab errore exuat: & ex ipſius lumine noſtros oculos illuminare dignetur.

*dicendum

Librorum Septem Colliget finis.

Ioannes Bruyerinus Campegius, vir doctus, ac in dicendo perpolitus, tres Collectaneorum Auerrhoi ſectiones, tribus Colliget libris, Secundo ſcilicet, Sexto, ac Septimo reſpondentes latinitate donauit,eaſq; in lucem protulit. Nos autem ſtudioſorum commodo eas poſt antiquam librorum Colliget translationem vna cum ipſis imprimendas curauimus.

IOANNIS BRVYERINI CAMPEGII IN SECTIONES TRES COLLECTANEORVM DE RE MEDICA AVERRHOI PRAEFATIO,

Ad illustrißimi potentißimiq; principis Lotharingorum medicum Ioannem Galfredum doctißimum: atq; Hieronymum Montuum Allobrogum medicorum præstantißimum.

ON deerunt, scio, viri clarißimi, apud quos nostra hæc Collectaneorum rei medicæ Auerrhoi interpretatio calumniam pro gratia habitura sit. Quippe plerique omnes iuniores medici iam intolerabile in Arabum, Mauritanorumq; dogmata odium conceperunt, ut ne nominandi, citandiue locus relinquatur: principes etenim Hippocratem, atque Galenum habere nos prædicant, quos in primis sectari, summaq; veneratione, simul ac diligentia obseruare debeamus, qui vniuersa, quæ ad medicinam pertinēt, tam doctè, tam copiosè, tamq; accuratè posteritati tradiderunt, ut à cæteris nihil addi possit, quod rem medicam adiuuet. Quæ opinio, ut nobis omnino haudquaquàm probatur, ita non vsquequaque improbabitur. Sanè summus fuit Hippocrates, summus denique Galenus, verùm numeris omnibus minime absoluti: quod de Hippocrate identidem ingenue fatetur Galenus: atq; etiam de Galeno tum Græci, tum Latini, tum Mauritani, inter quos primas sibi vendicat Auerrhoes, qui multis in locis omni studio conatur conciliare Aristotelem Galeno: interdum vero ab ipso notatur Galenus: quod quàm rectè, viderint docti. Ego quidem in ea sum hæresi, Arabum pariter ac Maurorum de medicina commentarios, prorsus haud esse negligendos, maiorum nostrorum vestigiis insistens, qui etsi eloquentiæ viribus minus valerent, ingenii tamen subtilitate, scientiarumq; omni genere minime destituebantur: quod me aliquando docuit noster ille Dionysius Coronæus, triplici lingua ornatißimus, Latina, Græca, atque Hebræa, mihiq; olim in literis Græcis præceptor: quippe inter euoluendum Gentilis in Auicennam monumenta, deprehendit illum multa assequutum iudicii acrimonia, quæ oportuit ab eo, qui linguam Arabum, Hebræorumq; calleret, explicari. Vbi etenim locus occurrebat, in quo variæ essent controuersiæ, codicem Auicennæ Hebræum (quem secum Roma aduexerat, postremo Clementis septimi Pontificis anno) statim consulebat, illicq; perspiciebat Fulginatem, illarum lingua-

rum omnino expertem, codici Hebræo planè assentiri. Quamobrem apud me plus sanè valebit veritatis amor, quàm timor calumniæ, quam vel doctissimi, sapientissimiq; defugere vix potuerunt. Sic varia sunt hominum suffragia: multis nanq; recondita doctrina, impolita, incultaq; placet: aliis eloquentia sola arridet: nonnulli linguarum peritia, scientiarum tamen cognitione destituti, commendantur: quod prudentissime Erasmus vno libello declarauit. Ab Hippocrate, Galeno, atque aliis medicis Græcis nemo sanæ mentis negabit optimum medendi exemplar peti: nec inficiabimur è Græcia medicinam profectam, & eam elegantissimam, atque incorruptissimam: non tamen ab his solis pendebo, in ipsorumq; verba tam sanctè iurabo, vt non interdum melioribus, cumulatioribusq; remediis inuentis, ab iis discedam, admittamq; si quid recentiores vel insigniter barbari, incultiq;, porrexerint melius. Nempe exempli gratia, si variolis morbillisq; adhibenda sit curatio, (Græci ἐξανθήματα) quæ exigua ab antiquis prodita reperitur, num ex Auicenna, Auerrhoe, cæterisq; id genus mutuo sumere verebor? Atqui Galenus vir elegantia styli incomparabili ex Scribonio Largo, et alio quodam Lugdunensi medico quædam decepsit, minime veritus ne incultior fieret oratio: Plato item eloquentissimus ab Hebræis, Aegiptiisq; non paucissima, rarissimaq; didicit: Quinetiam Aristoteles ille eloquentiæ princeps à Iudæo quodam viro egregia multa hausit, Clearcho Peripatetico testante: Theophrastus insuper (scribente Eusebio) ex Hebræorum libris non pauca laudauit, desumpsitq;: id tamen non obstitit, quò minus elegantissime placita sua posteritati mandarent. Nam quid opus est commemorare aliorum philosophorum, & virorum literatorum penè infinitorum peregrinationes susceptas? qui tamen vniuersi stylo elegãtissimo, excultissimoq; commentarios conscripserunt, nullamq; barbariem ex barbarum consuetudine imbiberunt: quin potius sese politiores, venustioresq; effecerunt. Facessant igitur, qui hoc nostrum qualecunq; negocium vitio nobis vertere volunt. Atq; haud secus, ac Carneades, qui scripturus aduersus Stoicos prius veratro superiora expurgari, faciant, dum Auerrhoi nouam interpretationẽ legere aggredientur: sic.n. continget res, vt qui in ipsis continentur vitiosissimi succi, uacuati, depulsiq;, nulla absurda, nulla tumultuosa, nulla denique distorta visa ipsis pariant. Verum enimuero Criticorum huiusmodi calculos, censurasúe nihil moror: Vna mihi satis erit, viri nunquam satis laudati, vestra sententia, vnum vestrum iudicium pro lapide Heraclito. Cur vero conuertendi in Latinum Collectanea de re medica Auerrhoi pruinciam susceperint, in cussa fuit ocium, quo ab aulæ Gallicæ tumultibus liberi, aliquot iam menses fruimur Lugduni Mecænate nostro clarissimo, prudentissimoq; Cardinali Turnonio, Regis Christianissimi vices gerente. Consyderanti nanque mihi Galeni principis nostri vniuersa penè opera Latinitate donata, simul ac Græcorum aliorum posteriorum, diligentia virorum doctorum, venit in mentem, me quoque posse medicinam adiuuare, si hanc, quam aggredior materiam, aliis vel intentatam, vel corruptissimè deprauatam, quàm possem diligentissimè tractarem. Laboraui equidem hac in re vehementer, quoniam codices, quos typis excusos habemus, deprauatissimi essent, vnde aut nihil, aut parum adiumenti ab iis capere potuimus:

verùm ab hinc menses aliquot inciderat in manus nostras Codex vetustissimus, qui tres quatuorúe sectiones horum Collectaneorum complectebatur, quiq; referebat eam tempestatem, qua in Gallias immigrarunt Arabum, atque Mauritanorum, tum philosophia, tum medicina. Porrò mei officii esse puto, eadem opera docere, quo modo harum gentium barbarum doctrina ad nos deuolarit. Postquam itaque Athenarum florentissimum studium corruit, Romanumq; imperium Gotthica barbaries inuasit, migrarunt ad Arabas, Mauritanosq;, adde & Hispanos (qui sub Arabum iugo vincti tenebantur, atque eorum lingua, ac legibus vtebantur) Græci aliquot tum philosophorum, tum medicorum libri, potissimumq; Aristotelis, simul ac Galeni, (quinetiam Platonem legisse videtur Auicenna) quo factum est, vt complura vtrinsque volumina è Græco in suam linguam conuerterint: costat nanque eam gentem bonarum scientiarum fuisse studiosissimam: quamobrem Auerrhous, Alpharabius, Auicenna, aliiq; innumeri eodem seculo, iis philosophati sunt libris, quos solos veritati indagandæ sufficere arbitrati sunt: in hocq; negocium toti incumbentes, vimq; omnem ingenii effundentes, vtriusque interpretationes, atque expositiones susceperunt. Cum vero in Hispania imperaret Alphonsus literarum, & maximè mathematicarum sitientissimus, Mauris adhuc Bethicam obtinentibus, facilè fuit vt partim ob uiciniam, partim ob frequens populorum commercium comportarentur in Hispaniam citeriorem Auerrhoi aliorumq; Maurorum lingua conscripti libri, vbi ab Hispano quopiam Latinitate vtcunque donati sint: aut florentibus iàm in Lutecia Parisiorum philosophiæ medicinæq; studiis, ex Hispania in Gallias deportati, illic transferri potuerunt: quemadmodum imperium tenente Carolo Magno, Ioannes Scotus monachus Dionysii opera conuerterat in Latinum. Præterea Hebræi horum placitorum exortes minime esse voluerunt, quorum primus (quantum intelligo) Moses Aegyptius acerrimus Aristotelis sectator, & Auerrhoi seculo philosophatus, negocium tale est aggressus: quem posteà alii imitati, multa in lucem emiserunt in omni doctrinæ genere monumenta. Sanè quantum autoritatis semper habuerit apud antiquos recentioresq; Græcos Aristoteles, tam clarum, vt explicatione haudquaquam indigeat. Apud Latinos verò paucos reperias, qui tam ardentes illum sint sectati, nisi si postquam ex Italia terra, in Gallias nostras philosophi quidam conuolarunt, magna cum laude pariter & frequenti auditorio commentaria Auerrhoi in Aristotelis volumina interpretantes: inde factum esse nemo sanæ mentis dubitabit, vt vel parum fida incultaq; tralatio magnum æstimationis incremẽtum, tum in Hispania, tum in Gallia, tum in Italia traxerit. Cùm verò nostra memoria philosophia omnis Iacobo Fabro Stapulensi duce cœpisset primùm caput attolere, atque politior, Latinior, elegantiorq; legi, medicina quoq; Leoniceni auspiciis libertatis spem non exiguam cœpit. Ab his elaborarunt in hac re, & id felicissimè, aliquot clarissimi viri, non eloquentia tantum freti, verumetiam scientia omnigena refertissimi. Deinde alii bonæ quidem indolis iuuenes, ac spei: sed doctrina (cuius libros interpretandos susceperant) penè destituti. Horum ergo errores perspiciens, diu æquidem dubitaui num prælis committerem tres sectiones Collectaneorum Auerrhoi, quæ de sanitate tracta-

rent, videbam, quàm difficile esset calumniam vitare. Sed tandem vicit, impulitq; ardens veritatis indagatio, quam anteponendam rebus omnibus identidem prædicare soleo: vicit item Hieronymi Montui, philosophorum simul ac medicorum suæ ætatis facile principis, adhortatio: quare in hunc maxima culpæ atque calumniæ pars (si modò sit) reiicienda erit: frequentissimè etenim ingenueq; confessus est, se plus per Auerrhoi nostri lectionem profecisse (alioqui Galeni operum maximus helluo) quàm per ullum alium posteriorum Græcorum. Cuius sententiæ audacter subscribere poterit is, qui in omnium commentariis diligentissimè sit uersatus. Quippe liquidò perspiciet, non eo animo scripsisse Auerrhoum, ut Galenum (cui tantum sit addictus, quemq; tam egregiè laudet) taxaret, calumniareturq;: uerùm id omni studio, modisq; omnibus satagere, ut Aristotelem (cui etiam summopere fauebat) si fieri posset, ab erroris insignis nota liberaret, huncq; cum illo conciliaret. Nam quod ad controuersiam, de principe animæ sede, ac domicilio pertinet, quæ sanè cum inter philosophos, tum inter medicos acerrima est: aliis, ut Democritus, Hippocrates, Plato, in cerebro collocantibus: aliis, in quorum numero Erasistratus, circa cerebri ventriculum, quod vocat ἐπικρανίδα: aliis in cerebri concauo, quæ & basis est, inter quos Herophilus: quidam verò, ut Stato, in frontis parte interiori posuit: Parmenides atque Epicurus in toto pectore sitam putauere: Diogeni placuit eam esse in arteria cordis concaua; Stoici in corde, uel spiritu, qui circa cor est: Aristoteles uerò philosophorum maximus, in corde habitare censuit: à quo si dissentiat Galenus, medicorum omnium facile primus, non mirum uideri debet. Non mirum denique, si ab hoc Alexander Aphrodiseus discrepet, qui eadem tempestate floruit, qua Galenus, in libro suo enarrationis de anima pro cordis principatu multa discutiens, vel ad animantium dissectionem prouocãs, ut oculata fide facilius quispiam suum a uero non esse alienum iudicium, dignoscat. Quod animaduertens Auerrhois, post Aristotelem summus philosophus, atque post Galenum medicus summus, tantamq; controuersiam dirimere cupiens, totq; seculis agitatam, partem huic, partem illi concedens, & ita dissidium componens, ut ab alterutro non staret, & secundum alterum litem non daret: functionum uidelicet principia cordi attribuens: fines uerò cerebro dilargitus. Hoc testatissimum cuiuis potest facere, quàm difficile illi fuerit ab altero discedere, quæ fuis in utrunque ardentissima eius uoluntas. Afferrem hoc loco mille alias controuersias, inter philosophos simul, ac medicos coortas, ut est de somno, ac uigilia, de sensu: denique de semine, ex quibus fiat, quid nam sit, à quonam depromatur, itemq; num ab uno tantum mare, an etiam à fœmina: quę sanè lis duobus, & eo amplius, annorum millibus, sub doctissimis, eloquentissimis, grauissimisq; cẽsoribus uersata, hactenus sine fine perseuerat. Non desunt, qui fœminam quoque proiicere sentiant: è quibus Pythagoras, Democritus, Epicurus. Aristotelis uerò diuersa fuerunt placita, quanquam Firmianus uelit eundem idem sensisse. Posterior autem Galenus Aristotelem reliquit, atq; ueteribus subscripsit: quem postea Auerrhois non omnino sequi uidetur, uerùm potius Aristoteli adhærere. Quamobrem omnis quoque posteriorum schola super hac re decertauit, & adhuc sub iudice lis est. Cùm igitur medicina can-

didati à lectione horum Collectaneorum, ob tam incultum, tamq; horridum sermonem abhorrerent, unde Auerrhoi ingenium eruditionemq; intelligere minime poterant, officium meum esse putaui, ut si quid virium in nobis esset, quibus efficere, ac præstare hæc meliora valerem, hunc materiæ campum ingrederer, & pro dignitate excultiorem faceremus : in quo gloriari non verebimur nos primos esse, qui huiuscemodi barbarorum interpretationem susceperimus : quæ (ut speramus) ad eloquendum aptior, & ad medicandum commodior utiliorq; iudicabitur: modò lector mentem sanam habeat, in corpore sano. Sed illud repetendum, me multum laboris insumpsisse, multumq; vigiliarum collocasse in his conuertendis, & instaurandis, cum a nullo, præterquàm à codicis mei vetustate, quæ fidelius scripturam reddidit, quàm formis excusi libri, iuuarer. Legendus mihi profecto fuit tum Galenus totus, tum Aristotelis opera euoluenda, & notanda: quæ quàm sit negociosum, operosumq; vel semel diligenter legisse, nedum ad transferendum accommodasse, lector eruditus facillime prouidebit. Etenim nemo, nisi is qui & naturalis philosophiæ, & medicinæ sit peritißimus, tale quid audebit. Nullus denique, qui Latinæ simul, ac Græcæ linguæ expers fuerit: q si Hebræam adiunxisset ad unguem factus interpres, summopere cõmendaretur. Sequi verò ordinem uidetur, quem Aristoteles in libris suis de historia animalium usurpauit: causas nanque materialem primo tradidit: ab hac finalem, ac formam (quas esse easdem propè opinantur) postremò eam quæ efficientis nomen præcipuè obtinet, ut quod superioribus collectum esset: inde disputatione rationibus uallata stabilitaq; in usum ueniret. Cogitanti autẽ mihi, quos huius mei laboris defensores pararem : & eos quàm posse doctißimos potentißimosq; : soli occurristis, viri literatissimi, digni, quorum felicibus auspiciis prima ingenii nostri fœtura in lucem prodire intrepidè debeat. Ad hæc vobis dicandam qualencunque nostram opellam optimum esse duxi, ut officio aliquo, et perspicuis beneuolentiæ signis, egregia illa uestra erga me uoluntas, uesterq; amor ardentißimus roboraretur. Quod (ita me deus amet) præstare alio pacto haud poteram, quàm re, qua uos munerari, potißimum, expetere exploratum haberem. Vobis itaque literarum sitientißimis, aliquid de meorum studiorum officina depromo: quod si aptum ac iucundum esse contigerit, propediem alia, è multis quæ habeo, in lucem emittam. Valete igitur, & candidè nostras vigilias in nominatißimum Auerrhoem interpretamini. Lugduni ex ædibus uestri Symphoriani Campegii libertatis medicæ assertoris,

M D XXXVII. Idibus Ianuarii.

AVERRHOI CORDVBENSIS COLLECTANEORVM DE RE MEDICA SECTIONES TRES,

A Ioanne Bruyerino Campegio latinitate donatæ.

DE SANITATE, SECTIO PRIMA.

De sanitatis definitione, temperamentis, atq; partium vniuersarum corporis structura. Cap. I.

A

SANITAS est commoda partium corporis humani affectio, constitutioq;, cuius ope functiones secundum naturã edimus, & patimur idipsum, quod natura pati comparatum est. Hęc autem definitio est ex his quę per se note sunt. Cum itaq; partium, quantum sensu deprehenditur, duplex sit compositio: similarium videlicet, ac dissimilarium: primum in vnaquaq; harũ quid ipsa sit, consyderandum: Deinde in differentias secabimus: Postremo actiones atq; passiones singulis attributas perdiscere oportet: quod cum effecerimus, quid sit sanitas vere, atque absolute tenebimus. Sumpto igitur ab incompositis similaribusue partibus initio, asserimus, methodum, qua exploramus id, quo cum actiones, passionesq; suas hę perficiunt, certissima nobis, ac firmissima medicinę fundamenta adferre posse. Est nanq; naturalis philosophię interpretibus docte abundeq; dictum, Similaria, quatenus similaria, ex quatuor elementis constare: terram dico, aquam, aerem, & ignem. Quinetiam libro de generatione & corruptione ostensum est, generationem a moderantia mixturę ac temperamenti proficisci: commistionem vero temperaturamq; modo elixationis confici: & hanc ipsam a calore tantum, libro meteorologicorum quarto explicatum. Ad hęc differentiarũ varietatem, quę similaribus adest, a quatuor qualitatum, calidę videlicet, ac frigidę, humentis, ac siccę differentia modo, mensuraue haudquaquam contingere: quandoquidem ipsarum alia est temperatura. Prȩterea eodem commentario proditum est, similarium formas easdem esse cum temperamenti formis, quas consequuntur accidentia, quę in singulis harum differentijs spectantur. Hęc quidem, vtpote maxime necessaria, & ab indicationibus naturalis philosophię doctis, atq; ordine optimo dispositis orta, prȩcessisse oportuit: qua in re medicorum non pauci grauiter aberrant, qui de hac scientia scribeae quippiam aggressi, sermones absurdos, nulloq; ordine digestos reliquerunt: cuiusmodi est videlicet, ꝙ vniuersalia particularibus assignant entibus: quo fit vt lõgissime absint ab his, q̃ ꝓbare,

Sectio hæc Secũdo Colliget libro respondet.

B

& explanare nituntur, demonstrationibus. In quorum album Galenus quoq; referendus erit, qui in commentarijs de temperamentis indicationum methodū aliam ab ea, quam in libris de elementis vsurparit: quare vel apud illum, qui dialectica a limine tantum salutauerit, huius dicta minimi erunt ponderis. Verū vnde nostra defluxit oratio reuertamur, atq; eo ordine, quo cœptum est, prouehamur. Si igitur quę nuper a nobis asserta sunt probe intellexeris: hoc est, id, cuius ope similaria & agere & pati quod secundum naturam debent, dicuntur, nihil aliud te assequutum putes, quam temperaturæ formam, quę a quatuor elementorum moderata mensura, atque commixtione procedit. Porro mistilia in mixto bifariam temperata consyderamus: Primo, vbi mensurę partes adsunt, vocaturq; illa mistio ęqualis, collatione extremorum, inter quę media est: Secūdo ac postremo, quando mensurę impares. Atque huiusmodi inęqualitas sane varia est, secundum quam specierum quoq; temperamenta varia efficiuntur. Exempli gratia: Equi temperatura, longe alia est ab ea quę homini contigit: quippe elementorum moles in ipso aliter se habet, quam in homine. Forma igitur illa temperaturę, quæ vnicuiq; speciei propria est, in ipsa eademq; specie: propria est, in ipsa eademq; specie: tum æqualitate, tum intemperantiā, media, secundum multitudinem, atq; paucitatem reperitur: habetq; latitudinem, quę maius minusq; inter extrema admittat. Hęc vero temperies atq; æqualitas ipsis non deperit, nisi si forma earum (vt ita dixerim) specifica intereat. Necessario itaq; vnum, idemq; temperamentum speciei par atq; impar producit: idq; in vna, duabusue quatuor qualitatum, quarum mutua coniugatio fieri possit, factiuarum, s. ac passiuarum, quęq; sibi inuicem non repugnent, cuiusmodi calida & humida ac sicca, calida & sicca, frigida & humida. Quamobrem similarium partium nouem esse temperamenta necessario fatebimur, videlicet calidum, humidum, frigidum, & siccum: atq; ex his mutuę coniugationes quatuor, & temperatum. Quęret vero quispiam, Vtrum istę omnes temperaturę ita extreme in homine exuperent, quemadmodum in elementis qualitatum modus ac mensura? Cui sane respondebimus, id minime posse contingere, nisi etiam subijciatur corpus similare, in quo par elementorum commixtorum moles spectetur. Quod neq; in quantitate partium ipsarum, grauitate s. ac leuitate fieri potest. Elementa vero, quę in similaribus prępollent, sunt, aqua & terra: vnde concretionem, soliditatemq; nāciscuntur. Quin etiam eędem qualitates coctionem, concoctionemq; conficiunt. Quare corporum quę gignuntur, quoddam attributum est partis exuperantię quę agit, & calida est, atq; patientis quę humida: quibus tum commixtio, tum coctio perficitur. Cęterum libro meteorologicorum quarto, quę nunc dicuntur, copiose explicata sunt: vbi quoque indicationum scopis cōsimilibus, quinque tantum temperaturas constitui debere probauimus: ęqualem vnam, impares vero quatuor. Ad hęc, haudquaquam spectari posse duo corpora in caliditate paria, quorum altero siccius euadat. Qua in re hallucinatur Galenus, de calore pueri, ac iuuenis differens: sicuti a nobis alias diligentissime ostensum est. Summatim vero te memoria tenere maxime velim, duarum actiuarum qualitatum mensuras a duabus passiuis desumi: quippe formę proprię materias subditas ac subiectas continent. Sed de his forte plus iusto: cauendum etenim nobis summopere, ne a publica medicorum schola abeamus: quamuis error qui inde emergeret in medicina exiguus foret, quemadmodum & is, qui de natura temperata nuper dictus. Porro Galeni de cute volę manus sententiā veram esse ingenue fatemur: pręterea id, cuius auxilio & agunt & patiuntur similares partes, erit necessario vnum nuper scriptorum temperamentorum. Quare te nosse oportet, & exploratam habere eam temperaturam, quæ secundum naturam est horum omnium temperamentorum particulę cuiuslibet: quę quidē actioni passioniue partis collata, temperata indicabitur: & est quę specifica (vt quis dixerit) speciei temperatura vocitatur, quamq; ab arte medica tueri instaurariq; conuenit. Cęterum postquam incompositarum similiumue partium temperaturas accuratius tradiderimus, ad compositas ex ipsis dissimilares, instrumentariasq; appellatas veniemus. Quarum quoddam est temperamentum quatenus sunt

Margin notes: D; Tēperaturę forma vnde. E; similariū partiū nouē esse tēperamēta. F

tenus sunt

A tenus sunt officiales: quoddam vero quatenus ex similaribus constitutę. Quin etiã his expositis, de natura temperata, ac structura moderata totius corporis differemus: quam sane quidem minime assignaremus, nisi si in instrumentarijs inueniretur: ex quibus & similaribus compositũ cõflatur. Porro ignorare haudquaquam debes, partium alias ex elementis primaria structura constare: alias aũt compositas statui ex prima illa constitutione: cuiusmodi sunt simplices similaresq; particulæ, quæ ab ipso gignuntur sanguine: hic vero ab alimentis, potionibusq;. Atqui semen genitale membrorum nullam esse partem vel simplicem, aliquidve aliud partis philosophiæ naturalis commentarij satis superq; tę docuerunt: & nos, vbi de partium vsu tractabimus, copiose, ac diligenter super hoc scribemus. Præterea neque flaua bilis, neque atra, neque etiam pituita elementa statuuntur partium similarium, eo ipso modo quo sanguis: quod ideo contingit, quoniam ea quæ gignuntur, haudquaquã dicuntur perfecta, absolutaue, nisi si mutua ipsorum sit mixtura: tunc nanque exoritur corpus vnum: quod videre est in oxymelite, temperato videlicet aqua, melle, acetoq;, quæ singulã per se actu spectabantur. Ad hæc in vtero neutram bilem flauam atramue actu commisceri sanguini cernimus, atqui in hominis corpore ad vsus nonnullos nihilominus considerantur, qui mox nobis ostendetur. Pituita quidem hinc longe B abest: quandoquidem ex ea partes minime constituuntur conficiunturue priusquam in sanguinem transeat, ac commutetur. Vtraque vero bilis lõgissime hinc remota: quippe nullius materiæ locum obtinet in particulis, quoniam in sanguinem verti ac mutari nusquam possunt: verum ipsas potestate in eo esse haud dubium est: dum nanque putrescit in vtranque commutatur. Hæc autem consequẽtia quibusdam erroris ansam præbuit, qui elementa in eo quod ex ipsis conflatur, constatq;, potestate inesse perspiciebant. Etenim protinus id verum nõ erit, si quippiam aliqua in re potestate spectetur, eius quoque fore elementum. Sanguis quidem in aliud per accidens materia est mutationi obnoxia: verum nõ eo ipso pacto, quo alimentum ipsis esse dicitur: sed eo, quo vita materia interitus mortisq; nominatur. Quamobrem fecem atque spumam vini, elemẽta huius nemo dixerit: quippe non nisi ab his purgatum plane ac defecatum, perfectũ, absolutumq; appellabitur: quod dum coquitur, ac conficitur, excrementa ista producit, atque secernit: eoque modo bilẽ vtranq; sanguini adesse asserimus. Nanq; eorum quæ fiunt, ac gignuntur, vnumquodq; excrementa continet, quæ dũ coquuntur, perficiunturq;, abijci secernique oporteat.

De partium similarium temperamentis. Cap. II.

C His itaque expositis, ad nobis propositum ordinem recurremus: atque singularum particularum similarium temperamenta docebimus: quibus earum functiones, affectionesq;, & passiones nobis clare innotescent. Ossium itaque essentia frigidam ac siccam ipsorum temperaturam indicat: quod & de pilis, cartilagine, tendonibus, neruis, syndesmis, id est ligamentis, venis, membranisque censendum est: vtpote a calore cocta, atque a frigore concreta: atque eadẽ a caliditate emolliuntur, dissipanturque. Harum vero ro altera qualitas in vno magis q̃ altero præpollet: pilus quidem omnium siccissimus, ab illo ossa, deinde cartilago, postquam ligamenta, a quibus membranæ, exinde venæ, post has arteriæ, postremo nerui, atque musculi. Frigiditatis quoque victoriam pili primum indicant, frigidissimi nanque omnium: ab illis ossa, deinde cartilago, post hanc syndesmi, exinde membranæ, a quibus musculi, postremo vasa, venæ s. & arteriæ. Cæterum frigida siccaque sic nominantur, non q̃ penitus caloris sint expertia, verum quoniam a frigore perficiuntur, in ipsisq; exuperet. Quo itidem modo sicca vocitantur, non q̃ omnimoda vacent humiditate, (absurdum id.n. foret: quippe concoctio, mistioq; in ipso humido cõsistunt) at qm̃ siccitas ipsa pficit, vincitq; in ipsis. Calor vero, qui his adest, per accidentis differentias collocatur. Partes item, quæ humiditate caloreq; sunt prę ditæ, caro, sanguis, ac spiritus: quorum calidissimum spiritum asserimus: deinde

sanguinem: postremo carnem ipsam, qua ratione humida quoque nominabūtur. D
Nempe spiritus est generis aerei atque essentiæ: aerem autem aqua humidiorē in commentariis de philosophia naturali conscripsimus. Quinetiā frigidarū humidarumque partium adeps primas obtinet: postquam cerebri medulla. Hic locus ociū abundantissimum postularet, vt de ijs copiosissime accuratissimeque traderemus: verum alias nobis affatim proditū est. Preterea id te latere nō oportet, quod nuper dicebamus: gradus videlicet functionū factiuarū in vno eodēq; tēperamento necessario spectari secundū actionum patientium collationem: quæ omnia a philosophis, qui naturæ sunt interpretes, perdiscenda sunt.

De instrumentariarum, dissimilarumue partium temperamento. Cap. III.

IAm vero ad dissimilarium temperationes tempestiue veniemus: & in primis de corde sequetur tractatio. Id viscus ex membranis, ligamentis, neruisq; compositū est, calidūq;, tum ob multi spiritus copiā in eo contentam, tum ob sanguinem, tum ēt ob eius carnosas parteis: estq; in animantis corpore instar foci luculenti, ac camini. An vero siccū (vt censent medici) an humidū, an tēperatū, diligenter examinādum vobis relinquo: at mea sententia ad humiditatem inclinare, ob spiritum, qui in ipso habetur, dicere non erit alienū. Iecur, vtpote summe carnosum, ac sanguineum, & ob arterias, quæ non paucæ ad ipsum pertingūt, caliditate, humiditateq; præditum. Cerebrū omnino frigore pollet, quia partiū eius maior moles ac portio ex essentia medullosa ac neruosa cōstat. Medulla vero eius haudquaquā eiusdē generis est cū ea, quæ in ossibus cōtinetur: quippe nihil ī eo quod sit pingue, seuosum, oleosumue cernitur: sed id cōmune esse aquę terręq; constat ex eo, qđ ei accidit. Cum. n. coquitur, indurescit, atq; siccess it, vt humore depopulato, exactoq; a calore, terrena portio relinquatur. At quę de hoc viscere docuimus, eadē nos de spinę dorsi medulla dixisse putato: sunt etenim eiusdē & generis, & naturę. Porro lienis, ac renum temperatura calore humoreq; constat: ea tamen lege, vt renes splene vno abscessu sint inferiores, propter sanguinis huius visceris crassitudinem: quo etiam ordine lien ab iocinore superatur. E

De natura temperata. Cap. IIII.

PRoximū est, vt de natura tēperata aliqd disseramus: quā quidē ex ijs, q̄ de similariū, dissimilariūq; temperatione scripta reliquimus, quis facile possit coniectare. Nēpe si par supradictarū proportio tēperaturarū in homine spectetur, hūc plane tēperatum esse cēsebimus: atq; deprehēdemus in ipso notas, quę de tēperata natura a Galeno literis traditę sunt. Verū hāc ipsam tēperaturę moderantiā dici debere patet, collatione partiū totius corporis: q̄nquidē fieri nequit, similaribus particulis ab ea, quę scđm naturā est mediocritate, ac tēperatione, abeuntibus, vna vel pluribus qualitatibus, quin protinus cōmutatio, corruptioue accidat. Atqui recessus hic varias caussas obtinebit: Interdū nanq; a regione, interdū ab agente, alias a materia, alias ab ætatū cōmutatione: Quippe pueri calore, humiditateq; sunt prediti: iuuenes calidi, sicciq;: senum vero ętas frigida, ac sicca: cuius rei nobis manifestissimū atq; locupletissimū testimoniū præbent horum omnium functiones: tum ēt, ꝙ alij quidē recētius editi sunt, alij vero longius ab ortu absunt, & iā ętate processerunt: pręterea exercitia, studiaq;, victus ratio, & quędā alia externa tēperamētū immutant. Atq; hęc vniuersa instrumētarijs partibus vsuuenire posse eadem ratione nemo ibit inficias: quinetiā totius corporis cōpositioni, ac structurę. Iam vero octo esse apud medicos temperierum recessus docuimus: nouemq; differētias, quibus partes, vel ipsum totū corpus functiones suas peragunt, atq; id quod secundum naturā oportet patiuntur: vnam videlicet temperatæ, quæ & naturalis appellatur: octo ve-

A ro intemperatarum. Res etenim, in qua calida ac sicca dicetur: idē quoq; de cęteris sentiendum. Qua ratione intelligendum tibi erit nouē temperaturæ sanitatis differentias, quarū temperata vniuersis corporū partibus tū similaribus, tū dissimilaribus cōis est. Hoc tamen interest, ꝙ in illis primo, & (vt sic dixerim) essentialiter: in his vero secundario, atque per accidens. Cum itaque medici intēperantias qualitatibus atq; patientibus acceptas referant, haud absurde totius corporis temperamentum iisdem assignabimus. Quare sequetur, vt quatuor in totum emergant intemperantiæ.

De compositarum, dissimilarumue partium salubritate. Cap. V.

POstquam igitur sanitatem particularum similarium, quæ ab earum moderata temperatura ipsis adest, quæque primaria, ꝓpria, ac in substantia cōsistit, satis superq; explicauimus: atq; item per accidens instrumentariarum, totiusq; structuræ corporis: proximum est, vt de ea, quæ est officialium (quatenus officiales sunt) essentialis differamus: eiusque omnes differentias B percurramus. Dissimilares itaque vtpote cōpositas neque agere, neque pati in confesso est: nisi in qualitate, quantitate, (quatenus quantitas) positura, partium continua serie, terminorum contiguitate, (dum mutuo iunguntur) vnitate, separationeq; modum seruauerint. Erit igitur qualitas in figura concinna ac naturali in meatuum atque concauitatum symmetria: ne scilicet ampliores sint, angustioresue quam par sit. In superficie mediocriter tum læui, tum aspera. Quantitas vero, vbi adest ipsarum numerus naturalis, modus, atq; mensura. Coniunctio, quando pars parti apte coniungitur. Separatio, quando pars a parte secūdum naturam abscedit. Cætera quidem nota sunt. At vnitio similari ꝗ̄ dissimilari commodior. Porro magnitudo ac paruitas mensuræ sunt vocabula, quantitati continuæ attributa, multū atq; paucum discretę. Mensura autem aptius similibus, ꝗ̄ dissimilibur partibus assignabitur: quippe hęc modū naturalem minime obtinebunt, nisi si prius similares, e quibus cōponuntur, ac constituuntur, moderatam quoque mensuram sortitę sint. Ad hæc positura tantum dicetur partis, viscerisue in corpore locus: quemadmodum ventriculi, iocinoris, cordis, lienis quoque positum nominamus. Consensum vero instrumentariarum intelligamus oportet eum, qui a natura prima statim corporis strue communis donatus mēbris omnibus: cuiusmodi est consensus ille principium partium, quę profecto functiones suas haudquaquam perficerent, si is abesset: vnde priuatim viscus cum C viscere consentire spectamus, atque id manifestissime in cerebri cum ventriculo consensu, potissimum in appetentia. Alium insuper consentiendi genus, cum a particulis vnius eiusdemq; membri officialis fit consensus, cum eo, quod est in ipso maioris, prętantiorisq; dignitatis. Huiusmodi aūt videmus particularum omnium oculi cū crystalloide. Cęterum hęc breuiter perstringo, vtpote quę a dissectorię artis magistris facile discere possis, quorū multi de ea cōmentarios conscripserunt, ad quos, si non graueris, abeundum erit. Quod si in libris Galeni, aliorumq; eius sectatorum versatus fueris, atq; ad manus tuas hi nostri commentarij venerint, eosq; perlegeris, ingenue fateberis, nos super sectione differentiarum sanitatis verius, exactiusque disseruisse, quam fecerit ille, quem nosti, mihi non nominandus. At id iudicium recte ferre haudquaquam poteris, nisi si naturalem philosophiam studiosissime attigeris: te nanque hic philosophum, ꝗ̄ medicum magis postulo.

Quædam adhuc superioribus adiicienda. Cap. VI.

VErū vt cūcta a nobis absolutius explicētur, quędam hic adhuc adscribemus: Temperamēta scilicet salubria partibus attributa similaribus nos iuenisse: alia qdē scdm se in tēperationis extremo: alia vero ab ex

recedentia:qui tamen recessus læsionem sensibilem neque in actionibus, neque affectionibus passionibusue operatur:quod etiam instrumẽtarijs vsuuenit: vnde qualitatem,quantitatem,posituram,ac consensum temperata dicere par est.Quę sane constitutio ea erit,quam Galenus libello de bono habitu nos docuit:a quo tu quoque,si voles,ipsam perdiscito.Sunt igitur officialium partium salubritatis octo differentiæ:quarum quatuor temperatæ,atque item intemperatæ quatuor. Atqui nonnulli genus differentiarum quintum arbitrantur,commune tum similaribus,tum dissimilaribus:aiuntque esse formã coniunctionis nostræ: quæ quidem dupliciter intelligitur:vno modo nodosa, altero vera:atque illa compositis,atque officialibus magis propria.Hæc autem similibus partibus,quæ in habitum salubritatis earum referenda est. Iam vero vtrarunque partium salubritatis differentiæ tum communes,tum propriæ nobis dictæ sunt, & quo modo in omnibus communicent:quæ huic nostro negocio summe erant necessaria. Similarium temperamentum moderatum aliud est ab eo, quod inest officialibus: illud quidem proprium & essentiale:hoc secundarium,atque per accidens.Quam sectionem qui ante nos,nostraque scripserunt ætate medici , ingenij subtilitate parum valentes,prætermisere.Hactenus de his. D

De actionibus, affectionibusque siue passionibus. Cap. VII. E

NVnc ad singularũ partiũ actiones, affectionesue deueniendũ: qui quidem cognitionis scopus instar finalium caussarum collocãdus est. Qui vero nuper expositus est instar causarum tum formaliũ, tum materialium nobis considerabitur. Verum enimuero priusquam lõgius progrediamur, vnum naturale principium statuemus, videlicet quodlibet corpus ex materia formaque conflari,ac constare:at materiam formæ quoque gratia consistere:vnde colligendũ,ipsum ens naturale propter actiones suas proprias tantũ esse. Quare Arist.pulchre ac docte sentit, naturam frustra, incassum, ac temere nihil esse molitam:quod in his quæ ab arte prodeunt,conspicitur : quippe ligna nauis,formæ,ac figuræ nauis gratia adinuenta sunt:& sic e duobus istis constat,propter nauis actionem,quæ erit nauigatio. Hinc etiam in hominis corpore esse quippiã oportet,quod sit loco tum formæ,tum materiæ: atque etiã postremo actionẽ affectionemque,quę ambę absolutionẽ partium indicant. Quærendum itaq;,quid sit vice formę:quid demũ vice materiæ:inde ad actiones, affectionesq; transibimus. Simplices quidẽ ac similares partes in composito maxima ex parte locũ materiæ habere spectantur:ossa nanq;,ac syndesmi,hoc est ligamenta,tendones,nerui caro ipsa,cutis denique formæ manus gratia confecta indicantur:quæ sane forma ad agendũ,afficiendumq;, siue patiendum erit idonea.Nempe manus fungi suis muneribus constrictionis, intensionisue non posset,atque expansionis,siue relaxationis,& alijs huiusmodi,nisi si composita foret.præterea & si compositorum caussa incompositæ, similaresue partes adsint tantum : habet nihilominus harum quælibet functionem ac munus peculiare, quod manifestius in ipsa structura,ac cõpositura euadit,emergitque: idq; in manibus videre est,quæ ab ossibus robur attollendi onera obtinent, atq; a carne, neruis,& similibus sese expandendi,explicandiq; modum. Post quæ discutiendum inuestigandũq;,an sit quippiam cuius gratia compositum sit, cum quo denique munera functionesq; suas obeat. Hinc vero exordiemur: Partes natura quidẽ & agunt,& afficiũtur in totũ,ab ipsis calore inato:qui alius est ab eo,quẽ a temperamẽto adipiscũtur:id quod indicationũ methodo docuimus.Experimẽto quippe anatomices,(id est,artis dissecandi corpora) cõpertũ, exploratumq;, in corde quoddã corpusculũ contineri vaporosum,exquisiteq; calidũ,qđ ab ipso per arteriarũ canales in vniuersum deriuatur animãtis corpus, atq; trãsmittitur.idẽ quoq; de cerebro cẽsendũ.Quę vniuersa cũ ita cadãt,j,neq; agere, neq; affici partes,prępter ꝙ a calore interno:sequitur quoq; functiones suas a formis

A absolui, perficiq;, & ab eo ipso qđ a caliditate innata sortiuntur. Atqui ipsarum
forma constituitur ex vtriusq; caloris (natiui. s. ac eius, qui a tẽperatura acquiri-
tur) mixtura, qua agunt, afficiũturq;: vnde perspicuo liquet cordis in animantis
corpore excellẽtia, atq; principatus, quo cæteræ partes oẽs indigẽt, ipsum vero
nullius adminiculo eget. Porro de cerebri dignitate, atq; præstantia idẽ quoque
sentiendũ, in partibus videlicet, ac visceribus, quibus pręesse fertur. Incõposita
itaq; ꝓpter cõposita: hæc vero ob calorẽ a corde deriuatũ, qui æquidẽ his for-
mę loco adest: qua ratiocinatione patebit, singulorũ mẽbrorũ functiones affe-
ctionesq; inde proficisci. Verum enimuero an solus hic calor ista efficiat: an sit
aliud quippiã, quod sit huic caliditati vice formæ: medici considerationẽ trãscẽ-
dit. Iam vero alias esse facultates, præter eas formas, quę a tẽperatura proueniũt
asserimus: quas animas vocitãt: de quibus ante actiones, affectionesque, paucis
agemus, harũq; quot sint differẽtiæ explicabimus: mox ad ea quibus vnaquęq;
pars attribuitur, addiciturque, reuertemur: quod sane fiet cognitis potentijs quæ
functiones peragunt. Illud vero te in primis latere non velim, functionũ gene-
ra, quatenus ad nos pertinet, notiora esse earũ facultatibus: naturæ aũt poten-
tias notiores. Cũ itaq; philosophi, atq; medici functiones speculantur, tres tñ po
testates homini adesse affirmãt: naturalẽ, vitalẽ, animalẽ. Naturalis quidem est,
qua alimur, incrementũ sumimus, atq; gignimur. Vitalis pulsum efficit, ac in cor
B de sedẽ habet: cuius quoq; respirando aperire, ac dilatare est: expirãdo occlude-
re, ac cõstringere. Cuius quoq; comes est vis illa impulsoria motrisq;, qua cum
quid expetimus, ad id apprehendendũ impellimur, mouemurq;, aut auertimur
vt id declinemus, ac fugiamus: hancq; oẽs in corde sitã testantur. Porro anima-
lis in quinq; est distincta modos, ac differentias sensiles: videndi, olfaciẽdi, gustã
di, audiẽdi, atq; tãgendi: quibus ẽt accedit motio secus locũ (delationẽ, lationẽue
vocant). Ad hęc in phantasticã, quam imaginatricem appellamus, cogitatricẽ,
æstimatricẽ, recordatricẽ, conseruatricẽq; dissecatur. Quã quidẽ sectionẽ medici
in diuidendis animę facultatibus vsurparunt: quæ & si parũ apta sit, tibi nihilo
minus in hac arte parũ erit incommoda. Quamobrẽ aptior oĩno illa erit, quę se-
cundũ motionẽ naturalẽ efficitur partitio: qñquidem in confesso est, istas functio
nes non tm̃ attribui qualitatibus quatuor, verũ etiã facultatibus, quas animas ap-
pellitant: Super quibus dũ fusius, accuratiusq; disserunt, atq; disputant, alias stir-
pibus adscribũt, nutricationem. s. incrementum, ac generationem retro nobis di-
ctas: quarum augendi functionẽ altricis finem recte quis dixerit: gignendi vero
quasi auctricis potentiæ absolutionẽ, atq; perfectionem. Præterea animarũ no-
men habuerunt, tum quia organicæ, tũ quia ex facultatum naturalium minime
sint. Esto vero ꝙ quis inter naturales referat largiori (vt dicitur) loquẽdi modo:
is handquaquã aberrabit, potissimũ si anima a relatione vel functione intelli-
C gat. ꝙ si ab essentia tm̃ potestatem propriã ipsam censet, is absurde labitur: qđ
nobis testatissimũ reliquit Galenus noster, in quodã suorum commentariorum,
vbi illã magneti cõparat. Cæterũ vis, a qua pulsus efficiuntur, altrix quoq; est,
diuidẽs ac princeps: vtpote quæ vna cũ corde calorem mẽbris impartiatur, atq;
præcipuæ, primæq; altrici potẽtię famuletur, pariterq; cũ ea seruetur. Quare ab-
surdũ foret, hanc ab alijs diuersam, seorsumq; collocare. Ergo ad nutricationem
referenda, quẽadmodũ cæteræ quinque facultates, attractrix, retentrix, altera-
trix, expultrix, & quę discernẽs nominatur: quanq̃ ea ipsa maioris in vita sit
momenti, ac ponderis pędictis, ob calorẽ, qui multus ab ipsa emanat: qua ratio-
ne medici impulsi, nomẽ vitalis huic dedere: etsi sub altricis genere cõprehenda
tur. Quidam insuper plantas, stirpesue ab huius potestatis functione vegetales
appellitant. Verum enimuero medicorũ partitio, quæ potentiã animalẽ dictam,
in quinque modos differentiasq; secat, sentiendi, mouendi, imaginandi, remini-
scẽdi (recordandiue) conseruãdi, ac deniq; rationis ipsius, vsquequaq; vera est,
vno excepto, & pętermisso, ꝙ. s. nihil interest, an vim mouẽdi secus locũ, (la-
tionẽ vocãt) an vim mouẽdi a volũtatis imperio atq; impetu nominaueris: vbi
in cõsimilibus cũ ea cõuenit imaginatio: id qđ in commẽtario de anima expo-
suimus, Qui aũt vim motus voluntarij, illi quæ a vita nomen retinet, potentiæ

assignant, atque illam, quę motrix secus locũ dicitur, alterius speciei esse cẽsent, D
perperã facere mihi videntur. Sunt etenim hæ tãtum facultates, altrix auctrix, sensitrix, genitrix, imaginatrix, appetitrix, ratiocinatrix, auctrix: & quæ æstimatrix, cogitatrix, conseruatrix, atque recordatrix. Est autem (quemadmodũ retro iam dictum est) super imaginationem constituta rationalis vis, vtpote quę vniuersalia complectendo perficiatur: quod ab Arist. primo auscultationis naturalis, & posteriorum primo discere potes: cuius nihilo minus contrarium in calce primi commentarij auscultationum scribit. quæ dubia si quis diluere ac soluere concupiscit, ab eo ipso Aristo. petat. Cum itaque vniuersalia, quæ vi apprehenduntur rationali, particularia habeant, in homine sit oportet facultas, qua cõplectatur essentiam horum particularium sub vniuersalibus contentorum: atque alia vis, quæ eorum recordetur. Quare cum potentia ista vniuersalium complectrix, ea ipsa tantum imaginatis habitudinibus apprehendat, sequentur denique tres aliæ potestates, æstimatrix. s. quæ essentiam particulariũ comprehendit: recordatrix, quæ æstimatorum est impressio tertia, ac postrema imaginatrix, quę æstimatricis impressiones suscipit, atque amplectitur: atque hæ sunt tanquã virtutis rationalis ancillæ: quippe haud secus, ac serui dominis herisue suis morigeri sunt, parantq; ac curant quod facto opus est, ita & cæterę potentię rationali famulantur. Patere item arbitror vim imaginatricem rationali adducere ea, quę minime sint comprehensa. Quinetiam duas apprehendi differentias, æstimatricem scilicet, ac conseruatricem rationalis comprehensioni attribui. Quare cum E
a rationali abscedunt vniuersalia, atque recordatrix vniuersalium reminiscitur, æstimatrix vero iudicat, ac dignoscit, tunc imaginatrix essentiam illam particularem a recordatrice simul & æstimatrice cognitam exploratãque habebit: qua habitudine ab imaginatione accepta consequutaq;, vis rationalis, quo prius carebat, id adipiscitur. Inde fit, vt tres a nobis retro scriptæ potẽtię illi, quæ a ratione nomen obtinet, famulẽtur, ac ministrent. Eatenus aũt medicinæ professori vtilia, ac necessaria, quæ de his disseruimus, non ignores: quatenus liberalius ac perfectius doceri velit: eruntq; a naturę interpretibus quærenda. Verum enimuero quod in hoc negocio ex vsu medicinæ studiosi candidatique vsuuenit, id præcipuũ erit tẽperamentũ, quod singulis facultatibus inest, tribuiturq;, compertum habere, atq; si præsens sit, tueri: si deperditũ, instaurare, ac restituere. Satis nanq; superq; satis frugis referet ex hac disciplina, si a formę tẽperationis notitia, & explorotione formã quoque spiritalem intellectiuãq; consequatur: quẽadmodum si materia cognita, quatuor succorum corporis, partiumque vniuersarum cognitionem assequatur.

De usu partium incompositarum, quæ similes, ac similares appellantur. Cap. VIII. F

SEquitur vt manifestũ faciamus, parteis omneis animãtis esse ob prædictas facultates cõstitutas, atq; potẽtias ob suas functiones: nullamq; in homine partẽ, quæ non sit actionis cuiusdã, atq; affectionis gratia: quas vbi exploratas vna cũ tẽperamẽto singularũ habuerimus, salubritatẽ quoq; cuiuslibet partis per caussas, quę a fine appellãtur, percognitam tenebimus. Iam. n. per caussas, quę tũ a materia, tũ a forma nominãtur, nobis innotuit. Atqui effectrices huc adferre (vtpote iã separatas) minime oportet, nisi si quippiam, qd effectricis caussę locũ obtineret, in modo cõseruãdi maneret. Principio igitur facto ab vsu similariũ, dicemus, rem quæ propter aliã necessaria est, id bifariã esse: Primũ, vt sit essentia prima essentiæ postremæ necessaria: sicuti substantia simplicium ac similariũ ob instrumentalium substantiam fuit necessaria: Secũdo nõ quidẽ a necessitate: verum qm̃ duo vno sunt prę stãtiora, idq; nobilitatẽ indicat: vti de oculo dicendum, qui sane quidẽ homini datus est ob visionẽ ei necessariã: binos vero natura creauit, præstititq; illi, qm̃ commodiores vtilioresq;. Nos vero nõ paucos vsus prætermittemus, qui parũ huic nostro negocio sunt idonei, Similarium

A itaque partiũ quædã sunt vt ossa, cartilago, vngues: quædam vt nerui, musculi, ligamenta, membranę, tendines, cerebrũ, huiusq; ossa, spinæ medulla, caro, adeps, cutis, pili, succi quatuor, atque spiritus. Atqui ossiũ vsus præcipuus ad roborandum, stabiliendumq;: nempe tanquam fundamenta quædã ad vniuersam corporis substantiam sustentandam subijciuntur: Ad hæc ad munimentũ, tutelamq;, cuiusmodi capitis atque thoracis ossa. Horũ vero multitudo ad motus varios particularesq;: manus quippe per se moueri non posset, nisi si ab ossibus brachij seiuncta foret. Alius insuper occurrit vsus, qui est, vt facilius exhalationum, vaporũq; copia discutiatur, dissipetur, ac transpiret. Hmõi autem sunt suturæ quæ in caluaria conspiciuntur. Quin etiã alij adijci possunt, vt est ille: ne, vbi os vnũ læderetur afficereturue, ita facilis esset ad alterum læsionis, affectusq; transitus: quoniam alterum ab altero seiunctũ. Multa quoque esse oportuit tum ob figuræ ipsorũ euariationẽ, tum ob qualitatẽ, cuius gratia fabricata, tum deniq; ob magnitudinẽ, ac paruitatem: quę variatio in ossibus digitorũ, cruris, ac coxæ spectatur. Verũ figurę, formęq; diuersi modi adsunt, qm̃ quæ valida, grãdia, grauiaq; esse oportuit: dura quoq;, solida, ac minime concaua constituta sunt: quæ autẽ leuia, dura quidẽ, sed caua. Porro quę carni adhærere iungiq; natura voluit, teneriuscula, ac mollia fabricata sunt, cuiusmodi cartilagines, & quæ eiusdem sunt generis: ista vero vel mediocriter eruditus te docere põt. Genus quidẽ vnguiũ

B factũ est duarũ vtilitatũ gratia: primæ ac cõis, ad summitatis digitorum munimentũ, ac conseruationẽ: quo pacto hastæ summitati ferrũ quoq; affigitur: postremę vt eius loci carnẽ firmarent, indeq; manus facilius, & melius apprehenderet: nihilq; illi effugeret, excideretq;. Functio vero apprehensoria vnguibus manuum magis, q̃ pedum propria. Primus vero vsus cæteris animantibus cõmunis quoque est. Nerui insuper non paucas nobis afferunt dubitationes: quippe Galenus constantissime asserit, neruorũ vtilitatem esse, virtutem sensus ac motus a principio in parteis omneis transmittere: Aristo. vero constitutos insitosq; ad calorem internũ temperandum sensumq; itidem præstandũ: quæ sententia proxima est illi, quæ de cerebro fertur. Galenus ad fulciendam suam opinionem, & firmandã, argumento vtitur, q͏ videlicet læso, aut in totũ ablato neruo, afficitur, & adimitur sensus, atque motus: verũ id haudquaquam a methodo demonstrationum procedere, satis patet ex his quæ in dialecticis discussimus. Vsus igitur neruorũ eiusdẽ generis cũ cerebri vtilitate, ab eoq; oẽs plane ortum habent: nec est quod in cerebro fixos (vt sentit Galenus) dicas. an vero motũ volũtariũ efficiãt, dignũ accurata consideratione. Syndesmorum, id est ligamentorũ, atq; tendonũ vsum nemo scit: motionis, quę ab imperio voluntatis prodit, gratia institutum. Membranę protegmine impositę, atq; vt tueantur, suspendantq; parteis quę su-

C spẽdi aptę sunt, ac retineãt: quod ad syndesmos magis pertinere videtur. At quę ventrẽ integit, huiusmodi vtilitatem obtinet: nempe arcet, prohibetque, ne intestina prolabantur, locoq; dimoueantur: quo lapsu herniosi efficiuntur homines. Venosum genus duplex est: primũ arteriarũ, quæ spiritum ac sanguinem a corde accipiunt, in omneisq; parteis expandunt, alias quidem sanguinẽ tantũ, alias spiritum ac sanguinẽ simul. Alterum vero venarũ quæ non feriunt, in quibus spiritus vix sensu deprehenditur, nisi si Galeni opinio diuersa nos sentire cogat, qui in iocinore spiritus naturalis sedem collocauit, quem ab altrice facultate cõfici testati sumus. Venarum autem riui permulti in omneis parteis corporis expanduntur (sicuti & arteriarum) vt sanguinem plane elaboratum concoctumq; ab hepate in totum corpus fundant. Meminisse hic te velim, Aristotelem sentire, partium omnium nutricationem ab vtriusque sanguine, venæ scilicet, atque arteriæ, mutuo simulque commixto, ac temperato perfici. Quinetiã iocinoris, atque venarum sanguinem, vice materiæ illi esse, qui per arterias a corde deferatur: qui quidem loco formæ erit, vtpote alterum tum concoquens, tum perficiens, alimentumque actui proximum reddens. Atqui Galenus eum, qui per venas a iocinore discurrit, nutrimentum per se proximum arbitratur. Verũ Aristotelis ratiocinatio super his est huiusmodi: Sanguis (inquit) quatenus sanguis, partiũ haud dubie est alimentum: quicquid vero alit, partibus accedere

debet, assimilariq; atqui vterque sanguis, tum arteriarum, tum venarũ, per omnia funditur, adestque omnibus, vt sit partium nutrimentum, ex eoque consistunt necessario. Cum vero in crudum & coctum secetur sanguis, ille quidem vicem materiæ, hic vero formæ præstabit: vnde erit crudi coctiq; collatio, sicuti formę atq; materiæ: Hoc vero in libris de animalium historia Aristoteles docte explicuit. Cæterum si quis dicta Galeni probe diligenterque perpendat, inueniet eum sensisse, parteis corporis supernas a sanguine, qui in arterijs continetur, nutrimentum suscipere: iubet nanque in hemicranico dolore, comitialiq; morbo diuturno secari arterias. Summopere autem cuperem discere, cur non putarit alias quoque eodem ali sanguine. Medullarum duæ sunt differentiæ: Vna cerebri, quæ sub caluaria includitur, haud dubie materia spiritus, vnde sensus exoriuntur: Altera vero, quæ in ossibus habetur alimenti sanguinei, quod in ipsa distribuitur, concoctum excrementum, hancque non continent solida, ac minime concaua. Aequiuocam itaque appellationem eius quæ in cerebro, atque alterius quæ in ossibus contenta est, dicere oportet: illa etenim a vulgo tantum medulla nominatur: hæc autem omnino prope dixerim, vera est: Atque ossium concoctum verumque excremẽtum: itemque essentia temperata: verum spinæ dorsi medulla eiusdem generis est cum cerebro, habetque eosdem vsus cum ipso: At in quo mutuo discrepent, vbi de partibus dissimilaribus disseremus, discere poteris. Porro caro duabus continetur differentijs (vti retro iam docuimus) quas ambas tactionis instrumenta scriptum reliquit Aristoteles, eodẽ modo rationeque se habentia, quo oculus ad visionem: cuius rei indicium, quod simplex corpus sensum deprehendit simplicem: quo in officio neruus carni famulatur, vt temperet videlicet spiritum sensus qui a corde transmittitur: quas rationes a nobis medicum necesse est accipere. Atqui sensionem atque motionem a cerebro neruis ortum essentiamque habere liquet Genus insuper carnis musculosum a Galeno vocatum, inter officialia ascribitur: a quo mouendi prima vis efficitur: quippe nullius adminiculo, nulloue intercedente, sed per se tantũ mouetur: quandoquidem si aliunde motum haberet, aliud scrutaremur, quod ex se motionem haberet, moueretur que quo modo res in infinitum procederet: nihil etenim mouet, nisi idem quoque moueatur. Hinc necessario rem quiescere necesse est apud primum a mouente immobili agitatum. Verum ista in naturali philosophia amplius interpretati sumus. Idem quoque carnis genus musculosum, motus secus locum (lationem vocant) Galeno instrumentũ scribitur: & nos quoque alias disseremus de eo. Iam vero corpus illud spongiosum, quod in inguinibus axillisq; positum est, huius tantum gratia fabricatum, vt exacta propulsataq; a cæteris partibus excrementa exciperet: facileq; possumus nobis persuadere, adeo corpulentum, & bene carnosum esse factum, vt impleret quod in medio vasorum, in diuersas parteis diductorum habetur: eiusdemque diductionis firmamentum ac tutela foret. Quod quidem & simplex est, animantibusque omnibus commune: haud secus ac cor vnum dissimilarium ac compositorum omni animantium generi commune datum. Nunc de succis quatuor quædam pertractanda sunt, in primisque de sanguine ipso, quẽ duplici præditũ vtilitate spectamus: Vna, vt nutriat, quam functionem efficit is qui in iocinore ac venis, quę (vt medici sentiunt) ab eo viscere originem habent: Altera, vt conuehat atque deferat vna spiritum caloremq; & is in arterijs contentus est. Pituita sanguis incoctus est, vel (vt quis dixerit) sanguinea superfluitas, quę parum abest, quin sit sanguis: qua absente abscedenteque, & secreta, sanguis absolutionem nanciscitur, quod de vtraque bile, tum flaua, tum atra, velim existimes. Necessario itaq; pituita corporibus insita: fieri etenim nequit alimẽta alterari ĩmutariue, atq; cõcoqui, quin & pituitosa excremẽta gignãtur: Ad hęc alij quoq; vsus pituitę ĩuestigari põt: humectat nãq; parteis, & nutritioni aptas efficit, viceq; alimẽti in lõga inedia pręstat. Flaua vero, atraq; bilis primo, ac per se in corpore cõtinẽtur, habẽturq;. Etenim cibaria cõcocta, quę a vẽtriculo ad iecur trahũtur, in sanguinem haudquaquam transirent, mutarenturue, nisi si ab eis illa duo excrementa secernerentur: quemadmodum vinum dulce non nisi duobus excrementis abdi-

A catis, altero crasso terrosoq;, altero tenui leui aereoq;, omnibus suis numeris partibusq; absolutum dici debet. Quamobrem natura amarę bili, atq; atrae instrumenta ac conceptacula instituit, pituitę vero denegauit: quandoquidem ex hac partes constitui ac nutriri voluit natura: ex alijs vero retro dictis succis nequaquam: patet autem ꝙ natura hos succos instrumenta facultatis altricis noluerit boni electione. Nempe vesica bilis meatum habet geminum: at vt plurimū vnicus is est in intestinum, hoc est exitum fundi ventriculi & ieiuni medium insertus, quę intestina sunt gracilia, ac sublimia: vel si geminus meatus sit in ecphysim illam maior inseritur, hoc est pylorō: minor in fundo ventris paulo supra pyloron inuenitur, vbi eodem quo in intestinis fungitur munere: vesica etenim illa portionem bilis quandam per hunc meatum qui vnicus est, ad intestina effundit, vt illa excitentur irritenturq; ad excretionem, quasiq; abstergantur. Lienis quoq; meatus geminos habet, vnum quidem qui os ventriculi pertingit, quo exiguum atrę bilis in ipsum euomit, effunditq;, tum vt expurgetur, tum vt citetur appetentia: quae profecto ab acidis excitari consueuit: quorum alijs in commentarijs copiosius mentionem faciemus. Proximum est, vt de adipe pauca annotemus: cuius vtilitas prima, vt calorem moueat atque accersat omento atque septo transuerso: estq; excrementum, superfluitasue concocti sanguinis, quo partes animantis nutritę sunt. quare adipe moderate adepta, summam eximiamq;
B ex eo sanitatem coniicimus: probe nāq;, atq; inculpate facultatem altricē suas peragere functiones testatur. Inde si corpori non accrescat, animal haudquaquam exacte coucoquere significatur: in quo excrementum, quod necessario ꝓ baui concoctionem consequitur, minime fiat: id vero est calidum, humidumq;: quod etiam ad implenda quę in animante vacua habentur natura cōstituit. vbi vero immoderatius pinguescunt adipe animantia, prauę, ac vitiosę affectionis constitutionisq; nota est: multam quippe alimentorum materiam (sanguinem dico) in adipem verti, ob quam refrigeretur corpus, animalq; mortem obeat. Ad hęc sensu pręditа non est, parteisq; sensus compotes insensiles efficit, si immodice augeatur. Pilorum capitis, superciliorum, palpebrarumq; vsus ad munimentum tutelamq;: qui nanq; in capite nascuntur, cerebrum a frigoris, calorisq; noxa, & incommodo tutantur: qui superciliorum, palpebrarumq; oculos ab externorum lapsu tutos faciunt: qui subaxillis, atque in pectine, alijsq; particulis exoriuntur, ex copia, exuperantiaq; materię originem trahunt. Galeni autem opinio, qua pilos a vapore quodam caliginoso, fumido, atq; exusto produci asserit, non oscitanter est perpendenda: pilus nanque corpus est intendi aptum, siccum, cuius modi est alimenti sicci superfluitas, quando plus iusto aduritur. manente in ipso exigua pinguetudinis portiuncula. Quamobrem non erit vapor
C ille, cuius sit appositio partis ad partem: quinimo corpus est valde continuum, & intendi aptum, atque in longitudinem auctum. Natura vero (vt ego quidem sentio) hunc vaporem machinata est generationis pilorum gratia: atq; vt alienum materię superabundansq; excrementum ab internis ad externa euocaretur, expurgareturq; animantis corpus. Quod imitantur agricolę, qui vt fecundior, feraciorq; terra fiat, semina illi committunt, atq; iniiciunt, quę eliciant, attrahantq; quod in ea exustum terreumq; consistit. At cutis omnium tegumentū commune. Spiritus proxima sunt facultatis instrumenta, quę animal regit atq; gubernat: cui quinque potestates ancillantur, attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix, quibus discernentem adiicimus. Verum enimuero alia quoq; inest facultas, quę absolute gubernatrix nominatur, toti corpori communis, de qua aliquando plenius disputabimus. Nunc tantum id dixisse satis sit, ab anima esse ac prodire, qua abeunte, animal quoque interire necesse est.

De dissimilaribus nutritoriae facultati addictis partibus. Cap. IX.

NVnc de partium officialium vsu paucis pertractabimus, quę facultati altrici famulantur, necessaria in totum, ac manifesta explicantes: principiū facientes a nutricatione, quę ad vitam eximium in primis vsum obtinet,

Quippe ad functionem huius abolitionem mors sequitur. Sunt vero, quantum D sensu vsurpare possumus, hę: Ventriculus, atq; os, & quędam oris particulę, gula, intestina, iecur, venę, renes, lien, vtraque vesica, tum bilis, tum lotij. Cęterum oris pręcipua vtilitas commanducatio est, in quod munus dentes instituti: anteriores quidem ad secandum: (incisorios vocant) maxillares, qui & molares, ex translatione, ꝙ his cibi veluti molis cereales fruges tenuantur, & atteruntur. at ꝙ in ore sit aliqua concoctio, patet, quamuis is, quem probe nosti, alio vtatur nomine. Gula meatus, quo in vẽtriculum cibaria ingeruntur: cuius functio duabus constat facultatibus, attractrice, ac propultrice: primo nanq; ab ore trahimus cibos, deinde in ventriculum deuorantur, pelluntur q; : quibus actionibus abolitis, animal simul, inedia, fameq; occumbere necesse est. Variari vero partem, quę potentijs naturalibus famulatur, oportet: id quod ex arte secandi corpora patebit. Constat igitur gula tunicis duabus, interna atque externa: quarum prima, cui recte sunt fibrę, quo ab ore in se attrahat, instituta est: altera vero, cui transuersę sunt fibrę, quo constringat ea quę continet ac protrudat, talis facta est. propellit autem cibos haud secus, q̃ manus coacta ac compressa, fluida humidaq;. Sequitur ventriculus alimentorum per gulam ad se delatorũ coctionis instrumentum: ea nanq; in chylum murat, atq; alterat, at non in sanguinẽ: quod confirmant indicantq; nuper dictę potentię, quibus ad hanc functionem E vtitur. Concoctio vero manifestior est in tunica eius crassiore, ac carnosiore, quę plurimi caloris copiã tum a venis, tũ ab arterijs deriuatam continet. Postremo viscera calidiora adiacentia ventri habes: iecur a dextris, lienem a sinistris. Duas quoq; habet tunicas, quę pertinẽt vsq; ad ipsum os: Vna quę interior est, qualis est in ventre, talis persistens: Altera ad carnosiorẽ speciẽ in gula conuersa, quarũ fibrę contrariam inter se dispositionem obtinent. Quę interna est, in rectum porrectas habet fibras, vt quę trahendi causa sit instituta: externa trãsuersas, quo circulo contrahat. Hinc est ꝙ & attractoria, & expulsoria facultates euidentissimę in hoc viscere sint. Nempe vbi alimenta ingesta sunt, arcte statim vndiq; complectitur suis tunicis, quod vbi cibos ad perfectionem concoxit, vniuersę partes superne insurgunt ad inferna ꝑmendo. Habet vero expultrix actiones duas omnino contrarias: vnam quę peracta concoctione deorsum, alteram quę sursum expellit. At vis illa, quę nobis discernens nominatur, non ita euidẽs est in ventre, nisi si ex cremore (chylum vocant) ali ipsum dixerimus, & ob id cibum appettere, & tam arcte vndiq; constringere, prememere atque amplecti, quę equidem nostra est opinio. Quare si aliter sentiremus, hoc est, ex hac conuersione cibi in cremorem haud nutriri ventrem: cur igitur alimenta expeteret? eaq; accepta tam valide constringeret? famesq; & esuritio cessarent, vbi ea ingessimus? alioqui neq; in appetentia, neq; in complexu illo discernentis poten F tię functio obscura foret in eo. Quod si ita sit, vt pars parti famuletur, suiipsius non obliuiscatur, oportet: vnde tum alimentum, tum vtilitatem ob id ipsum venter suscipiet, atq; consequetur: in quo collegarũ nostrorum non paucos dubitare audio: aiunt etenim, alimentum prius non posse esse cremoris illius conuersionẽ, q̃ in sanguinem alteretur, immuteturq;. Atqui nondum cibi in ventre sanguificationem adepti sunt. Dicemus itaq;, ex eo exiguum quiddam alimonię trahere qualitate magis, quam quantitate ac copia insigne: mox nanq; deuoratis cibis remittunt, quiescitq; fames: haud secus quam vbi potionem ingesserimus, tollitur statim sitis. Atq; absurdum erit minime, existimare portiunculam quandã tenuem humore pręditã aliquantulo, non sanguineã adesse, quę alimentum pręstet: quod nobis indicant animantia quędam exanguia, quę nihilo minus nutriuntur. Cęterum concoctio in primis a caliditate humiditateq; fit: deinde ab arcto illo ventriculi complexu. Quamobrem animantia quibus ventres crassiores, corpulentiores, duriores q; spectantur, eadem validius meliusq; concoquunt: huiusmodi vero sunt ventres auium. Verum antiquorum nonnulli in hac fuerunt hęresi, vt a sola illa constrictoria facultate & amplexu, quibus venter circa cibos vtitur, concoctionem perfici putarent: atq; ob id ventres quarum

A dam voluctum, quales gallinarum, atq; perdicum, hominis ventriculo nonnihil opis suppeditare. Pars vero hęc crassior duriorq; in his facta est, quoniam den tibus molaribus carerent, Proxima huic sunt intestina, altricis quoque potentię instrumenta: primum nanq; per pyloron ea quę in ventre cōcocta sunt, ad ipsa deferuntur, perfecta quippe concoctione, tum aperitur inferius os ventriculi, exciditq; per ipsum quod concoctum est: inde iecur per venas cremoris succulentum trahit: postremo sicca superfluitas excrementaq; deorsum ad intestina delabuntur, ac pelluntur: quorum duos vsus conspicimus: alterum quoniam ab ipsis ad iecur alimentum transmittitur: alterum propter excrementorum expulsionem. Constant vero duabus tunicis, vt sint validiora: atq; harum vtraq; ex transuersis constituta fibris est: quare in his propulsoria facultas euidentior est, attractoria autem imbecilla. Ad hęc vim concoquendi his adesse patet, ob temperamentum, quod proximum temperamento ventriculi sortita sunt. Multos vero intestinis anfractus, multasq; reuolutiones natura commenta est, vt materię in his contentę perfecte concoquerentur, atq; vt tandiu manerent, donec iecur, quod sibi esset necessarium, assumpsisset. Quare Aristoteles animantia, q̃bus reuolutiones intestinorum paucę essent, gulosa prodidit. Deniq; in iocinore alimentum in sanguinem commutari, inde ad parteis omneis transmitti, in B confesso est: quamobrem principem altricis potestatis esse Galenus censuit, ob excellentiam, qua cęteras nutritioni addictas parteis anteit: qui equidem ignorauit, alimentum in corde exquisitum, ac postremum confici: altricemq; in eo primam ac pręcipuam vim sitam. Sunt vero in nuper dicto viscere quinq; naturales facultates: concoctricem dico, dum scilicet sanguis conficitur: retentricem, vbi cibaria coquuntur: attractricem, dum ab intestinis succum trahit: discernentem, quando secernit, dignoscitq; tria excrementa: seorsum aquosumq;, quod a renibus trahitur: biliosum, quod a vesicula huic innexa: atribiliarium, ac crassum, feculentumq;, quod a liene. propulsoriam vero facultatem attractorię proximam esse merito dubitatur: cuius solutionem hic locus haudquaquam postulat. Meminisse vero te oportet, omnes has facultates mutuam quandam concordiam, atque concentum inter se habere in corpore, quemadmodum circa munus vnum operę multę, & circa artificium aliquod multi artifices. Nutrienti vero potentię vniuersę famulantur, quę sane est omnibus animantis partibus necessario indita: verū enimuero accuratius consyderabimus, an altrix ista potestas in iocinore principem sedem obtineat, an aliud sit viscus ipso pręstantius, cui illa assignāda sit. Nos quidē satis liquere ex his, quę in naturali philosophia scripta reliquimus, arbitramur, hanc ipsam nutriendi potentiam vnam tantum portiunculam partis alitę efficere: partes vero ex elementis constitutas, ac compositas: C quod vero ex elementis constat, modo quodam temperantię id esse: quę sane tē peratio a quadam decoctione prouenit: decoctio vero a calore, inde facultatis huiusmodi instrumentum, fontem ac principium vehementioris caliditatis: parū enim aut pene nihil interest, necessarium quippiam dicamus partibus, an toti ipsi. Erit igitur scaturigo caloris istius iecur, alięue nutritioni addictę partes. Quod si vera sit Galeni sententia, qua cętera membra huic potentię ministrantia calorem, dum suas functiones peragunt, aliunde non habere, quam ab iocinore, asserit, inter ipsa principatum quoq; tenebit id viscus, cuius auxilio sua obeunt munera: ipsum vero ad suas functiones nullius ope indigeat: quę excellentia ac dignitas non immerito principem efficit: quemadmodum inter agricolas is princeps, ac dominus appellatur, cuius imperio opera negociaq; curantur: is vero nulli subditus munere suo fungitur. Discerem vero libentissime ex Galeno, cęterisq; eius sectatoribus, cur solum iecur ad hanc potentiam perficiendā sufficiat: cum ipsi fateantur, non paucas a corde arterias in ipsum deriuari, quæ non paucam caloris copiam deferant, quę sane incassum ac temere a natura cō mentę sunt, si iecur ad hanc functionem sufficiat. At forte respondebunt, ab isto calore vim vitalem iocinori infundi. Nos vero iterum rogabimus, quę sit vitalis facultas in animantis partibus? an alia sit ab altrice, atque sensibili,

Quinq; naturales virtutes.

quibus vita constat? sed magis sensibili acceptam referimus: quę opinio aduersatur isti, quem probe nosti. Quęcunq; vero de his potentijs conscripsimus, id ob earum functiones actum putato, quas duas tantum, sentiendi scilicet, & nutriendi arbitramur. At si obijciant tertiam aliam virtutem a corde profectam, quę scilicet pulsus gignit, ipsamq; solam per se dici virtutem: Nos, etsi id fatebimur, cor tamen iocinori eam transmittere dicemus: venę etenim, quę ab hepate sunt, minime feriunt. Pulsuum vero effectrix facultas illa vitalis a corde emanans: quę caloris ac virium in quaq; parte corporis custodiendarum causa est, itemq; vna cum ipsa cor partibus alijs primarium alimentum exhibet, cæterasq; omneis virtutes impartitur. Quamobrem cor princeps viscus erit potentię altricis conditor, hoc est, eius alimenti, quod est instrumentum, quo cum agit facultas nutrimentum exhibendo: ꝙ si hic alia esset vis pręter istam altricem, alia quoque membra haberent: fieri etenim non potest, vt sit vlla in particula potentia specie contraria alijs, quę sunt in cęteris membris potentijs. Hęc vero in solo principe viscere sedem obtinet: quod neque Galenus neque alij medici vsquam censuerunt. Collatio itaque cordis ad iecur eadem erit, cum ea quā facit Galenus iocinoris ad partes cęteras: quare cor in hac facultate iocinore pstātius superiusq;. Iecur nanq; suū munus haudquaquā probe obiret, nisi si a principe calor tum qualitate tum quantitate moderatus trāsmitteretur ad ipsum. Satis igitur, superq; probatum, Cor principem esse, & effectorem pręcipuum potentię nutritorię: quod a Galeno & cæteris anatomices magistris omissum est. Non est pręterea ꝙ censeas iecur princeps viscus vocādum, quamuis eo indigeat cor ad alimenti tum elaborationem, tum confecturam: quemadmodum ventriculus, etsi cibum iocinori apparet, princeps nihilo minus non appellabitur: Neque bubulcus cęteris bubulcis edulia parans, eorum princeps protinus censebitur. Postquā igitur cordis principatus discussus est, & ex arte secandi corpora liquet arterias in omneis parteis corporis dispergi, & ob id a corde alimentum quoq; exhiberi eo modo quo nuper diximus, non incassum temereq; factas arterias opinabimur. Cęterum hactenus per anatomicen spectatum non est, ab hepate per venas ad cor sanguinem deferri: is etenim qui in venis habetur, imperfectior est: qui vero in arterijs cōtinetur, vt vehiculum spiritus esset, infusus est. Dicet vero quispiam, hanc consyderationem ad medicum non pertinere. Ego vero maxime necessariam ingenue fateor, quod alias diffusius explicabitur. Cęterum non possum non demirari Galenum, commentario de locis affectis III. immerito Archigenem reprehendentem, in curatione memorię deperditę: quippe hic memoriam a corde proficisci existimans, remedia cordi idonea adferebat: ad quem Galenus ridens (inquit) postquam o Archigene tu in ea es opinione: memoriam in corde sitam, cur cucurbitulam cordi non affigis, omnemq; medicationis scopum ad id non vertis? Ego vero Galeni, quam Archigenis sententiā digniorem reprehensione censeo: quod ex his quę retro iam disseruimus, & posthac disseremus, patebit aperte. Cor omnium corporis partiū princeps: atq; eius situs sedem obtinet principalem: in medio enim positum est, (qui locus est regum, ac nobiliorum) vt vndiq; attingi vel ęque vel proxime posset, & tutius conseruari: quare inuolutum & circundatum membrana crassa (pericardion vocant). Nutrimentum illi aduenit ex vena, quę inter ipsum atq; iecur iacet: tegumentum vero atque operimentum quod auri eius impositum est, eius gratia factum est, vt reclusum, sanguini pręberet ingressum: occlusum vero, retineret. Altera vero auris, quę a vena (vt nonnulli sentiunt) ad pulmonem sanguinem deferente alimenti gratia (venę nanq; nullę pulmoni sunt continuę) operimentum habet ad hoc commentum, vt extrorsum apertum sanguini exitum in pulmones pręstaret: verum alteri harum aurium terna instituta sunt tegumenta, vt aperta introrsum sanguis atque spiritus in arterias dimanarent, ac fluerent: nec postea refluerent, recurrerentue. Hęc autem vena est in cordis ventre sinistro, est vero arterię maioris os. Altera vero auris, quę alia in parte est, arterię os est, quę ad pulmones tendit, a qua ventilatio cordi contingit, quare vt extrorsum aperirentur, tegumenta huius facta sunt. Sequitur vt de liene nonnulla di-

A camus, qui duos meatus habet, vnum iocinori, alterum ventriculo continuum, in hoc viscere crassitudo sanguinis spectatur, quare vt a melancholico succo iecur expurgaret, constitutum arbitrantur. Abest autem non parum a veritate, si duo esse hepata in corpore existimemus: nullas enim ab hoc venas ad alias partes deriuari cernimus. Vesica vero quę iocinori subest, vt biliosum traheret excrementum. Renes quoque iocinori ancillantur: trahunt nanq; id quod est in sanguine aqueum ac serosum per venam, quę a gibbis iocinoris exoritur. Vesica altera, vt a renibus serosum, aqueamq; superfluitatem traheret ac reciperet: habet vero operculum quoddam cortici non absimile (musculum alij vocant) quod dum trahitur lotium, reseratur: attracto vero & defluxo, occluditur, ne ad renes recurrat. Id vero maxime meminisse te velim, vnumquodq; instrumentorum institutorum ad sanguinis expurgationem, attrahere excrementum illud tantum, vt ex eo alimentum suscipiat: pręstant vero & alios vsus necessarios, vnde facultatibus nuper scriptis singula prędita sunt, attractrice videlicet, alteratrice, retentrice, discernente, atq; propultrice. Hę sunt omnes altricis potētię partes. Cęterum duas tantum concoctiones omnibus particulis communes memineris, ventriculi, atque iocinoris. Atqui si placet in venis aliquam collocare ea sit exigua. Tertia uero ac postrema singulis mēbris, ꝓpria ac peculiaris.

B

De partibus dissimilaribus, quæ sunt genitiuæ potentiæ instrumenta. *Cap. X.*

QVoniam de partibus nutritioni dicatis sermo nobis retro plurimus fuit, iam de his, quę generationis sunt instrumenta, differendum: Auctrix nanq; potentia eadem habet cum altrice organa, nulla vero sibi propria. Partium genitalium alię sunt fœminarum, vterus, vulue, mammę: maris, testes, & coles. Testes ad genitale semen efficiendum emolita est natura, quorum caro alba, fungosa, spongiosaq; est, cuiusmodi quoq; māmas habere spectamus. quare sanguinem sibi similem faciunt, hoc est, albicantem: quemadmodum & iecur chylum in rubrum mutat, hoc est, suum colorem: agens quippe quod ab eo afficitur, sibi consimile reddit. Illud vero te latere nō debet, ipsos in generatione principatum non obtinere, vt sentit Galenus: etsi facultas ista in his sita sit: quandoquidem functiones suas nequaquam possunt peragere, nisi si per spiritum qualitate ac quantitate moderatum a corde transmissum: quare in confesso est, vim illam cordis, que tam probe calorem temperat, vt inculpate sua munera obeant testiculi, pręcipue genitalem appellādam. Quę
C vero facultas ipsis adest, prędictę ministra erit: atq; si excellentiam quandam obtinere videtur, particularis censebitur. Quos autem Galenus in fœminis constitutos esse prodidit, nullius in generatione momenti esse existimes: quippe semen quod in venere ab ipsis emittitur, ad generationem nihil vtilitatis habet. Atqui aliquis dicet: Frustra ergo horum testium constitutio a natura facta est? Huic protinus respondebimus, in maribus mammas nihil conferre ad genitricē potentiam: in illis tamen nonnullos vsus insitos. Rogabit iterū quispiam, Vnde semen fæmineum geniturę nihil opis suppeditare exploratum habeam? Dicam ingenue, id tum sensu, tum argumento deprehendi: Nempe fœminam non emisso semine concipere non ignoramus. Ego igitur postquam Aristotelis de ea re commentarios perlegissem, non paucas obstetrices rogitans, an id verum esset, comperi creberrime vsuuenire, vel si inuitę coeant. Harumq; multas vidimus quæ vi venerem essent passę, concepisse. Porro matrona quędam quę e regione ędium nostrarum habitabat, iurauit nobis vel conceptis verbis, cum balneum intrasset, in quo improbi quidam homines antea dum lauarent, semen genitale profudissent, statim concepisse: quod etsi incredibile videretur, fecit nihilominus vitę illius anteactę integra, atq; inculpata castimonia, vt fidem verbis suis adhiberem. Quamobrem protinus ad commentarium quendam Auencladij, quem de semine genitali edidit, euoluendum accessi: vbi id posse contingere inueni-

mus. Cuius rationem mire nobis arridentem huiusmodi afferebat: videlicet ipsi D vtero inesse vim quandam propriam abditam, ac cęcam cum semine genitali, qua ipsum trahit: ad quod nulla opus esse delectatione voluptateq; scribit. Eximię quidem, & doctę hominis rationes. Illud autem, quod naturali argumento exploramus, est, q͞p si fœmineum semen easdem in generatione, & tam eximias vires obtineret, quam maris semen: posse fœminam ex se nullius ope generare, quare mare minime opus esset. Non est insuper censendum partes quasdam a semine maris, alias vero a fœmineo constitui: quoniam quamuis numerosę sint, in vno tamen (quod ipsis inest principio) vnum sunt: cuius quidem principij largitor, atq; opifex cor erit, partiũ quoq; oĩum auctor potestate: q̃d si a fœmineo semine dimanaret, nos vtique maris semen ad generationem nihil conferre recte arbitraremur: verum eadem est ratio de hominis genitura. Dicet vero aliquis, neutrum horũ suas functiones agere: nisi si prius sit mutua commixtio atq; temperatura, aliamq; formam ac constitutionem sint consequuta: quemadmodum mel solum, aut acetum solum oxymel non conficit, verum opus est mixtura & temperatione mutua. Fatebimur vtrunq; habere temperamentam, quod a perficiendi facultate prędito venit: atque vtrunq; vice materię hic est, nullamq; formamq; a vi genitrice consequitur. Quamobrem pars quę talem temperaturam obtinet ac facit, generationis facultatem quoq; habebit: in qua opinione qui versantur, vterum vi prędítum generandi fatebuntur. Ego vero libentissime discerem, in quo necessaria sunt sanguis, ac semen ad hanc functionem peragendam. E Sanguis etenim membra vniuersa nutrit ac conficit: patet item semen maris ac fœminę non posse operari omni specie: sed & fœminam ad generationem functiones habere quispiam dixerit, quamobrem actionẽ vnius sine alterius actione consistere absurdum foret. Ambo igitur scopum vnum obtinent suarum functionum: fœtum scilicet, cui ab vtroque portio essentię inseritur: ab vno quidem forma, ab altero materia. verum nusquam pręstat formam fœmina: nusquã mas materiam: quod enim alimentum exhibet, materiam quoq; prębet: at fœminæ alimentum suppeditat, suggerit igitur & materiam: formam vero mas, quę est Aristotelis sententia. Verum enimuero quoniam fœmina in se nihil contineat, quod materiam existimare valeamus, pręter semen atq; sanguinem menstruũ: at semen aquosa est humiditas excremento similis: nec aberrabis si vere excrementum nominaueris, quo mẽbra ali haudquaquam possunt: a sanguine etenim potius nutrimentum susciperent: qui vere alit. Nihil vero interest inter alimenti materiam, & inter essentię materiam: alimentum partim essentia est: generatio vero essentię est in toto: totius vero materia eadem est cum illa partium. Ad hęc fœmineum semen materiam fœtus non esse, indicio sunt mulieres, quę citra emissionem seminis grauidę fiunt: vterus quidem propellit, euomitq; suum semen: maris vero attrahit ac retinet: quibus liquet superfluitatem esse fœminę semen, a voluptate concitatam huc illucq; diuagantem, haud secus, ac saliua in ore esurientis atque famelici prouocatur, dum alium edentem conspicit. Maris F quidẽ semen agẽtis vices implet: partes item a calore naturali, qui sedem in corde obtinet, aluntur, hicq; primum est animę potentię altricis instrumentum, atq; ob id quoq; facultatis perficientis absoluentisq;. Porro in maris semine, atque sanguine qui in vtero continetur, pręcipuam caliditatis huius portionem actu adesse oportet: in semine illo quidem, quia calidum humidumq; est. Sãguis aũt, ex quo consistit ac gignitur fœtus ex venis corporis fœminę, qui in vtero retentus, longe abest a facultate nuper dicta: in coctus nanq; hic existit: quinetiã longissime abest ab eadem potentia fœmineum semen: pręterea fœtum in se caliditatem habere non erit dicendum: quandoquidem calor ille naturalis a calore alentis tantum nascitur. Quamobrem sic colligemus, semen quod est fœminę, neq; materiam, neq; formam fœtui suggerere: quippe illa a sanguine menstruo, hęc vero a fœmineo semine suppeditatur. Item semen non solum qualitate, verum etiam quantitate vsum vtilitatemq; pręstat. Aristoteles itaq; Galeni calumniam vitabit, qui ancillam, quę saltauerat apud Hippocratem, abortiuisse sexto die, contra Aristotelem adducit: post quem saltum semen membranula

A inuolutum visum est:neq; ab Aristotele rogandum,vbi semen istud haberetur, vtpote in re medica parum necessarium.pertinet vero hęc disputatio ad generationem animalium:quare qui controuersiam explicatam ac solutam habere volet,ad commentarios de generatione animalium Aristotelis confugiat. Nostra igitur oratio vnde egressa erat,reuertatur. Coles tum vt semen in vterum immittat,atq; infundat,tum vt per eum reddatur lotium, constitutum fuit: Vteri, vt contineatur in eis quod gignitur,atq; vt per eos defluat excremẽtum sanguinis incocti fœminarum (menstruum vocant:) cuius ortus est ab immodico carũ humore ob penuriam interni caloris non probe concocto, inq; parteis omneis transmisso.Quare natura meatus instituit,quibus menstruũ istud excrementum vicibus quibusdam ac circuitibus propelleret: constituit vuluas natura ex multis fibris transuersis,vt retentrix facultas valida esset:nonnullis vero oblongis, vt semen genitale attraherent:atq; vis propulsoria eximia eis inest,vnde & fibras in latum protensas nactę sunt.Quęret vero quispiam: an vteri immutandi potestate sint prędidi? Dicam cosyderatione ampliori id esse speculandum:quandoquidem absurdum esset asserere, vterum parteis fœtus fingere, cum a vi illa (quam informatricem nominant) vna cum calore semini innato fingãtur.Quin potius quę in vulua est immutandi potentia,conseruatricis tantum vicem occupat:semen etenim cum ab aere nos ambiente attingitur, statim vitiatur: vnde videre est,quam immutandi vim vuluę contineant. Post hęc mammę explicãdę,quę,vt lac propignerent, factę sunt:caro etenim ipsarum fungosa albidaq;, atq; insignem cum vtero consensum habent:quare vbi quę ad vteros profluere debuerunt, ab aliqua caussa impediuntur, statim ad mammas recurrunt: quod lactantes aperte indicant,quibus nulla,aut pauca erumpunt menstrua: quarum nonnullę dum infantibus lac prębent,concipere minime possunt. Hactenus de menstruis,ac semine genitali. Dub. Resp. B

De instrumentis sensibus dicatis generatim. *Cap. XI.*

SEntiendi potentia quinque omnino modis explicatur: videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi,& postremo tangendi:quorum gratia cerebrum a natura factum est,pręcipue propter quatuor primas differentias sensuũ,quorum quilibet suo duntaxat instrumento contentus est: visus, oculo: olfactus,naribus:gustus,lingua:auditus,auribus. Tactionis vero instrumentum non paruam dubitationem adfert. Quippe Galenus neruos, qui a cerebro oriuntur, instrumenta sensionis esse censet,ab illisq; omnibus partibus sentiendi vim suppeditari. Aristoteles autem sedem sensuum carni tribuit, opinioni inhęrens,quã C de cerebro concepit: ille nanque sensus in cerebro esse,tanquam eorum principe,hoc est,citra alterius opem functiones sentiendi a cerebro pręstari. Hic vero cor principium esse sensuum,cui in hac facultate ancilletur ac subijciatur cerebrum,vel quinqne ipsos sensus obtinens:id quod eadem methodo contemplari volumus,qua nuper iocinoris excellentiam excussimus. Primo quidem Galenus cęteriq; anatomices peritissimi ingenue fatentur,arterias non paucas,magnasq;,ac validas a corde ad cerebrum tendere: vnde facile innotescet, in his functionibus cerebrum cordis auxilio indigere. At dicet aliquis:Si a corde cerebrum calorem delatum accipiat,quo alitur,ac fouetur:necessario sequetur,cor ipsum cerebro famulari:alimentum nanq; & altrix ipsa potestas non aliam ob caussam a natura exhibita sunt animanti, quam ob sensus & sentiendi facultatem:quod vero a cordis calore cerebro accedit ac suggerint,sensus sunt omnes, quinario complexi numero:quamobrem dicet alius vim sentiendi in corde pręcipuę sitam:quę quidem sensus est communis vocatus:cuius essentiam in commẽtarijs de anima satis superq; explicauimus. Hac itaq; in re Aristoteles atq; Galenus mutuo discrepant,illo in corde, hoc in cerebro sensitricem vim collocante. At si roges,quomodo compertum habeamus, a corde cerebrum ita moderatum calorem tum qualitate,tum quantitate obtinere,vt sensibus omnibus efficiẽdis sit satis:Hic tibi libere,ac vere respõdebimus:haudquaq̃ a quouis calore

sensus quoslibet gigni:quandoquidem is,quo cum alendi potentia agit,alius est ab eo,cum quo suas functiones peragit vis sensitrix : quod ipsum in dormientibus atque vigilantibus videre est : nempe in somno nutritoria facultas validior est,quo tempore sensus actu non sunt. Quare caliditas, cuius ope functiones suas sentiendi vis perficit,in somno delibutis,actu in sensibus minime spectabitur:quidam etenim oculis patientibus dormiunt: atque hi tamen haudquaquam vident:id vero committitur, calore,in quo consistit visio, per neruos visorios (opticos Greci vocant) recurrente ad interna : alioqui cernendi munus haud quiesceret. Ad hec meminisse oportet, vnam eandemq; vim, actu atque potestate simul & eodem tempore inueniri haud posse. facultas itaq; cernendi vna cũ spiritu visorio emanat:hic vero cum naturali calore:vis vero illa, vbi quis dormit,actu non inest,quippe in somno videret.Porro calor naturalis,qui vim sensitricem roborat,non is est,qui altricem fouet:dormiens etenim alitur, at minime videt.Quando vero vnde transmittatur,& quo recurrat calor ille didiceris, sedem quoque sensus communis exploratam habebis. Verum enimuero a corde proficiscitur ac defertur,illucq; redit,ac reuocatur: quare vigilans plane calidior est circa exteriora,dormiens vero frigidior, qui inde altricem vim validiorem habet. Absurde igitur quis asseruerit,calorem illũ, a quo sensus omnes, ac vigilia consistunt,primum a cerebro exoriri,ac fieri:viscus etenim id est frigidum,& qui inde nascuntur nerui frigidi:quippe maior horum numerus frigus euidentius continere conspiciuntur : quamobrem incredibile quippiam foret,si calorem ab his in corporis parteis deferri ac delegari censeremus. Praeterea & qui anime altricis materia est calor,& qui sensitricis, vnum quidem sunt, tum subiecti loco,tum situ:potentia nanq; alendi,que in foetu est,ad sensilem admittendam & excipiendam idonea est. Hec autem foetui formam finemq;, illa materiam prebet. Atqui receptio in loco maxime apto fit: anima vero recipit in sui tantum subiecti loco,suiq; situs,qui sane calor est naturalis: quare sedes, in qua animam sentiendi vim admittere necessario oportet,illic erit. Quod igitur ex utraq; cõflatum,ac temperatum est,vnum loco subiecti ac positure dicemus: quamuis in neutra duarum figurarum possit vnum esse:simpliciter quidem vnũ, hoc est numero:atque vnum definitione: certaq; de his nostra est preclara sententia. Verum enimuero postquam apestissime declarauimus calorem,a quo gubernantur,moderanturq; sensus,sedem in corde obtinere:eam que sensum communem regit potentiam,hic quoq; sitam censebimus, cui cerebrum ipsum famuletur,& que principem eminentissimum cor habeat. nos id indicatiua methodo fusius exposuissemus:sed breuitati studentes,in alium differemus commentariũ. Cerebrum itaq; cordis minister facultatem sensitricem illi suggerens,eo scilicet pacto, quo rex a cubicularij sui potestate (quam nihilo minus a rege acceperit)aliquid facere impellitur. Querendum deinceps, quo modo cerebrum cordi deseruiat,quemadmodum de ministerio iocinoris retro diximus, quod alimentũ videlicet cordi apparat. Nunc vero haud dubie asseremus, functiones sensuum in quauis caliditatis mensura ac modo non perfici. Patet quidem vehementiori non opus esse, ne externe sensilia percipi impediat. Spectamus etenim acutis affectos morbis,& ob id cerebri plerunq; calidiori intemperie laborantes,sese videre,audireq; multa,que nusquam sunt, existimantes. Id quoque in tactione precipue innotescit,que in primis ad qualitates percipiendas instituta est,quibus carere suum instrumẽtum vtpote commoderatum ex eis, haudquaquam potuit: atque ideo etiam temperatissimum factum, vt exquisitius exactiusq; sentiret. Ceterum cor cum sit calidissimum, iccirco aduersus cordis sedem & calorem cerebrum natura molita est, vt feruorem illius moderaretur, & temperiem afferret,qua sensilia perfectius sentiremus,ac deprehenderemus. Atqui si frigidũ cordi temperamentum indidisset natura, altricis potentie functiones imbecilline forent. Cerebrum vero ac cor sic aduersa posuit, vt nuper dictas potestates animantia perfecta exquisitissimas absolutissimasq; obtinerent. Spongia quidem que inter animalia ascribitur,& multa id genus,cerebro indiguisse non videntur, potissimumq; eo neruo grandi (spine dorsi medullam intelligit) qui a

cerebro

A cerebro ortum habet: quare ſi forte aliquando pars nonnulla huiuſcemodi animantium ſecetur, abrumpatur, aut euellatur, illa & viuet, & nutrietur, & incrementum ſuſcipiet: hoc eſt, reſiduo animal illud renaſcetur, & complebitur. Hinc ſpectari poteſt, in quo cerebrum cordi famuletur: quod docte & ſapienter Ariſtoteli, eiuſque ſequacibus, atque ſectę viatorię ſcriptum eſt. Caluaria ad cerebri defenſionem ac munimentum conſtituta, figurę rotundę, ne tam facile lęſioni pateret: quod imitati duces, iubent turres rotundas conſtrui, ad vix patiendū aptiſsimas. Ad hęc ſphęrica tum capaciora, tum aſsiduę motioni ac vertigini promptiora ſunt.

De ſpinæ dorſi medulla. *Cap.* *XII.*

SPinę dorſi medulla eiuſdem generis eſt cum cerebro, vertebras affixas ſibi continens.

De tactionis inſtrumento. *Cap.* *XIII.*

TActionis proprium inſtrumentum caro eſt, vtpote animantibus omnibus communis: quin & ipſe tactus ipſis cōmunis eſt: quorum perfectiora carnem obtinent neruis numeroſis referiam, quibus eius temperamētum moderetur. Cum itaque nerui eiuſdem ſint cum cerebro temperaturę, qui ab eis vſus expectantur, cerebri vſibus reſpondebunt: verum enimuero partes in quas pauci inſeruntur, ſparguntur ue nerui, hebetiori, atque obtuſiori ſenſu prędite ſunt. Porro huius ſenſus quippiam partibus vniuerſis carnoſis cōmune eſt, quatuor. ſ. qualitates: caliditas, frigiditas, ſiccitas, humiditas. Quippiā vero vni tm̄ parti proprium: quemadmodum vbi os ventriculi inanitionē quādam perſentiſcit, hoc eſt, famem, ac ſitim: illa quidem ſenſus erit reſolutionis craſsioris eſſentię calidę ac ſiccę: hęc vero frigidę & humidę: duplex igitur ſenſus proprius conſtituitur. At titillationis ſenſum, qui in glande colis, pudendiue percipitur, dum veneri indulgemus, tactui acceptum referimus.

B

De lingua. *Cap.* *XIIII.*

SEquitur lingua, quæ ad ſapores percipiendos vna cum ſuis neruis accommodata eſt: alij vero (vt præſtantius) adijciunt, ad literas etiam exprimendas, & explanandas, & ad ſermonis expreſsionem factam eſſe: in cuius radice duo meatus viſuntur, glanduloſum illud, quod ſaliuam prolicit, attin-

C gentes: vſus vero id genus ſaliuæ eſt, vt ſapores guſtui reddat.

De oculis. *Cap.* *XV.*

OCulos viſionis gratia conſtitutos nemo neſcit. hi ſeptem conſtant tunicis, atque tribus humoribus: quorum chryſtalloides primū viſus inſtrumentum, vel etiam tunica, telæ aranearum ſimilis (arachnoides Græcis dicta) ſupra hunc humorem poſita. Quippe ex naturali philoſophia didiciſti, hanc comprehenſionem in re perlucida, peruiaque (cuiuſmodi ſunt aer, atque aqua) fieri: quorum perluciditas facit, vt colores admittāt. Sūt vero duo tantum in oculo ex mixtura ac temperatura aeris atque aquæ exquiſitiſsimæ luciditatis. Ad hæc globoſam figuram chryſtalloides habuit paulatim depreſſam ad ſenſilia numeroſiora complectēda: huiuſque gratia alij omnes humores atque tunicæ conditæ fuerunt. Depreſsio vero illa moderata, vt quippiam a grandinoſa aſſumeret: Humor nempe, qui vitri fuſi colorem refert (hyaloides Græcis) rore quodam hunc alit: quandoquidem longe abeſt a ſanguine: oportuit medio intercedente aliquo ſanguinem tranſire ac deriuari, vt cætera ad

alimentum huius essent idonea: Qui vero albus nominatur (aquosus ac tenuis Galeno) vt ipsum primarium humectaret, arceretque ab eo aeris nos ambientis noxas: atque prohiberet, ne contactu vueæ (rhagoides Græcis) læderetur. Quæ vero tunica coniunctura (quam adnatam alij appellant) fortis ac valida, vt a duritie nerui defenderet oculum, condita est: ligamentum & ipsa existens toti oculo ad ossa circumiacentia: cuius alij quoque vsus mox explicabuntur. Porro quæ secunda dicitur (Galeno choroides) alit reticularem (amphiblistroides Græcis) per venas, quæ per ipsam feruntur: illi quoque suppeditat calorem per arterias, quæ in ipsa sunt. At retiformis spiritum præstat visorium per neruos, qui in ea diffusi sunt: hoc est, naturalem caliditatem. Iam autem & chrystalloidi aduehit, & defert nutrimẽtum roridum; atque calorem fouet ob arterias, quę in ipsa sunt. Galenus illam, quæ telis aranearũ persimilis est (arachnoides Gręcis) lucidissimam, splendidissimamque censet: quoniam idola formæque in ea imprimuutur: vnde visus proprium esse instrumentum per se, vel intercedente chrystalloide, rhagoidisue vsus triplex: Primus vt ceratoidi alimentum suggerat, atque ideo venis plena: Alter vt a duritate ceratoidis chrystalloidem tutam reddat, ob id mollior facta: Item ne spiritus visorius dissiparetur dispergereturque, nigra: quippe nigrum cogit: atque etiam media parte, qua pupilla est, modico foramine concaua: quod foramentum iccirco factum est, vt foret chrystalloidis arachnoidisue, aut vtriusque forma sensilium, Nempe (sicuti bene nosti) non fit extra mittendo visus: oculus etenim admittit colores per splendidas suas partes, ac lucidas, eo pacto quo speculum, qui mox vbi admissi impressiq; sunt, a visorio spiritu comprehenduntur: quod nos sex validis argumentis discussimus in commentario de sensu & sensili. Quare si pars quæpiam oculi idonea est, & apta proter suum eximium splendorem ad colorum impressionem, erit profecto proprium visionis instrumentum. Ceratoides vt propugnaculum foret aquei illius humoris (quem album vocitant) constituta, atque item subtilis pariter, & splendida, ne chrystalloidi impedimento sit ad formas recipiendas, simul ne visio ab extrorsum occurrentibus aliquando lædatur. Adhæc adnata tunica secum mouet musculum oculum mouentem. Hactenus de partium oculi vsibus, ex Galeno: qui maxima ex parte (vt patet) a coniectura proficiscuntur: partes vero omnes sic tantum institutæ, vt oculus colores suscipiat. D E

De auditoriis sensibus, ac partibus. Cap. XVI.

NVnc de aure, auditionis quidem instrumento, nonnihil disserendum. Est igitur quod sensum gignit auditorium, neruus qui a cerebro ad ipsam deriuatur, vt foramenti auris sit operimentum. Ambagiosis autem anfractibus, obliquisq; circũuolutionibus præditæ aures, vt frigidi spiritus rationem ac violentiam exoluerent, paulatim obliquationis varietate. Atque etiam (quod est commodius) ne validæ voces, soniue graues tam facile læsionẽ inferrent. fuerunt quoque chartilaginosæ, vt vna cum figura huiusmodi ad voces percipiendas aptissimæ forent. Cætera vero animantia aliter constructas obtinent, plusque ijs prominent, ac maiores sunt, vt eas circunducere, & obuertere semper sonis, ac vocibus possint: quare rationabiliter homini non mouentur, illis autem crebro mouentur. F

De olfactoriis instrumentis. Cap. XVII.

OLfactus instrumentum nasus est: qui sensus in his quæ odoratu prædita sunt animantibus attractione, spiratione ue, in his vero quæ huius sunt expertia, minime fit. Id genus sunt apes, muscæ, & alia insecta. Aristoteles hũc effici in nasi duobus meatibus; hoc est, naribus cẽsuit: at Galenus in duobus illis meatibus ossium, quæ ethmoidæa Græcis appellãtur, ob quorum remotionem situm spiratione animans indiguisse ad olfaciendum,

A Quæ opinio a veritate aliena est: alioqui naribus obstructis odoraremus, vbi aerem ore inspiraremus, attraheremusque: neque foramentum palato inest his proximum. Quamobrem Auenzoarus non inepte scripsit, nos posse odores percipere eduliorum, dum in ventre cōcoquuntur, si Galeno astipulemur: quin etiam quæ illis osium meatibus carent animalia, haudquaquam olfacerēt. Porro attractionem olfactui donatam ob duarum caussarum alteram meminisse te velim: aut vt melius scilicet eligerent: aut propter huius sensus in his quæ odorant animantibus crassitudinem, atque hebetudinem. Fieri nāque potest ab odoratis & olfactilibus, quæ tenuioris sunt essentiæ, vaporem ad sensorium impelli. Verum enimuero quia olfactus, aut trahendo, aut impellendo efficitur, vapor ab olfactibili pellendo aerem foras haudquaquam ascendet: qui potest trahēdo id facere: aer nanque odoratum attrahendo q̄ fundendo magis sentitur ac percipitur: quod ex eo liquet, cum quippiam olfacere volumus, nos etiam in attractionem incumbimus, quæ sane huius gratia instituta fuit. Quæ igitur animantia trahendo odorant, olfactus sensorio exquisitiori prædita sint, oportet, quam quæ contra. Id vero in formicis apibusq; spectatur: præterea in his quæ odorāt animalibus paucus, vel pene nullus odor sentiscitur citra attractionem, propter imbecillitatē atq; hebetudinē sensus. Equidem homo multis animantibus odoratū obtusiorē obtinet, quę pręcipue sagacitate odorandi victū venantur, q̄ prouidē-
B tia quadam diuina ac pręsciētia fieri prouerbiorum libri testantur.

De partibus, a quibus motus efficitur uoluntarius.
Cap. XVII.

FAcultas, quę motum animantibus præstat imaginatrix est, æstimatrixue, quam appetitrix, atque concupiscibilis præcesserunt: deinde firmata deliberatio, simul & ratio, ob præsentiam illius, quod est imaginatione ęstimationeue complexum: sicuti in commentario de anima explicauimus. Instrumenta vero huius potentię quot sint, quibus suas functiones peragat, exploranda sunt. Primo igitur motionem voluntariam in propriam atque communem secabimus. Hæc erit, qua secus locum (delatio dicitur) mouetur animal: illa vero cutis quæ in fronte est, oculorum, maxillarum, primarum nasi, labri, linguæ, epiglottidis, capitis, ceruicis, humerorum, cubiti, radij, digitorum, articulorum, thoracis quando respirat, vesicæ vbi clauditur, colis, intestini recti vbi excrementa retinentur, peritonei, coxarum, crurum, testium, denique pedum, & eorum digitorum. Hæ quidem sunt partes, quæ voluntario motu agitantur.
C Verum vnde fiant motiones istæ perscrutandum: nam a pluribus quam ab vno efficiuntur. Exempli gratia: manus a tendone motum habet, tendo a musculo, musculus ex seipso, isque primo mouet, nec ab alio motionem obtinet: constat nanque omne quod mouet, ab alio moueri: iccirco ea quorum vnum aliud mouet, tandem ad id veniant necesse est, vt a nescio qua potentia motrice motum habeant, & non ab alio corpore. principium ergo huic inest aliud, vti in naturali philosophia diffuse explicauimus: id si non admittamus, negocium ad infinitum dilabetur. Motionis igitur initium in ipso musculo. Quamobrem medici, qui a neruo musculis motum præstari censent, absurde faciunt: quippe neruus aut ex se, aut ab alio principio, quod illi adesset, motionem præberet. Alias vero docuimus, quodlibet mobile motorem habere, qui denique si corporis expers non sit, minime mouebit, nisi idem moueatur. q̄ si a corporeo motio emanaret, res in infinitum caderet. quare hic esse necessario oportet quod moueat, nec moueatur, atque sit corporis expers. Hoc est argumentum vnum, quo patet id, quod primo animal mouet, non esse corporeum, sed animæ potentiam, quę sita sit in musculo necessario. Estq; facultas, quę ab voluntatis imperio pendet, quam tum imaginatrix, ęstimatrixue, tum deliberationis certitudo pręcedunt. Pręterea cum id quod mouet, sit corporis expers, sequetur necessario, quod primo ab ipso mouebitur corporeū esse, & tā-

quam materiam: illud vero formam: fieri etenim haud potest, quod primum mo- D
uet in animante sine materia consistere. Quale igitur erit corpus huiusmodi? nẽ-
pe calor naturalis, qui in nobis est: partes etenim refrigeratæ motiones deper-
dunt: calorem quidem illum natiuũ in talium functionum definitione comple-
cti nemo nescit: qui differentias proprias in singulis partibus profunctionũ na-
tura sortitur: euidentiores vero sunt in nutriendi facultate, quod ab omnibus ad-
mittitur, approbaturq;. At Galenus sedem huius caliditatis in cerebro esse prodi
dit literis: quæ per neruos in vniuersum deferatur corpus. Aristoteles contra in
corde sitam censuit, cerebrumque eadem ratione illi famulari, qua nuper dice-
bamus in sensuum functionibus. Cor igitur caloris principium atque fons. Qua-
re in timore calor homini ad cor confugit recurritq;, ob idq; crura tremunt, in-
terdumq; homo sternitur, mouerique non potest. Vnde vis illa prima guberna-
trix in hac motione, & id quo caloris modum ac mensuram temperat ac mode-
ratur, a corde proficiscuntur. Galenus præterea cæteriq; omneis medici vim il-
lam voluntariam in corde fatentur positam, vnde animantia tantum a volunta-
tis impetu mouebuntur, & cor principium erit, quod a cerebro temperabitur: pa-
rum vero interest id genus temperamenti aut per neruum perfici, aut per spiri-
tum animalem in ipsum defluentem, quem spiritum in nullis neruis, exceptis vi
sorijs (opticos vocant) Galenus manifeste conspici negat. Cæterum quod prima- E
rio a calore illo naturali motum habet, musculus est, ob quandam similitudinẽ,
quæ illi est cum calore: componitur etenim ex carne simplici & neruis, a qui-
bus tendones exoriuntur. Neruus quidem solus natura frigidus est, nullius calo-
ris particeps. Quinetiam vena immerito principium huius motionis nomina-
retur, quæ a viscere non primo ortum trahat. quod item argumento alio indica-
ri potest, s. q̄ alimentum suggerens pars quiescere q̄ moueri debeat. Arteria
item non erit: ab ipsa nanque agitationes pulsuum, omnino dissimiles motui, qui
a voluntatis imperio prodit, & pene contrariæ efficiuntur: quorum diuersitas, ac
contrarietas, haud secus q̄ velle, ac nolle simul existit. Musculum igitur fontẽ
& initium motionis caloris natiui dicemus. Quamobrem partes ossium exper-
tes, non duplices, & exiguæ, a musculis, nullo intercedente, accipiunt motionẽ:
duplices vero in ramos diuaricatæ tendonum ope, qui ab extremo ipsarum fini
enascuntur, motum habent: ob id cum cogitur contrahiturque pars vna ex his,
tendones illi velluntur, atque ob vinculum, quo cum ossis extremo ligatur, os
istud motu illius mouebitur. Atque etiam pars quæ mutuo contrarios motus ob-
tinet, duobus quoque ossibus vel musculis constabit, quæ diuersum quoque inui-
cem locum sortientur, quorum quodlibet suo tempore trahit, prohibetq; ne a suo
contrario eodem momento motus efficiatur. quod si vtrunque simul ageret, pars
equidem modo vno, æquabiliq; velletur. Exempli gratia: si musculus, qui in F
externa manus parte situs est, trahat, in illam partem declinabit: si vero qui in
interna, ad hanc vertetur: quãdo autem vtrunque agit, manus neque introrsum,
neque extrorsum inclinabit. Iam vero de musculorũ numero disseramus, quos
Galenus D X X I X. in corpore hominis prodidit: faciei quidem X L V.
quorũ X X I I I I. oculos atq; palpebras mouent: maxillã inferiorẽ X V I I.
reliquum faciei nouem: in hisq; sub frontis cute delitescunt nonnulli, oculorum
apertioni magnopere conferentes. Sunt item duo nasi extremum mouentes: duo
qui labrum sursum, alij duo qui deorsum trahunt: duo præterea qui maxillam.
Capitis atque ceruicis X X I I I I. quorum alij illuc, vbi eorum est positura,
trahunt: alij caput ceruicemq; simul: horumque alij sursum, alij antrorsum, qui-
dam retrorsum, alij dextrorsum, quidam sinistrorsum. Linguam mouentes nouẽ
sunt: ceruicis vero atque epiglottidis gratia X X X I I. Humerorum singulo-
rum septem: vtriusq; partis brachij X I I I. quatuor supra cubitum: intus duo,
quibus ad internã manus partẽ flectitur: duo foris, qui extrorsum, hoc est, internã
partem. Brachiorum quodlibet X X X V I I. obtinet: quorum alij extra, septẽ
vero intus positi. Manus item X X X V I. habent, quælibet X V I I I. qui
ad externa, internaq; mouent, & ad motum pollicis, minimi digiti, at que volæ.
Thoracis denique C V I I, quorum alij relaxant, alij extendunt. Vertebra-

A rum X L V I I I. In ventre sub thoracis osse ad vmbilicum octo perueniunt: quorum alij recti, atque in longitudinem sese agunt, quidam in latitudinem extenduntur, nonnulli per transuersum deferuntur, qui alijs & laxandi, & tensionis vim cæteris suppeditant. Testiculis insunt quatuor: coli item quatuor. At in ceruice vesicæ musculus est, qui arcet, ne nobis inuitis reddatur vrina. Præterea in recti intestini extremo quatuor appositi, ne videlicet importune excrementa deijciantur. Coxæ, ac crura X L V I. constant: pedes vero X X V I I I. ad motionem indiguerunt, atque eorum articuli quidam: nam cæteri digiti pedum X X I I. habent. Cæterum musculorum omnium motus, aut a caliditate innata, et communi: aut a calore, qui vnicuique adest musculo, prodit. Cum itaque ita sit comparatum, vt pars nulla motionem obtineat, præterquam a naturali calido, quod est instar formæ: vel a calore, qui musculo est insitus: hic vero ab animæ principio: id iccirco quid sit, vnde, & vbi scrutari debemus: facultas equidē, quæ motum secus locum præbet, anima est. Atqui motio huiuscemodi partium singularum a potentia voluntaria inserta membro communi particulæ, quæ ex se moueatur, proficiscitur: atque etiam a vi propria, a voluntatis imperio prodeunte, quæ innata est partibus quibusdam particularibus, quæ per se motū obtinent. hæ vero sunt musculi. Nunc vero sensui satis superque vsurpatur nullā in animante partem (excepto corde) communem toti corpori, q̄ per se moueatur
B Quare potestas communis, quæ a voluntate est, in corde, hoc est, eius musculo, sedem habebit: atque ea quæ voluntaria particularis nominatur, in quolibet musculo continebitur. Quinetiam motio communis animantium, vitalis respiratio appellata, cor pro fonte obtinet, cuius prope dixerim germana est ea, quæ per arterias fit, agitatio, quæ dum quiescit animal, obscurior est. Cerebrum igitur neruosq;, vt calorem, qui est scaturigo motricis facultatis voluntariæ tum communis, tum propriæ, temperarent, natura condidit. Ad hæc id te scire velim, motionem, quæ a voluntatis arbitrio pendet, citra musculum posse fieri: idque a caliditate innata, aut eo ipso, quod illi proportionatur in exanguibus musculorum expertibus, præstari: equidem in animantibus perfectis solum musculi spectantur. Quamobrem Galenus vix potuit musculos linguam extrorsum mouentes tradere: quinetiam nec motum colis, penisue intenti in coitu: id vero in caussa fuit, quod motum omnino citra musculum non posse consistere sibi persuaserat: verum a veritate alienus est.

De respirationis usu, atque eius instrumentis.
Cap. XIX.

C Proximum est, vt de respiratione, partibusq; a quibus efficitur, differamus. Hanc Galenus a voluntatis impetu prodire existimauit: quoniā cerebri auxilio is motus peragatur: itemque neruis inesse motionem voluntariam: quod q̄ sit a veritate remotum, nuper cum de motibns ageremus copiose ostensum est. Quamobrem affectus, qui motioni contingunt, primario ac per se musculis assignabimus: per consensum vero ac colligantiam cerebro, ac neruis: atque curationem primo & remedia musculis adhibebit: deinde ad cerebrum neruosque vertetur medicationis scopus. Respirationi autem partes deseruientes, septum transuersum, pulmones, aspera arteria, epiglottis, columella: quorum vsus prius non explicabimus, q̄ spirationis vtilitatem exacte discusserimus. Hanc Galenus alijq; omnes medicinæ professores, duos vsus obtinere literis mandauerunt: Vnum, vt cordis naturalem caliditatem aeris nos ambiētis algidi ingressu refrigeraret, atque excrementa fumida caliginosaq; a calore natiuo dissipata diuaporataque expelleret: quem animantibus calidioribus, ac sanguine prædítis, eximie necessarium esse constat: his vero qui tum caloris, tū sanguinis sunt expertia, haudquaquam: quippe non est dubium arteriarum pulsum in his respirationis vicem implere. Alterum deinceps, vt aere respirato, id quod de spiritu defluxit, instauretur, alanturque vires internæ. Verum absurdum, fal-

sumq; id deprehenditur: compositum nanque nullum a simplici alitur: alioqui animans ex elemento vno conflatum reperiretur: quod penitus a Galeno reijcitur, qui ob id aquam non nutrire asserit. Cæterum cui potentiarum animæ spirationis munus ascribatur, accurate consideremus. Galenus a motione a voluntatis impetu prodeunte perfici testatur, ob id, q integrum sit nobis spirare, ac non spirare: quodque neruus huius sit proprium, ac primarium instrumentum. Quare dissecto cuipiam neruo, qui septo transuerso motum suggerit, is profecto diutius non viuet, q̃ qui strangulatur. Verum enimuero Galeni opinio duobus argumentis refelli potest: primo, quia dormientes spiramus: voluntaria autem motio cogitatione ac deliberatione fit: hę autem in somno functiones non peraguntur: postremo, quoniam spiratio, quæ intempestiua est, ac præpostera, arteriarum pulsui respondet. quare Hippocrates hanc crebro pro pulsibus vsurpat; quoties videlicet partes respirationi addictæ minime affectæ sunt: quinetiam cordis temperaturam æquæ atque arterias indicare docuit. Quidam præterea philosophi ex voluntaria, atque non voluntaria facultate, hoc est, naturali, animalique respirationem constitui censuerunt: idque in non paucis animantis partibus spectatur, vt in motu palpebrarum oculi, ac deglutitionis, quas sane compositas esse constat: vnde imbecillioribus effectis, cadit quoque, ac debilitatur deglutitio, haud secus atque appetentia: quæ quidem sententia præstantior esse videtur. Quanquam quis obijciat, illum prudentius ac doctius sentire, qui naturalem eam tantum asserit facultatem, ob hoc scilicet, q dum sani degimus, dũq; morbis laboramus, crebro citra deliberationem respiramus, cordis temperaturam prodentes: quinetiam suspira multa fiunt. Ad hæc vbi respirandi munere necessario indigemus, spirationem sistere, ac compescere, integrum nobis minime erit, quemadmodum nec tussim, aliaque id genus. Natura iccirco hanc voluntariam functionem molita est, vt auxilio esset naturali potentiæ, quando videlicet cordi satisfacere non valet. Præterea Galeni probatio, qua illam omnino a voluntatis arbitrio pendere docet, est huiusmodi, quod scilicet dissecto neruo functiones harum facultatum, id est, motuum voluntariorum, aboleri asserit: quæ mehercle ratiocinatio a veritate aliena est, tum in principijs, tum in figura. Nempe quando prædicatum rei quæ a subiecto data est, aufertur, nõ debet semper auferri prædicatum ab illa, a qua est ablatum subiectum: alioqui repugnantiam antecedentis oppositi in tota materia vna cum repugnantia oppositi consequentis tutari ac defendere oportet. Hoc autem testatissimum facit, quantum in dialecticis Galenus claudicauerit: quippe si ablato neruo, sectoue, quæpiam quoque auferatur motio, illud tamen necessario non sequetur, neruo illo existente motus gratia, q neruo propriam motionis caussam acceptam feramus. Atqui si quispiam venas carotidas, neruosque soporiferos, qui ad cerebrum pertingũt vulneratos habuerit, statim omni functione voluntaria destituetur, vnde particulæ illæ appellationem nactæ sunt. Quare Rasius memoriæ dedit, regem Indiæ, vbi in quempiam nobili genere clarum animaduertere vellet, sectionẽ harum partium imperasse: quod animaduersionis genus ac supplicij mortem adferebat. Quis autem sanæ mentis illic omneis motiones voluntarias propterea insertas dicet? Porro nihil actionem huiusmodi in neruo efficit, q̃ id quod talem potentiam complere, atque perficere potest: quo affecto afficiatur quoque actio necesse est, etsi huius propria non sit caussa: quãdoquidem vitiatur, deperditurq; propria functio, abolita facultate, quæ illuc defluebat, ac transmittebatur: quamobrem voluntarij motus deperditio non testatur motum quemlibet in neruorum essentia voluntarium adesse: qui tamen per accidens potest a voluntate prodire. Quod si obstinate repugnas, voluntarium penitus affirmando, nihil propterea promoues: quippe musculorum erit, non neruorum. Verum enimuero ad partiũ spirationi famulantium vsus accedamus, quandoquidem de ipsa abunde disputauimus. Pulmo igitur spirationis officio delegatus, aditum spiritui patefacit: cum enim attollitur, influit spiritus: cum contrahitur, effluit: vnde instrumentum respirationis proprium esse in confesso est. Verum hic subtilitate ingenij considerandum erit, nunquid respirationis expirationisque motio thoracem sequatur, nec

A priuatum motum aliquem obtineat: an vero sit thoracis motus spirando, quem pulmones sequantur, tanquam auxilium afferentem. Galenus pulmonem priuatim nullum motum habere scriptum reliquit, sed vna cum thorace attolli, agitarique: quinimo spirationem, quæ naturalem motionem sequitur, a septo transuerso fieri: est autem id musculosum quippiam, atque carnosum, inferna a supernis dirimens: hoc est, partes nobiliores ab ignobilioribus distinguens, ac separans. Dilatato itaque thorace, aere impletur pulmo. Existimare autem oportet huius constitutionem similem esse follibus qui in ferrariis habentur: quod tibi manifestius fiet, si vulnerato thorace, ac confosso, aer introrumpat: quiescit etenim protinus pulmo, interitque eius motio: idque forte ob refrigeratos pulmones. Aristoteles (cincturam vocat) septi transuersi nullam aliam vtilitatẽ scripto reliquit, quam vt separarentur inter se partes principes, ac nobiliores, a nutritoriis, & ignobilioribus: vt videlicet animæ principis origo inoffensa seruetur, nec facile occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. Atqui tantus philosophus calumnia dignus non est, neque imperitiæ crimine notandus: quandoquidem quæ arte secandi corpora discuntur, haud absimilia sunt his, quæ numero motionum circulorum comprehenduntur. Ars vero anatomices ætate Aristotelis plane haudquaquam erat absolata. Porro Galenus, cuius seculo medicina omnibus numeris (vt dicitur) perfecta erat, scripsit. Erunt

B (inquit) posterorum, qui in medicina quædam a nobis non inuenta, neque cognita in lucem emittent. Quamobrem non tam crebro (vt multi censent) Galenus Aristoteli refragatur, quin potius illius inuentis aliquid adijcere, atque implere nititur: cuiusmodi sunt, quę de septo, de motu neruorum, de sensu & motu, de cordis ac cerebri principatu: quæ nanque ille de particularibus disserit, haudquaquam in vniuersalibus huic reluctantur. Verum ad id, vnde nostra digressa est oratio, redeamus. Galeni igitur de pulmonibus sententia diligenter perpendenda: quippe nullo alio argumento, rationeue probare studet, dilatato thorace pulmonem quoque attolli, quam ꝙ eodem quiescente, pulmones quiescant, intereatque animal. Nos vero non adeo absolute ac simpliciter pronunciandum censemus, thoracem videlicet præcipuam motionum pulmonis caussam esse: fieri etenim potest, vt pars vtraque priuatim moueatur, habeantq; mutuum quendam consensum, ac proprium, vt alterum absque altero minime moueatur: ob id vno quiescente, alterum quoque cesset, atque neutrum alteri caussam motionis suggerat, præbeatque. Quod si assereremus, pulmone non moto, nec thoracem moueri, quæ est Galeni opinio: nos mehercle censeremus pulmones thoraci motum suppeditare. Quare videtur Galenus sensisse thoracem ac pulmonem simul posse moueri, ac si in sphæra, globoue forent: immotoque altero existente alterum quoque minime agitari: quamuis (vti retro diximus) vnum

C alterius non sit motor. porro id quoque vsuuenire potest, ꝙ dissecto thoracis neruo affectus ad pulmones per consensum pertingat, quomodo Galenus multas ægrotare partes literis prodidit. Nunc igitur thoracem dilatatum pulmonis motionem adiutare, eadem indicatione dicendum, potissimum, vbi vehemẽtiori indiguerimus respiratione. Verum enimuero vt in pauca rem conferamus, Cor est, quod abolita respiratione expirationeque afficitur, ob idque animalis interitus contingit. Hinc necessario ab ipso spirationem emanare ingenue fatebimur. Cæterum pulmonis agitatio (vt sentit Galenus) violenta est, eadem ratione ac vi, qua sunt, quæ ab arte machinata, agitantur. Mouetur id viscus modo quo naturalia, atque bifariam: nanque tum ab electione, tum a natura. Atqui duos in motu principes collocare non erit absurdum: musculum motionis ab arbitrio voluntatis prodeuntis: cor ad pulmonem huius, quæ a natura est. Galenus hic eadem methodo nixus est, qua in cæteris suis indicationibus consueuit. Haud enim aliunde motum pulmoni, quam a neruo adesse putat, quanquam per artem dissectionis corporum nullus ad id viscus deriuari neruus spectetur, quo sentiat, nedum motum obtineat. Verum ingenij nostri hebetudo forte obest, quo minus veritatem perspiciamus, horum videlicet quæ in hoc commentario a nobis considerantur: attamen vt tem-

pus fert, atque suadet, ociumque permittit in hoc negocium toti incumbimus: aliquando vero ista futura sunt exploratiora. Pulmo in duas fibras diducitur, vt si forte vna aliquando afficeretur, altera vicem eius suppleret: quemadmodum in thoracis vulneribus videre est, in quibus si fibra altera lædatur, spirationi alteram deseruire necesse est: quippe vtraque affecta animali interitum affert. Sequitur vt de aspera arteria (quæ nonnullis spiritalis fistula dicitur) nonnihil disseramus: quæ spiritus caussa data est: hac enim spiritum trahimus, reddimusque respirando, expirandoque: sed nec solum spirandi caussa, sed etiam vocis: quare natura emolita est particulam quandam in eius summitate, quæ munus efficiendæ vocis contineat, minoris linguæ formam referentem: deinde a musculo quippiam ei aduenit, quod varie arteriam afficiat, & ob id variæ gignantur voces: sed is quidem vsus minime necessarius, verum vt melius ac felicius vitæ curriculum transigeremus: idque in alijs quoque partibus prudens natura instituit, quæ non vnius tantum gratia, verum etiam plurium conditæ fuerunt: quippe nares tum vt odoraremus, tum vt cerebri excrementa expurgaremus: illud ad sensoriam facultatem, hoc ad propulsoriam referendum. Vua (columella alijs nominata) facit ne puluis, fumusq;, & id genus multa, ad spiritalem fistulam non irrumpant. Quinetiam spiritum primum temperat, ne tam frigidus, ac inconcoctus ad spirationis instrumenta descendat, quæ dissecta, distillationibus obnoxium reddit hominem, refrigerando parteis omneis spiritales, vocique gratiam adimit, nam & hæc ad hanc functionem necessaria. Epiglottidem vocis particulam esse non est dubium, quoniam vbi in arteriam animantis valide insufflamus, vox redditur, haud absimilis illi, quam dum viueret, sonabat. Huic etiam aliud operimentum annexum: ne in arteriam cibus, aliudue deerrans, animal strangulet: nanque crebro videmus, dum aliquid in ipsam dilabitur, tusses statim excitari. Sed de spiratione, eiusq; instrumentis dictum iam est.

De cerebro, eiusque partibus, ac functionibus. Cap. XX.

QVanquam imaginatio, cogitatio, recordatio, conseruatioque, neque partes, neque membra sint, habent nihilo minus in cerebro sedes, in quibus earum functiones sint euidentiores. Phantasia igitur, siue imaginatio in cerebri anteriori parte sita est, quæ rerum species, postquam a sensu communi relictæ sunt, concipit, ac retinet. Cogitatio vero manifestior est in medio cerebri sinu specuue: hic quas assertiones, & consilia vocamus, fieri traduntur: discernimusque quid in his nobis sit eligendum, vitandumque: hic intellecta recognoscuntur: quare in animantium genere homini soli tributa est: bruta vero istius loco æstimatricem vim obtinent: in posteriori cerebro cauerna ampliori vis illa reminiscentiæ sedem habet, atque etiam conseruatrix potentia: quæ in nullo alio inter se discrepant, quam quod recordatio per interualla fit, conseruatio vero assidua est. Verum ab imaginatione quoque differunt, quod hæc formam exhibet sensilis, vel sensibus priuata: illæ vero ad custodiam, & refricationem rei conceptæ, magisque ad intellectum, prudentiamue referendæ, quam phantasia. Atque illud meminisse oportet, quod etsi in ventriculis cerebri harum potentiarum functiones peraguntur: tamen a corde, tanquam omnium principio prouenire, sedesque tantum in cerebro tanquam instrumento obtinere. quare quemadmodum visoria facultas in crystalloide sita esse fertur, cum tamen sit in corde vel cerebro, sic virtutes istæ, harumque sedium vtilitas ad temperandum eas instituta est, eo modo, quo cerebrum diximus opem ferre alijs conceptionibus, atque apprehensionibus. Alia igitur probatione non indigemus, quam ea qua superiora discussimus, quæ est hujusmodi, facultates nihil agere citra calorem natiuum, qui ad ipsas non peruenit, nisi cum quadam moderatione, ac mensura: visque illa quæ transmittit, temperatq; calidum naturale, in corde posita est tan-

A quam fonte ac principio. Ad hęc imaginatricis functio testatur sensilium aliquid in sensu communi hęrere, cuius sedem in corde libro de anima scripsimus: atque ideo illa quoque principium cor habebit, quę vna cum facultate motrice voluntaria, animanti motionem suggerit, quam in corde habitare nuper diximus. Pręterea vbi imaginatio, illic quoque cogitatio collocabitur, qua ab imaginatione concepta componimus, resoluimusq;. Hanc etiam necessario cõsequuntur recordatrix, atq; conseruatrix facultates, vtpote propter ipsam institutę. Cęterum vbi affici has ipsas potentias cerebri ipsius ventriculis affectis conspiciemus, non erit statim ferendum iudicium, fontem ipsarum solum esse cerebrum: haud aliter quam affecto crystalloide visionem vitiari cernens, nihilo minus ipsum visorię facultatis primariam esse scaturiginem. Nam & septo trãsuerso affecto, nuper dictas potentias lędi spectamus: non tamen sanę mentis homo harum sedem in hac parte putauerit. Cerebri etenim ventriculi harum gratia conditi a natura, quorum temperatura functiones ipsarum conficit. Atqui retro scriptę virtutes in duobus prioribus cerebri specubus euidentiores sunt: a quibus per viam, tramitemue, qui inter ipsos consistit, deferuntur: in qua via meatuue quędam corpuscula constituta sunt, quę dum calorem internum ad cerebri sinus ingredi oportet, aperiri creduntur, claudiq;, vbi subierit. Horum vero mentionem fecimus in commentario anatomices. B Cerebro humido molliq; constituto, super impositum est os, quod calua nominatur, pro tutela ac munimento: duę item membranę (quarum altera tenuis atque imbecilla: altera crassa ac valida) cerebrum vallant ac vestiunt. Quinetiam globosa, vt quę sit omnium figurarum tum perfectissima, rotunda, atque sphęrica: tum capacissima, tum ab incommodo & lęsione remotissima. Pręterea sedem eminentiorem in animantibus perfectis cerebrum obtinuit sensuum gratia, qui custodes totius corporis (teste Galeno) sunt: quod etiam in rebus externis vsuuenit, quippe qui custodię excubijsue pręsunt, in arce sublimioriq; loco collocantur.

De somno. *Cap.* XXI.

PRoximum ab his partium vsibus, quos diximus, est, vt de quibusdã, quę ad sanitatem conferant disseramus, initio quidem sumpto a somno: de quo primum quid sit, & cui parti creditus: tum quę eius sit caussa, consyderemus oportet. Est quippe animantium generi apprime necessarius, atque vtilis, sub quo homo quoque continetur, qui somno destitutus vitę non exiguã iacturam facit. C Somnus igitur (mea quidem sententia) nexus quidam & quies sensuum, atque eorundem recursus recessusq; a suis instrumentis ad intima: idq; somno sepulti, dormientesq; aperte testantur, qui sensilia, etsi proxima, minime percipiunt: tum qui patentibus oculis dormitant, nequaquam vident: atqui si facultas visoria instrumentis adesset, continuo hi quoque viderent. Verum enimuero id non tantum in soporatis conspicimus, verumetiam in his qui studiosissime, attentissimeq; in aliquam rem incumbunt: etenim non pauca sensibilia prętereuntia non animaduertunt. Cum itaq; somnus tantum sit sensuum ad intima recessus: sensus vero haudquaquam moueri possunt illa, quę per vniuersum corpus sit, motione, absq; auxilio alterius, quod illis materię loco adsit, erit vero id calidum naturale: quare somnum esse coitum quendam caloris ad intima refugientis asserimus. Quinetiam partes extimę refrigeratę somno pręssi hominis huius testimonium locupletissimum exhibent. Atq; item concoctio, quę in dormitantibus validior consistit: nempe calidum id, quod in vigilantibus functiones concinnat (prębet etenim motum sensumq; extimis) in somno sopitis ad ima subterfugit: illud vero a corde tantum animantium partibus transmittitur, ad quod ceu ad fontem atq; principium in somno refluat atq; reuertatur, necesse est: quemadmodum in motu consyderatur, quem ad id, vnde incœpit, redire oportet: quale in Deo spectamus, a quo omnia dimanant, & ad quem cuncta reuolant. Postquam igitur explicauimus somnum, sensus quietem, ociumq; suarũ

functionum,atq; intermiſsionem,quę a caliditatis ſubterfugientis receſſu cõſit: D
proximum eſt,vt ſcrutemur,q̃ ſit cauſſa huiuſce confugij in ſomno ſopitis:quod in primis coctionem adiuuat. Caloris equidem ad extima ſparſio a quantitate, non a qualitate eiuſdem inaucta prouenit: at coactio quantitatis imminutio eſt: idq; contingit,quoniam a frigiditate humiditateq; ſuperatur. Somnus ergo calore interno refrigerato, atq; humectato fiet: tunc nanq; copia minuitur calidi, dum ad ſuum fontem recurrit. Prętcrea cum cerebri vſus ſit, vt cordis caliditatem,ſiccitatemq; moderaretur,neceſſe cor ab illo maiorem huius functionis cumulum conſequi, atq; alimentum cordi tranſmiſſum refrigerari humectariq;: proinde rigationibus,quę vim frigidam humidamq; obtinent, perfundimus capita vigilijs affectorum creberrime.etenim cerebri conſenſu, cor quoque affici conſpicimus. Quamobrem qui a ſolo cerebro ſomnum effici putauerunt, grauiſsime lapſi ſunt. Ad hęc argumentum a frigiditate humiditateq; ſomnum conciliari tale eſt, ꝙ alimenta pleraq; omnia ſoporem appellantia, vi frigida humidaq; prędita ſunt, cuiuſmodi lactuca,& id genus:at vigilias accerſentia calida ſiccaq;. Somni autem cauſſa,quę a materia nomen habet, vapor eſt humectus ab infernis,intimiſq;, ad cerebrum elatus, vbi a frigore conſiſtit, grauiſq; effectus,dum,quę illic ſunt,cęteris miſcetur humiditatibus,dumq; ad altiora penetrare nõ valeat,neq; diſcuti diſsipariue,ad ima denuo defluat neceſſe eſt,atq; E
inde meatus facultatum ſenſilium obſtruat. Quinetiam ſomnus animanti ab fatigatione laboribuſq; conſit,calore natiuo inter mouendum, opuſq; faciendum diſperſo,imminutaq; eius quantitate,refrigerato: proinde coactus ad ſuam confugit ſcaturiginem,fontemq;:haud ſecus ac milites,qui graui imminente periculo ad ducem recurrunt. Cor vero in animante princeps: quod poſtremum animali mortuo refrigeratur. Somnus item naturę eſt functio corpus gubernantis, ideirco neceſſaria animãtibus perfectis, quoniam abſq; eo immodicis laboribus frangerentur,ſenſus, atque interirent:quibus pereuntibus actum de vita eſſet. Quamobrem qui minus probe dormiunt,pallore afficiuntur,atq; munia ſua potiſsimum nutritionis,deterius obeunt.Quin & exercitio ac fatigatione ſenſuum calor ille internus refrigeratur,vtpote ad extima expanſus: rurſuſq; ad intima ſubterfugit, vbi eius minuitur quantitas. Illud vero te latere nolim, ſomnum conuerſionem tantum eſſe temperaturę caloris intimi ad frigidum et humidum, eſtq;,quę hunc facit facultas gubernans,quę in corde poſita eſt,cuius calor hac ratione huius eſt inſtrumentum. Propterea exoritur hic quęſtio,cui potiſsimum potentię animę commiſſus ſit ſopor: Cui ingenue reſponſum volumus, facultati ſenſitrici illum eſſe creditum, quę roboratur, & incrementum ſuſcipit huius functionibus: neq; nutritorię poteſtati attribuendum, quatenus eſt nutritoria, quoniam vegetalia non ſoporantur, ſenſus nanq; ſunt expertia: illa vero vis F
ſentiendi aſcribitur ſenſui cõmuni. Somnum tribuimus ſenſitrici potẽtię, vtpote quę ab eo tueatur,conſeturq;: quamuis ferietur tunc temporis.

De temporum anni temperamento. *Cap. XXII.*

ALtricis facultatis functiones parteſq;, quę illas perficiunt, animantibus neceſſarię: ſed maxime tactio,qua pereunte, animal interit. ſpiratio item neceſſaria. Porro liquet ea, quę ſanitatem corporis humani tuentur,ac conſeruant,eſſe aquam,aerem,alimenta, quibus ſecundum naturam ſe habentibus corporis ſanitas conſequatur. Aer vero id facit, ſigniferum pererrans per anni quatuor tempora, ver,ęſtatem,autumnum, atq; hyemem,quorum conſtitutionem exploratiſsimam medicum habere oportet, quippe tum dignitate,excellentiaq;, tum vtilitate longe ſuperet alia ſanitatis tuendę pręſidia. Vere quidem nutritionis functiones validiores atque perfectiores, calido ſcilicet interno copioſiore exiſtente,quod temperatura eſt tum calidum, tum humidum:proinde ver calore, humoreq; moderatum aſſerimus,collatione ad hominis temperationem facta:quinetiam adoleſcentes iunioreſq; vere actiones viuidiores obtinent, Vocabitur item non abſurde temperatum, hominis tē-

A peramento collocato: quandoquidem non a quatuor qualitatibus per se totis mixtis ea temperatura constituitur: cuiuslibet nanque corporis temperatio alteri qualitatum agentium exuperanti (quę instar formę erit) atque alteri patientium (quę loco materię) ascribitur: alioqui non vnum specie, vero duo conflarentur: functio item vna in suo termino minime collocaretur, si duę qualitates oppositę simul prępollentes inessent ęquabiles actu potestateq;. Quippe ex duobus contrarijs actu haudquaquam vnum actu componitur: neque etiam ex non contrarijs, quemadmodum duę lineę actu vnam actu non conficiunt. Quā opinionem pauci admodum, qui se naturę interpretes iactitant, medicinęq; professores nostrę memorię admiserunt: verum iam illis explicabitur: Temperata natura, ex quatuor qualitatum pari mole moderata, hoc est, temperatissima, nusquam spectari potest. Quinetiam temperamentum vni qualitatum agētium attribui moderatum non conspicimus, propterea quod singulę actiuę modum nactę sunt functionum suarum ab altera patientium, quę illi adest loco materię. Sed vnde nostra fluxerat oratio reuertatur. Aestas calida & sicca: hyems tum frigida, tum humida, collocata ad ver, hominisq; temperamentum. Quidam autumnum (vt qui esset inter ęstatem hyememq; medius) ęque temperatum atq; ver collocarunt, largissime quidem peccantes: veri nanque in totum quis dixe-
B rit contrarium: a quo vires omnes imbecilliores euadunt, cuius exemplum experimentumque vegetalia animantiaque suppeditabunt. Proinde siccitatem atq; frigiditatem illi assignabimus: at validior erit siccitas: verum vt summatim dicam, inęqualem omnino naturam habere pleriq; omnes peritiores scripserūt. Sol autumno perinde nobis est proximus, atq; abest a nobis: quod de vere dici quoque merito debet. Sed hoc tantum interest, quod autumno vires infirmiores debilioresq; fiunt, siccitasq; exuperat in animantibus, quare nullam ingeneratione caloris sui temperantia vtilitatem præstat. Vere si quod aliud generationi in primis aptum atq; idoneum: humidum nanq; tali functioni familiarissimum. Porro breuitatis, diuturnitatisq; certum finem, ac scopum anni tempora non obtinent, sę pro regionum natura, atque longitudine variantur. Quarum equidem temperatior erit, in qua breuis autumnus ver vero longum: cuiusmodi sunt quæ sub quinto climate iacent, præcipueq; maritimæ. Autumnus in nostra Hispania duorum est mensium, quæ est in quinti climatis principio. Sub libra item temperatam horam asserere (vt non pauci) absurdum est: quinetiam quartum quinto prestantius climate existimare. Galenus Grçciam terram temperatissimam traditit literis, potissimumq; Hippocratis patriam Coum, atque huius tempora anni veri similia. Nos quatuor causis, materiali scilicet, formali, effectrici, atque finali salubritatem partis cuius libet complexi sumus.

AVERRHOI COLLECTANEORVM SECTIO SECVNDA,

DE SANITATE TVENDA.

De artis medicæ fine. *Cap. I.*

Sectio hęc Sexto Colliget libro respondet.

FINIS philosopho trifariam dicitur. Primo quidem, ad quem res necessario tendit: isq; absolute finis nominatur. Secundo vero, quēadmodum formam materiei finē apellamus: qui perfectionis entis, finis inseparabilis. Tertio, ac postremo, quo adepto ac consequuto, quę huius gratia sunt instituta, consistant necesse est. atq; hic caussarum finis vocitatur, vt serram finem artificiorum, quę per ipsam elaborantur, appellabimus. Verum enimuero artis medicę finis rationabiliter ac vere, primo, postremoq; modo pronunciabitur: At secundo non ita simpliciter: verum (vt quispiam dixerit) in latitudine. Pars autem medicinę, quę nobis nunc scribitur, cæteris eius partibus longe anteferenda est. Quę rursus bifariam secabitur: in partem videlicet, quę sanitatem conseruat, ac tuetur: deinde in eam, quę docet, quemadmodum auferri debeant ea, quę hominibus morbos accersunt: quę sane quidem media erit inter sanitatis tuitionem, & ęgritudinis abolitionem. Porro id te memoria tenere velim, nostra corpora a vitijs tantum posse vindicari, quę nobis ex accidenti contingunt: idq; potissimum ab excrementorum immoderata copia, quę ab alimentis prouenit. Quippe si ratio victus moderata omnibus vsurparetur, a nullo vsquam sanitas abesset. Atq; hoc oraculum in hac arte diuinissimum, firmissimumq; esse tibi persuadeas: alioqui manca, ac mutila esset, claudicansq; medicina. Quamobrem non possumus non mirifice laudare atq; probare definitionem medicinę, quam hic mox subscribimus. Medicina est ars factiua, ratione experimentoq; inuenta quę tum sanitatem tuetur, tum morbos depellit. Qua definitione nullus maiorum posteriorumue nostrorum aliam veriorem scripto reliquit. Nempe etsi illa, quam Galenus tradidit, multis videatur exquisite perfecta, nihilo minus parum explicata, declarataq; est, & prope dixerim manca: quandoquidem cuius esset generis, non explicuit. vniuersę nanq; artes operatrices, naturę dominę, cognoscentesq;, tribus sumuntur modis. Aut enim pręsunt faciendorum operum facultati, & neq; formam, materiamue faciunt, sed iubent: Aut minime pręcipiunt, sed faciunt formam in materia apta: Aut medię inter has, quę videlicet partim faciunt, partim pręsunt ac iubent: primo quidem formam elaborantes, altero materiam cognoscentes, atq; explicantes. Horum primi exemplum gubernator nauis erit: atq; architectus, qui nauem extruit, secundi: & tertij, is qui in naui cuncta probe disponit, ordinat, atque iubet. Nos vero de his exquisitissime scripsimus in commentario, quem in secundum] auscultationis naturalis librum posteris reliquimus.[Cęterum medicina ex his artibus est, quę absolute factiuę vocitantur: pręstat etenim formam, qua functiones suas naturales homo perficit, idq; natura materiaue apta & idonea ad opus existente: alioqui enim non posset formam prębere. Est autem hic finis, qui arti locum sui subiecti conuenientissimum suggerit. Atque haudquaquam absimilis rationi victus, quam Galenus homini quadrato, temperatoq; pręscribit, vt scilicet vitę naturale curriculum transigat, senectutemq; attingat, quę me

A hercle ob inſigniter refrigeratas, exſiccataſq; partes corporis principes contingit. Quare hunc finem, atq; ſcopum ars medica nequaquam debet trãſcendere: ꝙ ſi id faceret, immortalitatem hominibus adferret: quam non poſſe ab ipſa præſtari in confeſſo eſt. Cauſſa vero, cur interdum medicinalis ars finem probum non conſequatur, eadem eſt cum illa, quę cęteris artibus impedimentum inijcit, ne circa materiam ſuam, atque ſubiectum finem optatum adipiſcantur: quod in athletarum, nautarum, atq; agricolarum victus ratione manifeſtiſsime conſpicitur. Atqui noſter huius cauſſam in quodam ſuo commentario tradidit huiuſmodi, videlicet, ꝙ ea quę retro iam a nobis expoſita ſunt, non paucis intercedentibus medijs indigeant, vt hunc ipſum finem obtineant, quem a nobis ſuppeditari, fieri minime poteſt. Cuius equidem opinio proba eſt, verum non vſquequaque perfecta: quare adijcere quędam nos oportet, quo dilucidior euadat. Eſt igitur verum, hanc artem in indiuiduorum corporibus peccare, ob materiei ipſorum idoneam pręparationem, fieri nanq; poteſt, duos eſſe homines eiuſdem ęquabilis, temperateq; naturę: vna eademq; ratione victus vtentes: quorum alter ad ſenectutem finemq; ſuo temperamento conuenientiorem perueniet: alteri vero (etſi eodem diętę genere vtatur) praui ingenerabuntur ſucci, qui mortem accerſent celeriorem. idq; profecto contingit ob quandam huius

B temperaturę inſitam innatamq; aptitudinem ad vitioſos humores gignendos, quę nos lateat, & hanc ignorantiam nobis parit naturarum tam multiplex innata pręparatio, aptitudoq;, vt nullis notis nulliſq; indicijs comprehendi valeat: quod a nobis in commentarijs philoſophię abunde expoſitum eſt: vbi id proditur, materias ſcilicet ſingulas accidentia obtinere peculiaria, inſitaq;, pręterea quoq;, que a forma ſuppeditantur. Quamobrem accidentia, quæ materiei adſunt, multifariam illam naturam indiuiduorum variationem procreant, haud ſecus, ac ea, quę peculiaria formę inſunt, mores tam varios in hominibus ſingulis indiuiduiſue concinnant. Quippe homo poſtremum compoſitum exiſtens, non paucas indiuiduorum differentias ſpecieſue habebit: quod facit, vt multiplicitas proprietatum, naturarum ſcilicet ac morum indiuiduorum, non ita pateat. Verum enimuero longius forte, quam par ſit, noſtra eſt expatiata oratio: quanquam ingenue affirmare auſim, id quod nuper nobis ſcriptum eſt, maximam afferre vtilitatem his, qui exploratum habere concupiſcunt, in quo philoſophorum doctorumq; virorum non pauci olim dubitarunt. Nunc ad inſtitutum negocium reuertimur, dicimuſq; illos, qui in ea ſunt ſententia, ꝙ videlicet is qui tali educatione regitur, qualem in libro de ſanitatę tuenda Galenus pręcepit, finem optimum conſequetur, ignorare, quomodo dignoſcatur finis artis medicę a parte ſuorum paſsiuorum; hiq; hallucinantium medicorum & indoctorum opionibus

C aſtipulari videntur, quemadmodum & illi, qui dies hominum annoſq; certo numero aſtringi cenſuerunt: quandoquidem vſuuenire poteſt, quempiam naturę tẽperatę inculpata educatione vti: veruntamen æque breuem vitam viuere, atque is qui rationem victus improbam vſurpauit. Sed hoc rariſsime contingit: quare ab accidenti tam remoto ac longinquo medica ars neque ſubibit calumniam, neque ſubuerſionem: abſit etenim, vt tam inſignis artis nobilitas hoc iam exiguo ſcrupulo obſcuretur. Porro qui tantum rebus externis, atque ab electione voluntateq; prodeuntibus morbos attribuit, is noſſe cauſſarum minorem cumulum videtur: quippe effectricium tantum gradus quidam (quę dixerunt) ſunt; Hę vero vtpote manifeſtiores a pleriſq; omnibus medicis ęgritudinibuſq; aſsignantur. Huic ſi forte (vt fit interdum) morbi accidant, quos id genus cauſſę non pręceſſerint, diuinitus, cœlituſq; immiſſos protinus aiunt; quam opinionem, quoniam popularibus vulgoq; arrideat, minime improbabimus. Iam vero ſatis ſuperq; expoſita artis medicę commoditate, atque vtilitate, proximum erit, vt de cauſsis diſſeramus, quę ex accidenti corporibus noſtris vitia aduehunt, quibuſq; medicinę auxilio occurrere valeamus: ſunt autem hę cauſſę effectrices; quarum alię huiuſmodi ſunt, vt facile caueri vitariq; poſsint, vt combuſtio, ſectio, percuſſus, & id genus mille, quę fugere omnino poſſumus. Alię vero, quę neceſſario nos alterant, atq; immutant, vel nobis inuitis nolentibuſq;, de quibus

agendum mihi nunc est. Sunt igitur quę nostra afficiunt corpora ex accidenti causse, aeris nos ambientis constitutio, immutatioq;:exercitium immoderatum (quale est artium quarundam)deinde alimenta,potiones, animę affectus,atque vt summatim perstringam,quęcunq; intemperiem & cum succis,& citra succos pariunt. Ab his itaq; quandoquidem vindicare nos possumus, aut ratione victus,aut mediocritatem (quę in sanitatis tuitione collocatur) amplectendo,asserimus sanitatem posse conseruari tantum alimentis, tum boni succi, tum quantitatis moderatę,tum opportune assumptis: item motu ac quiete mediocribus,excrementorumq; expurgatione:denique aeris boni inspiratione,& cęterorum accidentium pręcautione,quę intemperiem euocare nata sunt. Sumendi vero cibos modus melior medicinalis est.Excrementa purgabuntur frictione,lauacro, exercitio moderato, atq; medicamenti assumptione: quę vniuersa pręcautioni ab ęgritudinibus accepta referenda sunt. D

De exercitio, eiusq; modis. *Cap. II.*

EXercitatio motus est partium ab aliqua electione, atq; voluntate procedens: qui primum quidem a membris efficitur, motionem voluntariam obtinentibus: secundo vero ab ijs quę motu sunt prędita animali, cuiusmodi sunt venę,partesq; nutritionis officia exequentes.Cum itaq; exercitatio motus sit,quędã propria,quędam aũt communis constituetur. Atq; hęc toti corpori attributa,qua vtuntur cuncta animalia:illa priuatim singulis mẽbris Peculiaris:quemadmodum vox,thoracis, atq; pulmonis: sedere, ac stare, dorsi exercitatio. Quinetiã alia est exercitationis sectio,quatenus exercitatio: (prima nanque a partibus desumpta est)vehementem,etenim quandam,remissiorem ac leuiorem,alteram & tertiam temperatam collocamus. Atqui valida & imbecilla fatigatis interdum ac laborantibus cuiusdã partibus fiant, quibus pariter accedent,tum concitata,tum tarda: interdum vero cum in mouendo alterum alteri reluctatur,atq; ab eo opprimitur, vt in grauioris oneris sublatione contingit: verum huic differentię neq; citata neq; tarda iunguntur. Atqui nonnunquam celeritatem pariter,& vehementiam exercitatio habebit, qualis est illa gladiatorum. Cęterum exercitij modici vtilitas eximia est.Spiritũ etenim internum citatiorem facit,atq; auget:caloris quoq; genuini augmentum prębet, custoditq;:excrementa partium altrici facultati deseruientium expurgat, & expellit,pariter & discutit:membrorum essentiam emollit: quare corpori,cęterorum nullum magis erit commodum,quam hoc ipsum.Quippe caloris,atque spiritus augmentũ,quod ab eo conficitur, non absimile est caliditati naturali externę. Atqui hęc quę ab externis excitatur, veluti a medicamentis alijsue rebus, energia & actu calefacientibus,ex accidenti contingit. Quę cõmoda nuper dicta homo consequetur,si a concoctione exercitationi sese dedat,ꝙ si prius exercitio vtatur,periculum est,ne crudos,incoctosq; cibos,ac succos partes ad se rapiant:quo simul afficietur facultas retentrix, expellenturq; incocta alimenta: quandoquidẽ(vt rẽ paucis absoluã)quiete concoctio exquisite conficitur:potentia aũt propulsoria motu,agitationeq;.Quamobrẽ tempus eius vtendę illud esse statuimus. Sane huiusce tẽporis nota,color est vrinę mediocriter rufus ac suppalens.Inhibenda vero exercitatio tum primũ est, cũ sudorẽ calenti admixtũ spectabis,atq; spirationem alterari immutariq;,colorem rubrum ac floridum apparere,simul ac venas intumescere. Diligenter itaq; curabis,vt cũ dictorum iam indiciorum quodlibet apparebit,protinus exercitium sistatur.Quippe valido digeritur,exhauriturq; corpus:quod patet in his,qui eo genere delectantur exercenturq;.Remissiori vero & imbecillo, quod expurgari debet,minime expurgatur:nec quod ab eo fusum ac liquatum dissipare valet. At mediocre ac temperatum excrementa corporis tum discutit,tum absumit:quinetiam & corpus implet,& carnosiorem obesioremue reddit exercitatum.Quare ad sanitatis tutelã supra quã cuiquam credibile sit,moderatum exercitium cõfert, Verũ enimuero

A quot incommoda ocium, exercitijq; negligentia pariant, clarum nobis testimonium exhibent, qui in vinculis, atq; custodia vitam agunt: facies etenim horum non dissimilis cachecticorum faciei: color fœdus: atq; ipsorum omnes functiones affectę, imbecillęq;. Sed animantium quoq; cęteris idem vsuuenire, maximeq; auitio generi caueis detento & saginato, cernimus.

De frictione, eiusq; multiplici ratione. *Cap. III.*

EXcrementorum concoctionis tertię frictio quoq; euacuationem exequitur: cuius differentię simplices quidem sex numero statuimus, qualitati ternas ascribentes, asperam, leuem, mediam: vel (vt quispiam censuerit, vehementem, remissam, ac mediocrem: quantitati vero multam, paucā, mediocrem. Atqui vehementes frictiones tum densant, tum durant immodicè corpora: Remissę vero et imbecillę rarefacere, simul ac mollire valent: Mediocrum frictionum opus vniuersa iam dicta mediocriter efficit, mediçq; inter primas postremasq; habentur. Pręterea validiores carnem minuunt, gracileq; corpus reddunt: mediocres contra carnis incrementum adijciunt: paucę vero nullū opus euidens conficiunt, nisi ꝙ parum calfaciunt. Hactenus de simplicibus fri-
B ctionum differentijs, quibus coniugationes ipsarum, ac complicationes exploratas habebis, si diligenter in id incumbas. Tempus vero nullum aliud ipsis statuemus, quam quod exercitationi nuper attribuimus: Atq; in sequentibus perfrictionum differentias exercitij differentijs commiscebimus.

De lauacro. *Cap. IIII.*

NVnc de balneo nobis differendum, vtpote quo & vacuentur corporis superfluitates, atq; excrementa: cuius varias esse facultates, quę corpora nostra afficiant, asserimus: primo[n]anq; tum humectat, tum siccat, refrigerat simul, ac calefacit: excrementa, quę sub cute adhęrent, & meatus obturant, expurgat: interdum vero eosdem obstruit, & cutem densat: flatus discutit, ac tumores: corpora vt probe alimentum suscipiant, idonea aptaq; concinnat: est etiam vbi appetitionem incitet: dolores demulcet, ac lenit, & aliquando prorsus tollit: humores fluidos facit, eosq; a particula in particulam aliam transmittit. Harum vero adeo contrariarū, & sibi pugnantiū functionū caussam esse dicimus vnā ex his, quę ternario numero continentur: Aut enim ab ipsius lauacri natura, & constitutione: aut a laborantiū corporum affectu: aut denique
C a tēpore, quo in ipso detinentur. Cum vero naturam balnei, atq; partes scripsimus, intelligas velim aquam tum calidam, tum frigidam, deinde domum, in qua pręparatur, aeremq;. Atq; ista rursus in gradus partiuntur: quippe aqua inter calidum frigidumq; media refrigerat, humectatq;. quinetiam nonnihil discutiētis potestatis obtinet, quo sordes, quę cuti adhęrescunt, abstergit. Aer quoq;, qui eandem cum illa temperaturam habet, exiguum sudorem eliciens, tenues e corpore succos euocat, simul ac euacuat. Is vero, etsi aqua (vt alias docuimus) humidior sit, tamen non ęque humectat perinde atq; aqua, vt quę corpori applicatur: quinnimo vi desiccante aerem pręditum meminisse te velim: qui quo calidior, eo plus ariditatis infert. Porro aqua, aerq; insigniter calida & calefaciūt, & interdum siccant, excrementa vacuant, quibus eductis flatus eadem opera discutiuntur: idq; tantum in corporibus puris; & non excrementosis pręstant: quippe in illis, quibus superfluitates exuberant, immodice meatus obturant, euocatis ad cutem vitiosis, ac copiosis succis, quibus liber exitus non patet, ob copiam crassitiemq;: vnde corpora huiuscemodi habentibus horrores, rigoresq; contingunt, vaganturq; succi per vniuersum corpus, ac deferuntur ex loco vno ad alterum. Quamobrem illud tibi persuasissimum habeto, homini plethorico malisque referto humoribus lauacri vsum a nobis inhiberi. Quinetiam si pars quæuis tali plenitudine affecta sit, nequaquam consulimus. Atqui caussa,

quę media collocata est,maioris est momenti cęteris. Porro lauacrum dolores tantum leuat,quos fluxiones concitarunt,cuius generis abscessus,& huius generis morbi. Item interdum per se, interdum ex accidenti refrigerat. Hoc vero fit meatus reserando,& eductis vna cum superfluitatibus calore ac spiritu: illud autem quoniam aquę lauacri frigidę vis suppeditat,adhibeturq;,vt calidę intẽperiem moderetur,& partes emollitas corrigat: atq; vt mitiget calorem naturalem,eo modo quo fabri ferrarij ac coci, qui frigidam vsurpant, vt scopum sui propositi attingant. Insuper lauacro,natationeue frigidę vti haudquaquam debemus,nisi prius excrementa expulsa fuerint. Balneum autem (vt summatim perstringam) in his qui corpora pura obtinent (si modo omnium eius partium fuerit concinna assensio) eximia prębet,& singularia commoda:etenim superfluitates discutit, & citra virium noxam expurgationes efficit: partes emollit, ita tamen vt neruosum genus minime resoluat: humectat citra caloris sensum: quinetiam refrigerat,nec tamẽ obstructiones ob visciditatem accersit. Quę vniuersa nobis iam scripta a calido frigidoq; perficiuntur:neq; puris, sed non puris corporibus incommodum afferunt. D

De somno, atq; uigilia. *Cap. V.* E

SOmni in homine functiones sunt, concoctio simul,ac humectatio: Vigilię discutiunt,liquant, corpus exhauriunt, caloremq; genuinum & internum ad exteriora detrahunt. Horum caussas in commentarijs qui pręcesserunt,tradidimus,desumptas a philosophia. Atqui vbi somnus immodicus est,natiuum illum calorem adobruit,atq; extinguit,corpusq; in tumorem fœdũ attollit. Vigilię,si modum excesserint,arefaciunt,calorem dissipant naturalem, & eum qui ex accidenti prouenit, accendunt. Hactenus de his, quę prędixisse oportuit:iam ad cętera veniendum.

De ratione uictus hominis temperatæ naturæ. *Cap. VI.*

PRoximum est,vt de cuiuslibet nouem temperamentorum sanitate tuenda agamus, initio sumpto a natura temperata. Primum igitur alimenta, exercitationes, frictiones, balnea, somnos, ac vigilias, animi affectus, aerem nos ambientem,atq; externa omnia mediocria esse oportet: qui modus docendi, tum a doctrina, tum a functionẽ proficiscitur. Quamobrem grauissime hallucinati sunt, qui nullum locum medicinæ in conseruatione sanitatis hominis temperati reliquerunt, putantes illam methodum curandi solũ suppeditare, quæ sane quidẽ temperatæ minime necessaria est:quod si ita forte vsu ueniret,id rarissimũ memento. Præterea etsi Galenus in tuenda valetudine optimi temperamenti, medicamentis opus non esse prodiderit,nihilo minus in eius educatione (modo diutius vixerit huiusmodi indiuiduum) quæ secundum naturam, & apprime illi vtilia sunt(cuius generis exercitium, lauacrum, & cætera)difficultatis ac negocij non parum habere videntur:potissimumq; apud illum, qui hominis finem sanitatem collocarit, externarum rerum & fluxarum gratia dubitationem haud paruam obtinet: verum multo maiorem difficultatem excitari rationabiliter fatebimur alteri, qui sanitatem huomiuis finem, aut ob animæ perfectionem, aut vt ineffabilem quandam & sensu incomprehensibilẽ felicitatem consequatur, censuit: quæ sententia paucissimis cognita compertaue est, at multis disputationibus,opinionibusq; excussa, tandemq; neglecta,ac pro nihilo habita,abducẽte animum ab huiusmodi cõtemplatione crassitie materiei. Porro ratio victus temperati hominis difficilior, ab Auicenna abunde exposita est: quare rem in pauca conferemus. Galenus nuperrime nati puelli sale minutissimo corpus conspergi pręcipit, vt externorum iniurias non ita facile admittat,sed duretur. Verum enimuero mea quidem sententia,& Auenzoarij, vtilius oleum (quod ex glandibus præparatur) illinetur, vtpote efficacius F

pręstans

A præstans quod a sale expectamus: neque etenim, sicuti sal, mordet. Præ omni vero cibo lac præbendum iubet vsque ad dentitionem: alimentum quippe (vti alias diximus) alito simile esse oportet: lac autem infantis temperamento familiare, ac consimile, ob idque a prudente natura institutum: a dentitione solidioribus cibis nutriendus, atque humidioribus. Nutrix a mali succi alimentis abstineat, temperatoque exerceatur exercitio: veneri non indulgeat, quę menses elicit, vnde lactis vitiantur tum sapor, tum odor: infans quotidie lauetur in aqua potabili tepida, aereque temperato, ne rigor excitetur inter lauandum: quod quidē in domo balnei Galenus sentit esse præparandum, verū aere tēperato nos ambiente ego id nihil moror. Tempus vero lauandi statuimus a lactis cūcoctione, in corpus incoctū alimentum trahatur: atque itē diuturnum præcessisse somnum oportet. Exercitationis vices occupabit cunarum motio. Quinetiam quæ terrorem mœstitiamq; inuehunt, procul abigenda: his nanque pigrescere, atque hebescere consueuerunt naturæ. Deinde ne calor ipsius obruatur, atque extinguatur, sed incrementū suscipiat, viresq; animales roborentur, cātilenis, melodijsq; suauibus infantem oblectabimus: modisque omnibus tentandum, vt hilarior permaneat: quinetiam formosis ac venustis, tum hominibus, tum picturis assuescāt. Incommoda autem quæ infantibus accidunt, aut a frigore, aut ab æstu, aut terroribus, & huiusmodi multis alijs externis proficiscuntur: quæ educatio ad annū

B tertium deducetur, hoc est, cum iam ambulare cœperint. Ab his annis quotidie exercebuntur, deinde frictione vtentur, a qua lauacro sunt committendi: alimenta quantitate qualitateque sint mediocria: verū priusquā rursus cibū ingerant, eadē præcipiēda sunt. Quinetiam exercitationes moderatæ sint: immodicæ nanque ipsorū corpora arefaciunt, exhauriūtq;, simul ac incrementum remorantur. Frigidę lauacro abstineant, quippe eo pacto auctus quoque inhiberetur. Educabitur autem sic puer, traditāq; victus rationem obseruabit ad expletum tertium septennium. Sane vinum, atque ceruisiam ne gustare quidem puero suaserim: nempe hausta caput replent, ac supra quam par sit calfaciunt: ipsiusq; animū ferient, turbidūq; efficient. Adultis vero atq; iuuenibus potiones huiusmodi tantum abest vt incommodum afferant, vt etiā insigniter vtiles sint, modice exhibitæ: vtranq; etenim bilē tum flauā, tum atrā iam manifesto colligunt: illam quidem naturaliter, hanc vero secundario, & ex accidenti. Summatim bilis amaræ acrimoniam demulcent, ac mitigant; atque per vrinam ac sudores expellunt. Atræ vero bili omnino aduersantur, ac (vt quispiam dixerit) tota specie. Denique humectant quicquid immodice siccatum est. Porro cibi adultorum tenuantes esse non debent: carnes quibus vesci assuescendi sunt, optimæ perdicum, vna cum panis interiore præparatæ. Ab oleribus, fructibusq; (vt in

C totum scripserim) temperatura humidioribus abstinebunt. Atqui eiusmodi ætas sic producta educataq; ad sapientiam naturalemq; scientiam inclinare, & idonea esse secundum naturam videtur: quinetiam alteram ex perfectionibus, quas Alexander putat philosopho summe necessarias, obtinent. Præterea tertio superato septennio eadem ratione viuendi vtentur, verum & id efficient, vt scilicet a concoctione nudentur, frictionemque ex oleo dulci adhibeant; mollē inquam ac tardam, quæ corpus non condensat, duratue; frictio vero talis ob hoc præcipitur, vt aptiores sint exercitationibus obeundis: q si exercitium frictiones præcederet, meatus cutis densarentur, obstruerenturq; ab euocatis ad ipsam labore excrementis. Oleum calens esto, durata nanque emollit, ac superfluitates dissipat, simul & discutit. Lintea, quibus perfrictio peragitur, leuia esse oportet, ne asperitate carnem offendant. Variæ autem erunt frictiones, vt superne deorsum, atque inferne sursum: tum in subiectum, tum in obliquum, tum in transuersum, tum subtransuersum adhibitæ; quibus omnibus cutis meatus exacte recluduntur. Quinetiam aer, in quo nudus fricatur, aeris verni temperiem refert, vt moderatæ excrementorum vacuationes fiant. Quippe frigiditas immodica expurgationes cohibet: caliditas vero immoderatiores facit, quare vt mediocritatem seruet, opera danda est. Præterea ab his frictionibus exercitium capesset, quod inter vehemens ac remissum, citatum ac tardum, medium teneat: cuiusmo-

di est paruæ pilæ, cui libellum priuatim dicauit Galenus. Nam eius, quæ paganica appellatur, & pedibus propellitur, exercitatio minime probatur: tum quia immodice valida ac vehemens, tum quia non citra periculum perficitur. Huius vero exercitij modus ac quantitas tibi significabitur, vbi anhelitus alterari cœperit, hoc est, attolli & intendi, atque sudore corpus perfundi, ac detumescere. Cæterum exercitationis mensuram (testante Galeno) nullus potest ad vnguem primo statim die definire: sequentibus videlicet, secũdo, ac tertio, & quarto exactius poterit, experimẽto facto: nam si qui exercitio incũbit, sese peccasse agnoscat, & immoderatius laborasse, sequenti die nimirum quod fuit nimium, corriget, ac detrahet. Ab his spiratio cohibebitur quantum fieri poterit: suscipit etenim incrementum, atque roboratur hoc pacto natiuus calor: meatus referantur, vt facilis pateat excrementis exitus: cui non absimile faciunt, qui insufflantes, foramenta atque spiracula recludunt: cohibendo vero thoracis musculi septũq; transuersum expanduntur, & intenduntur: verum qui sunt ventris, parum intẽdi debebunt, alioqui excrementosæ superfluitates tum pectoris, tum pulmonis, ad partes nutricationi deseruientis, exprimerentur, atque deferrentur. At qui septum imbecillius obtinet, ab huius generis cohibitione prorsus abstineat: excrementa etenim cerebrum peterent: cuius rei exemplum nobis præbent fistulatores, ac tymbaulæ, quorum venæ faciei ac ceruicis in tumorem attollũtur, & vultus rubore coloratur, ac tingitur. nempe humoribus spiritibusq; ad caput raptis, ac delatis, sequetur hæc frictio, quæ apotherapiæ debetur: quam & multam, & asperam exhibendam duo nobis indicant scopi: Primus, vt quæ sub cute delitescunt superfluitates, & ab exercitatione in hunc locum euocatæ expurgẽtur: Alter, vt firmetur corpus, atque vt probi vapores vindicentur ab exercitationis immutatione. Quinetiam frictio toti corpori, ac celerrime adhiberi postulat, iubente Galeno. Quare si linteis vniuersim corpus vno tempore perfricaretur, id esset commodius: quippe vniuersim, ac simul excrementa e corpore detruderentur. Hanc frictionem ex oleo dulci perficiendam semper memineris; sed & quæ circa corpus efficiuntur aliquo interiecto spatio ac relaxatione debere exhiberi. Cæterum postquam quartum septennium attigerint, qui optimum statum habent, & abunde aucti fuerint, aquæ frigidæ balneum intrepide vsurpabũt, tum vt densentur quæ ab exercitio rarefactæ partes, simul ac roborẽtur: tum vt calor diffusus cogatur, & ad pristinum statum redeat, functionesq; consuetas rite peragat: eadem porro ratione hic aqua frigida vtimur, quã in exitu a lauacro. Esto vero nec plane glacialis, nec tepida: altera nãque ferit afficitq; partes insuetas: altera vero quod expetimus, non efficit: quin ipsum immorandi in lauatione tẽpus breue sit. Verum enimuero num caput frigida lauari debeat, inquisitione accuratiori indiget. Galenus quippe de hoc scribens, non pauca prætermisit. Atqui (vt breuiter quod sentio aperiam) caput omnino lauandum non erit, frigida etenim pars est. Post hæc alimenta probi bonique succi assumet, cuiusmodi gallinacea, hœdina, vitulina, & agnina: at vitulus nondum sit ablactatus, agnus vero anniculus: panis insuper optime (vti alias docuimus) preparatus. Porro cibos assumendi tempus optime præscribitur, quando videlicet omnes concoctiones peractæ fuerint. Quod si quis (vt nonnulli censent) bis in die cibos ingerat, bis quoque exercitationem adhibeat necesse est, bisq; lauacrum subeat. Galenus quorundam medicorum sententiæ accedere videtur, asserentium ter in die vniuersa hæc debere vsurpari: id quod non possum non magnopere demirari. cum etenim iuuenis corpus hac ratione victus vtentis, robustæ, optimæq; sit naturæ, probeq; concoquat, tam frequenti alimentorum ingestione minime indigere arbitror. Quin potius ista ciborum partitio senioribus imbecillioribusq; statuenda: in qua opinione ipse quoque Galenus versatur: secamus quidem ac partimur exercitij lauacriq; tempora, ob ciborum necessariã partitionem. Sane recentiores medici duorum dierum ternas cibi assumptiones esse debere censent: eademq; ratione lauationis atque exercitij ternam administrationem: Quorum opinioni admirabilis ille Auenzoarus subscripsisse videtur, cui plane ego quoque assentior, vtpote veriora sentienti.

A

De usu uenereorum. Cap. VII.

VEnus si moderate adhibeatur, huic qui optima & temperata natura est, commodū vtilitatēq; afferet: cauendum tamen, ne quid ex his quę sunt præter naturam, contingat; venereis etenim tantum indulgendum esse censemus ob hoc, ꝙ semen excrementum est, quod vacuari, quē admodum cætera, postulet. Atqui sane alienum haudquaquam est, sed natura bonum & familiare: quare exiguo in his commisso errore, atque peccato, ingēs sequitur noxa. Vnde iuxta non paucorum sententiam philosophorum ac prudentium virorum, eorum nullus est vsus salubris. Exercitatio autem, quæ a coitu præscribitur, si aliquatenus vtilis sit, eatenus sane erit, quatenus peccatū corrigit. Venus (vt paucis dicam) hæc mala affert, siccitatem corporum, effœminationem, ac imbecillitatem, viriumque exhaustionem, simul ac dissolutionē: quãobrem quæ post coitum perfrictio adhibetur, quæ ille attulit incommoda, hæc resarciat oportet. Erit autem ex oleo, copiosa simul, & aspera, vt cutem denset, partesq; confirmet ac roboret.

B

De excrementorum uacuatione, atque lassitudinibus, quæ ab immodico exercitio proueniunt. Cap. VIII.

PRædictæ naturæ somnus mediocriter, quantum videlicet optima naturæ appetit, statuitur: medium etenim neque etiam in vigilia illa transcendet. quæ vniuersa ad vnguem obseruabuntur, nisi si aberratum sit in victus ratione, aut externorum quippiam illam leserit: tunc năque errorem corrigemus his, quæ aduersantur, & contraria sunt afficienti. Exempli gratia: si adstringentibus vtatur, aluusq; illi ob hoc sistatur, ad pinguia erit concurrendū: si vero a cibi parcitate, & ex longiori tempore alui fiat compresio, contrarijs itidem erit pugnandum: porro vt plurimum excrementa non redduntur ob intemperaturam externorum, caliditatem inquam, atque frigiditatem, quas euitare perdifficile est. Cum vero excrementa cohiberi dixerim, non tantum alui vesicæque intelligere te velim, verum etiam corporis vniuersi, vt meatus illius, qui iecur, & bilis vesiculam, pariter ac illius, qui iecur splenemque interiacet: ad hæc palati ac narium. Hæc igitur vbi probe officio suo non funguntur, remedio indigent, quæ vacuationes huiusmodi promouent. Cæterum id te potissimum latere nolo, exercitationis errorem castigandum: est vero is

C lassitudo nominata, cuius (quando ab externis fit) tres simplices differentias in superioribus prodidimus, vlcerosam, tensiuam, inflammatoriam. Prima itaque contingit tum a succo calidiori, tenuiori, atque acriori, tum ab excrementis retentis, quæ exercitio discuti & euaporari non potuerunt, tum ob carnis & adipis particulas immoderata agitatione fusas atque colliquatas. Curatio vero commodior est affectui contraria: discutienda enim sunt, simul & per halitum digerenda excrementa. digerentur vero, & vacuabuntur multa, leuique frictione ex oleo calido veteri nihil adstrictionis obtinente: hęc nanque frictio quia leuis, non densat cutis meatus, obturatue: quin potius rarefacit, ac recludit: ad hæc quia multa, vacuat. lauacrum autem primo aereum, deinde ex aqua tepida conuenientius. cibis humidioribus, frigidioribus, tenuioribusque consuetis vtetur, at parcioribus. Eius vero, quæ tensionis sensum infert, medicatio relaxatione perficitur. Conferet itaque leuis frictio cum oleo ad solem calefacto, facta vel cum anethino vel chamæmalino non inutilis. Quinetiam lauacro qui sic laborant, cōmittendi mediocritatē nō excedenti, plurimamq; in ipso morā trahere debent. Tertia vero lassitudo, quę phlegmonosa inflāmansue vocitatur, tū intēdit partes, tū plus iusto attollit, tam sensibilem læsionē adfert. Atq; ea tria pro remedio postulat: superuacanei expurgationem, extentę partis remissionē, ac relaxationē, & postremo inflam-

mationis accensæ refrigerium: ergo & oleum copiosum ac tepidum cum frictione molli & multa: æstate vero cum oleo quod ex viola purpurea conficitur, efficacius fricabitur, Atque longiorem moram in aqua medij temperamenti trahet. Cibos etiam probi succi assumat, parcioresque ac frigidiores, quam cæteræ lassitudines expetant. Hactenus de ratione victus, & educatione optimæ constitutionis prouectæ ad annum quintum & tricesimum. D

De ratione victus ætatum sequentium. Cap. IX.

CVm explicuerimus quomodo a primo statim ortu, primisque annis, cōseruandus sit is, qui mediocrem nactus sit corporis structuram, vsque ad annum quintum & tricesimum, proximum est, vt transeamus ad eas, quæ sequūtur ętates. Exercitationes itaque parciores quam antea, victusq; tenuior, cibi humidi, aliquantuloq; calore præditi. Senes exercitio vtentur temperato, cuiusmodi est ambulatio lenta ac suauis, alimenta calida, humectātiaq; quæ quotidie ingerantur. sed hæc victus ratio latitudinem non paruam obtinet maioris minorisq; secundum annorum multitudinem ac paucitatem. Quinetiam supradicta, exercitium, lauatio, atque perfrictio adhibenda. Porro quoniam senectus vt plurimum excrementis abundat, exercitatioq; quā vsurpant senes, ad vnguē non vacuat, apprime necessarium erit huic ætati conseruandæ, cibos medicaculam vim habentes, vel etiam medicamenta præscribere. Quamobrē prima mēsa apponenda sunt humectantia, qualis est beta elixa, vel oleo saleq; apparata, & id genus alia: clysterem deinde, qui aluum molliat, vtilissime iniiciemus: ficubus cum semine vrticæ & croci tantulo primo cibo vtentur. Mulsa his qui sunt abstemij, aut quibus vinum inhibetur, quibusque aliæ potiones, qualis est ceruisia, non bibuntur, eximie prodest. Inter autem ceruisias illa præstat, quæ ex passa vua acinis experte, conficitur. Caussa vero in promptu est, quia nihil quod astrictionem continet, senibus congruat: vtraque enim sua qualitate adstringentia senibus inimica sunt, obstantq; quo minus finem, in quem incumbunt, cōsequantur. Atqui ceruisias vetustas nobilitat color, vini colorem repręsentans. Verum apud nostrates vetustas nisi post semestre intelligitur: nec sanitati tuendæ idonea. Iam vero inter potus vniuersos vinum primas tenebit, commodissimeq; bibetur; quod neq; apud nos vetus nominatur, nisi si anniculū sit, aut saltem semestre. Quod si senum partes imbecilliores natura sint, & sensibiliter affectę ab exercitatione abstinebunt: oportet etenim illos qui exercētur, inculpatas illæsasq; particulas corporis habere. Ad hæc lauandi ter quaterque in mense, vt id exercitij desertionem resarciat; nempe senum educatio ex conseruante, atque præcauente ratione constituitur; quarum differentia hoc ipso tibi innotescet, quod illa consimilibus, hæc vero contrarijs perficitur. Illud denique animaduertere oportet, alimenta omnia succi crassi, potusque, in primis esse fugienda senibus, quod si quis forte (vt non raro fit) in huiusmodi ciborum vsum inciderit, confestim extenuantibus, ac dissecantibus vtetur medicamentis, qualia sunt piper, & quod ex tribus piperis generibus conficitur. lac senibus, quibus latiores sunt venæ, si mel adijciatur, bonum: qui vero temperatura sunt frigidiori, venisq; angustioribus ipsum (cane peius & angue) vitare debent. Hactenus de optimæ naturæ victus ratione disseruimus, vsque ad senectutem. At dicet aliquis, quæ a nobis præcipiuntur, non parum abesse ab ea, quā quærimus temperamenti medij conseruatione. Esto, quilibet nihilominus hinc venari poterit scopū, atq; finē, quo sua secunda valetudo conseruetur: in qua si deliquerit, varijs modis id emendabitur, tū vacuantibus excrementa, tum obstructiones aperientibus, tum putredini, atque abscessuum generationi occurrentibus.

E (B at "Porro quoniam senectus", F at "in mense, vt id exercitij")

De his, qui intemperiem compositam obtinent. Cap. X.

SEquitur vt iam de cæteris tēperaturis aliquid attingamus. Intemperatarū igitur compositionū duæ sunt omnino differentiæ. Prima, quæ partes vniuersas

A corporis æqualiter distemperatas habet. Altera inæqualiter, vt sæpe spectamus, quibusdam cerebrum esse calidum, ventriculum vero frigidum. quare Galenus hanc prima deteriorem iudicauit: idque potissimum, cum in partibus principibus affligitur. Atque horum victus ratio præcauenti, quam conseruanti generi proxime aecedit: mediaque est inter eam, quæ est nondum affectorum corporũ: & illam, quæ paratis, aptisq; in ægritudines delabi, tribuitur: quod vna pluribusue notis significatur, vel sanitate fruentibus.

De intemperiebus omnibus, tum simplicibus, tum compositis. Cap. XI.

ERgo initio sumpto ab his, qui calidius temperamentum sortiti sunt, dicemus talium corporum naturam statim a principio minus apparere affectam: cum tamen longius procedit, siccitas comes illi accedit. Quinetiã bile flaua abundat, facileq; ab eius morbis capitur. Quamobrem exercitationem præter leuem ac facilem minime postulat, quales sunt lentæ de ambulationes, atque equitationes. Quod vero ab Hippocrate proditur, calidas naturas quiete indigere, neque exercitari debere: non de omnimodo, ac torpido ocio
B intelligendum: verum mediocres labores præscribit: quippe nullatenus ignauia sanitati tuendæ confert. Frictiones adhibeantur leues, ac temperatæ, cum oleo aliquo eorum quæ refrigerandi facultatem habent, quale quod ex viola purpurea paratur: carnis etenim incrementum adijciunt. Lauacro aquæ tepidæ committatur, vt quod in ipsa est fumidi, ac fuliginosi excremẽti vacuetur, ac per halitum digeratur. Sane aer ipsius balnei non conuenit. At si quod ex calida lauatione incommodum percipiant, aquę frigidę ablutio emendabit. Porro bis in die cibos assumant: atque etiam, si plus iusto siccitas prępollet, ter. ciborum vero temperatura talis esse debet, qualem in sanitate tuenda obseruamus: hoc est, similis. Erit igitur calida, aut calida ac sicca. Quare si itemperiem calidam corrigere quis volet, contraria adferet, atque sensim is fiet transitus. Cæterum temperamenta, quę a modo suo mediocritateque abscedunt longius, facillime a morbis eiusdem generis corripiuntur, aliquo extrinsecus incidente, atque etiam q ad excipiendum iam sint idonea. Quare mea quidem sententia nõ vsquequaq; similibus educandi sunt tali temperatura prędíti: quandoquidem mire vario distinguuntur modo, ac procedunt: inclinant etenim in ęgritudines, quę ab intemperie illa oriuntur. Nos itaque non solum conseruationi cibis curam impendemus, verumetiam pręcautione studebimus, ne quid ex illa tam prompta aptitudine vitij contrahant. vnde cibis admiscebimus, quod contrariam temperationẽ
C illi naturę obtineat: sic euitabitur, quod ab externis impendet, periculum. Quippe quod ab intemperie timetur, non vetat, quo minus in totum similibus vtatur: qui vero huius sententię autores extiterunt, id quod orationi adijcitur in totum non exposuerunt. Ad hęc victus ratio, quam pręscribimus, sola non sufficit: nisi quoque is qui intemperaturę fomentum suggerit humor, vacuetur. Vacuabitur vero, quo natura repet: nam si sursum, vomitione educetur: sin deorsum, per aluum expurgabitur: quę mehercle vtilior est, naturęq; magis consueta, atque idonea expurgatio. Oxyphœnicia igitur, viola purpurea, & citrinę myrobalani intemperiei calidę, aut calidę & siccę purgationem perficient. Hęc autem intemperatura, vt plurimum vaporosis, fumidisque, ac fuliginosis excrementis abundat: quare lauandi sunt, ne diaria febre capiãtur: quę etiam, si diutius victu tenuante vsi sunt, facile superuenire solet. Efficaciter item aliquando lauatio ipsis a cibo proderit, qua nonnulli pinguescunt: qui vero dextri lateris grauitatem sentiunt, ab hoc abstinere debent: atque his quę obstructiones aperiũt, vti. vinum si bibere velint, id aquosum esto. Insuper (vt summatim colligam) educatio temperaturarum calidarum simplicium, & calidarum ac siccarum simul, maioris, minorisque tantum ratione differt: semper etenim procedente tempore caliditati siccitas comes adiungitur. Quibus, constitutione aeris calidiori, vtiliter

bibetur oxysacchara frigida, cui vel herbæ vel semina ipsarum adijcieda sunt, D quæ tum obstructiones recludat, tum vrinam citent: id genus vero habes adianton, & cichorij semen, atque etiam apij, quod tamen temperabitur cum seminibus peponum, cucumerũq;, vel cum alijs, quæ caliditatem, siccitatemque moderandi facultatem obtinent: inter quæ non inferiorem vsum habent cichorium, atque viola purpurea. Noster autem mirus Auenzoarus iubet nympheæ flores vna cum oxysacchara semper exhiberi: idque potissimum tempore calidiori: nempe nympheam tales temperaturas a febre intus reddere, sese experimento comprobasse scribit. Quinetiam cum oxysacchara aliquid semper admiscendum, quod os ventriculi corroboret, cuiusmodi mastiche, cinamomum, nardus: acetum nanque (vt est acetum) huic insigniter incommodat. Ego vero aquam ordei tunc vtilissime bibi censeo, cum aliqua erunt iniecta, quæ noxam oris vẽtriculi resarciant. Corporum siccorum (vt paucis absoluam) ratio viuendi vniuersa humectandi vires habeat, necesse est, ne derepente senectus obrepat. cibis autem id præcauebimus probi succi, humidioribus, cuius generis pullorum gallinaceorum caro: lauacro item frequentiori aquæ temperatæ: labores, vigilias, solicitudinem animi, curas, omneisque animi affectus, qui caliditatem accendũt, qualis ira, arcere quam longissime studebimus. Denique modis omnibus, qui sic afficiuntur exhilarandi, atque oblectandi. Quare exteriora quæ adhibemus, prorsus contraria sint huic naturæ, vt sunt folia salicum, vitis, & aquæ frigidæ, gaudium temperatum: aer quoque temperatus, lecti pensiles, atque (vt in totum dixerim) musices suauiores soni, ac cantilenæ amœniores. Calida & humida temperies facillime ab ægritudinibus, quæ a putredine proueniunt, corripitur: excrementosis etenim superfluitatibus abundant, præcipue cum ætate sunt florenti. Quamobrem vehementer sic affectos exercitari oportet: frictionibus vtatur multis, ac validis: balneum cibos præcedat. Verum ad ventriculum horum, animũ diligenter applicabimus: quippe si a naturali temperatura recedat, vniuersi corporis superuacaneæ superfluitates in hunc præcipitabuntur. quare tunc esset victus immutandus, hoc est, frigidi siccique cibi apponerentur. Hanc naturã (quãuis ita Galenus censuerit) temperatam minime dixerim: maiores quidem, priscique medici, quod a natura primum consequimur temperamentum, calidum humidumque testati sunt: quod collatum (quatenus mediocre est) cæteris temperaturis, æquabiliter temperatum nominatur: vbi vero præpollentibus elementorum qualitatibus, quæ sunt in ipso, confertur, calidum statim & humidum asserimus: calidum nanque, atque frigidum eminentiora sunt frigiditate, atque siccitate. Inde naturali tantum collatum (id quod mediocre hic vocitamus) humidũ, calidumq; dicitur. Quamobrem cum temperatam esse calidam, humidamq; naturam ex nobis audies, æquiuocam appellationem accipito: Quam ipse Galenus naturalem vocat, collatam cæteris temperaturis: pariter & calidam, & humidam collatione mediocris ac mediæ. Hinc exoritur dubitatio, num temperata occurrat natura. Verum enimuero propositæ temperaturæ conseruationẽ ad calcem perducemus, redeuntes ad id, vnde digressi fueramus. Non solum igitur huc consilium dirigetur, vt exerceatur, lauetur, cibis succi boni vtatur, verumetiam excrementis, quæ in ipsa gignuntur, prospiciet is, qui sanitati huius corporis præficitur, tum iis, quæ per aluum, tum ijs, quæ per vesicam redduntur: in quorum numero agaricum, & cnicus, atque adianton sunt. Quinetiã apophlegmatismis ex staphidagria, & id genus aliquando vtetur: sternutationes item ciebit: gargarismate collutioneue ex mastiche vtetur: atque in primis dabit operam, ne obstructionibus tentetur: pugnabitque contra putredinem modis omnibus, tum purgatione, tum medicamentorum auxilio, quæ & qualitatibus, & cæcis proprietatibus opponuntur. Est autem putrefactio proprij, naturalisque caloris in vnoquoque humido existẽtis, ab extraria caliditate fœtida corruptio, cui sane maxime sunt contraria aromatum genera. Quare si concinnaueris medicamentum, quod præscriptis vniuersis facultatibus constet, remittendo videlicet in ipsis, & cohibendo id, quo minime indigemus, præstantissimum ad sanitatem tuendam huius temperamenti præsidium effeceris. Quicunque autem

A natura sunt frigidiores, sanitatem suam conseruabunt ijs, quæ citra humectationem calefaciunt: lauacro, exercitio, & victus ratione tota. Temperamento vero, quod cum frigiditate humiditatem coniunctam habet, succurritur calefacientibus arefacientibusque: exercitatione valida, ac frequentiori purgatione excrementorum, quæ id fluxionum morbis obnoxium faciunt. Ex frigidiores item atq; sicciores naturæ cæteris vitiosiores: quibus opitulabimur calore, humoreq; præditis remedijs: leui frictione, aquæ temperatæ balneo, exercitio moderato, simul ac somno diuturniori, purgatione insuper excrementi atribiliarij, quo abūdant, quæ myrobalanorum indicarum simul, & filiculæ exhibitione vtilissime peragitur. Porro vina odora his accommodatissima erunt. At venerea supra, q̄ cuiquam credibile sit, inimica huiusmodi temperie affectis: verum (vt summatim dicam) calidiores, humidioresque ex longiori cibabuntur interuallo: contra vero sicciores breuiori. Atqui calidiores atq; humidiores venere immoderatiori minus afficiuntur: qui vero humidiores tantum, mediocriter circa hanc se habent. Hactenus de temperamentis a medio remotis vtrisque qualitatibus: quarū quidem, quæ patientes dicuntur solæ, minus officiunt, quam agentes solæ, vel vtrarumque coniugationes.

B *Quomodo graciliores facti obesiores efficiantur, & contra obesiores graciles.* *Cap. XII.*

SAne horum victus ratio extenuanti penitus aduersari debet: quippe si ob calidā, siccamq; intemperiem cōtigerit, frigidioribus, humidioribusq; succuremus. Sin aūt ab imbecillitate facultatis attractoriç, & distributionis alimenti, proderit illinere corpus oleo. verum talis illitionis meta erit, vt tandiu permaneat, quādiu alimēta partes attraxerint: alioqui si lōgior esset mora, plus iusto per halitū digereret, viresq; exhauriret, simul ac corpus immutaret, afficeretq;. Ad hæc si a frigiditate concoctionem vitiante euenerit gracilitas corporis, statim adferenda erunt, quæ concoquendi vim adiuuant, in quorū numero vinum postremum non erit. sunt & non pauca alia auxilia, quç non te latere debent: gracilitas vero prope dixerim, semper siccitatem comitem habet. Atqui siccitas alias proficiscitur a multa per halitum vacuatione: alias a debili infirmaque concoctione: alias a ciborum arefacientium assumptione, cuius instauratio perfacilis est. Cæterum contraria ratione, quç obesiora sunt corpora, gracilia redduntur, quod te ignorare minime arbitror.

C *De singularum partium intemperatura.* *Cap. XIII.*

EXposita ratione victus, quç totius corporis intemperaturis debetur: proximum est, vt de singulis partibus intemperie affectis disseramus. Hç autem intemperaturç ratione magis prçcauente, quam ea quç temperiei communi occurit, indigent. Caput vero nostri consilij, vt pars intemperata firmetur, ac corroboretur, id fiet, intemperiem moderando, simul ac excremēta expurgādo, quç in parte gignūtur, ac cōtinētur. Quinetiā ablationi causç, quç illa peperit, accurate studendū. Illud quoq; considerato, num pars quç sic afficitur, per se ac primario, nū per consensum intemperiē habeat. Quippe ventriculus interdum propria laborat affectione, interdum vero per cōsensum cerebri vitiatur. Quç aūt partiū, vt plurimum homini noxam adferunt, principes sunt, quando videlicet contrarijs temperamentis sunt affectç. Exempli gratia: si iecur calidum, vētriculus vero frigidus, corpusq; sit gracile, renes calculo tententur, ac copiosum exuberet semen: cui taliter afflicto ratione victus cōposita, atq; mixta opitulabimur: magisq; animaduertemus id, quod magis vrgeret, non tū altero neglecto. verū ad methodū medendi ista pertinent, quibus supersedebimus: prçcautio quidem (vt alias dicemus) sub curationis genere comprehenditur. Iam meminisse te velim vitiosissimam esse cerebri intēperiē, quç vel a frigi-

ditate vel caliditate immodice auctis, exoritur. Cerebrum itaque sic intemperatum, hæc mala adfert insigniter perniciosa, abscessus qui in ceruice erumpunt, anginas, oris vlcera, pustulasque, columellę inflammationes, raucedines, tabem quam phthisim vocitant, tussim pariter, ac dysenteriam, & huius generis alia non pauca. Ad hęc frequentissime excrementa cerebri in ventriculū defluūt: quę si frigida fuerint, ventrem refrigerabunt, totiusque corporis temperatura vitiabitur: quod tibi maxime indicabunt ructus acidi. Quibus ego iuuenis abundabam, ob ventriculi intemperaturam, quam ex vitiosa viuendi ratione contraxeram: verum cum opem ab indocto & imperito medico efflagitassem, morbum ita profunde radices egisse dixit, vt nusquam tolli posset. Atque huius ignorantia, mihi intemperies omneis, morbosque quibus afficior, peperit, nōdum etenim medicinę artem pernoueram. Porro si intemperies cerebri sit calidior, fluxio quoque, quam progenuit caliditatem, obtinebit: de quibus in metho curandi copiosius sermo fiet. Cum igitur cerebrum frigidum extiterit, obseruateque velimus, ne a temperie sua discedat, capiti superimponemus desiccantia cum calidite aromata, qualia macir, ac chariophilli in tenuissimum puluisculum triti, primum vero cum vino abluetur. Ad hęc cerebri excrementa assidue ab eo genita, sternutationibus educentur. Quinetiam gingiuarum cum radice nucis iuglandis frictio efficax est: commanducatio item frequens mastiches: medicamēta insuper purgantia succum noxium tempestiue exhibita, vere scilicet, & autumno, vtilissime assumentur. Calidioris cerebri intemperies excrementa calidiora parit: cui contraria nuper dictę ratione succurrendum: primum quidem humoris infestantis purgatione, deinde olei rosacei rigatione. Generatim autem dixerim, cerebrum frequentius a frigore lædi, quam a caliditate: quamobrem diligentiori cura obseruandum, ne a frigoris iniuria quid patiatur. Cęterum qui sic educati ac regi non possunt, conseruentur tantum suarum temperaturarum qualitates. Quod si ęquale fuerit ab ipso ortu temperamentum, ęgritudines quę superuenient, a plenitudine exorientur: quamobrem opitulabimur totius corporis euacuatione, hoc est, sanguinis detractione: notę vero plenitudinis tibi indicabunt. Abstineant insuper a cibis, qui multam alimoniam suggerunt: pręterea iis, quibus natura temperata non est, plerique omnes morbi, quibus capiuntur, improborum succorum soboles sunt: eos itaque continentes esse oportet. Modū vero, ac mensuram euacuationum teneatis, qui sanitati conseruandę huius naturę pręficitur, vt neque immodicę sint, neque item plus iusto exiguę. Alij nanq; semet tantum euacuari postulant, vere scilicet: nonnulli bis, vere & autumno. Ego quidem non possum non magis commendare illos, qui septimo quoq; anno purgantur, vacuanturue, quam alios qui quotannis: quandoquidem raro nisi certis circuitibus accidunt morbi, aut non longe ab ipsis. Hoc igitur circa singula indiuidua considerandum accurate: maximam nanque spem concepi hac nobis scripta ratione obseruata, non paucissimos ęgritudines euasuros, quibus ex accidenti capi consueuerunt. Cęterum si quis consuetudinem mutare vel improbam desyderat, sensim id faciendum est: omnis etenim subita mutatio periculosa.

De præcautione futurarum ægritudinum, atque spontaneis lassitudinibus. Cap. XIIII.

QVędam naturę, vt in morbos facile labantur, paratissimę sunt, quare eędem summa obseruatione indigent: quę fiet abigendo caussam, & vitando, quę afficere potest: pręcedunt vero notę innumerę, ęgritudines pręnunciantes, simul ac manifestissime. Vnum vero genus præseruationis totum ad curationem pertinet iam ægrotantis hominis: quale est cum elephantem morbum, ne fiat, cauere volumus, quippe eadem afferuntur adhibenturque remedia, quæ iam facto solent: quod simili ratione in cæteris affectibus intelligas. Eorum vero, quæ morbos futuros

A nunciant. clarissime patent lassitudines spontaneę, vitiosissimięq; sunt. Corpora nanque, quibus accidunt, obnoxia esse non paucis malis morbis scito, quorum pręseruatio alia est, ab his, quę cęteris ęgritudinibus proprie peculiariterq; debetur. Hęc etenim sub genere modoq; curationis ipsarũ tota continetur: de qua impręsentiarũ nullus fiet sermo. Atqui non putes me oblitũ esse illius pręcautionis, quã pestilens corruptio aeris postulat: nẽpe ipsa in sequentibus differemus. Nunc vero consiliũ nostrũ est, lassitudines tractare: quarũ triplicem differentiã in cõmentario, quẽ morbis dicauimus, prodidimus: vnam vlcerosam: alteram, in quã tensio sentitur: tertiam, quę phlegmones sensum affert. Prima quidem ex bilioso succo, acri, ac stimulante oritur. Altera, tensionis scilicet, a multitudine humorum potissimum sanguinis ortum trahit: quidã flatibus acceptam retulerunt, nomenq; illi flatuosę indiderunt. Tertium vero lassitudinis genus, inflammationis sensum prębens, ex duobus primis constat, hoc est nascitur, tum ex nimia boni succi copia, tũ prędicto pungente, ac erodente, biliosoq: humore. Hęc aũt peculiare id obtinet, vt partes omneis in superficie positas, atq; musculos in tumorẽ attollat. Porro generatim primo, atq; vniuersim curationẽ harum docebimus, speciatim vero, ac priuatim in sequentibus, initio sumpto a caussa effectrice, q̃ est intemperies cũ humoribus coniuncta. Commune itaq; remediũ, vel alterabit, vel vacuabit: quorũ vtrunq; natura facit cũ cibis medicamentisq; aptis, B idoneisq; ad humorum vitia corrigenda: quinetiã somnus, quiesq; interdũ pręsidium afferunt. Euacuantur autem purgationibus sudorem, vrinamq; appellantibus, flatum discutientibus, & dissipantibus: quod exercitationes pręstant. Atque in his omnibus ars naturam imitatur: quo etenim repit, medici quoq; munus est, cursum humorum dirigere, vacuationesq; promouere. Sunt autem hęc remedia omnibus communia lassitudinibus: proprias vero nunc singularum medicationes docebimus, quandoquidem alia est, tum vacuatio, tum alteratio vlcerosę, alia eius quę tensionem infert, alia vero inflammantis.

De ulcerosæ, tensiuæ, ac inflammatoriæ lassitudinis, tum præcautione, tum curatione. Cap. XV.

LAssitudo quę vlceris sensum affert, caussam efficientem habet succum acriorem, erodentem, ac pungentem: hic vero vel flauę bilis, vel atrę, vel pituitę salsę est soboles. Atqui humores isti mordaces omnino sunt, ac stimulantes: amara quidem bilis ob acredinem, atra ob aciditatem, pituita vero propter salsedinem. verum in hoc negocio consyderandum, num C sub cute tantum: num sub intima carne musculisue: num vero in musculis ac sanguine, qui intra venas concluditur, humores isti contineantur. Nihil etiã prohibet, quin interdum succos lentos accumulari sentiamus. alias sub carne, alias in venis: quorum postremum si contigerit, vel cum sanguinis paucitate, vel multitudine fiet: venę vero multo minime abundant sanguine, nisi cęteri succi parciores fuerint, iisq; a sanguinis natura non procul abscedentes: quorum alij energia actuue prius spectantur, q̃ in sanguinem commutentur: alij aũt cum mutationẽ in eundem nacti sint, quemadmodum vtraque bilis, tum flaua, tum atra: deinde ex his nonnulli facile alterantur, nonnulli difficulter. quippe cũ longius absunt a sanguinis natura, tardius immutantur, vertunturq; in ipsum: qui vero non ita procul abscesserunt, celerius ocyusq;. Quare priuatim vnicuiq; curatio dicabitur. Cũ itaq; sub cute impacti tm̃ sint, exercitationibus vehementioribus, simul ac frictionibus. lauacro item, ac victu tenuiori opitulabimur: insuper aqua ordei pariter & oxymel exhibebuntur, & id genus cętera. Quando vero meatibus adhęrent, abstineant ab exercitio: quieti ac somno indulgeant: inedia pręcipiatur, quę vniuersa concoquendi hos succos vim obtinent: vespere insuper lauabũtur aqua tẽperata: & post assumptũ oxymel extenuantes cibos ingerant: oxymel quippe per vrinam atq; sudorem expurgat succum quemlibet a natura motum, Quod si symptoma id, morbusq; cesset; tunc scito caussam explorarissimã

te habere. Sin autem contra, exiguusq; ac tumultuosus fuerit ipsorum somnus, D non tm̃ in carne musculisq;, verumetiam in venis deprauatos succos contineri non dubitabis. Ad hęc consyderabis, vtrum cum istis misceantur humores lẽti, ac tenaces: q̃nquidẽ si non adsint, sed alij in meatibus venisq; concludãtur animaduertendũ, num paucus, multusue abundet sanguis: an ab sanguinis substantia remotiores, proximioresue cernantur. Nã vbi pauciorẽ sanguinem spectabimus, aliosq; succos ab eodẽ longius remotos, statim medicamẽto, quod vim purgandi talem succũ habeat, educemus, missioni sanguinis parcentes. Quippe flaua bile morbum committente, aut atra, aut ipsa pituita salsa, a naturali suo statu qualitate tm̃ discedunt. Quamobrem purgante medicina, quę humorẽ morbum efficientẽ vacuet, vtemur. Atqui si quantitate succi illi vitiantur, detractio sanguinis in auxilium adhibebitur, vti in methodo curandi docuimus. Pręterea si multo cũ sanguine misceantur humores, nec sint ab eius essentia longe alieni, primũ quidem venã secabimus, deinde purgatorium medicamentũ afferemus. Semper aũt intelligere te puto, succis lentis minime pręsentibus id pręceptũ locum habere: quippe si adsint in venis cum sanguinis copia, nec absint a sanguinis natura longius, venam quoq; in hoc affectu secabis: purgatio vero vix adhibeatur. Quando aũt copiosi tenaces succi in venis pauco cum sanguine mixti continentur, quiq; affectum lassitudinis peperunt, humores a sanguine parum remouentur: sectioni venę, atq; purgationi in totum parcemus: illa nanq; exitialẽ E pernitiem afferret: hęc vero spem ac scopum nostri consilij haudquaquam assequeretur: crassi nanq; succi contumacitas facit, ne prompta, facilisq;, nedum vtilis purgatio: quippe tracti & agitati humores vberius defluerent, venasq; obstruerent. Victus itaq; citra insignem calorem attenuans, dissecansq; oĩno præcipiẽdus: ne a caliditate immoderata in parteis omneis dissoluti deferãtur. Atq; hic vtilissime assumetur oxymeli cum seminibus confectum, cuius siccitatem viola purpurea probe emendat; ptisana item, pręcipue iuuenibus cum fœniculi radicibus, interdum vero & mulsa dabitur. At q̃m frequentissime his omnibus naturis flatus crassiores, ac copiosiores ingenerantur, Galenus iubet dari medicamentum dia trion piperon, atq; etiam dia cyminum. verum nostrę regionis homines non tolerant, periculum etenim, ne febres ista accersant: quinetiã Galenus tm̃ frigidiore, tum constitutione aeris, tum temperamento censuit offerenda. Pręsidia aũt attenuantia, quę & moderate calfaciunt, & internas roborant parteis, nõ in postremis opitulabuntur, qualia videlicet sunt cinamomum, casia lignea, ambar, cariophilli, & quę eius generis sunt aromata. ꝙ si Galenus ex his quędã non probaret, id astrictioni imputandũ est: quare cũ cęteris admixta, eximie commodam conflabunt medicinã: partes nanq; principes (potissimũq; os ventriculi) imbecillimę spectantur. mastiche igitur non prętermittenda: sed F rosa, quia refrigerat arefacitq;, vitanda. stœchas insuper, tum qualitate, tum peculiari proprietate, insigniter commendatur. Cęterum missio sanguinis atq; vomitio ijsdem sane indicationibus vitanda sunt. Vbi vero crassi lentiq; succi in musculis fuerint, & probus in venis sanguis continetur, atq; syncerus, auxilia calidiora tunc minime verebimur, quę vrinam appellant: etenim nullum a sparsione delationeq; in totũ corpus succorum subest periculum. Quamobrem hic p̃sidio ex pulegio Galenus vtitur: quod maximopere mihi arridet, aut aliquod aliud huiusmodi. Porro notas, gnaue horum omnium vitiosorum humorum hic omisimus, quandoquidem in eo commentario, quem de signis conscripsimus, ad vnguem exposuimus. Sed vt obiter aliquid de his tradam, memento vrinã posse te docere, qui sint exuberantes in venarum finibus succi: quorum tum copiã, tum paucitatem, a ratione viuendi ante acta, a temperamento, ab ętate, a tempore, alijsque supradicto commentario explicatis, cognitam habebis. Pręterea lassitudo spontanea, quę tensionis sensum affert, cum nulla pręeunte vehementi exercitatione, atq; motione contigerit, succorum exuberãtem copiam testatur, quę cũ reliquas corporis parteis, tum pręcipue musculos infestat: quare grauitas tm̃ ac tensio sentitur: quandoquidem solius sit sanguinis abundantia: quę rectissime vtilissimeq; vena cubiti dissecta euacuabitur; aut malleolorum venis sca-

A rificatis: inde toto corpore vacuato, ad relaxationem tẽsionis veniendum, idq; fiet vnctione, frictione molli, quiete, lauacro temperatę aquę, cibis abstergendi vim aliquantulum, çitra tamen mordacitatem, obtinentibus: quo in numero ptisana, & apomeli sunt: nos vero de his breuiter differimus, vtpote a Galeno tam copiose explicatis. Sed & de postrema, quę phlegmones sensum prębet, nonnihil pręcipiendum. Ea igitur vtpote a sanguine potissimum proueniente, dissectione venę curabitur: tantumq; detrahetur sanguinis, quantum tum ętas, tum temporis constitutio, tum temperatura laborantis suadebunt. Atque etiam loci discrimen habebimus hoc in negocio lassitudinis: capite nanque, ceruiceq; grauitatem, doloremq; sentiẽtibus, humeralem venam incides: sin aũt quę sunt medię partes, cuiusmodi thorax, ac dorsum dolore afficiantur, internam cubiti venam secabimus: ꝙ si ęqualiter vniuersum corpus grauitate doloreq; crucietur, mediam. Signa, caussasq; in superioribus libris accuratius exposuimus.

De aeris in uniuersum precautione. *Cap. XVI.*

AEr (vti alias declarauimus) essentia interdum sua, interdum qualitate tantum alteratur, atq; permutatur: verum cum sępius alterutrum contingat, corpora simili afficiuntur intemperie. verum non omnia, at quę
B in tales dispositiones pręparata sunt: alioqui qui sub eodem versarentur aere, vniuersi morbis corriperentur: quemadmodum sub canicula ardentibus febribus caperentur, atque in pestilentia omnes perirent. Quamobrem non oscitanter adhibenda est ambienti nos aeri diligẽtia: obstructionum videlicet apertione, humidorum desiccatione, & excrementosorum expurgatione: summatim omnibus modis putrefactioni repugnando: & hę sunt, quas aereę substantię alterationes retro iam diximus. Quando vero qualitatibus permutatur, pręsidia ipsis contraria afferenda: quippe aliquando admodum calidus se exhibet: interdum admodum frigidus: interdum coniunctim calidus ac siccus. Pro calido igitur contrarius inducendus, subterraneis domibus inuentis: quę & frigidissimę, et maxime perflatę, & ad septentriones versę: tũ aqua prorsus gelida domo assidue aspersa, herbisq; suauibus, ac refrigerãtibus, alijsq; eius generis, quales sunt rosę, humi fusis: quod in cęteris qualitatibus, tum simplicibus, tum coniugatis facere oportet. Quinetiam caliditate ad intemperiem notabilem haudquaquam inclinante, leuissima vtemus medicina, quę vitiosos succos tunc generatos expurget. Verum enimuero tota aeris essentia corrupta vitiataq;, euacuationibus corporis vniuersi prospiciemus, atque etiam his, quę in totum pestilentię aduersantur. victu refrigerante simul. & siccante vtemur, qualis qui ex aceto, & len-
C tibus parabitur: putredini si quis alius, contrarius: proderit pariter aromatum suffitu costi, styracis, galbani, terebinthinę resinę, quę peculiariter potest aerem purgare: pręterea theriace illa, quam magnam vocitant, drachmę vnius põdere mirificę opitulabitur aeri pestifero: sumetur vero omnibus rite peractis concoctionibus: qua assumpta, sex horarum interuallo cibos nequaquam ingerat. Bolus item Armenius: terra quoq; Lemnia eximie conferunt. Auenzoarus noster hircorum vrinam olfactu prodesse scripsit. Catapotia insuper, quę aloes portiones duas, myrrhę, ac croci vnam capiunt, ex vino diluto liquefacta, ac bibita, vtilitatem summam pręstabunt. Nullum quippe vsquam vidimus, qui hoc medicamento periculum pestilentię non euaserit. Porro abstinendum a piscibus vniuersis, fructibus humidioribus, habitationibus montosis, sublimibusq;: facillime enim qui ex his paritur sanguis, putrescit. Carnes item vitandę, exceptis quę a montanarum auium genere expetuntur: sub quo perdices, turdi, meruleq; continentur, & passeres montani. Cęterum aluum deijcientibus commodissime vtemur: oxypgenicibus scilicet, casia, melle aereo, viola purpurea, & id genus cęteris, quę alias nobis copiose dicta sunt. Sed iam tempus appetit, vt finem huic sectioni imponamus, atq; ad rationem curandi veniamus.

AVERRHOI COLLECTANEORVM SECTIO TERTIA,

DE RATIONE CVRANDORVM MORBORVM.

De intemperaturarum curatione, quæ cum humoribus, & quæ citra humores consistunt. *Cap. I.*

Sectio hęc SeptīoColliget libro respondet.

ORVM quę prętér naturam contingunt, duplex differentia constituitur: Vna quidem ęgritudinum: Altera (quę eas comitantur) symptomatum. Atq; item morborum duę sunt differentię: Alij nanq; simplices, similaresq; partes afficiunt, vt qui ab intemperaturarum aliqua oriuntur, quę interdum cum humoribus, interdum vero citra humores euenit: Alij autem dissimilares, instrumentalesq; partes infestant. Verum enimuero operęprecium me facturum videor, si hoc nostrum negocium eo digesserimus ordine, vt primo quidem similarium ęgritudinum medicationem doceamus, deinde instrumentalium, postremo symptomatum ipsorum: quę tamen morbo sublato abire quoq; consueuerunt: quare frustra quis dixerit, a nobis seorsum traditam eorum curationem, verum dilucidioris doctrinę gratia, id nos fecisse existimet. Initio igitur sumpto à morbis similarium, vnicum curationis intemperaturę citra humores scopum esse testamur: videlicet, vt ad pristinam, naturalemq; constitutionem, ac statum pars ipsa reducatur: idq; fiet contraria adhibendo, quibus intemperierum curatio perficitur. Sunt autem id generis alimenta, atq; medicamenta, quę primis suis facultatibus intemperaturę, quę morbum creat, aduersantur. Esto etenim vt quis ęgritudine ab intemperie orta calida siccaq; laboret, profecto ratione victus frigida, atque humente, quinetiam medicaminibus vim refrigerandi, humectandiq; obtinentibus probe opitulabimur. Hęc est autem illa, quam primo, & essentialiter (vt sic dicam) per contraria fieri medicationem diximus. Ea vero quę similibus peragitur, hoc est ex accidenti, summopere verenda est: vt cum aquę frigidę perfusio affectum ab intemperie frigida profectū sanat: meatus etenim constipantur, densaturq; cutis, atque calor internus fit cumulatior pariter, & validior. Quamobrem ea nobis minime vsurpabitur, nisi si ad hanc nos traxerit necessitas: ne in eundem labamur errorem, in quem non paucissimi (vt postea docebimus) medicinę professores demersi sunt, eo curationis genere vtentes. Rursus ęgritudinis, quę ab intemperię succorum exoritur, medendi methodus duas indicationes habebit: primam humoris noxij euacuationem: alteram partis intemperatura affectę, videlicet, dum vitiatus succus in ipsam decubuisset, correctio. Porro euacuatio multis conficitur modis: interdum enim sanguinis missione: interdum medicamentorum purgatione: interdum vomitibus: est etiam vbi & clysteribus, sudoribus, atque vrinam cientibus fiat: quę quidem vniuersa, medicamina secundis suis facultatibus, atq; tertijs, adde etiam proprietatibus concinnant: quippe similaris corporis alteratio, quando a naturalis temperamenti alteratione morborum ortum habuerit, potestatibus medicamentorum primarijs efficitur. Quinetiam euacuantur, qui sunt in corpore humores, inedia, exercitatione, lauacro, atq; frictionibus, verum quę sanguinis

A detractione fit euacuatio, ratione, experimentoq; satis superq; cognita est. Sed potissimum, quod ab experientia proficiscitur, auxilium in confesso est: quod autem ab ipsa ratione est, bifariam constituitur. Primo quidem (vt identidem ostensum est) quoniam medicus naturę motum idoneum, atque conuenientem semper imitatur, natura vero multas ęgritudines a sanguine exortas, profusione sanguinis sanat: atq; eadem erit via, ac methodus inueniēdi vsus medicinarum purgantium. Secundo, quandoquidem creberrime euenit, vt alimenta immoderatius ingeramus, quo fiet, vt sanguinis copia immodica accumuletur, aliusue humor exuperet: quę sane corpus, aut venę sectione, aut purgatione, aut alia qualibet euacuatione, summopere indigere testantur. Nempe ad inediam, exercitiumue solum medentis consilium dirigi minime sufficit: dum scilicet affectus, qui a plenitudine, quę est secundum vasa, originem trahunt, curare studemus: illa nanque lentius, tardiusq; euacuant. Pręterea tale quid posset vsuuenire, quod illi contigit, qui per insomnium putabat sanguineo lauacro immergi, atque lauari, quod nos in sectione, quam de signis conscripsimus, alias recensuimus. Hic igitur consilij gratia ad Galenum quoque adit, illiq; affectum omnem recensens, tandem insomnij historiam adijcit: quibus persuasit sibi Galenus, & probe vereq;, sanguinem in homine auctum immodice: ideoq; venę sectionem fieri pręcepit. verum Galeni consilio haudquaquàm parens, Erasistratios quosdam medicas adijt, qui missione sanguinis (vt solent) neglecta, inediam solam pręcipiunt: qua obseruata fusi liquatiq; humores, calorem immodice succenderunt, & tandem extinctus eo scilicet pacto, quo ab infuso pręter modum oleo lucernę lumen strangulatur. Quando vero singulę nuper dictarum euacuationū vsurpandę sint, & hanc, an illam multùm intersit adhibere, in primis definire aggredior. Sunt itaq;, quę suadeant, ac dissuadeant euacuationem, affectio, vires, laborantis temperamentum, ętas, anni tempus, atque ipsa regio. Vniuersim autem ac summatim asserimus minime euacuationes moliendas, nisi vbi a modo, habituq; naturali humores discesserint, siue in toto corpore, siue in partibus quibusdam corporis, idq; vel quantitate, vel qualitate, vel vtraq; vitiati. At quantitatem quidem satis indicat tensionis quidam sensus, haud absimilis huic, qui post labores, exercitiaq; percipitur. Estq; plenitudo illa vocata secundum vasa, hoc est, quę consistit fusis per vasa humoribus. Altera autem, quę est vt ad vires plenitudo, tum a quantitate, tum a qualitate prouenit; ab eaq; facultates, quę & alendi & mouendi munus obeunt, grauantur, atq; (vt paucis absoluam) potestates omnes, quę functiones corpori suppeditant, quibus imbecillioribus, infirmioribusq; factis, succorum quoque, qui in corpore sunt, temperamētum naturale, simul ac modus vitiantur. Quamobrem vt plurimum, postremo dicta plenitudo laborem vlceris sensum referentem parit, quem sane improbi, vitiatiq; succi, qui ab hac plenitudine procedit, esse sobolem nemo nescit. Cęterum missionem sanguinis faciendam esse potissimum censemus, vbi omnes ex ęquo succi, qui in corpore habentur, immodice succreuerint, hoc est, quantitatem, quę secundum naturam illis debetur, prętergrediuntur: quod fit sanguine plus iusto adaucto, qui cęteros humores potestate in se continet, cuius incrementi immoderati nota non exigua est labor tensionis sensum adferens. Verum quod minus suadet venę sectionem, est vbi in quali ac quanto a modo naturali abeunt humores: qui item si qualitatibus suis sanguinis qualitati haudquaquam aduersentur, & minime crudi per corpus, atque lenti fuerint, vtilissime detrahi posse sanguinem demostrant. Atq; interdum ex accidenti sanguinis missio fit, vbi videlicet e naribus, aut hęmorrhoidibus, aut menstruis, & huiusmodi alijs sanguinem prouocamus: id quod tamen quanta cura poterimus, vitandum nobis erit. Pręterea huiusmodi euacuatio fit nonnunquam, vt a parte ad partem tantum reuellantur succi, ne foras e corpore propelli oportet, quandoquidem paucus sit in homine sanguis, atque is nihilominus vitiatus. Rursus vtroq; medendi genere aliquando vtimur, hoc est, & euacuamus, & auertimus, quando scilicet humorem, qui morbum procreat, auferimus, & ne rursus fiat, augeaturq;, pręcauemus. Omnino vero memoria firmiter tenere te velim, a vicinioribus esse

vacuandū, tunc cum medentis consilium ad solam euacuationem dirigitur: quando vero reuellere oporteat, & ad contraria trahere a remotioribus locis educendum: plenius autem & accuratius de his mox differemus. Cęterum varię illę indicationes faciunt, vt multum intersit, hanc vel illam venam incideris: quippe alias internam secamus, alias humeralem, alias mediam, quinetiam aliquando quę sunt in dextro brachio, interdum quę in sinistro dissecantur. Hac vero speculatione de missione sanguinis absoluta, succedit de ea, quę per medicamenta fit, euacuatione oratio. Purgatio igitur tunc maxime adhibebitur, quando succi sola qualitate vitiati abundant. cui scopo illum quoq; retro nobis scriptum adiūgemus, hoc est, ne adsit crudorum succorum, ac lentorum copia: quandoquidem tunc de concoctione, & medicaminum incidentium exhibitione ineundum esset consilium, atq; pręmittendum. Quamobrem aduertendum diligenter, vbi sit pręmittenda vel sectio venę, vel purgatio. Rasius etenim literis prodidit, sese frequentissimo experimento comprobasse (susceperat nanque eos, qui in nosocomio ęgrotabant, curandos) pleuritide laborantes interijsse, quibus detractio sanguinis ante purgationem adhibita fuisset: quorum rationem hanc ego quidē esse puto, ꝙ in penitiori corpore succorum vitiatorum copia immersa latebat, quę vbi mota, agitataq; fuit, & in actum (vt sic dixerim) producta, perniciem, mortemq; ęgrotantibus attulit. quandoq; vero cogimur sanguinē prius detrahere, quam purgatione vti: auxilium etenim id est pręsentissimum quibusdam morbis: quare ad id, quod magis vrget, animum consiliumq; medicos debet apponere, atq; ab eo exordiri curationem. Veruntamen mihi in primis charus Auenzoarus in ea est hęresi, vt purgatio missionem sanguinis pręcedere debeat: quādoquidem venę sanguine inanitę superuacaneas superfluitates, & ad alendum non idoneas exugunt, ab hisq; vitiosa intemperatura afficiuntur: quare sectio venę etiam dum aluum astrictiorem reddet, partibus scilicet exhaustis, exuctu quodam excrementa arefacientibus. Porro inter purgatorium & emolliens medicamentum hoc interest, ꝙ illud quidem succos attrahit, hoc vero aluum tantum mollit, & stercora educit. Abstinebimus item tum a purgatione, tum a venę sectione, vbi crassorum lentorumq; succorum & crudorum collecta per corpus fuerit copia. atq; is qui mittendum sanguinem vetat, scopus patet: qui vero purgationem prohibet, definiendus. Erunt igitur crassitudo, atq; lentor, quę non ita facilem faciunt purgationem: attrahet nanq;, atq; euacuabit medicamentum probos simul ac familiares succos; improbos autem pariter & alienos, vtpote contumaces, ac rebelles, relinquet. Porro Galenus noster nō febricitantibus purgationem per ea moliebatur, quę vim & calefaciendi, & dissecandi obtinent. iam vero febre correptis, frictionibus, atq; medicaminibus attenuantibus, simul mediocri calore pręditis vacuationē promonebat: id quod tum in sectione de tuenda sanitate, tum ea quę est de febribus, ad vnguem expolitum est. Rursus quēadmodum nuper nobis dictum est de sanguinis detractione, fit quoq; ex accidenti purgatio, vt cum purgantem medicinam exhibemus profluuio alui laborantibus, quę succum quidem morbum facientem depellit, atque euacuat, caussamq; adimit, affectum vero ipsum vehementiorem & auctiorem reddit: quod num a simili, an a contrario contingat, postea vberius diligentiusq; docebimus. Nunc ad clysteres accedamus, quibus tantum vtimur ad excrementa alui educenda: aut ad contrarium succos auertendos: nonnulli autem eos infundunt ijs, qui ęgre medicamentum purgatorium assumunt, atque item ijs, quibus vel iecoris, vel vētriculi vitium contractum fuit: nempe a medicamento purgante pars vtraq; solet affici. Atque vt in totum dixerim, vtilissime inijciuntur affectionibus, quę ab alui astrictione oriuntur, & intestinorum vlceribus, inflammationibus, doloribus, & renum, vesicę, atq; coxendicis affectibus. Ex his vero alij mites, alij acres, quidam simplicissimi, quidam ex multis pręsidijs confecti. Porro balnea tenues succos discutiunt, atq; euacuant: quare vbi a crassis viscidisq; humoribus aggeneratos morbos curabis, ab his abstinendum censeo, ne in deterius decidat corpus: solet etenim humorum moles inflammari, si ante concoctionem quis lauetur, quinetiam interdum partes principes vitiantur, atque inflammatione ten-

A tantur. Fames item in præsidiorum numero, quę facultatem vacuandi obtinent, collocatur: potissimumq; in ęgritudinibus, quę proximum vigorem, atq; iudicationem habent. Hactenus de intemperaturę, siue cum humoribus, siue citra humores factę, euacuationibus.

Quando sint faciendæ euacuationes. Cap. II.

PRoximum est, vt definiamus modum eorum, quę retro dicta sunt, secundum maioris minorisq; differentiam. Atq; ubi omnino his supersedendū, maxime euacuatione, & quę fit per contraria, curatione. Quippe identidem vsuuenit, morbum quidem suadere euacuationem, et contrarij adhibitionem, cęterum alia subesse quę prohibeant, quominus ipsis vtamur. At intēperaturę, quę citra humorem infestat, medicatio contraria adferendo peragitur: veluti si ita contigerit, ꝙ in duobus vel tribus gradibus ad quandam intemperaturam quis decidat, tunc salubrem caussam in huiusmodi affectu esse oportet, quę cōtrarietate duobus tribusq; gradibus pugnet aduersus intemperiem illam, quam vtiq; compertam habere minime posis, nisi prius dum sanitate frueretur, B hominis temperaturam percognitam tenueris: ad hęc regionem, ętatem, anni tēpus, victus, rationem, consuetudinem, virtutem deniq;, & caussam. Atqui sępius caussam virtutemq; consyderare prętermittimus, nisi si intemperatura humoribus afficiat. Quando autem pars quępiam intemperie citra humores corripitur, tunc indicationes curationis per contrarium desumuntur a partis ipsius temperamento, vsu, ętate, situ, postremo ipsius sensu: verum intemperaturarum cum humoribus curationis meta est, euacuatio. Causas autem, quę excrementa illa pariunt, consyderabimus, an scilicet a corporis affecti temperamento efficiātur, an non. Solet etenim in plerisq; naturis hominum talia immodice accumulari, ac colligi, in quibusdam vero ętas, anni constitutio, cœli status, alimenta, & omnis victus ratio huiusmodi superfluitatum prouentum adferunt. Quinetiā consuetę purgationes retentę, cuiusmodi hęmorrhoidarum, mensium, & aliorum consuetorum profluuiorum, excrementa efficiunt: exercitationum item derelicta consuetudo, simul & expurgationum. Ad hęc virtus quoq; non mediocriter adiuuat, quippe maxima ex parte ęgritudo ipsa euacuationi aduersatur. Cum vero virtutem dico, intelligere te velim facultates munere aliquo fungentes in corpore, veluti expultricem, motricem, atq; altricem. Cęterum indicationes euacuationis, quam vniuersalem vocitant, interdum assumūtur ab affectis partibus, pręcipueq; si ex numero principium fuerint, & earum quę munia obeunt pręC stantiora, cuiusmodi est ventriculus. Nempe si quis detractione sanguinis indigens, os ventriculi affectum imbecillumq; habeat, ab hoc auxilio sane quidem abstinebimus. Quando vero partem aliquam priuatim seorsumq; expurgare studemus, ea (quę nuper dicta sunt) situm, vsum, sensumq; contemplabimur, ab hisq; indicationes trahemus. Quinetiam ab ipsius corporis tota cōstitutione, quę interdum euacuationem postulat, interdum vero recusat: quod postremum accidit, dum plenitudo adest non toti corpori, sed priuatim vni particulę. Pręterea vteri in mulieribus gestatio alias euacuari debere, alias minime oportere significat. Sed de his satis, quę suadeant vel dissuadeant purgationem: nunc de curatione per contraria agendum. A plerisque igitur omnibus priscis medicis proditum est literarum monumentis, hominis temperamentum tunc parum a naturali constitutione declinare, cum aut naturę, aut ętati, aut ambienti nos aeri, aut anni tempori, aut deniq; regioni, & alijs huiusmodi congruit morbus: veluti cum quis adolescens, temperaturam calidiorem obtinens, in regione calida, constitutione anni calida, & qui victus ratione calidiore antea vsus, a febre ardente corripitur, huius quidem temperaturam pauco vitio tentari scire te oportet, quare præsidijs opitulabimur modice refrigerantibus. Quod si contra acciderit, senem scilicet, cuius temperamentum sit frigidius, in regione frigida, & anni constitutione, pari ardente febri affici, a naturali habitu longissime abesse,

& non exiguam temperaturę alterationem factam meminisse te velim. Curationem itaq; moliuntur cum insigniter refrigerantibus. Horum ego opinionē argumentis manifestissimis, validissimisq; refellere tentabo. ille etenim adolescens febre ardente laborans, opem sentiet, tantum ab extreme, eximieq; frigidis, e quorum numero caphura, & cucumerum aqua: quę seni exhibita pari febre correpto, calorem eius internum extingũt, atq; ob id perniciem, mortemq; accersunt. Verum quod in errorem tales viros adduxit, vnum est. Quippe existimarunt eundem ęqualemq; semper esse in iuuenibus, atque senibus natiui caloris in externum recessus modum, ac mensuram: quod sane absurdum est, alioqui quę vehementius refrigerarent, hoc est, tertij abscessus medicamenta, senibus vtiliter pręberentur: sic nanq; via ac ratio curandi intemperaturas nos docuit. Esto igitur iuuenis biliosus, primo numero ordineue calorem obtinens, febre corripitur, & ea quidem, quę calidum secundo abscessu efficiat: is profecto vno tantum numero a sua temperatura, insitaq; caliditate aberit; quamobrem commode non medebimur ijs, quę ordine secundo sunt frigida: nempe nimiam accipiunt alterationem in hominis iuuenis corpore ab igneo, acquisitioq; calore. Verum si nuper dictus senex primo ordine frigidus ab ęgritudine quapiam afficiatur, quę secundi abscessus calorem euocet, quis quęso, negauerit hunc magis quam illum adolescentem a temperamẽto proprio, natiuoq; discessisse? vnus nanq; vnico tantum abest numero, alter vero duobus, vel pluribus. Quamobrẽ curationi medicorum (quos retro iam diximus) adhęrendum non est. Quippe remedia, quę indicantur a recessu illo naturalis temperamenti, non omnino secura sunt senibus, mortemq; vt plurimum adferunt, quandoquidem principium partium, atque nobilium mediocritatem vitiant sua vi refrigeratoria: quo fiet, vt auctior, validiorq; euadat ametria, quam esse ęgritudinis interitusq; caussam, in confesso est. Pręterea qui priorem opinionem inuexerunt, eiusdem abscessus pręsidia frigida, senum atque iuuenum debere esse censent, hoc quidem argumento, ꝙ corpora calida primo, caliditatem secundi ordinis consequuntur: q̃ item sunt frigida numero primo, calorem secundi adipiscuntur: nec est alterum altero calidius. Quinetiam si adolescens frigidioribus, quã naturę suę cõgruat, medicaminibus vtatur, nullum ab his incommodum percipiet, at potius vtilitatem consequetur. virium etenim robur adeo validum obtinet, vt facile ipsorum vim demutet, alteretq;: quare naturam hominis haudquaquam vitiant, sed tuentur, atque ad temperationem reuocant. Contrarium autem senibus vsuuenire solet ob partium fere omnium, ac pręcipue principium imbecillitatem frigiditatemq;, propterea seni, qui valde deurenti febre laborauerit, idonea erunt, quę secundo abscessu refrigerant, idq; rationibus prędictis liquido patet. ad hęc qm̃ non ęque potest medicamenta vincere senum calor, atque iuuenum, & in substantiam igneam demutare. At quis rogabit, cur senibus vsqueadeo calidę febres eueniant: Cui in promptu respondere potes, pręposteram victus rationem talium febrium caussam esse: nempe si proba vterentur, vix accenderentur in senum corpore ita acutę febres. Nos vtique in sectione, quam de morbis scripsimus, ęgritudinum caussas duas tantum esse docuimus: vnam quę ab intemperatura particulę peculiari desumitur; alteram quę ab exterioribus cooritur. Si igitur temperatura laborantis, ętas, aer nos ambiens, regio denique morbo senum aduersantur, protinus consilium medentis dirigetur ad solam victus rationem. Atq; (vt in totum dixerim) vbi aer ęgritudini repugnat, vtilitatem eximiam ęgrotanti pariter, ac summam voluptatem medicanti adfert. Quamobrem si talis non fuerit, qualem diximus, artificio elaborabimus, ac parabimus eo ipso, quod in sectione de sanitate tuenda indicauimus. Cęterum qui a consuetudine expetitur scopus in medendo, an scilicet quid fieri debeat, an non: & si fiat, quo pacto, quaq; mediocritate id efficiatur, nunc definietur exemplo potionis aquę frigidę in febre ardentissima. Nempe si qui laborat, dum sanus degeret, aquae frigidę potui assueuit, intrepide, ac tuto (vel iocinore oreq; ventriculi imbecillis) illam propinabimus: ꝙ si contra non assueuerit, sine periculo exhiberi non potest; verum necessitate plerunq; adacti illam bibendam praebemus, sed &

parcius,

A parcius,& minus gelidam.Quid autē consuetudo, quę est acquisita natura, valeat,satis superq; nosti:atque etiam subitas omnes,ac repētinas mutationes perniciosas:paulatim nanque ac sensim progrediendum,cum ab altero ad alterum transitus fit,id quod potissimum a prudente natura in constitutionum anni mutatione obseruari spectamus,lente quippe ac gradatim a contrario in contrariū pergit:alioqui si derepente frigus inmodicum calori succederet,intolerabile id animantium generi foret.Sunt vero qui tantam vim consuetudini tribuant, vt afferant fuisse quosdam,qui a teneris,venenis edūdis assuescerent, nullū ab his incommodum sentientes,sed alimoniā ex his,quemadmodum ex probi succi edulijs,suscipientes.Quorū ego sententię minime accedendū arbitror: quare in libello de theriaca & venenis,multis demonstrationū argumentis docui, illos grauissime peccare.Quod aūt auxilia esse mutanda censent, nec vnico tantum vtendū,probe quidē dictum est, ne scilicet natura assiduo vsu corpori assimilaret medicamentum,atque id,quod præstare debuit,impediat.Porro nemo nescit virtutem maxime esse spectandam,vbi euacuationem cogitamus. Alterationis vero modū indicabunt,qui hecticis febribus correpti aquæ egelidæ balneo lauantur,vtiliter primo,sed si diutius vterentur,partes ipsorum principes vitiarentur,mortemq; indubitato obirent:quod Galenus noster multis in locis doctissime tradit,exemplisq;,atque historijs confirmauit:cuiusmodi est illa adolescen-
B tis intemperie citra humorem affecti,qui cum summopere aquæ frigidæ potionem expeteret,hancq; medici denegarent,statuit moriendum sibi potius,quam sic excruciari.quare auidissime atq; immoderatissime frigida exhausta, statim ab intemperatura liberatur:verum eximia aquę frigiditas deglutitionis functionem insigniter læsit,atque tandem miserrimus ille medicorum inscitia interijt. Præterea intemperamenti, quod cum humoribus consistit,medicatio duos scopos obtinet:interdum etenim indicatio sumetur ab alteratione intemperiei diuersa ab ea,quæ ab humoribus intelligitur.Exempli gratia,febres quæ ab succis putrescentibus ortum habent,potissimūq; a crassis,lentis,atque crudis, quatenus intemperatura constant calida,ac sicca, medicaminibus indigent refrigerantibus simul ac humectantibus. quamobrem cōcoctioni(qui alter est scopus) maxime obsunt. Oportet igitur natura prudentem & experientē hic esse medicum,vt inde vtilitatem,non perniciem consequantur laborātes:quippe quod in primis esse necessarium,idoneumq;.pituitosæ febris curationi existimamus, ab euacuatione proficiscitur vitiosorum succorum:quod nō idem accidit biliosis febribus, quandoquidem ipsarum symptomatis solum occurrere debemus. Atqui si vtrunque parem vim considerationis postulet, tunc æquam vtrique medicationem adhibendam esse putato. Quando vero a symptomate periculū nō imminet,caussæ ablationi modis omnibus studendum est, quippe eo pacto ex-
C quisita fit morbi curatio.Ad hæc vbi ægritudo,& symptoma huic superueniens contraria fuerint,veluti febris ac syncope,sic erit opitulandum: febri nanq; refrigerātia apta sunt,animi vero deliquio calefacientia:atque illa vacuatione indiget,hęc aūt alimēto.Quinetiā symptoma illud cōtrariū ad morbum contrariū primo sequitur,cuiusmodi defectus animi ab inanitione factus. Aliter vero in diaria contingit,in qua videlicet citra humorem causa consistit: atque item aliter,quando ab exterioribus intemperies generatur,cuius curationem te ignorare non arbitror.Hactenus de totius corporis intemperaturę indicationibus.

Curatio,quæ singulis partibus debetur. Cap. III.

NVnc ad eas,quę priuatim singulis partibus debentur, nostra se vertat oratio. Si igitur in vna corporis particula ægritudo consistat, quemadmodum si cerebrum intemperie frigidiore afficiatur,mitior quidem ac leuior erit morbus, quippe haud ita multum symmetriam naturalis temperamenti prætergreditur. quare præsidia modice calefacientia idonea erūt cerebro;at partes alię refrigerari validius debēt. Hic aūt easdē assumemus

indicationes, quas supra cum de sene ac iuuene fieret sermo, scripsimus. Cerebrum igitur tuto calefacere potes, refrigerare non citra periculum: cęteras vero particulas, quæ tēperamento sunt frigido, quales nerui, si a frigore lęsionē traxerunt, vtiliter ac secure calefacies: idq; non immodice faciendum, ne a sua temperie abscedant. Eadem de siccis atque humectis dixisse putato, quoniam partibus noxa tantum accidit ab elemento in ea præpollente. Maximam vero solicitudinem habendam tibi esse censeo, cum partis affectæ magnum in corpore vsum cognoueris: id genus sunt partes princeps, quæ eximie necessarijs functionibus præditæ sunt. Quippe ipsarum robur fouere, atque adaugere penitus conaberis, ne per consensum (vt fieri solet) nobilissimum cor, a quo calor omnis natiuus, ac denique vita ipsa dimanat, vitietur. Quamobrem in talium morbis, vehementer cōtrarijs non erit vtendū, potissimumq; vbi refrigeratione opus est. Iocinori etenim vel immodice calefacto verebimur auxilia adferre exquisite refrigerantia, quandoquidem opus eius omnibus particulis est necessarium. Intelligens igitur partium omnium tum functiones, tum vsus (quos in alia sectione indicauimus) haud difficulter inuenies, quatenus cuiusque robur custodiri debeat. probe insuper dictum est, societatem consensumq; non exiguam nobis indicationem suppeditare, veluti cum ori ventriculi calidiori refrigerantia immoderate admouemus, cerebrū ipsum vitiari necesse est, quod natura est frigidius. D Neque item iecur insigniter refrigerandum, propter eius cum corde societatem. E Cæterum istæ vniuersæ indicationes, quæ calori contraria magnopere non esse adhibenda demonstrant, propter vnicum cor, cuius officij dignitas maxima est, atque ægrotantibus maxime omnium necessaria, quodque potestate particulas alias continet, quamuis vnum actu, & energia existat, id quod in sectione de functionibus sanitatis nuper nobis scriptum est. Quinetiam summa cura aduertes, iocinore intemperie calida laborante, cor non esse negligendum, vbi curationem aggrederis: etenim id medicamentis, id genus facultatem habentibus, refrigerabis: quoniam identidem caloris iocinoris causa existit. Verum enimuero non solum nos oportet consilium dirigere ad calfaciendum, refrigerandum, humectandum, atque siccandum cor, sed etiam ad potestates, & functiones auxiliorum secundas, tertiasq; vocitatas. Postremo a situ indicatio assumetur: quæ etenim per summa corporis intemperie laborant, imbecilliora præsidia postulant: quibus autem in profundo corpore intemperatura consistit, vtiq; multo validiora exhibebimus: alioqui multo infirmiora quā pro vsu tuo ad locum peruenient: soluitur nanque ratione longioris interualli vis medicamenti, quod maxime testantur pulmonis ægritudines.

De missione sanguinis. *Cap.* IIII. F

RE Estat, vt de indicationibus contrariorū expositis, duas præcipuas euacuationis differentias, purgationem, atque sanguinis missionem explicemus, quarum variæ sunt indicationes. Igitur in venæ sectione attendenda sunt in primis, virtutis robur, atque imbecillitas, vehemētia morbi, siue adsit, siue futura sit, ætas, anni tempus, regio, præsens aeris constitutio, vita ante acta, consuetudo, denique omnis viuendi ratio: quæ vniuersa concentu quodam ac concordia, si detrahendum esse sanguinem significent, audacter intrepideq; venam incides, vnoquoque diligenter considerato, ne pars quæpiam corporis affecta id prohibeat, veluti cum quis ventriculi os refrigeratum obtinet, simul ac nauseabundum & imbecillum. Porro ætas, in qua potissimum vena vtilissime secatur, ea est, quæ florens ac vigens dicitur: postquam facile tolerant & ij, qui septimum septennium ingressi sunt, idque interdum ad septuagesimum vsque annum, verum minor, parciorque euacuatio fiet, quā cæteris. Quibusdam autem octogenarijs citra periculum & commode mittetur sanguis. Pueris vero ante decimum quartū annum Galenus omnino vetat detrahi: quāquam Auenzoarus memoriæ dederit, se filiolo trimo venam dissecuisse, atque hunc a morte tali remedio liberasse. Qui vero viribus infirmioribus degunt, in

A totum ab huiusmodi euacuatione arcendi: quippe sanguine misso virtus semper ijs extreme concidit, nec postea reuocari, recolligiq; potest. Quod si vitæ discrimen, iacturamq; futuram (vt in senibus apoplecticis) & alijs ipsorum morbis peruideas, sane id genus auxilij vsurpabimus, prudenter tamen & moderate vacuantes. De temporibus autem anni, ver accommodatissimum venæ incisioni. Aestas maxime, si constitutionem suam seruauerit, inimicissima: exoluuntur etenim facillime spiritus ac vires, imbecillioresque sunt: quare si necessariam missionem sanguinis perspexeris, modica sit oportet, atque parca. Hyems quoque vetat: concrescit nanque tunc sanguis simul ac conglaciatur, crassescitque. Postremo autumnus, siccitate caliditateq; æstati proximus, talem euacuationẽ interdum dissuadet, tum propter ventorum tumultus, qui in eo excitantur, tum ob inconstantiam suæ constitutionis. interdum item autumno quibusdam venæ sectio conuenit, natura ac morbi magnitudine cogente: quantitas autem ac mensura minor erit, quam ea, quæ vere detrahitur. Præterea vbi intendimus partem vnam tantum corporis vacuare, in qua plenitudo quoque consistat, tunc sanguinis quantitati educendæ mentem adhibebimus: nec vno impetu id faciemus, sed iterando, quippe confertim facta euacuatio insigne periculum quandoq; adfert.

B *De purgatione.* *Cap. V.*

NVnc de medicamentorum purgantium potione differendum est: cuius modum ac mensuram exacte perpendemus. Hanc igitur neque pueri, neque extrema senectute confecti assumere debent. Tempora autem anni purgationi conuenientissima, vt prodiderunt doctissimi, antiquissimiq; medici, ver, atque autumnus: quoniam ijs constitutionibus succi a mediocritate naturali, qualitate tantum declinant. Aestate item, atque hyeme euacuatio quæ fit per medicamenta, noxia est: illa nanque siccitatem, caliditatemque immodicam inuehit: hæc succos contumaces ac rebelles efficit. Porro qui sanitatis tuendæ gratia medicationibus tantum vtuntur, cõstitutione temporis pluuia, atque humidiore purgabuntur: quippe huiusmodi aeris conditio ac status peropportuna sunt. Consuetudo insuper magnum in hac re (sicuti & in alijs rebus) habebit momentum. Quinetiam aliquam corporis partem purgaturi eiustum positiuram, ac situm, ac denique cum alijs societatem, & conspirationem exquisite contemplabimur, quod nos supra de venæ sectione proposuimus, cuius quoque nunc meminisse non erit alienum. Cerebrum etenim cum quis euacuare volet missione sanguinis, humeralem venam dissecabit, quæ cerebro magis consentit, quam interna. Auersionis item gratia prædictas indicationes spectamus: quippe C mensibus immodice profusis, ad mammas cucurbitulam agglutinamus: atque profluente e naribus immoderatius sanguine, siquidem e sinistra nare fiat, lieni: sin e dextra, iocinori applicamus cucurbitulas. Quod si superiora laborauerint, inferiorem euacuationem præcipiemus: quoniam id genus auxilium tum vacuat, tum auertit. Quamobrem eximie confert vomitio affectibus partiũ infernarum: purgatio vero supernas tollit ægritudines. Præterea a membri figura ac formatione scopos indicationum habebimus: ventriculus quidem vomitu deiestioneque vacuatur: iocinoris gibba per vrinam, si modico succo referta sint: nam si plurimo, pharmaca deiectoria quoque tolerant: ad hunc modum, caua deiectione tantum purgantur. Quinetiam ipsa intestina, ac denique renes & vesica per canales vrinales, si paucus sit succus: sin autem multus, vtiliter deiectorijs medicamentis expurgabuntur. Quamobrem prudenter quoque sese gerere debet medicus, dum interiorum abscessus curat, nempe purgantium pharmacorum transitu irritari solent, atque inflammari, nisi sint ex his, quæ nostrates imbecilliora, benignioraq; docuerunt: gargarissatus item gulæ inflammationes, atq; abscessus adaugent. Quoniã aũt non parua est functionũ (sicuti alias scripsimus) dignitas, atq; nobilitas ad ęgros cõseruãdos, sed aliæ magis his, alię minus salutares sunt: equidem ad portionẽ actionũ dignitatis & vsus atq; nobilitatis, cuiuslibet particulæ consulẽdum est robori: oportet etenim minorẽ maioremue

societatem cum corde habere. Exempli gratia: iocinoris abscessus qui ad vigorem peruenit, discutientibus rite, ac merito curari postulat, quemadmodum alij omnes abscessus: partis vero summus in corpore vsus facit, vt adstringentibus aliquantum odoratis vtamur. Non prætereunda vero intentio, & ea quam particularum sensus acuitas, hebetudoq; præstant, quando quæ acutioris sunt sensus vehementia medicamenta haudquaquam ferunt. Cæterum medicorum nonnulli putarunt intemperiem ex se, succi, qui eam peperit, euacuatione nequaquam indigere: quos ego quidem censeo, purgationem intellexisse, quæ intemperaturam plerunque adauget. Sunt præterea alij existimantes in febrium acutarum initijs deiectionem omnino vitandam: succis videlicet contumacibus, ac rebellibus existentibus: de hoc vero infra differemus vberius. Iam ad Hippocratem veniamus, qui scriptum reliquit, mulierem vterum gerentem, cui detractus sit sanguis, abortire: & alibi, vterum gestantes esse medicandas, si materia turget, quarto mense, & vsque ad septimum. Hoc in loco non possum non magnopere angi, atque dubitare, cur purgationem venæ sectioni prætulerit. Ego sane (vt ingenue quod sentio, fatear) sanguinis missionem, si adsit plenitudo, qua fœtus non egeat, haudquaquam reformidarem: deiectionem autem quæ medicaminibus purgantibus efficitur, omnino vitabo: quandoquidem (vt summatim dixerim) a purgatione nullus commodus finis prouenire potest: fœtum nanque viciat purgans medicamentum, ob deleteriam, qua constat, essentiam: quinetiam ad fœtum improbos succos defluere, ac decumbere cogit, qui hunc insigniter afficiūt: purgatoria insuper medicamina vrinam citant: hæc aūt menses appellant: quæ item menstrua prouocant, abortum vterum gerentibus adferunt. Hactenus de ijs quæ generatim vniuersimq; sumuntur indicationibus rationis medendi, quæ tanquam capita, ac principia curanti necessaria sunt. Restat igitur omnem intemperiem, siue cum humore, siue citra humorem consistat, aut toti accidere corpori, cuiusmodi est febris, aut vni tantum particulæ. At quæ cum humoribus fit, duplici constat differentia, quippe aliquando in partis cauitate, aliquando in ipsius essentia infixa, impactaq; est: idq; citra tumorem interdum: alias autem cum tumore, qui abscessus vocitatur. Verum initium faciemus ab intemperie toti corpori communi: deinde eam, quæ vnicuique parti aduenit, definiemus: postremo de abscessuum curatione.

Omnium diariarum febrium curatio generatim. Cap. VI.

Diariarū curatio duas indicationes habet.

DE ephemeris primo sermo nobis habendus est, quarum curatio duas indicationes obtinet: Vnā, quæ docet intemperiem calidam, ac siccam refrigerando, humectandoq; auferendam, & ad temperamentum reuocādam: Alteram, quæ caussis externis, atq; euidentibus repugnandū suadet: quandoquidem diaria nihil aliud est, quam intemperatura citra humores a præincipientibus vt plurimū orta caussis. Quatenus autem sit refrigerandū, atq; humectandū, multa nobis indicabūt: in primis ęgrotantis temperamentū, ætas, aeris conditio, anni tēpus, regio, atq; consuetudo; postremo caussæ, quæ hāc febrem euocant. Aduertas insuper refrigerationē, quæ primo febribus adhibetur, a cibis & præsidijs vim frigidam habentibus suppeditari. Quæ vero secūdario atque per accidens fit, lauacro aquæ calidæ temperatæq;, idq; potissimū in hac febre, quæ spiritus maxime inuadit, eosq; in halitum vaporosum vertit. Quamobrem nisi discutiatur, immoderatam toti corpori flammam suscitabit: quo fiet, vt in putridam degeneret ephemera. Balneum itaque huiusmodi omnibus vtiliter curationis ergo præcipietur. Aquā item oportet tantam nancisci differentiā, quantam caussę febrim efficientes obtinuerint. Accidit interdū diaria a cutis stipatione, tum ob frigus, tum ob balneū prętermissum, tum ob lauacrum aquarum vim astrictoriam habentium, quales aluminosę, aut deniq; propter corporis totius squalorem, qui a calore aeris immodico prouenit. Atque in totum calidiores, sicciores que natura corripit ephemera.

A *Curatio speciatim diariarum.* *Cap.* *VII.*

QVi igitur densatione cutis febricitant, post accessionis declinationem dulci aquæ temperatæque lauacro committentur: frictiones item cum oleo dulci tepido mediocres lenesque vtilissimæ sunt Nec sunt bis terq; lauandi, quoniam eos tantum sic curabat Galenus, quibus balnea consueta essent. Quinetiam perfusio aquæ frigidæ a lotione iterata (vt ego quidem sentio) incommoda erit, obstruentur etenim atque stipabuntur cutis meatus. Est vero quando reclusi immoderatius fuerint, egerque immodice calefactus, non inutilis futura. Porro a balneo alimentum dabimus, siquidem ægri temperatura calidior, ac siccior fuerit, anniq; tempus calidius, refrigerans simul ac humectans, cuiusmodi ptisana, quæ omnia excrementa generose promouet, ac depellit: deinde ab huius concoctione pisces saxatiles, pariter & perdicũ carnes offeremus, & id genus alia. quod si aliam haberet accessionem, superiora reiteranda sunt, talisque victus ratio.

Quia vigilia, tristitia, atque ira, diaria corripiuntur.
Cap. *VIII.*

B

QVi ob vigilias, tristitiam, iam febricitant, etsi curationem eandem fere expetant, tamen quæ ab ira proficiscitur febris, maiori refrigeratione indigebit, quam quæ a vigilia, aut mœstitia: quarum equidem nulla frictiones desyderat, solo balneo mediocri contentæ. Ad hæc quas vigiliæ, ac tristitia accendunt, magis humectabimus, somnumq; diuturniorem præcipiemus, modisque omnibus laborantes exhilarabimus.

A solis deustione. *Cap.* *IX.*

QVæ a solis immodica deustione excitatur, refrigerationem postulat, quæ fiet, si diutius in aquæ temperatæ lauacro immoretur æger, simul ac frictione modica cum oleis refrigerantibus, cuiusmodi est quod ex viola purpurea paratur, cuius perfusio summe vtilis erit.

Ab algore. *Cap.* *X.*

C

SI quis ab algore diaria correptus sit, is pariter lotione calida vtetur. Atqui aer balnei, quam ipsum lauacrum, commodior est. Caput item rosaceo calefacto perfundendum, nam cæteris frigido rigamus. Cibi erunt temperati, aut aliquatenus calidi, vt sunt turtures: mulsa quoque maxime idonea. Verum (vt summatim dicam) lauacrum diarijs omnibus, præter eas quæ a destillatione frigida oriuntur, & quæ ex inguinum tumoribus, conuenientissimum. At si ab æstu destillationes veniant, lauandos iubet Galenus, ea tantum ratione, quod putarit ad concoctionem tenuiorum succorum balneum sufficere, quippe crassiores per vniuersum corpus diffundit. Quamobrem ante coctionem absolutam lauandi non sunt. Erit autem balneũ dulcis, atque temperatæ aquæ. Vini autem exhibitio communem in cunctis ephemeris intentionem habet: vini inquam aquosi, albi, tenuis & odoris: præcipue si ægrotantes per sanitatem vino bibendo insueuerunt, bibendum id erit: nam & concoctionem adiuuat, prohibetq; ciborum in ventriculo fluctuationem, flatus discutit, vrinam atque sudores prouocat, animam exhilarat. At potissimum ijs qui vigilijs, curis & tristitia macerantur, liberalius vtilissime bibitur. Qui vero ira excanduerunt, affectu mitigato tuto potabunt, alioqui futurum noxium.

A fatigatione. Cap. XI. D

QVae a fatigatione contracta est febris, ratione victus refrigerante tantũ curabitur:alimentorum vero tantum ingerent laborantes, quãtum conficere possint, ac superare: solet etenim immodice cibatis nausea superuenire.

Ab inedia. Cap. XII.

POrro si ab inedia febris contigerit, edulia probi succi, omninoq; concoctioni parata dabuntur, quæ tum refrigerent, tum humectent. Quamobrẽ si in accessionis initio cibentur, febrem arcebis.

Quæ ab abstructione. Cap. XIII.

CVratio ephemerarum plurium dierum, quę ab obstructione proueniũt, primis tribus diebus sola frictione perficitur, cum seminum peponum farina, hordei, milij, fabæ, erui: vtiliter quoque assumetur oxymel ex aqua iridis, aut adianti. At si talibus non cesserit, tertiumq; prætergrediatur diem, iam tibi erit coniectandum, an plenitudo adsit: quæ agitata prædicta frictione ægro incommodum adferre valeat: quippe ab huiusmodi remedio maior fit meatuum obstructio, q̃ apertio. Quamobrem rationem curandi mediam inter diarias, ac putridas cogitabis, idque accidet, si plenitudinis notę missionẽ sanguinis, aut alui deiectionẽ indicarint: quæ prudenter a te considerabũtur experimento. Quandoquidem sola disciplina citra experimentum explorare minime posses in singulis indiuiduis, quid, in quali, ac quanto sit faciendum. Neque solis vniuersalibus thecrematum scopis fidendum: quippe experientia principia quæq; particularia indiuiduorum suppeditat, quæ literis ad vnguem explicari nõ possumus. Quare quo minus medicinam exacte calleamus, in causa erit id scilicet, q̃ experimento magis quam ratione stabilitur: vnde Hippocrati doctissime proditum, vitam breuem, artem vero longam esse. Nos itaque huic arti operam minime tam diligentem nauasse non ignoramus, vt sim in ea opinione, in qua sunt non pauci nostri temporis medici, qui putant se ad summũ peruenisse, quorum ego vanam gloriam non possum non demirari: quippe solos Auenzoari filios magistros medendi existimo, quorum vitam longissimam faciat Deus optimus maximus. E

Medicina magis experimento q̃ ratione stabilitur.

Temperamenta calida, ac sicca. Cap. XIIII. F

IN corporibus temperaturæ calidioris, ac siccioris sæpenumero ab astrictione, siccitateque accenduntur diariæ: quinetiam cruditatibus succedũt, in quibus alimenta in nidorosam & fumidam qualitatem vitiantur. Febricitant et alij & ex ijs, quos alui profluuium a cruditatibus male habet, quod a ciborum corruptione & rosione fieri solet. Ex astrictione quoq; alui huiusmodi temperamenta in febres prompte incidunt: astringitur vero aluus caliditate, ac siccitate, atque facultatis propulsoriæ imbecillitate. Est autem eorum, quibus fluit aluus, sanationis cura sic habenda, ab humoris quidem deiectione & vacuatione: siquidem alui profusio cessauerit, in balneum ducendi ægrotantes, atque victus offerendus ventriculum corroborans in febris remissione: deinde firmando ventriculo, & quę circa eũ sunt partibus, vnguẽta ceratáq; admouere. q̃ si alui fluor viget, a lauacro abstinebis, quæ est Galeni sententia: quãquam recentiores medici vehementia alui profluuia balneo curare se prædicant, auersionem ad contraria esse putantes: quam rationem medendi vitabimus, fit. n. ex accidẽti, & prope dixerim per similia. Cibandi autem sunt fluente etiãdum aluo, nec balneo cõmittendi. Consuletur itẽ vẽtri, si modo vacuatio amplius nõ duret, pe-

A niculo oleo absinthino, aut rosaceo imbuto. At si mastichem tritam oleo rosaceo miscueris, remedium præstantius efficies. Præterea (vt paucis dicam) partibus quæ ex numero sunt principium, energia frigida nusquam applicabis. Si autē ventriculus deuratur, commiscendus erit prę scriptis oleis suminitatum vitis succus, item cydoniorum malorum succus, quinetiam ex balaustijs, hypocisthide, & palmularū carne medicamēta confecta adijciemus, quibus si cerā addideris, ceratum efficies. At sunt medici non paucissimi rogantes, cur a Galeno ventri intemperie calidiore affecto mastiche cum oleo rosaceo misceatur: Quibus hoc responsum volumus, aliam esse indicationem ab intemperatura sola, aliam vero ab intemperie partis: quæ postrema id docet tantum firmandæ particulæ gratia, idonea esse, quæ vna cum astrictione, amara & odora sint: in quo primi, qui experimenta sectabantur, lapsi sunt, qui intemperaturæ nullam habebant solicitudinem: quod Galenus eos fecisse testatur in quodā, qui calida, siccaque intēperie ventriculum affectum habebat. Magno itaque studio cōsiderabimus, an intemperatura adsit iam vehemens, vt ab ea periculum immineat: quandoq; etenim firmantibus ventrem tantum vtemur, quandoq; vero refrigerantia commiscebimus adstrictionis non expertia, quo in numero multa sunt. Cibandi insuper fluente aluo his sunt, quæ adstringunt, & id pro vacuationis mensura. Quippe si exigua deijciat, panem tantum biscoctū vocitatū cum saccharo pręparatum, Dubio.

B aut cydoniorum malorum succo offeres. Sin aūt aluus copiose fluat, validiora dabis, cuiusmodi est biscoctus panis ex hordeo cum succo cotoneorum apparatus. Quinetiam commodissime malorū punicorum succum, pyrorū, vel malorū Galenus exhiberi prodidit. Quod si appetentia careāt, medicamento quod ex cotoneorū succo, vel eorū fit carne, vtitor, cui & mastiche admixta sit. Tradita vero in libris de sanitate tuenda a Galeno medicamenti id genus cōpositio. At nos quod piper, aliaq; medicamenta calidiora continet, minime tunc probauerimus, maximeq; in nostra regione, tēpore calidiori, & temperamento. Si autē aluus penitus cohibeatur, nihilq; reddat, considerandū in qua parte cibus consistat, & num in ventriculo, aut intestinis. Quippe si in ventriculo, & supernis partibus, Galenus iubet, quod diatrion pipereon appellatur, dari, sed non medicamentosum illud, verū quod est simplicissimum, & ab eodem in libris de sanitate tuenda traditum. Est præterea ijs vtilissimum, quibus cibi in ventriculo acescunt: nempe ab eo abstinere oportet illos, qui ventriculum calidiorem obtinēt, & cibos propter caliditatem auersantur. Dictum vero a Galeno, & a nobis in sectione ægritudinum repetitum, partem quālibet æque intemperatam reddi, atque imbecillam a calore, quā ab algore: verum quæ a frigore fiunt, essentialiter erunt, quæ a calore, ex accidenti: quemadmodum solis caliditas vehemens ignem extinguit, & fornacis, aut camini flamma validior lucernæ lumen: quod

C eadē ratione coniectare possumus de ventriculi intemperie, ac nausea, quæ a caliditate efficiuntur. At Galenus consilium curationis ad frigidatē tantū direxit, quę ex accidenti ventriculo contingit, quā indicationem a sua regione sumpsisse, non est dubium. Iam vero quę medicamento ex cotoneis miscentur, vtiliter sunt agalochus, mastiche, & chariophili: quod ita temperabitur, vt cotoneorum frigiditas semper præpolleat: quod si citra cotonea medicamē parare velis, habes materiam eorū, quæ refrigerant, & astringunt, vberiorē. Omnino aūt prouidebit medicus huic, quod magis vrget. Quinetiā pluris, minorisq; ratione præsidia, tum frigida, tum calida augebimus, ac minuemus, si morbus expostulet. Galenus horū ventriculum aqua calida perfundi iubet, vt relaxatio fiat: quā vt timide, ac prudenter facias, suadeo, ne vēter afficiatur, cui penitus talis perfusio aduersatur. Nec te moueat indicatio, quæ a morbo est, demonstrans id genus remedij commodum fore: maius nanque periculum a natura particulæ non animaduersa instat: quamobrem quę supradicta sunt, semper cōmixta accipiemus, aut in totū idonea adferemus. Porro si ex vētriculo nutrimentū descenderit, tūc perfusio illa peroptima est: atq; hic quoq; spectandū, ne ad partes irrigatas alimēta incocta trahatur: proderit itē leuis infusio per inferiora, vtique si rosio, aut flatus nō adsint, ex oleo, melle, & exiguo sale: sin vero simul vrgeat rosio, adi-

pem anserinã,an gallinaceã liquabimus sin autem flatus discrucient, oleo inco- D
quemus rutã,semina itẽ quæ & discutiãt,& comprimant,qualia sunt apij,cumini,marathriq;,aliaq; id genus:qñ vero flatus ac nausea simul afficiunt, interni caloris imbecillitatẽ arguunt:quare nec refrigeratione,nec calore seorsum vtendum,sed simul temperabimus,commiscebimusque. Hęc item febris quandoque ad tertium peruenit diem: verum nihil verendum,modo ea qua diximus, ratione curentur,& post euacuationem lauacro committantur. Iam vero in quibus ructus acidi fiunt,& nausea laborant, ephemera talis minime excitatur: quippe fumidus vapor ab illis non ascendit,sed potius halitus frigidi. Præterea frigidi humidiq; natura,pariter frigidi humidiq; natura,pariter frigidi ac sicci raro ab huiusmodi febre capiuntur:calidi vero,atque sicci promptissime, atq; maxime ob inediam,& exercitationes immodicas,ac balneum prętermissum.

Qui raro a febre capiãtur.

Febres ex inguinum tumoribus. Cap. XV.

QVę vero ex bubonibus fiunt,sanantur tumore curato:qui si a fluxione oriatur,purgatione opus est: si a sanguinis copia exuberante, sectio venę conuenit.hoc etenim auxilio pręcauebimus, ne in deteriores ęgritudines transitus fiat. Galenus quidem lauandos docuit,quod esse faciendum in declinatione censeo: vinum quoque vitabũt, ac ratione victus tenui vtentur,quousque liberentur. Hactenus de ephemeris, quas vt prolixius a medicis tractatas,compendiose tradidi: habes enim a Galeno multis in locis,& a nostratibus definitas copiosissime. E

De synochis febribus. Cap. XVI.

SEquitur vt de febribus acutis(quas synochos Gręci appellant, nos continentes)differamus,quas ex copioso,ac calenti sanguine fieri docuimus in sectione ęgritudinum:aliquando quidem nondum putrescente, interdum vero iam putrido. Tres autem sunt omnino differentię. aut enim eadem febris vehementia permanet ab initio ad finẽ,quod accidit,qm̃ par est ei, quod accenditur,transpiratio:aut addendo exiguũ quiddam inualescit semper,nempe minor est vacuatio eo,quod adijcitur:aut deniq; aufertur semper,atq; minuitur, idq; qñ quidem qđ vacuatur,ac transpirat,altero copiosius est. Curationis itaq; meta febris huius,quę a plenitudine vasorum contingit, erit sanguinẽ detrahere,maxime vbi nondum sit putridus.Quam sane euacuationem iubet Galenus vsq; ad animi defectũ ducere,modo viriũ robur adsit:primũ nanque celerrime ex animi deliquio refrigerantur:postmodũ necessario alui deiectio superuenit: quinetiã interdum biliosa vomitio.Huic vero opinioni ne omnino accedamus, facit naturę imitatio,medico semper vsurpanda. At prudens natura nusquam profluuio sanguinis ad animi defectũ morbos probe iudicauit:quin potius, si ita contigerit,mali,atq; exitialis iudicij nota est,facultate.s.propulsoria immodice valida,& quod bonũ quoq; erat vacuante. Ad hęc non ob aliud quęritur sanguinis missio,q̃ vt qui redundat in corpore sanguis, minuatur, simul ac naturę modus cõueniẽs,ac mensura custodiatur:quod equidẽ citra sanguinis iacturam, cui spiritus vitalis admiscetur,nequaquam fiet. Pręterea id pręsidium solam refrigerationem corporis pręstare testatur Galenus: quę vtique ex accidenti facta insigniter periculosa est.Quamobrem externi caloris exiguum quiddam relinquere tutius censemus,q̃ natiuum, vitalẽq; minorem facere: fieri item non potest,quin in tali corpore,quale proposuimus,continẽti febre correpto, nõ adsit putredinis alicuius alterius succi significatio,ac ꝑparatio, quę maior euadet, viribus,quę cõcoquere,ac vincere debent,imbecillioribus effectis,calore interno,videlicet imminuto,atq; ꝓpterea gubernare nõ valente,erratumq;,qđ acciderit,resarcire non potẽte.At notę,quę febrẽ continentẽ citra putredinẽ exortã indicant, inconstantes sunt,nec solidę. Igitur cum & ex vrina, & pulsibus pu- F

Differentię febriũ synocharũ tres.

A tredinem subesse spectabis, caue, ne ad animi deliquium detrahatur sanguis: quandoquidem vel a sectione venę ad septimum diem permanebit putredo, quam euincere haudquaquam poterit virtus, tanta vacuatione facta imbecillima. Galenus non esse concoctionem expectandam censet, quando in putrido accenditur sanguine, sed statim a principio venam dissecare, postmodum ad aquę frigidę potionem mentem adhibet, docetq; diligenter esse discendendum indicationes, quę vel arceant, vel iubeant propinare. In primis itaq; consyderandum, num in humoribus concoctionis notas videris: an tumor aliquis in principe particula ex abscessuum genere consistat: an item ventriculum habeat is, qui ęgrotat, aut frigidum, aut imbecillum. Quinetiam si frigidę assuetus ęger sit, quippe cuncta hęc vel audacter exhibendam, vel trepide indicabunt. Cęterum intemperies, quę quo ab huius potione vsuuenit, aduersatur omnino ei, quod causam febris adimere debet: quippe humorum cruditatem facit, omnemq; concoctionē ipsorum tardat: febris autem nullo pacto abibit, nisi quę eam fouet, causa prius adimatur. Nonnullis insuper ex intempestiua, immoderataq; gelidę potione vētriculus, alięq; particulę principes adeo refrigeratę sunt, vt nusquam robur pristinum recolligere potuerint. Atq; ex iis alii spirandi difficultate, alij tremore, & conuulsione correpti, simul ac toto neruoso genere affecti sunt. Galenus varias super hac re historias scripto tradidit: veluti illam, qua multis gulam adeo B esse refrigeratam docuit, vt postea deglutire vix possent: & aliam eorum, quorū venter concoquendi munus inde infirmum habuit. Quod si concoctos succos ex notis quibusdam deprehendas, intrepide dabis. Habes etenim vnicum scopum, ad quem consilium dirigas, solius s. intemperaturę calidę curationem, quę nullo pręsidio commodius fiet, quam egelidę aquę potione. Quippe natura adiuta, ad quod inutile est, foras propellendum, validior fit, attenuato videlicet concoctione humore.

Quæ putrescentibus humoribus febres accenduntur. Cap. XVII.

FEbrium, quę ab intemperatura cum humoribus accēduntur, sanatio duas indicationes obtinet: alteram, quę intemperiem alterat: alteram, quę succos noxios euacuat. Quibus si velis, tertia quoq; accedet, quę causarum putredinem adiuuantium ablatione constat. Auferentur autem tum superuacanei expulsione, tum meatuum apertione. Porro obstructio meatuū vel a frigidis, vel siccantibus, vel adstringētibus, vel a succis crassis, atq; lentis efficitur, C interdū vero a prędictis omnibus. singula horū contrario suo curabuntur. Atqui sępenumero accidit symptomata huiusmodi indicationi, quę a febre sumitur, repugnare, ob idq; curationem minus probe perfici. Si aūt essentia ipsius febris, causęq; sibi aduersentur, medentis consilium esse oportet (modo febris atq; symptomata non vrgeant) causam auferre: nimirum ea ablata, febris quoq; depelletur, vt facile tibi patebit in his febribus, quę a frigidis succis oriuntur: quales sunt melancholicę, atq; pituitosę. Quod si febris validior causa extiterit, illi statim (hac tamen non neglecta) occurrendum censeo. Nos itaq; in primis de febribus non habētibus symptomata, quę ipsarum sanationi obsint, sermonem faciemus: postmodum de cęteris differemus. Diuersę nanq; sunt indicationes sanationis morborū ab his, quę symptomatis obsistere demōstrant: pelluntur etenim morbi, caussas adimendo: at tolluntur symptomata, vel iis quę nonnunquā ipsa adaugent, cuiusmodi est curatio dolorum maximorum per opium. Pręterea & quatenus medicamenta, & quatenus alimenta, ea quę facultatem refrigerādi pariter, & humectandi habent, ad febrium omnium medicationem intus assumuntur: atq; id primis potestatibus pręstare constat. Quinetiam ambientem aerem artificio interdum frigidum, interdum calidum paramus. Atq; item in ęgritudinibus quibusdam terram mutare iubemus: quemadmodum tabe laborantem in Aethiopiam, Arabiamq; delegamus. Euacuationes in febribus detractione san-

guinis fiunt:atq; purgatione medicamentorum, secundis videlicet, & tertijs facultatibus, atq; etiam arcana proprietate. Aliquando insuper vacuantur, tum lauacro, tum frictionibus: quippe vacuationes hic nullatenus adiuuat exercitatio. D

Atq; occasionem diligenter contemplabimur, vtpote in hac arte eximie necessariam. Quamobrem Hippocrates scriptum reliquit, occasionē præcipitem esse, hoc est, agendorum in medicina tempus angustissimum, & prope momentaneū. Detrahemus autem in febre sanguinem, vbi notę exuberantis sanguinis adfuerint, nec qualitate vitiati: vires deniq; perpendendę, quę vt plurimum in principijs validiores sunt. Quamobrem statim a principio, tum purgationem, tum venę sectionem medicorum non pauci faciendam arbitrantur, & tantum non vltra septimum diem. Quorum errorem noster Galenus refellens, ac discutiens vni uirium robori non dierum numero attentum esse medicum iubet: nec solum sexto septimoue die, sed ēt sequentibus, vel vigesimo mittendum sanguinē. Modus, ac detractionis mensura a magnitudine morbi, a temperatura, ętate, anni tēpore, consuetudine, & summatim ab tota victus ratione, & id genus alijs indicationibus. At virium robur, atq; imbecillitas temperamentum probum, atq; vitiosum cōsequuntur: quare vno nominato, alterum intellexisse oportet. Euacuationes insuper, quę obstructionum apertione proueniunt, incidentibus, attenuātibus, atq; succos concoquentibus indigent medicamentis, quę vniuersum quod citi pōt, corrigunt, quodq; castigationem non admittit, foras expellunt: quę quidem intentio in oībus febribus, maxime in illis, quę deurentes non sunt, debetur. Nec prętermittas hunc scopum in cunctis morbi temporibus, quandoquidē succi putridi aliter in melius reuocari non possunt, quā quod alienum est vacuādo, quod vero correctionem admittit instaurando: quę cōmunis est omnibus consyderatio, qui putrescentibus succis occurrere student. Ad hęc lotium citātia nō omittemus: oportet enim assiduum eorum vsum esse. Verum quis forte tuto non dari credat, qm̄ talium natura calida, ac sicca sit, vnde febris vehementia adaugeri valeat, qualia sunt semina anisi, petroselini, apij, fœniculi. Quare temperabimus facultates horum primarias refrigerantibus modice; & vi vrinam ciente pręditis, in quo numero peponum, atq; cucumerum semina. Sunt vero ex his tēperata quędam, vel omnino exiguum calorem obtinentia, vt sunt adiantū, & cichorium. igitur vbi medicamina calefacientia componimus, eorum semper potestates hebetabimus. Quę vero fit per meatus vrinales euacuatio, febribus commodissima & communissima vtilitas: insuper quę a nuper dictis pręsidijs expectatur, incisio est, atq; attenuatio. Non ignores autem ab ijsdem angurem, atq; agitationem summam exciri, quinetiam ventrem, simul ac iecur vitiari, præcipue in diuturnarum febrium fine. Quamobrē quę principes partes confirmant, simul cum ijs incoquenda erunt, cuiusmodi est mastiche. Tria itaq; peragemus, incidemus, tenuabimus, ac roborabimus. Quod si humores febrem efficientes, frigidam, siccamq; temperiem nanciscuntur, a calidis, atq; siccis abstinebimus, veluti quartana laboranti liquid eorum exhibeas, statim quoq; vel radicē dulcis radicis, vel saccharum ex viola purpurea cōflatum admiscebis. Ad hęc oxymellis vitium vuę passę emendant: radit nanq; alioqui, ac mordet neruosum omne genus, & gulam, ventriculum, atq; asperam arteriam. Porro aqua cicerum in omnibus prope febribus commoda est. Quinetiam aqua ordei, quę refrigerat, humectat, expurgat, detergit, abluit leuiter, iucundissima est, & febribus vtilissima: interdum autem os ventriculi afficit, propterea mastichem commiscebimus secundum pluris, minorisq; rationem. Iam vero medicamenta, quę tum aluum deijciūt, tum calori febrili repugnant, summopere laudātur: id genus sunt oxyphœnicia, viola purpurea, mel aerium, & huiusmodi. A myrobalanis cauebimus propter abstrictionem, qua pollent, nisi coctione pręcedente. Horum vero conuenientem ordinem percensebo. in primis igitur datur mel aerium, postmodum viola purpurea, deinde oxyphœnicia: ab his interiora cucumeris quem sarracenicum appellant, tum cassia fistula, postremo myrobalani. Omnino insuper in curandis febribus assumenda sunt, quę penitus & a tota specie (vt sic dicam) putredini aduersantur: qualia sunt aromatum genera: quorum vsus, & quā-

[Margin notes: "1. Aphor. 1." beside "sariam. Quamobrem Hippocrates"; "E" beside "citi pōt, corrigunt"; "F" beside "simul cum ijs"; "Tria agēda in curatione febriū q̄ accendunt humoribus putrescētibus."]

A titas parcior esse debet, & caliditas temperari cum ijs, quę retro iam diximus. Sunt item nonnulla, quę citra caliditatem id pręstant: veluti succus malorum punicorum, samala rubea ac candida: quę tamen, nisi quid admistum repugnet, obstructionem pariunt. Atqui refrigerantia, humectantiaq; pręsidia pro caloris febrilis vehementia, ac paruitate differentiam variam sortiuntur. Horum nomenclaturam ordine sic habeto: aquam ordei primo, iuletum rosaceũ, quod ex aqua rosacea, atq; sacchar o tantum componitur: at nos vt siccitatem rosaceę cohibeamus, ęquam simplicis aquę portionem illi adijcimus, vel secundum maius & minus. Quę vero potiones conficiuntur (syropos vocant) ex herbarum succis frigidarum, humidarumq;, potentiores sunt & alijs, in quorum numero cucurbita, pepo, cucumeres, pręstantiusq; auxilium suppeditant succus singulorum, nullo adiecto sacchar o. Quinetiam flauę bili (vt in totum dixerim) contrarius est sarracenicus cucumis. Restat, vt aliquid de purgatione febrium attingamus: quippe antea vberiorem sermonem fecimus super hoc auxilio. Purgabimus itaq; febre correptos tunc maxime, cum succos qualitate vitiatos exuberare spectabimus: atque id virtute valida indicante, quod nobis concoctiones demonstrabũt: nanq; eo ipso tempore natura succorum vacuationes quoq; aggreditur, quas summopere commendant doctissimi quiq; medici: in quo imitandam naturam B accuratissime pręcipiunt. Ignorare autem minime te oportet, pręcedente humorum coctione facile omnem ipsorum crassitudinem, ac lentorem discuti, ac propulsari: omnem deniq; obstructionem tolli. Hic exoritur inter medicinę professores non ita facilis solutu quęstio. Galenus enim, & pleriq; omnes medici alij in ea sunt hęresi, vt non nisi pręcedente succorum concoctione purgationẽ adhibere necessum sit, pręterquam in morbis, qui extreme acuti sunt: quod ex dictis Hippocratis colligere possumus: quandoquidem vbi ęgritudo peracuta inuadit, tunc quoq; furiunt insigniter succi, quos ad particularum principum aliquã (nisi statim vacuentur ab initio) decumbere, et illam vitiare periculum est: tenuissimi etenim sunt huiusmodi humores, nullaq; inest crassitudo, nullusq; lentor, qui medicamenti purgationem rememorari valeat. verum a purgatione incommodũ vnicum accidere solet, videlicet febris incrementum: primis nanq; qualitatibus talia id faciunt: quare admiscenda frigida, atque humida ijs sunt. Quod si morbus non ita vehemens sit & acutus, concoctio expectãda est. Atq; tibi obiter dicam, ęgritudines patrię Hippocratis acutas, apud nos esse peracutas: ille etenim prisana & aqua mulsa tantum in curatione acutorum vtebatur. Hic vero, & calidioribus regionibus, in principijs medicinas purgantes adhibebimus: quia sępenumero in ore ventriculi succi vitiantur, ac corrumpuntur. Ad hęc in morbis, quos tum crudi, tum crassi, tum lenti succi generarunt, concoctionem C expectare vtilissimum: quę nimirum incidentibus & attenuantibus perficitur: alioqui perniciosa foret purgatio. Auicenna iubet in ęgritudinibus a tenuioribus succis genitis, cuiusmodi est tertiana exquisita, quę septem (in totum) circuitibus iudicatur, concoctionem pręcedere: quam hoc pacto definitam tradidit. Cõcoctio tenuium est eorum incrassatio, crassorum vero extenuatio. Quippe cum facultas expultrix difficulter crassa propellat, tenuiora quoq; non sine negocio vacuabit: exoluuntur enim, atq; dissipantur. Verum enimuero facilius succi tenues expurgantur crassis. vnde nonnullis scriptum est medicis, se nusquam medicamentum purgans exhibuisse, quin flaua bilis prior vacuaretur: leuissimam enim simul, ac tenuissimam esse: cęteros autem humores sequi. Quod idem sensus tibi indicat, tenuiora scilicet promptius purgari crassioribus. At naturę opus non est, alioqui quod in morbis acutis primo vacuaretur, flaua esset bilis: fiunt huiusmodi morbi vt plurimum a succo tenui, qui quanto subtilior, tanto a natura difficilius expellitur. Quamobrem vbi ęgritudo peracuta erit, confestim purgatione vtemur: in talibus enim tardare malum est: quandoquidem natura affecta non valet postmodum concoctionem aggredi, quę securitatem omnino polliceatur. At Rasius in quartanarum, & pituitosarum initijs purgabat: in quo patet a Galeni sententia penitus discessisse, qui in commentario ad Glauconem aliter omnino & contrarium sensit: quippe ab talibus febribus nullum immunet

periculum, nullaq; mala concoctio expectatur. Pituitosa quidē non vsquequaq; secura est, ac salubris: quare purgabimus vel non exacte concocto succo. Prima igitur dierum hebdomada extenuantibus simul, ac incidentibus curationem moliemur, quę etsi calfaciant, exiguum erit ipsorum incommodum. deinde medicinas purgantes administrabimus. Idem nos fecisse tum in apoplecticis morbis, tum in cęteris frigidis, & exitialibus: quippe quę extenuent, atq; incidant, purgantibus admiscemus. Hoc in negocio summopere commendamus potionem oxymellis, in qua incocta sit radix iridis, dulcis radicis, & apij semen: cōcoquit nanq;, & vacuationi paratum succum reddit, indeq; natura opem non pœnitendam sentiet. postea rursus ad incidentia consilium diriges, deinde ad purgationem: promptior etenim succorum fiet euacuatio, si probe concocti fuerint. Pręstat itaq; tali ratione curandi tractare hominem, quam naturę ac morbo (vt non pauci faciunt) committere. Quinetiam quartana laborantes hoc modo sanare conueniet, & eos, qui per sanitatem purgari indigent, sic pręparare. Galenus lassitudinem spontaneam curans, quę a febre parum abesset, cęteros omnes humores, a quibus generaretur, pręter lentos, ac crassos, purgabat: quod illi cum alijs medicis conuenit non esse purgandos. Non parum autem consyderandas esse regiones ignorare te nolim: quoniam ijs, qui in nostra degunt patria, crassorum, viscidorumq; purgatio congruit, si tamen quę nuper dicta sunt, pręcesserint. Quod multo experimento compertum, exploratumq; tantum habebis: est nanq; maximi in hac re momenti. E

Cibandi ratio in febricitantibus. Cap. XVIII.

Cibari (vt ego quidem sentio) febricitantes minime oporteret, nisi post vigorem, vt facilius concoqueret succos natura, quę alimenti copia plerunque grauatur: verum quoniam vires omnibus robustę non sunt, contemplari morbi naturam te oportet. Nanq; si peracutus sit, & ęger viribus valeat, audentius id pręcipies: iudicatur enim vt plurimum septimo die is morbus. At ęgro debili nequaquam id faciendum. Quod si mediocris sit virtus, ęgerq; ętate floreat, ptisana contentus eris: & panis ex aqua calenti abluti vncijs duabus: quę victus ratio a consuetudine nostrę regionis, tenuissima iudicatur. Antiquorum autem victus tenuior erat: sola nanq; ptisana septem diebus ęgrotantem alebant: cui si quid adijcere vberius vellent, ad mulsam transibant. At nostrates id non tolerant, tum propter consuetudinem, tum aeris ambientis temperaturam. Quinetiam illorum corpora minus transpirant: nostratia vero vberius. Illi autem vinum liberaliter bibunt: simul ac suillis vescuntur carnibus, quę valentissime nutriunt. Summatim quoq; consuetudini aliquid esse dandum censeo. Nempe qui bis terue cibum in die assumere consueuerunt, prędictum viuendi modum non tolerabunt, pręcipue calidiores naturę, et quibus multa sit transpiratio. Si item coniectes ęgritudinem a vigore longius abesse, atque ęgrum viribus esse imbecillioribus, a principio cibum offeres copiosius: cum vero in vigore constiterit, tunc subtrahendus: atqui virtutis robur a probo temperamento intelligitur. Porro calidiores, sicciores q; naturę non ita facile inediā ferunt: maxima in ęgritudinibus sibi cognatis, & tempore calidiori. Quod si diutius in inedia contineantur, a febribus debilibus ad vehementes perducentur: aliquando item ad hecticas: fames nanq; succos & vberiores gignit, & factos adurit. Cibandi vero tempus in primę accessionis remissione, & ante secundę initium, in quo natura concoctionem succorum peragit. Ad hęc vires fouendę, ne symptoma periculosum contingat, cuiusmodi est syncope, vbi tandem alendus sit ęger. Quamobrem in principijs quoq; accessionum nutriendi sunt, qui syncopes periculum uitare cupiunt, quemadmodum fecit Galenus in eo, cui diatriton colentes medici trium dierum inediam pręscripserant. Interdum etiam in media accessione dare cibum cogimur. Pręterea in continuis consyderata prius consuetudine, nutriendi tempus eligemus, in quo remissior est febris. Hora autem diei magis idonea erit vespera, ac matutina. Ad hęc vina odora, leuia,

A oligophora pituitosę, ac melancholicę febri accommodatissima: ijs autē qui vehementibus atque deurentibus corripiuntur, vino penitus interdicendum.

De balneo in febricitantibus. *Cap. XIX.*

Lauacrum declinantibus febribus tempestiue subibunt: quoniam quod tenue est succorum, expurgat. Qui vero in principijs balneo committuntur, rigoribus afficiuntur, in ijsq; succi per vniuersum corpus liquantur, simul ac obstructiones maxime generantur, interdumq; in principem partem abscessus decumbit. Caloris item atq; siccitatis incrementum facit, siue sit in aqua calida, siue in aere balnei calido persistat ęger. Caueant insuper a frigida lotione: quippe ea incrudescunt succi.

Galeni curatio febrium a succis lentis ortarum. *Cap. XX.*

Galenus noster febres a succis viscidis ortas sola frictione sanat: quod te contemplari accurate volo, quid enim oberit, quo minus succi in totum corpus diffundantur tali frictione? Quinetiam ille ipse libro de sanitate
B tuenda, lassitudinem hominis, cuius corpus plethoria laboret, & succis viscidis sit refertum, curans, prohibet, ne exerceatur, vlloue motu valido agitetur, ne'ue fricetur, ne'ue lauetur: frictio etenim quę sub cute sunt, & inter musculos, vacuat: at quę in venis continentur, purgatione tantum educuntur. Quod si per sanitatem quis frictionem adhibeat, ita vehementem, quam pręcepit Galenus, abscessus sanę, atq: vlcera necessario per summa cutis erumperent.

F I N I S.

Quanquam sequens Canticorum liber, opus sit Auicenna editum: quia tamen eius expositio inter Auerrois commentarios connumeratur, idoneo ipsum Colliget libris annectere uoluimus.

INDEX EORVM,

QVAE IN AVICENNAE CANTICIS CONTINENTVR.

† Pars prima, & est pars Theoricæ.

Pars

Pars Secunda, & est [a] [pars Practicæ.] a* Practica

a *De cura.
b *de signis significantibus malã cõplexionẽ calidam, & de cura ipsius
c *humida aut
d *De cura morbi repletionalis, & conditionibus euacuationis,
e *——
f *cholericis
g *——
h *——
i *De cura fracturæ, & dislocatiõis in osse,

F I N I S.

AVICENNAE CANTICA, AB ARMEGANDO BLASII DE MONTEPESVLANO EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATA, ET AB ANDREA BELLVNENSI CASTIGATA.

Cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

Inquit Aboolit Beuroist:

A OSTQVAM prius gratias egero Deo, largienti vitã perpetuã animarũ, & sanitatẽ corporũ, & medicãti morbos magnos per gratiã, quã contulit omni carni, ex virtutibus sanitatẽ conseruãtibus & protegentibus a langore, dãte intelligi artẽ Medicinæ, & ingeniũ sanitatis diuinis, animosis, & intelligentibus: dedi operã ad cõmentandũ librũ richimatũ, qui intitulatur liber Bẽchine partium Medicinę: ipse.n. vniuersaliter concludit eas. Est.n.cũ hoc melior val de pluribus alijs introductionibus & summis in medicina compilatis, ordine valde conuenienti ad tenendũ mẽte vel memoria, dilatanti & delectanti animã. Fui aũt attentus ad exponendũ eius dicta, expositione qua eius certa intentio cõprehendatur & intelligatur, verborũ confusionẽ & multitudinẽ postponendo. Quoniã authores sermonum richimatorum in actibus scientiarũ indigent qñq; diminutione sermonis & truncatione: necnon ẽt mutatione vnius loco alterius explicãdo suã nobilẽ intẽtionẽ. Et ex
B nũc imploro diuinũ auxiliũ ad perficiendũ intentionẽ horũ dictorũ & eximiã speculationẽ, & laudabilẽ eorũdẽ: necnõ vt me perducat cũ oĩbus fidelibus socijs, ad quod ducere debet sui bonitate, & gratia, eius seruitium, atq; timor.

†PARS PRIMA ET EST PARS THEORICAE.

† Tractatus primus. De rebus necessariis in generatione sanitatis.

† Rememoratio definitionis Medicinæ, & eius partium.

Inquit [a] *[Benchine vel Ziem:]* a * Ebẽsina

Edicina est conseruatio sanitatis, & curatio ægritudinis, quæ acccidit ex [b] *[accidentibus in corpore. In alias quæ accidit ex] causa quæ in corpore existit.* Tex.1. b* ——

Inquit Beuroist:

MEdicina est conseruatio sanitatis, & curatio curatio ægritudinis. Hęc est definitio Medicinæ secundum ipsum. Eius autem perfectio est, vt dicamus: Medicina est ars, cuius actus est ex ratione & experimento, sanitatem conseruans, & ægritudinē curans. Cum aūt dicit ex accidētibus in corpore, intellexit ꝙ actus medicinę est conseruatio sanitatis, & curatio ęgritudinis in corpore generatæ ex eo, quod accidit ei tunc tēporis. sicut exempli gratia, apostema accidit in aliquo mēbro corporis ex aliquo, & illud est infusio sanguinis ad membrum apostematum: quod quidem apostema contingit eo tempore, quo sanguis infunditur ad ipsum. Et in quibusdam libris est: quæ accidit ex causa in corpore existente. & hæc est litera melior. Vult, & intēdit ꝙ morbus accidat corpori ex causa aliqua. & etiam tolerabile est, ꝙ sit res hæc in corpore ex aliquo accidente: quoniam res egredientes a natura existentes in corpore, tres sunt, scilicet causa, morbus, & accidens: sicut in sequentibus patebit. Nos autem ponimus in hac definitione, ꝙ eius actus & operatio ex ratione & experimento existat: quoniam non sufficit in hac arte ratio sine experimēto, neq; experimentum sine ratione: sed vtrunq; exigitur insimul, Gal. autē integre definiens hanc artem, dicit eam esse scientiā rerum proportionatarum & cōtinuatarum sanitati & ægritudini & dispositioni mediæ, qua non percipitur in homine sanitas neque ægritudo, i. hæc ars docet & notificat ea quæ proportionantur & vniuntur sanitati, & ea quæ proportionantur ægritudini, & ea quæ proportionantur dispositioni mediæ inter sanitatem & ægritudinem. Intellexit autem per res proportionatas sanitati, ipsius causas, & signa. & illud intellexit per res proportionatas ægritudini & neutralitati. Vide igitur qualiter patet, quod in hac definitione deficiat differentia, per quam diuiditur & separatur hæc ars ab ea parte scientiæ Naturalis, quæ considerat & speculatur sanitatem & ægritudinem. Quoniam ars Medicinæ proculdubio docet quid sit sanitas, & ægritudo, & earum causas, & signa ad conseruandum sanitatem, & curandum ægritudinem. & ideo peruenitur ex eius scientia sanitatis & ægritudinis ad ianuam, & introitum conferentem in operatione. Intentio autem in scientia Naturali est solum scire quid est sanitas, & quid ægritudo, pro quanto docet, & sufficit domino scientiæ Naturalis, ꝙ ex intentione prædictorum, s. sanitatis & ægritudinis adipiscatur finem eorum, quorū dispositio & natura est posse scire. Neutralitas, quam posuit mediam inter sanitatem & ægritudinem, non est vera neutralitas. Diuisit autem eam Gal. in tres modos: quorum Vnus est conualescentium ab ægritudine & similium: Secundus autem est in eo, qui patitur ægritudinem in aliquo membro solum: Sed tertius est in illo, qui est in aliquo tempore absque morbo & in alio æger. Cum igitur morbi definitio sit nocumentum naturalis operationis, patet ꝙ inter nocumentum & non nocumentum non erit medium. nocumentum autem debile supponitur generi ægritudinis, sicut & operatio debilis supponitur generi sanitatis, qua fit rectitudo operationis. Hi autem sermones indigent maiori expositione: sed intentio nostra in hoc sermone, vel tractatu est compendium & abreuiatio.

Naturalis scīa ēt sanitatē & ægritudinem

Cuius prima diuisio est in theoricam, & practicam. Et theorica ex tribus rebus perficitur & completur.

Intendit dicere ꝙ Medicina diuiditur primo in duas partes. quarum altera theorica, & reliqua practica seu praxis nominatur. Et intellexit ex dicto suo theorica ex tribus perficitur. quia pars ipsius scientifica, & speculatiua perficitur ex tribus partibus, quarum immediate post facit mentionem. Hæc autem diuisio non est vera: quoniam Galenus dixit in definitione eius, ꝙ ipsa est scientia sanitatis, & ægritudinis, & rerum proportionatarum eisdē, & dispositionis, quæ non est sanitas, neque ægritudo: si igitur sic est, omnes partes eius erant scientificæ & theoricæ. non ergo vna sola theorica, & altera practica. Est ergo sciendum ꝙ ex operationibus rationalibus sunt quædam, quæ dicuntur practi-

A cæ & actiuæ: quoniam sciuntur & discutiuntur proculdubio operando, sicut operatio & ars Carpentariæ, & Sutoriæ. Et quædam dicuntur artes, quæ proculdubio discuntur vt scientia, demonstrationibus scilicet & definitionibus, quibus perfectæ & vltimatæ aliquid scitur. & tale proculdubio est ars proprie. & talis est dispositio Medicinæ artis. Neque longinquum est, seu impossibile esse aliquam ex artibus & operationibus, quæ ambobus prædictis modis addiscatur, scilicet scientia & operatione: si tamen ponamus talem artem & talem operationem esse vnicam. Est autem opinio, ꝙ talis sit ars Medicinæ, & hoc ideo, quoniam pars ipsius, quæ manualiter exercetur, proculdubio vtendo, & operando addiscitur secundum maiorem partem ipsius. Modus igitur huius diuisionis potest esse, ac si diceretur ꝙ scientia artis Medicinæ diuiditur in duas scietias seu partes scientificas, scilicet in scientiam eius cui coniungitur dominus scientiæ Naturalis, & aliam remotam ab eo: hoc est dictu ꝙ Medicus speculetur in arte sua, duas scientias insimul, scilicet scientiam, qua speculatur sanitatem, & eius causam, & signa, & morbum, & causam eius, & signa. secunda autẽ scientia, quam in arte considerat, est illa per quam considerat qualiter, & cum quibus conseruet sanitatem. similiter etiam qualiter, & cum quibus curet ægritudinem. & hoc est speciale in arte Medicinæ. Pars autem, per quam coniungitur

B hæc scientia scientiæ Naturali, est vere & proprie scientia, talis scilicet, quod finis intentus in ea est solum scire, & non opus. Alia vero pars specialis in consideratione artis Medicinæ dicitur, & potest dici praxis siue actiua, eo quod affinis sit, & propinqua operationi: cum eius operatio & vsus habeatur, & sciatur vt plurimum operando, pro quanto ex conditionibus Medici est, vt postquam steterit super scientiam Medicinæ, & eam intellexerit, quod sit vsus & exercitatus in operationibus eius. Manualis autem operatio minime, vt diximus, dictis vel sermonibus addiscitur, excepta minima parte eius. & simile videtur de anatomia. nam modicum eius potest ex sermonibus imaginari. Primus autem, qui expresse posuit hanc diuisionem medicinæ, fuit * Iacuain Medicus, quem Alcorazoen redarguit, & reprehendit. iam enim ipse opinatus est quod radices dictorum Galen. indicent falsitatem diuisionis prædictæ. cui post respondet Benzoar, qui opinatus fuit inuenisse hanc diuisionem in quibusdam libris attributis & appropriatis Galen. Veritas autem est in hoc, sicut nos diximus. * al. Hamay.

Ex [a] *[rebus autem] sunt septem naturales Et ex eis sunt sex, & omnes sunt necessariæ.* 3

a * quibus rebus

Quoniam prædixit quod pars Medicinæ theorica perficitur ex tribus rebus

C ideo nunc inchoat a prima earum. Vnde inquit ꝙ septem sunt res naturales: hoc est, ꝙ pars prima theoricæ partis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium. hæ autem septem res naturales sunt potissima causa sanitatis repertæ & existentis in corpore. Et dixit quod ex eis sunt sex aliæ, & omnes sunt necessariæ: hoc est ꝙ pars secunda partis theoricæ diuiditur in contemplationem sex rerum non naturalium; quoniam non perficitur esse naturale sine eis. Ex his vero rebus sunt quædam extrinsecæ, & quædam a voluntate, & ex eis quædam animales: quæ omnia ex necessitate corpori contingunt.

Adhuc sunt aliæ tres in libris scriptæ, scilicet morbi, causæ, & accidentia. 4

Tertia pars ex tribus partibus theoricæ diuiditur in tres partes, & scientias, scilicet in scientiam accidentium, morborum, & causarum. quoniã illud, super quo debet esse Medicus continuo attentus, sunt prędictę res tres. Vnde est, ac si diceretur ꝙ theorica Medicinę diuiditur in contemplationem sanitatis & ęgritudinis. & contemplatio sanitatis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium, & in contemplationem sex rerum magis necessariarũ. & rursus cõtemplatio ęgritudinis diuiditur in tres scientias, scilicet in scientiam morbi, & causę, & rei accidens nominatę in hac facultate. nos autem omnem intentionẽ eius declarabimus in sequentibus.

5 *Practica diuiditur in duas species: quarum vna manibus exercetur: et alia cum medicina, necnon eo quod ex cibis ordinatur.* D

Quoniam diuiserat medicinam in duas partes, scilicet in theoricam & practicam: & theoricam subdiuiserat in partem sexdecim, in tresdecim, scilicet naturales, & in tres accidentales: ideo subdiuidit nunc practicam in duas partes: ex quibus vna est manualis, sicut sutura vulnerum, depositio cataractarum, & similia: altera vero est, qua curatur morbus cum medicinis, & conseruatur sanitas cum cibis. hæc autem pars includit scientiam naturarum medicinarum, & modum sciendi medicamina ex eis, & vsus eorundem, & scientiam etiam de naturis ciborum, & modum conseruandi sanitatem cum eisdem. Esset autem melior diuisio quam prædicta, si diceremus medicinam diuidi in * octo partes: s. in scientiam, qua docetur quid sit sanitas: & in scientiam, per quam cognoscuntur signa sanitatis: & in scientiam, qua natura ægritudinum cognoscitur: & in scientiam, per quam sciuntur earum signa: & in scientiam, ex qua scitur ingenium curationis ægritudinis: & in scientiam, per quam scitur ingeniũ conseruationis sanitatis.

Primo Collig. in Procemio, & ĩ principio primi libri, diuidit Medicinam in septẽ partes.

* a. l. sex

Rememoratio rerum naturalium & primo de Elementis.

E

6 *PRocul dubio ex rebus naturalibus sunt elementa, ex quorum compositione existunt corpora.*

Voluit pro certo dicere quod prima ex rebus, quas naturales nominamus, est scientia corporum, ex quorum compositione existunt cætera corpora mixta. dicuntur autem corpora illa elementa. Definitio autem elementi est: quoniam est simplicius, quod in composito reperitur, idest quod ipsum est illud, ex quo aliquid componitur, & ipsum ex nihilo. Definitur & aliter. ipsum enim est, in quo resoluitur compositum cum corrumpitur: sed ipsum in nullum aliud resolui, vel dissolui potest. Et dixit: Procul dubio: quia ex eorum compositione existunt corpora, eo quod opinio fuit Hippo. & Gale. quod corpora hominum componuntur veraciter ex quatuor elementis, s. terra, aqua, aere, & igne, per viam admixtionis: sicut oxymel componitur ex melle & aceto. Super his autem fuerunt valde diuersæ & variæ Philosophorum opiniones, scilicet in numero, & natura elementorum, ex quibus corpora hominum componũtur. Quidam enim ex eis dixerunt ea esse quatuor, sicut dictum est: & quidam asseruerunt ea esse solum duo: & quidam vnum solum. Quidam etiam eorum dixerunt ea esse corpora indiuisibilia eiusdem naturæ, opinantes ꝙ hæc corpora, & omnia entia composita generantur ex eisdem. F

Elementi definitio.

7 *Sermo quidem Hippocratis in libro de Elementis in his est sermo verus, scilicet quod sint quatuor: aqua, ignis, aer terra.*

Sermo Hippocratis, dicentis ꝙ quatuor sunt elementa in numero, s. aer, ignis, aqua, & terra, est verus.

8 *Probatio veritatis prædicti sermonis est: quoniam cum corpus corrumpitur, reuertitur in eadem.*

Probatio sermonis Hippo. scilicet ꝙ corpora mixta sunt composita ex his quatuor corporibus, est cum eo, quod videmus corpus animalis mortui dissolui & resolui in prædicta quatuor elementa. Quod autem dissoluitur & resoluitur in aliqua, proculdubio videtur cõponi ex eisdẽ, neque reperitur aliquid aliud, in quod hoc dissoluatur & resoluatur. Cum autem animal moritur, eius partes siccæ resoluuntur & conuertuntur in terram, & humidæ in aquam, & calidæ in aerem, & ignẽ. Est aũt hoc notũ ad sensum ei, qui curiosus, & attentus est ad videndum illud. Patet autem ipsum cõponi ex his quatuor, eo ꝙ est corpus terminatum habens essentiam. Omne autem corpus tale componitur ex terra &

A aqua. fit enim proculdubio corpus tale, cum malaxatur terra cum aqua: & potissime si coquatur ad ignem tandiu, donec efficiatur simile testæ. Si igitur sic est, patet in ipso quatuor elementa existere. & hoc est, quod Deus inquit, cuius nomē sēper exaltetur. Creaui hominem ex luto, sicut testam figuli. Huius autē probationes perficiuntur in Naturali facultate. Medicus autem inquantū hmōi, nequit hoc vere & demonstratiue declarare: supponit autem nihilominus hoc, & accipit a domino scientiæ Naturalis. ipse tamen declarat hoc in libro de Victoria & de certamine: sicut facit hoc in libro de Elementis Gal.

Si non esset nisi unum elementum, non esset aliquod animal cum morbo corruptibile. 9

Hæc est probatio Hipp. ꝙ corpora animalium non componuntur ex partibus indiuisibilibus & vnius naturæ: sicut componitur domus ex lapidibus & lignis. Nam si corpus animalis componeretur ex partibus indiuisibilibus, minime corrumperetur ex morbo: corruptibile enim corrumpitur proculdubio ex dominio contrarietatis in eo. Sed si corpora essent vnius & eiusdem naturę, nulla quidem esset contrarietas corrumpens ea, nec ab extra, neque in seipsis. Verum quia corpora sunt corruptibilia ex seipsis, eo ꝙ in seipsis contrarietatē habent, quod etiā circundat ea exterius, contrariatur eis. Cū igitur contraria sint
B diuersarū naturarū, sequitur ꝙ ipsa corpora non habeant vnā naturā, neq; sint vnius naturæ. Et hæc scripta sunt in lib. de Elementis & in lib. de Humana natura Hip. hæc autē scientia est de causis vltimatis, vel finalibus sanitatis.

Rememoratio secundæ rei naturalis, & est Complexio.

POst hæc autem scientia complexionis est ex indiciis in Medicina conferentibus. 10

Postꝙ̄ Medicus nouit elementa, ex quibus componitur corpus per viā mixtionis, decet ipsum scire & cognoscere species complexionis. Iudicium autem huius scientiæ confert in medicina. & hoc quidem est manifestum: quoniam cū ipse cognoscit complexionem exempli gratia esse calidam vel frigidam, tunc quidem si fuerit sanus, erit conseruatio eius in eo, in quo est cum omnibus similibus. si vero fuerit æger, eo ꝙ sit lapsus a qualitate sibi naturali ad contrariam, curabitur, si reducatur ad qualitatē sibi naturalem prius in eo existentem cū eo quod contrariatur, & opponitur qualitati facienti ægritudinē. Exemplum autē
C huius est, quoniā, si quis calidæ complexionis patiatur ægritudinem, per quam eius complexio infrigidatur, erit proculdubio eius curatio, si calefiat, donec redeat ad suam complexionem naturalem.

Quatuor sunt potentiæ, seu virtutes complexionis, siue diuiserit, seu composuerit eas vir[a] [consultus.] 11

a * sapiens

Quatuor sunt virtutes, quibus comparatur & refertur complexio hominis, cum vna ex eis, vel duæ nominantur, velut in composito vel complexionato ex eis: & sunt calida, & frigida, humida, & sicca. Cum autem dicit: siue diuiserit, siue composuerit eas vir consultus, intellexit pro constanti quod complexio hominis referatur vni soli ex prędictis virtutibus, vel duabus vniri vel coniungi possibilibus. Complexiones vero relatæ dominio vnius ex prædictis virtutibus sunt quatuor, scilicet vel complexio calida, i. super quam caliditas nominatur: vel frigida, i. super quam frigiditas dominatur: vel solum humida, i. super quam humiditas dominatur: vel solum sicca, i. super quā siccitas dominatur: aut dominatur super complexionem caliditas & siccitas: vel frigiditas & siccitas: aut caliditas & humiditas, vel frigiditas & humiditas. Hæ igitur sunt octo complexiones, quæ referuntur egressui vnius, vel duarum qualitatum a temperamento.

Complexiones sunt quatuor.

D

De complexionibus in se.

12 *SEnsus tactus sentit & percepit caliditatem, & frigiditatem, siccitatem, & humiditatem.*

Quia prędixerat ꝙ quatuor erant virtutes seu qualitates, ideo nunc manifestat & declarat eas. vnde inquit, ꝙ prędictę virtutes sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Intellexit autem per humiditatem mollitiem, & tenuitatem, quam tactus sentit.

13 *Prædictæ virtutes seu potentiæ reperiuntur in elementis [a] [ ] tempore [b] [eo quo] augetur, seu pullulat, & in loco.*

a. & in
b. & ĩ eo qđ

Quoniam prędixerat ꝙ virtutes repertę in complexione sunt quatuor, rememoratus est nunc rerum complexionatarum, in quibus hę virtutes reperiuntur. Ait autē: reperiuntur in elementis, i. in quatuor corporibus, quę sunt aqua, terra, aer ignis. Intellexit autem per virtutes, caliditatem, siccitatem, frigiditatem, & humiditatē. Et intellexit per tempora, quatuor anni tempora, s. ęstatē, autumnū, ver, & hyemem. & hoc ideo, qm̄ quodlibet ex istis comparatur dominio duarum ex istis virtutibus & qualitatibus. hę tamen qualitates referuntur aliter elementis ꝙ̄ animalibus, & aliter ꝙ̄ tempori & loco. Et intellexit per locum, climata terrę habitabilis. Et intellexit per illud, quod augetur, vegetabilia, & alia. nam complexiones eorum referuntur his quatuor virtutibus. E

14 *Elementum ponitur in vltimo simplicis complexionis.*

Intellexit, seu dicere voluit, ꝙ cum informantur elementa aliqua ex illis quatuor qualitatibus, ꝙ referantur ab ea in vltimo. Cum autem dicit simplicis complexionis, voluit dicere ꝙ elementum sit in vltimo simplicium qualitatum ex qualitatibus complexionalibus, quę sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Et ob hoc dicimus, ꝙ ignis sit calidus, vel ꝙ aqua sit frigida, intelligentes pro certo. & hoc dicitur de eis, eo quod sit in hoc in vltimo, i. ꝙ nō sit aliquid calidius igne, cum ipse sit calidior omni calido complexionali. sic ēt est in alijs qualitatibus ipsorum. & hoc quidem manifestum est. Aliud vero cōplexionatū, eo ꝙ est mixtum, & componitur ab extremis in vltimo, i. ex quatuor qualitatibus, quę sunt in elementis, ideo fuit medium inter ea in prędictis qualitatibus ratione confractionis partium eorum ad inuicem. Vnde sic est in omnibus mixtis & medijs inter prędicta, sicut in colore bruno dicto Arabice ebam, ex albo scilicet & nigro composito: qui nec dicitur nec imaginatur albus, vel niger in vltimo, sed dicitur ꝙ sit in ipso niger in parte, & albus in parte. Vnde sic est negocium qualitatum in elementis, et mixto ex eis complexionato nam sunt in elementis vltimatę, in mixto vero & complexionato confractę. F

15 *Caliditas est in igne, & aere: frigiditas vero in terra, & aqua: & siccitas inter ignem, & terram: & teneritas inter aquam, & nubem.*

Quoniam prędixerat quod elementa informata prędictis virtutibus, informantur eisdem in vltimo, notificat nunc, quę ex his virtutibus referantur cuilibet ex elementis. Vnde inquit: caliditas est in igne & aere, & intellexit quod quę ex eis informantur caliditate, sunt duo, scilicet ignis, & aeri & quę ex eis informantur frigiditate, sunt etiam duo, scilicet aqua, & terra. docet tamen scire aquam frigidiorem terra, sicut & ignem calidiorem aere. Nec est hic ignis sensibilis ille, qui est elementum, sicut ait Alexan. quoniam iste ignis est causa corruptionis, non existentię vel esse alicuius: ignis vero, qui est elementum, est & habet esse, causa esse & generationis. Est autē iste super aerem in concauo orbis cœli, nec habet calorem in actu: quoniā calor est proculdubio res accidens huic igni sensibili: eo ꝙ in corpore terrestri existit. hoc totum est in Naturali scientia manifestum, & probatū. Cum autē dixit: siccitas est inter ignem & terram, voluit dicere ꝙ duo elementa sicca sunt, sci-

Nota đ igne elementari, et hoc iferiori.

A licet ignis, & terra: terra tamen ſiccior eſt igne. Et cum dicit: & teneritas eſt inter aquam, & nubem, intellexit per teneritatem humiditatem, & per nubem aerem: ac ſi diceret duo elementa humida ſunt, ſcilicet aer, & aqua. Oportet tamen ſcire aerem eſſe humidiorem aqua, & ꝙ aqua ſit nihilominus potentior in humectatione corporum, quibus obuiat, quam ſit aer.

Significatur nobis eſſe & generatio inter ſpecies ipſorum, cum diuerſificentur adinuicem, & vniantur ſiue coniungantur. 16

Intellexit ꝙ prędictę qualitates diuiduntur in diuerſas ſpecies, quia in quibuſdam variantur, & in quibuſdam vniuntur, & aſsimilantur: quod quidem ratione harum partium & diuerſitatum, eſſe ſignificant, & generationem. Et procul dubio diuerſificantur inuicem, quę ex eis diuerſificantur, ratione contrarietatis earum: & vniuntur & aſſociantur in vna & eadem qualitate: volo dicere ſicut aſſociationem ignis & aeris in caliditate, & aquę & terrę in frigiditate.

De complexionibus hominum.

Diuerſificata fuerunt inuicem, ne eſſent quid vnum & idem: & fuerunt coniuncta, & vnita, ne viderentur omnino contraria. 17

B Ratio quidem eſt, quare non fuerunt a principio vnum & idem: quoniam ſi fuiſſent quid, non reperiretur aliquid diuerſum ab eis. Cum autem dixit: & fuerunt coniuncta, ne viderentur omnino contraria, intellexit ꝙ oportebat, vt aſſociarentur qualitatibus, ne contrarientur ex omnibus partibus. ex hoc enim fuiſſet difficilis eorum mixtio, & complexio.

Imaginamur complexionem in alio ab elementis, puta in compoſito [2] *[ab] eis a prædominante.* 2. ex

Intellexit ꝙ non imaginemur mixtum informari iſtis qualitatibus, eo ꝙ in ipſo vltimentur: ſed dicitur & imaginatur tale a tali qualitate prędominante in ipſo. Cuius exemplum eſt de leone, cum dicimus ꝙ ſit calidus & ſiccus, non intelligentes illud de eo in vltimo: ſicut facimus de igne, cum eum ſic nominamus. vnde intelligimus ꝙ caliditas & ſiccitas dominentur in eo plusquam frigiditas & humiditas: volo dicere ꝙ hę duę partes ſunt in eo maiores, & ampliores.

Ponimus æquale, & temperaturatum ad referendum ei, eo ꝙ habeat quatuor facies coniunctas. 18

C Omne, quod imaginatur informari dominio vnius vel duarum ex iſtis qualitatibus, intelligitur proculdiõ eſſe tale in comparatione ad temperamentum, & ęquale, in quo ſcilicet reperiuntur quatuor qualitates ęqualiter: volo dicere ꝙ reperiatur in eo tantum ex caliditate, quantum ex frigiditate, & ex ſiccitate, quantum ex humiditate. Sunt autem quidam opinati ꝙ hæ complexio ſit ſecundum opi. Gale. complexio hominis temperatam complexionem habentis, ideſt ꝙ quatuor qualitates complectuntur in eo æqualiter, aut prope æqualitatem: & maxime, vt dicit, in cute manus, & ex cute manus ſignificatur ex cute digiti medij. Ex ſermone ſuo nihilominus intelligitur ꝙ ſic, & dicatur in eo temperamentum & ęquale medium in ſpecie. Exemplum eſt: quoniam quamuis caliditas, & ſiccitas dicantur dominari ſuper leonem, tamen eius complexio habet duo extrema: & medium inter duo extrema dicitur ęquale, & temperatum. & ex iſta complexione exercet leo operationes ſuas meliori modo quo poteſt, inquantum leo. Ponuntur etiam exempla huius ęqualis, & ęgredientis ab ęqualitate eius in his, quę fiunt artificialiter. Vnde exempli gratia dicitur oxymel ęquale, & temperatum, cum ponuntur in eo mel & acetum in tali quantitate, et proportione, ꝙ reperiatur ex eis operatio oxymellis perfectior & laudabilior, quę poſsit eſſe. ſed dicitur egrediens, cum prędictę qualitates reperiuntur auctę vel diminutę. tale autem ęquale reperitur, & debet intelligi in qualibet ſpecie: & tale etiam debet intelligi in homine temperato, & ęquali. Oſtenſum eſt

autem in naturalibus, ꝙ ęquale, in quo partes elementorum componuntur ęqualiter, sit prohibitum, & impossibile inueniri. Cum igitur erit in homine ęqualitas prędicta, poterit quidem intelligi ꝙ dicatur ęqualitas de eo per comparationem ad extrema suę speciei, & ꝙ extrema ipsius dicantur egredi ab ęqualitate per comparationem ad ipsum. Possumus & intelligere ęquale prędictum ex proportione, & comparatione eius ad partes elementorum, referendo quasdam ex eis quibusdam ex eisdem. Cum autem intelligetur in eo huiusmodi proportio, reperietur in eo, inquantum est homo, caliditas naturalis maior & fortior frigiditate, & humiditas siccitate. Si igitur sic est, erit complexio hominis in generali calida & humida, habẽs duo extrema, multa & magna diuersitate distãtia ab inuicem. Vnde homo, cuius caliditas reperitur minor caliditate prędicta, dicitur frigidus per comparationem ad hanc complexionem hominis ęqualem. & similiter cuius humiditas reperitur minor humiditate prędicta, dicitur siccus per comparationem ad prędictam complexionem. & ille, in quo prędictæ duę æqualitates sic se habent, dicitur frigidus & siccus. & in quo caliditas & humiditas ampliores & fortiores sunt ꝙ̃ in pdicto, dicitur calidus & humidus. Ratione autem huius complexionis vituperat, & arguit Gal. dicentem complexionẽ temperatam calidam & humidam esse: neq; intelligit ꝙ calidum & humidum dicantur de duabus complexionibus prędictis ęquiuoce. Vnde qui ex Antiquis dixit ęqualem & temperatam complexionem hominis esse calidam & humidam, dixit verum, dum intellexit hoc de calido & humido temperate, non autem de calido & humido egrediente ab ęqualitate, & temperie prędicta. D E

20 *Fuerunt autem mistæ, & completæ in eo secundum existimationem, vt esset pondus, & mensura.*

Elementa fuerunt quidem mixta in hac complexione ęquali secundum existimationem ęqualem: & fuit hęc complexio, sicut ferrum, quo cęterę res ponderantur. Cum autem reperitur complexio diuersa ab ista, imaginatur per informationem qualitatis, qua diuersificatur ab ipsa, ꝙ si fuerit calidior, dicemus eam esse calidam: & si siccior, dicemus eam esse siccam. Sic igitur scitur complexio inęqualis per ęqualem. & ob hoc nominauit eam pondus, & mensuram.

21 *Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorum, non tamen inde expoliabitur, vel circunscribetur a virtutibus prædictis, & erunt nihilominus in eo absque æqualitate, & temperie prædicta.*

Quęcunq; ex complexionibus declinauerit ab ęqualitate ad aliquod ex contrarijs extremis, non euacuabitur inde a quatuor virtutibus, s. caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate. non tamen erunt in ea ęqualiter, & temperate, sicut in complexionibus temperatis. F

22 *Denominatur autem a nomine prædominantis: vt igneum, terreum, aqueũ, aereum: sunt enim ex eis, quæ comparantur aeri. Omnes autem dicuntur* [a] *[sic, per modum transitus,] & minus proprie.*

a* scdm viã seu semitam medicorum,

Complexio egrediens & declinans ab æqualitate, denominatur a nomine ignis, i. calida & sicca: & a nomine terrę, i. frigida & sicca: & a nomine aquæ, i. frigida et humida. Intellexit cum dicit: sunt etiam ex eis, quę comparantur aeri, quę sunt calida & humida in complexione. & pro certo dicit hoc, proprie secundum opinionem meam, ꝙ oportet vt qualitates, quibus appropriantur & referuntur complexiones, sint binę & coniunctę, sicut sunt in elementis & humoribus. & sic essent solum quatuor complexiones, s. calida & sicca relata igni, & cholerę: & calida & humida relata sanguini, & aeri: & frigida & humida comparata aquę, & phlegmati: & frigida & sicca comparata terrę, & melancholię. Et proculdubio possibile est inuenire calidam complexionem solum per se, aut frigidam, aut siccam, aut humidam verbo & diuisione: sed in effectu non est conueniens eas inuenire. Si autem quis opinetur possibile esse, ꝙ elementa complectantur omnino secundum æqualitatem; sciat esse in naturalibus decla-

A ratum, ꝙ esse & generatio fiat, cum qualitates actiuę, vtpote caliditas & frigiditas dominantur super passiuas, s. super siccitatem & humiditatem: & ꝙ corruptio fiat ex contrario huius, scilicet cum qualitates passiuę super actiuas dominentur.

Iam quidem perfectæ sunt nouem species complexionis: neq; [a] [*nunc accedam ad diuisionem nouam.*] 23

[a] * addidi in eis aliquid de nouo.

Inter has autem nouem intellexit complexionem ęqualem, & octo egredientes ab ęqualitate, quatuor s. compositas, super quas dominantur duę qnalitates: & quatuor simplices, super quas vnica solum ex quatuor qualitatibus dominatur. hę tamen, vt diximus, minime reperiuntur. Hoc autem proculdubio opinatus est Gale. eo ꝙ parum didicerat, & imperfectus erat in scientia Naturali. Oportet etiam scire ꝙ species complexionis sunt species sanitatis repertæ in membris similibus, quorum scilicet totius & partis est idem nomen: sicut caro, cuius pars etiam nominatur caro, sicut ipsa tota, non tamen sic est de manu, & pede, quę membra organica nominantur.

Rememoratio de complexionibus temporum.

B *NVnc autem loquar de tempore secundum opinionem, & existimationem: non enim cessit in eo stylus, & modus inuestigandi subtilis. Hyems autem habet vim & naturam phlegmatis: Et ver excitat sanguinem: Aestas vero choleram nigram.* 24

Quia locutus est de speciebus complexionum hominis. voluit nunc loqui de speciebus complexionum temporis. Cum autem dixit ꝙ hyems habet vim phlegmatis, intellexit ꝙ complexio hyemis sit frigida & humida, sicut est phlegma: & ob hoc generatur & augmentatur phlegma in ea. Et cum inquit ꝙ ver excitat sanguinem, intellexit ꝙ sanguis generetur in eo. Cum vero dixit ꝙ ęstas choleram, voluit etiam dicere ꝙ in ea generetur cholera: eo ꝙ sit calida & sicca, sicut est & ipsa. Et cum dixit ꝙ autumnus choleram nigram, voluit dicere ꝙ autumnus in natura sua similetur cholerę nigrę, s. in frigiditate & siccitate: & ob hoc generatur, & multiplicatur in eodem. Et verum est quidem quod de vere dicit, scilicet ꝙ sit calidus & humidus. Est tamen contra intentionem Gal. in de complexionibus. dicit enim ibi ꝙ ver sit tempus temperatum & ęquale, in quo reperiuntur quatuor qualitates cū ęqualitate. Constat aūt ꝙ si essent repertę in eo quatuor qualitates cum ęqualitate, in eo vitę operationes minime essent decentius coaptatę, quarum causa est caliditas & humiditas: quam operationes vitę contrarię, quarum causa est frigiditas & siccitas. Si etiam fuissent sic in eo ęquate virtutes & qualitates primę, minime fuisset in eo appropriata generatio: neq; etiam augmentum alicuius humoris in homine, nec in alijs ab eo: nec etiam generatio & esse alicuius rei. oportet ergo necessario, vt ipsum sit calidum & humidum. Est nihilominus ęquale & temperatum: eo ꝙ sit inter hyemem & ęstatem medium. & cum non sint nisi quatuor tempora, neq; etiam nisi quatuor humores, manifesta est significatio ꝙ non sint etiam nisi quatuor complexiones compositę & inęquales. nam si posset inueniri complexio ęqualis, taliter scilicet, ꝙ elementa in ea ęqualiter miscerentur, minime inueniretur aliqua operatio in hac complexione primis qualitatibus appropriata, essetq; necessarium ne haberet formam, scilicet vnam.

Libro prīo.

C

Rememoratio [b] [partium, & specierum eius quod augetur, & vegetatur.]

[b] * complexionum medicinarum.

QVod autem augetur & minoratur, diuidatur in species mineralium, et plantarum, & animalium corpus habentium. 25

Quia locutus fuit de complexione hominis & temporis, voluit & nunc loqui de complexione medicinarum sermone vniuersali. Hoc autem negocium pertractauit Gal. in tractatu tertij libri sui de complexionibus: quamuis pars inuestigationis suę in hoc opere sit in complexione hominis, pręter ꝙ speculetur in complexione medicinarum. quoniam speculatio, & inuestigatio de complexione hominis est speculatio super scientiam sanitatis eius: speculatio autem & consyderatio de complexione medicinarum est contemplatio instrumentorum & organorum, quibus sanitas efficitur. verum quia ambo conueniunt & vniuntur in complexione, posuit tractatum eundem in ambobus. Auctum siue quod augetur, de quo fit hic mentio, diuiditur in tres species, scilicet in species mineralium, plantarum, & animalium, & partium & specierum ipsarum: hoc est, ꝙ hę sunt tres species medicinarum. Et nominauit minerale auctum, & vegetabile transitorie & minus proprie. & hoc ideo, quoniam vegetabile habet animam proculdubio: minerale vero non habet eam. & hoc quidem est in scientia Naturali patefactum. D

26 *Quod vincit & superat corpus, est medicina. Quod vero nutrit & auget, est cibus.*

Notum est illud, ꝙ id quod vincit corpus, est medicina: & illud, quo cibatur corpus, est cibus. Intellexit autem cum dicit ꝙ medicina vincit corpus, ꝙ et ipsa immutet corpus: aut ad caliditatem, si fuerit calida: aut ad frigiditatem, si fuerit frigida: et similiter ad alias qualitates ab istis. hoc autem fit tunc, cum corpus immutat, & alterat eas ad sui substantiam. alterat quidem ad sui naturam quicquid ingreditur ipsum: si tamen non perfecte fuerit illud naturale, immutat cum aliqua mutatione. Si vero cibus, solum immutat ipsum, pręter ꝙ immutetur ab eo. nam cum cibus conuertitur in partem alicuius membri, conuertitur ad similitudinem illius membri. Sed cum conuertitur medicina in partem vel humiditatem alicuius membri, conuertitur ad similitudinem eius. & ratione huius medicinę curantur ęgritudines, s. ratione contrarietatis, quam habent ad malam complexionem corporis. nam cum generatur in corpore complexio calida, & efficiens ęgritudinem, erit quidem eius cura cum medicina generante in corpore complexionem contrariam efficienti ęgritudinem prędictam. Est autem sciendũ ꝙ idem est numerus specierum complexionum medicinarum & specierum complexionum hominis, i. calida & humida, calida & sicca, & alię ab istis ex nouem speciebus complexionum secundum opinionem & doctrinam Gale. aũt ex quatuor speciebus secundum opinionem primorum. E

27 *Complexio habetur & cognoscitur ex sapore, &* [a] *[hoc syllogismo vero & iusto.]*

a ✱ ex ratione vera & sana.

Quia autem operatio horum trium generum medicinarum minime manifestatur in corporibus, nisi prius ex ipsis corporibus immutentur, ideo dicemus ꝙ fuit calida, frigida, humida, & sicca in potentia: intelligentes ꝙ calefaciant corpus, infrigident, desiccent, & humectent ipsum in potentia, non autem in actu. elementa vero reperiuntur proculdubio sensu tactus calefacientia, & infrigidãtia, desiccantia, & humectantia, pro quano dicimus ꝙ sunt actu calida. Et quia immutatio trium specierum medicinarum, s. mineralium, plantarum, & animalium, percipitur, vt diximus, post ingressum earum in corpore: ideo proculdubio certus modus cognoscendi operationem earum est experimentum. & hoc, quoniam opinio est, ꝙ operatio medicinę in corpore debet esse consimilis vt plurimum complexioni suę: vt si complexio medicinę sit calida & sicca, debet esse in corpore calefactio & desiccatio: & similiter de frigiditate, & alijs qualitatibus etiam. Vnde ex quo inuenerit demonstrationes & syllogisticas rationes super complexionem medicinarum, erit quidem possibile Medicis inuenire modum syllogizandi super operationes earum in corporibus: hoc est, ꝙ ex quo exiterint super complexionem medicinę rationibus syllogisticis, scient quidem ꝙ operationes eius in corpore similentur illi complexioni. Sunt autem quinque modi, quorum fecerunt rememorationem ad sciendum cõplexionem medicina F

A rum, s. ex celeri & cita mutatione ad ignem, & celeri congelatione ipsius, sapore, odore, & colore. Sunt tamen adhuc multo plures modi, quos alibi retulimus, ex quibus sunt. xviij. quorum rememorationẽ fecimus, s. de signis superioribus, in quarto Mete. Quia vero perfectius, & fortius ex his sciuntur de sapore, fuit contentus vir iste ex rememoratione saporis solius, non curans de alijs in hoc loco. Voluit ꝙ complexio medicinarum cognoscatur per saporem. & hoc, quia sensus gustus percipit saporem: & sapor proculdubio significat super complexionem medicinę, & syllogismo vero & iusto, vt ipse dixit.

Dulcis, & salsus, & amarus, siccitatem: acutus vero, calorem. 28

Hi tres sapores conueniunt & vniuntur in significando ꝙ dominans super complexionem medicinę sit siccitas: & non solum siccitas, sed etiam caliditas. Significat etiam caliditatem et siccitatem sapor acutus: dulcis tamen est signum minoris caliditatis & siccitatis ab eo, quod naturę comparetur nostrę in similitudine. Et post ipsum in caliditate & siccitate est salsus. & hoc, quoniam in salso est substantia humida aliqua vsta. Et post salsum est in hoc amarus: ipse enim est fortioris caliditatis & siccitatis. & hoc, quoniam visum est Galeno, ꝙ amarus sapor causatur ex substantia terrea vsta. Nos tamen videmus plures species rerum, quarum natura frigida est & sicca, & nihilominus habent saporem amarum. vnde fructus vegetabilium, qui dulcorantur in fine, sunt vt plurimum amari saporis in principio. B

Omne liquidum, non habens saporem manifestum, est æquale, & temperatæ forte complexionis. 29

Concordati sunt ꝙ habens saporem manifestum, sit inęqualis complexionis. Postquam ergo contenti sumus eius, quod dixerunt de sapore manifesto, & habente ipsum, sequitur necessario ꝙ non habens saporem sit ęqualis & temperatę complexionis.

Omnis sapor ponticus, & acetosus frigidus est & siccus: necnon etiam omnis stypticus. 30

Hoc est, quod Gal. opinatur proculdubio, ꝙ sapor ponticus, & stypticus generentur ex substantia frigida terrea & grossa, & acetosus ex substantia terrea frigida & subtili.

Omne habens dominium pinguedinis, & vnctuositatis, est calidum & humidum: & pure insipidum frigidum & humidum. 31

Dicimus, sapor iste est vnctuosus, & per consequens calidus & humidus. & C hoc ideo, quoniam vnctuosum secundum Medicos est compositum ex substantia aerea: aer autem calidus est & humidus. Sic igitur sunt in generali * isti octo sapores, quorum ipse pręmisit rememorationem: & insipidum carens omni sapore dicatur esse nonus. Medici autem sunt huius opinionis, s. ꝙ causę saporũ sunt, subtilitas substantię, & spissitudo, & mediocritas inter ipsa. Dicimus igitur ꝙ cum grossities substantiæ vnietur frigiditati, causabitur & generabitur sapor ponticus, & stypticus. sed cum grossities erit cum caliditate, generabitur salsus, & amarus. sed cum vnitur subtilitas frigiditati, fit inde insipidus. videtur tamen ꝙ sapor referatur ad grossitiem & subtilitatem per accidens: quoniam causa generabilis vel corruptibilis cuiuslibet sunt quatuor qualitates. videtur etiam ꝙ sapor dulcis & amarus sint tanquam duo extrema cõtraria inter duos sapores, & ꝙ alij sapores ab istis sint medij inter ipsos: sicut omnes colores ab albo & nigro sunt medij inter album & nigrum. Est & sciendum ꝙ significatio sumpta ex odore est debilior quam sit sumpta ex sapore: quamuis odor plurimum significet super saporem. Fuit autem significatio sumpta ex odore debilior: quia pars, super quam dominatur odor in medicina, quandoq; non extenditur per eam totam, sed existit in quadam parte eius: sapor vero dispargitur, & existit per totum saporabile. Et odor quidem aromaticus significat super caliditatem in generali, paucis exceptis, ex quibus manifesta sunt rosa, & myrta, ne-

* a. l. istituti

FINIS.

AVICENNAE CANTICA, AB ARMEGANDO BLASII DE MONTEPESVLANO EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATA, ET AB ANDREA BELLVNENSI CASTIGATA.

Cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

A Inquit Aboolit Beuroiſt:

OSTQVAM prius gratias egero Deo, largienti vitã perpetuã animarũ, & ſanitatẽ corporũ, & medicãti mor bos magnos per gratiã, quã contulit omni carni, ex virtutibus ſanitatẽ conſeruãtibus & protegentibus a langore, dãte intelligi artẽ Medicinæ, & ingeniũ ſanitatis diuinis, animoſis, & intelligentibus: dedi operã ad cõmentandũ librũ richimatũ, qui intitulatur liber Bẽchine partium Medicinę: ipſe.n. vniuerſaliter concludit eas. Eſt.n. cũ hoc melior val de pluribus alijs introductionibus & ſummis in medicina compilatis, ordine valde conuenienti ad tenendũ mẽte vel memoria, dilatanti & delectanti animã. Fui aũt attentus ad exponendũ eius dicta, expoſitione qua eius certa intentio cõprehendatur & intelligatur, verborũ confuſionẽ & multitudinẽ poſtponendo. Quoniã authores ſermonum richimatorum in actibus ſcientiarũ indigent qñq; diminutione ſermonis & truncatione: necnon ẽt mutatione vnius loco alterius explicãdo ſuã nobilẽ intẽtionẽ. Et ex
B nũc imploro diuinũ auxiliũ ad perficiendũ intentionẽ horũ dictorũ & eximiã ſpeculationẽ, & laudabilẽ eorũdẽ: necnõ vt me perducat cũ oĩbus fidelibus ſocijs, ad quod ducere debet ſui bonitate, & gratia, eius ſeruitium, atq; timor.

†PARS PRIMA ET EST PARS THEORICAE.

† Tractatus primus. De rebus neceſſariis in generatione ſanitatis.

† Rememoratio definitionis Medicinæ, & eius partium.

Inquit a [*Benchine vel Ziem:*] a * Ebẽſina

Edicina eſt conſeruatio ſanitatis, & curatio ægritudinis, quæ acccidit ex b [*accidentibus in corpore. In alias quæ accidit ex*] *cauſa quæ in corpore exiſtit.* Tex. 1. b* ——

Inquit Beuroist: D

Medicina est conseruatio sanitatis, & curatio curatio ægritudinis. Hęc est definitio Medicinæ secundum ipsum. Eius autem perfectio est, vt dicamus: Medicina est ars, cuius actus est ex ratione & experimento, sanitatem conseruans, & ægritudinẽ curans. Cum aũt dicit ex accidẽtibus in corpore, intellexit ꝙ actus medicinę est conseruatio sanitatis, & curatio ęgritudinis in corpore generatæ ex eo, quod accidit ei tunc tẽporis. sicut exempli gratia, apostema accidit in aliquo mẽbro corporis ex aliquo, & illud est infusio sanguinis ad membrum apostematum: quod quidem apostema contingit eo tempore, quo sanguis infunditur ad ipsum. Et in quibusdam libris est: quæ accidit ex causa in corpore existente. & hæc est litera melior. Vult, & intẽdit ꝙ morbus accidat corpori ex causa aliqua. & etiam tolerabile est, ꝙ sit res hæc in corpore ex aliquo accidente: quoniam res egredientes a natura existentes in corpore, tres sunt, scilicet causa, morbus, & accidens: sicut in sequentibus patebit. Nos autem ponimus in hac definitione, ꝙ eius actus & operatio ex ratione & experimento existat: quoniam non sufficit in hac arte ratio sine experimẽto, neq; experimentum sine ratione: sed vtrunq; exigitur insimul, Gal. autẽ integre definiens hanc artem, dicit eam esse scientiã rerum proportionatarum & cõtinuatarum sanitati & ægritudini & dispositioni mediæ, qua non percipitur in homine sanitas neque ægritudo. i. hæc ars docet & notificat ea quæ proportionantur & vniuntur sanitati, & ea quæ proportionantur ægritudini, & ea quæ proportionantur dispositioni mediæ inter sanitatem & ægritudinem. Intellexit autem per res proportionatas sanitati, ipsius causas, & signa. & illud intellexit per res proportionatas ægritudini & neutralitati. Vide igitur qualiter patet, quod in hac definitione deficiat differentia, per quam diuiditur & separatur hæc ars ab ea parte scientiæ Naturalis, quæ considerat & speculatur sanitatem & ægritudinem. Quoniam ars Medicinæ proculdubio docet quid sit sanitas, & ægritudo, & earum causas, & signa ad conseruandum sanitatem, & curandum ægritudinem. & ideo peruenitur ex eius scientia sanitatis & ægritudinis ad ianuam, & introitum conferentem in operatione. Intentio autem in scientia Naturali est solum scire quid est sanitas, & quid ægritudo, pro quanto docet, & sufficit domino scientiæ Naturalis, ꝙ ex intentione prædictorum, s. sanitatis & ægritudinis adipiscatur finem eorum, quorũ dispositio & natura est posse scire. Neutralitas, quam posuit mediam inter sanitatem & ægritudinem, non est vera neutralitas. Diuisit autem eam Gal. in tres modos: quorum Vnus est conualescentium ab ægritudine & similium: Secundus autem est in eo, qui patitur ægritudinem in aliquo membro solum: Sed tertius est in illo, qui est in aliquo tempore absque morbo & in alio æger. Cum igitur morbi definitio sit nocumentum naturalis operationis, patet ꝙ inter nocumentum & non nocumentum non erit medium. nocumentum autem debile supponitur generi ægritudinis, sicut & operatio debilis supponitur generi sanitatis, qua fit rectitudo operationis. Hi autem sermones indigent maiori expositione: sed intentio nostra in hoc sermone, vel tractatu est compendium & abreuiatio.

Naturalis sciã ẽt sanitatẽ & ægritudinem

E

F

Cuius prima diuisio est in theoricam, & practicam. Et theorica ex tribus rebus perficitur & completur.

Intendit dicere ꝙ Medicina diuiditur primo in duas partes. quarum altera theorica, & reliqua practica seu praxis nominatur. Et intellexit ex dicto suo theorica ex tribus perficitur. quia pars ipsius scientifica, & speculatiua perficitur ex tribus partibus, quarum immediate post facit mentionem. Hæc autem diuisio non est vera: quoniam Galenus dixit in definitione eius, ꝙ ipsa est scientia sanitatis, & ægritudinis, & rerum proportionatarum eisdẽ, & dispositionis, quæ non est sanitas, neque ægritudo: si igitur sic est, omnes partes eius erant scientificæ & theoricæ. non ergo vna sola theorica, & altera practica. Est ergo sciendum ꝙ ex operationibus rationalibus sunt quædam, quæ dicuntur practi-

A ex & actiuæ: quoniam sciuntur & discutiuntur proculdubio operando, sicut operatio & ars Carpentariæ, & Sutoriæ. Et quædam dicuntur artes, quæ proculdubio discuntur vt scientia, demonstrationibus scilicet & definitionibus, quibus perfectæ & vltimatæ aliquid scitur. & tale proculdubio est ars proprie. & talis est dispositio Medicinæ artis. Neque longinquum est, seu impossibile esse aliquam ex artibus & operationibus, quæ ambobus prædictis modis addiscatur, scilicet scientia & operatione: si tamen ponamus talem artem & talem operationem esse vnicam. Est autem opinio, ꝙ talis sit ars Medicinæ. & hoc ideo, quoniam pars ipsius, quæ manualiter exercetur, proculdubio vtendo, & operando addiscitur secundum maiorem partem ipsius. Modus igitur huius diuisionis potest esse, ac si diceretur ꝙ scientia artis Medicinæ diuiditur in duas sciétias seu partes scientificas, scilicet in scientiam eius cui coniungitur dominus scientiæ Naturalis, & aliam remotam ab eo: hoc est dictu ꝙ Medicus speculetur in arte sua duas scientias insimul, scilicet scientiam, qua speculatur sanitatem, & eius causam, & signa, & morbum, & causam eius, & signa. secunda autē scientia, quam in arte considerat, est illa, per quam considerat qualiter, & cum quibus conseruét sanitatem. similiter etiam qualiter, & cum quibus curet ægritudinem. & hoc est speciale in arte Medicinæ. Pars autem, per quam coniungitur B hæc scientia scientiæ Naturali, est vere & proprie scientia, talis scilicet, quod finis intentus in ea est solum scire, & non opus. Alia vero pars specialis in consideratione artis Medicinæ dicitur, & potest dici praxis siue actiua, eo quod affinis sit, & propinqua operationi: cum eius operatio & vsus habeatur, & sciatur vt plurimum operando, pro quanto ex conditionibus Medici est, vt postquam steterit super scientiam Medicinæ, & eam intellexerit, quod sit vsus & exercitatus in operationibus eius. Manualis autem operatio minime, vt diximus, dictis vel sermonibus addiscitur, excepta minima parte eius. & simile videtur de anatomia. nam modicum eius potest ex sermonibus imaginari. Primus autem, qui expresse posuit hanc diuisionem medicinæ, fuit * Iacuain Medicus, quem Alcorazoen redarguit, & reprehendit. iam enim ipse opinatus est quod radices dictorum Galen. indicent falsitatem diuisionis prædictæ. cui post respondet Benzoar, qui opinatus fuit inuenisse hanc diuisionem in quibusdam libris attributis & appropriatis Galen. Veritas autem est in hoc, sicut nos diximus. * a l. Hamay.

Ex ² [rebus autem] sunt septem naturales Et ex eis sunt sex, & omnes sunt necessariæ. 3 a * quibus rebus

Quoniam prædixit quod pars Medicinæ theorica perficitur ex tribus rebus C ideo nunc inchoat a prima earum. Vnde inquit ꝙ septem sunt res naturales: hoc est, ꝙ pars prima theoricæ partis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium. hæ autem septem res naturales sunt potissima causa sanitatis repertæ & existentis in corpore. Et dixit quod ex eis sunt sex aliæ, & omnes sunt necessariæ: hoc est ꝙ pars secunda partis theoricæ diuiditur in contemplationem sex rerum non naturalium; quoniam non perficitur esse naturale sine eis. Ex his vero rebus sunt quædam extrinsecæ, & quædam a voluntate, & ex eis quædam animales: quæ omnia ex necessitate corpori contingunt.

Adhuc sunt aliæ tres in libris scriptæ, scilicet morbi, causæ, & accidentia. 4

Tertia pars ex tribus partibus theoricæ diuiditur in tres partes, & scientias, scilicet in scientiam accidentium, morborum, & causarum. quoniã illud, super quo debet esse Medicus continuo attentus, sunt prędictę res tres. Vnde est, ac si diceretur ꝙ theorica Medicinę diuiditur in contemplationem sanitatis & ęgritudinis. & contemplatio sanitatis diuiditur in contemplationem septem rerum naturalium, & in contemplationem sex rerum magis necessariarũ. & rursus cõtemplatio ęgritudinis diuiditur in tres scientias, scilicet in scientiam morbi, & causę, & rei accidens nominatę in hac facultate. nos autem omnem intentionē eius declarabimus in sequentibus.

5 *Practica diuiditur in duas species: quarum vna manibus exercetur: et alia cum medicina, necnon eo quod ex cibis ordinatur.* D

Quoniam diuiserat medicinam in duas partes, scilicet in theoricam & practicam: & theoricam subdiuiserat in partem sexdecim, in tresdecim, scilicet naturales, & in tres accidentales: ideo subdiuidit nunc practicam in duas partes: ex quibus vna est manualis, sicut sutura vulnerum, depositio cataractarum, & similia: altera vero est, qua curatur morbus cum medicinis, & conseruatur sanitas cum cibis. hæc autem pars includit scientiam naturarum medicinarum, & modum sciendi medicamina ex eis, & vsus eorundem, & scientiam etiam de naturis ciborum, & modum conseruandi sanitatem cum eisdem. Esset autem melior diuisio quam prædicta, si diceremus medicinam diuidi in * octo partes: s. in scientiam, qua docetur quid sit sanitas: & in scientiam, per quam cognoscuntur signa sanitatis: & in scientiam, qua natura ægritudinum cognoscitur: & in scientiam, per quam sciuntur earum signa: & in scientiam, ex qua scitur ingenium curationis ægritudinis: & in scientiam, per quam scitur ingeniũ conseruationis sanitatis.

Primo Collig. in Procemio, & ĩ principio primi libri, diuidit Medicinam in septẽ partes.

* a.l. sex

Rememoratio rerum naturalium & primo de Elementis. E

6 *PRocul dubio ex rebus naturalibus sunt elementa, ex quorum compositione existunt corpora.*

Voluit pro certo dicere quod prima ex rebus, quas naturales nominamus, est scientia corporum, ex quorum compositione existunt cætera corpora mixta. dicuntur autem corpora illa elementa. Definitio autem elementi est: quoniam est simplicius, quod in composito reperitur, idest quod ipsum est illud, ex quo aliquid componitur, & ipsum ex nihilo. Definitur & aliter. ipsum enim est, in quo resoluitur compositum cum corrumpitur: sed ipsum in nullum aliud resolui, vel dissolui potest. Et dixit: Procul dubio: quia ex eorum compositione existunt corpora, eo quod opinio fuit Hippo. & Gale. quod corpora hominum componuntur veraciter ex quatuor elementis, s. terra, aqua, aere, & igne, per viam admixtionis: sicut oxymel componitur ex melle & aceto. Super his autem fuerunt valde diuersæ & variæ Philosophorum opiniones, scilicet in numero, & natura elementorum, ex quibus corpora hominum componũtur. Quidam enim ex eis dixerunt ea esse quatuor, sicut dictum est: & quidam asseruerunt ea esse solum duo: & quidam vnum solum. Quidam etiam eorum dixerunt ea esse corpora indiuisibilia eiusdem naturæ, opinantes ꝙ hæc corpora, & omnia entia composita generantur ex eisdem. F

Elementi definitio.

7 *Sermo quidem Hippocratis in libro de Elementis in his est sermo verus, scilicet quod sint quatuor: aqua, ignis, aer terra.*

Sermo Hippocratis, dicentis ꝙ quatuor sunt elementa in numero, s. aer, ignis, aqua, & terra, est verus.

8 *Probatio veritatis prædicti sermonis est: quoniam cum corpus corrumpitur, reuertitur in eadem.*

Probatio sermonis Hippo. scilicet ꝙ corpora mixta sunt composita ex his quatuor corporibus, est cum eo, quod videmus corpus animalis mortui dissolui & resolui in prædicta quatuor elementa. Quod autem dissoluitur & resoluitur in aliqua, proculdubio videtur cõponi ex eisdẽ, neque reperitur aliquid aliud, in quod hoc dissoluatur & resoluatur. Cum autem animal moritur, eius partes siccæ resoluuntur & conuertuntur in terram, & humidæ in aquam, & calidæ in aerem, & ignẽ. Est aũt hoc notũ ad sensum ei, qui curiosus, & attentus est ad videndum illud. Patet autem ipsum componi ex his quatuor, eo ꝙ est corpus terminatum habens essentiam. Omne autem corpus tale componitur ex terra &

A aqua.fit enim proculdubio corpus tale,cum malaxatur terra cum aqua: & potiſsime ſi coquatur ad ignem tandiu, donec efficiatur ſimile teſtæ. Si igitur ſic eſt,patet in ipſo quatuor elementa exiſtere.& hoc eſt, quod Deus inquit, cuius nomē ſeper exaltetur.Creaui hominem ex luto,ſicut tęſtam figuli. Huius autē probationes perficiuntur in Naturali facultate.Medicus autem inquantū hmōi, nequit hoc vere & demonſtratiue declarare: ſupponit autem nihilominus hoc, & accipit a domino ſcientiæ Naturalis.ipſe tamen declarat hoc in libro de Victoria & de certamine: ſicut facit hoc in libro de Elementis Gal.

Si non eſſet niſi vnum elementum, non eſſet aliquod animal cum morbo corruptibile. 9

Hæc eſt probatio Hipp.ꝙ corpora animalium non componuntur ex partibus indiuiſibilibus & vnius naturæ: ſicut componitur domus ex lapidibus & lignis. Nam ſi corpus animalis componeretur ex partibus indiuiſibilibus, minime corrumperetur ex morbo: corruptibilę enim corrumpitur proculdubio ex dominio contrarietatis in eo. Sed ſi corpora eſſent vnius & eiuſdem naturę,nulla quidem eſſet contrarietas corrumpens ea,nec ab extra,neque in ſeipſis. Verum quia corpora ſunt corruptibilia ex ſeipſis,eo ꝙ in ſeipſis contrarietatē habent,quod etiā circundat ea exterius,contrariatur eis. Cū igitur contraria ſint
B diuerſarū naturarū,ſequitur ꝙ ipſa corpora non habeant vnā naturā, neq; ſint vnius naturæ. Et hæc ſcripta ſunt in lib. de Elementis & in lib. de Humana natura Hip. hæc autē ſcientia eſt de cauſis vltimatis, vel finalibus ſanitatis.

Rememoratio ſecundæ rei naturalis, & eſt Complexio.

POſt hæc autem ſcientia complexionis eſt ex iudiciis in Medicina conferentibus. 10

Poſtq̄ Medicus nouit elementa, ex quibus componitur corpus per viā mixtionis, decet ipſum ſcire & cognoſcere ſpecies complexionis. Iudicium autem huius ſcientiæ confert in medicina.& hoc quidem eſt manifeſtum: quoniam cū ipſe cognoſcit complexionem exempli gratia eſſe calidam vel frigidam, tunc quidem ſi fuerit ſanus, erit conſeruatio eius in eo,in quo eſt cum omnibus ſimilibus. ſi vero fuerit æger, eo ꝙ ſit lapſus a qualitate ſibi naturali ad contrariam, curabitur,ſi reducatur ad qualitatē ſibi naturalem prius in eo exiſtentem cū eo quod contrariatur,& opponitur qualitati facienti ægritudinē. Exemplum autē
C huius eſt,quoniā,ſi quis calidæ complexionis patiatur ægritudinem, per quam eius complexio infrigidatur, erit proculdubio eius curatio, ſi calefiat, donec redeat ad ſuam complexionem naturalem.

Quatuor ſunt potentiæ,ſeu virtutes complexionis,ſiue diuiſerit,ſeu compoſuerit eas vir[a] [conſultus.] 11

a * ſapiens

Quatuor ſunt virtutes,quibus comparatur & refertur complexio hominis, cum vna ex eis, vel duæ nominantur, velut in compoſito vel complexionato ex eis: & ſunt calida, & frigida, humida, & ſicca. Cum autem dicit: ſiue diuiſerit, ſiue compoſuerit eas vir conſultus, intellexit pro conſtanti quod complexio hominis referatur vni ſoli ex prędictis virtutibus, vel duabus vniri vel coniungi poſsibilibus. Complexiones vero relatæ dominio vnius ex prædictis virtutibus ſunt quatuor, ſcilicet vel complexio calida, i. ſuper quam caliditas nominatur: vel frigida, i. ſuper quam frigiditas dominatur: vel ſolum humida, i. ſuper quam humiditas dominatur: vel ſolum ſicca, i. ſuper quā ſiccitas dominatur: aut dominatur ſuper complexionem caliditas & ſiccitas: vel frigiditas & ſiccitas: aut caliditas & humiditas, vel frigiditas & humiditas. Hæ igitur ſunt octo complexiones, quæ referuntur egreſſui vnius, vel duarum qualitatum a temperamento.

Complexiones ſunt quatuor.

D

De complexionibus in se.

12 *Sensus tactus sentit & percepit caliditatem, & frigiditatem, siccitatem, & humiditatem.*

Quia prędixerat ꝙ quatuor erant virtutes seu qualitates, ideo nunc manifestat & declarat eas. vnde inquit, ꝙ prędictę virtutes sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Intellexit autem per humiditatem mollitiem, & tenuitatem, quam tactus sentit.

13 *Prædictæ virtutes seu potentiæ reperiuntur in elementis* [a] [ ] *tempore* [b] [*eo quo*] *augetur, seu pullulat, & in loco.*

a. & in
b. & ĩ eo qđ

Quoniam prędixerat ꝙ virtutes repertę in complexione sunt quatuor, rememoratus est nunc rerum complexionatarum, in quibus hę virtutes reperiuntur. Ait autē: reperiuntur in elementis, i. in quatuor corporibus, quę sunt aqua, terra, aer ignis. Intellexit autem per virtutes, caliditatem, siccitatem, frigiditatem, & humiditatē. Et intellexit per tempora, quatuor anni tempora, s. ęstatē, autumnū, ver, & hyemem. & hoc ideo, qm̄ quodlibet ex istis comparatur dominio duarum ex istis virtutibus & qualitatibus. hę tamen qualitates referuntur aliter elementis q̄ animalibus, & aliter q̄ tempori & loco. Et intellexit per locum, climata terrę habitabilis. Et intellexit per illud, quod augetur, vegetabilia, & alia. nam complexiones eorum referuntur his quatuor virtutibus. E

14 *Elementum ponitur in vltimo simplicis complexionis.*

Intellexit, seu dicere voluit, ꝙ cum informantur elementa aliqua ex illis quatuor qualitatibus, ꝙ referantur ab ea in vltimo. Cum autem dicit simplicis complexionis, voluit dicere ꝙ elementum sit in vltimo simplicium qualitatum ex qualitatibus complexionalibus, quę sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Et ob hoc dicimus, ꝙ ignis sit calidus, vel ꝙ aqua sit frigida, intelligentes pro certo. & hoc dicitur de eis, eo quod sit in hoc in vltimo, i. ꝙ nō sit aliquid calidius igne, cum ipse sit calidior omni calido complexionali. sic ēt est in alijs qualitatibus ipsorum. & hoc quidem manifestum est. Aliud vero cōplexionatū, eo ꝙ est mixtum, & componitur ab extremis in vltimo, i. ex quatuor qualitatibus, quę sunt in elementis, ideo fuit medium inter ea in prędictis qualitatibus ratione confractionis partium eorum ad inuicem. Vnde sic est in omnibus mixtis & medijs inter prędicta, sicut in colore bruno dicto Arabice ebam, ex albo scilicet & nigro composito: qui nec dicitur nec imaginatur albus, vel niger in vltimo, sed dicitur ꝙ sit in ipso niger in parte, & albus in parte. Vnde sic est negocium qualitatum in elementis, et mixto ex eis complexionato nam sunt in elementis vltimatę, in mixto vero & complexionato confractę. F

15 *Caliditas est in igne, & aere: frigiditas vero in terra, & aqua: & siccitas inter ignem, & terram: & teneritas inter aquam, & nubem.*

Quoniam prędixerat quod elementa informata prędictis virtutibus, informantur eisdem in vltimo, notificat nunc, quę ex his virtutibus referantur cuilibet ex elementis. Vnde inquit: caliditas est in igne & aere. & intellexit quod quę ex eis informantur caliditate, sunt duo, scilicet ignis, & aeri & quę ex eis informantur frigiditate, sunt etiam duo, scilicet aqua, & terra. docet tamen scire aquam frigidiorem terra, sicut & ignem calidiorem aere. Nec est hic ignis sensibilis ille, qui est elementum, sicut ait Alexan. quoniam iste ignis est causa corruptionis, non existentię vel esse alicuius: ignis vero, qui est elementum, est & habet esse, causa esse & generationis. Est autē iste super aerem in concauo orbis cœli. nec habet calorem in actu: quoniā calor est proculdubio res accidens huic igni sensibili: eo ꝙ in corpore terrestri existit. hoc totum est in Naturali scientia manifestum, & probatū. Cum autē dixit: siccitas est inter ignem & terram, voluit dicere ꝙ duo elementa sicca sunt, sci-

Nota đ igne elementari, et hoc ĩferiori.

A licet ignis,& terra:terra tamen ſiccior eſt igne. Et cum dicit: & teneritas eſt inter aquam,& nubem,intellexit per teneritatem humiditatem, & per nubem aerem:ac ſi diceret duo elementa humida ſunt,ſcilicet aer,& aqua. Oportet tamen ſcire aerem eſſe humidiorem aqua,& ꝙ aqua ſit nihilominus potentior in humectatione corporum,quibus obuiat,quam ſit aer.

Significatur nobis eſſe & generatio inter ſpecies ipſorum,cum diuerſificentur adinuicem,& vniantur ſiue coniungantur. 16

Intellexit ꝙ prędictę qualitates diuiduntur in diuerſas ſpecies, quia in quibuſdam variantur,& in quibuſdam vniuntur, & aſsimilantur:quod quidem ratione harum partium & diuerſitatum,eſſe ſignificant,& generationem.Et proculdubio diuerſificantur inuicem,quę ex eis diuerſificantur, ratione contrarietatis earum:& vniuntur & aſſociantur in vna & eadem qualitate: volo dicere ſicut aſſociationem ignis & aeris in caliditate,& aquę & terrę in frigiditate.

De complexionibus hominum.

Diuerſificata fuerunt inuicem,ne eſſent quid vnum & idem: & fuerunt 17
B *coniuncta,& vnita,ne viderentur omnino contraria.*

Ratio quidem eſt,quare non fuerunt a principio vnum & idem: quoniam ſi fuiſſent quid, non reperiretur aliquid diuerſum ab eis. Cum autem dixit:& fuerunt coniuncta,ne viderentur omnino contraria, intellexit ꝙ oportebat,vt aſſociarentur qualitatibus,ne contrarientur ex omnibus partibus.ex hoc enim fuiſſet difficilis eorummixtio,& complexio.

Imaginamur complexionem in alio ab elementis, puta in compoſito [2] *[ab] eis a prædominante.* 2. ex

Intellexit ꝙ non imaginemur mixtum informari iſtis qualitatibus, eo ꝙ in ipſo vltimentur:ſed dicitur & imaginatur tale a tali qualitate prędominante in ipſo. Cuius exemplum eſt de leone,cum dicimus ꝙ ſit calidus & ſiccus, non intelligentes illud de eo in vltimo:ſicut facimus de igne,cum eum ſic nominamus. vnde intelligimus ꝙ caliditas & ſiccitas dominentur in eo pluſquam frigiditas & humiditas:volo dicere ꝙ hę duę partes ſunt in eo maiores,& ampliores.

Ponimus æquale,& temperaturatum ad referendum ei, eo ꝙ habeat quatuor facies coniunctas. 18

Omne,quod imaginatur informari dominio vnius vel duarum ex iſtis qualitatibus, intelligitur proculdio eſſe tale in comparatione ad temperamentum, & ęquale,in quo ſcilicet reperiuntur quatuor qualitates ęqualiter:volo dicere ꝙ reperiatur in eo tantum ex caliditate,quantum ex frigiditate, & ex ſiccitate, quantum ex humiditate. Sunt autem quidam opinati ꝙ hæ complexio ſit ſecundum opi. Gale.complexio hominis temperatam complexionem habentis, ideſt ꝙ quatuor qualitates complectuntur in eo æqualiter, aut prope æqualitatem:& maxime,vt dicit,in cute manus, & ex cute manus ſignificatur ex cutę digiti medij.Ex ſermone ſuo nihilominus intelligitur ꝙ ſic, & dicatur in eo temperamentum & ęquale medium in ſpecie.Exemplum eſt:quoniam quamuis caliditas,& ſiccitas dicantur dominari ſuper leonem,tamen eius complexio habet duo extrema:& medium inter duo extrema dicitur ęquale, & temperatum. & ex iſta complexione exercet leo operationes ſuas meliori modo quo poteſt, inquantum leo.Ponuntur etiam exempla huius ęqualis,& ęgredientis ab ęqualitate eius in his,quę fiunt artificialiter. Vnde exempli gratia dicitur oxymel ęquale,& temperatum,cum ponuntur in eo mel & acetum in tali quantitate,et proportione,ꝙ reperiatur ex eis operatio oxymellis perfectior & laudabilior, quę poſsit eſſe. ſed dicitur ęgrediens, cum prędictę qualitates reperiuntur auctę vel diminutę. tale autem ęquale reperitur,& debet intelligi in qualibet ſpecie:& tale etiam debet intelligi in homine temperato, & ęquali. Oſtenſum eſt

autem in naturalibus, ꝙ ęquale, in quo partes elementorum componuntur ęqualiter, sit prohibitum, & impossibile inueniri. Cum igitur erit in homine ęqualitas prędicta, poterit quidem intelligi ꝙ dicatur ęqualitas de eo per comparationem ad extrema suę speciei, & ꝙ extrema ipsius dicantur egredi ab ęqualitate per comparationem ad ipsum. Possumus & intelligere ęquale prędictum ex proportione, & comparatione eius ad partes elementorum, referendo quasdam ex eis quibusdam ex eisdem. Cum autem intelligetur in eo huiusmodi proportio, reperietur in eo, inquantum est homo, caliditas naturalis maior & fortior frigiditate, & humiditas siccitate. Si igitur sic est, erit complexio hominis in generali calida & humida, habẽs duo extrema, multa & magna diuersitate distãtia ab inuicem. Vnde homo, cuius caliditas reperitur minor caliditate prędicta, dicitur frigidus per comparationem ad hanc complexionem hominis ęqualem. & similiter cuius humiditas reperitur minor humiditate prędicta, dicitur siccus per comparationem ad prędictam complexionem. & ille, in quo prędictæ duę æqualitates sic se habent, dicitur frigidus & siccus. & in quo caliditas & humiditas ampliores & fortiores sunt q̃ in pdicto, dicitur calidus & humidus. Ratione autem huius complexionis vituperat, & arguit Gal. dicentem complexionẽ temperatam calidam & humidam esse: neq; intelligit ꝙ calidum & humidum dicantur de duabus complexionibus prędictis ęquiuoce. Vnde qui ex Antiquis dixit ęqualem & temperatam complexionem hominis esse calidam & humidam, dixit verum, dum intellexit hoc de calido & humido temperate, non aũtem de calido & humido egrediente ab ęqualitate, & temperie prędicta. E

20 *Fuerunt autem mistæ, & completæ in eo secundum existimationem, vt esset pondus, & mensura.*

Elementa fuerunt quidem mixta in hac complexione ęquali secundum existimationem ęqualem: & fuit hęc complexio, sicut ferrum, quo cęterę res ponderantur. Cum autem reperitur complexio diuersa ab ista, imaginatur per informationem qualitatis, qua diuersificatur ab ipsa, ꝙ si fuerit calidior, dicemus eam esse calidam: & si siccior, dicemus eam esse siccam. Sic igitur scitur complexio inęqualis per ęqualem. & ob hoc nominauit eam pondus, & mensuram.

21 *Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorum, non tamen inde expoliabitur, vel circunscribetur a virtutibus prædictis, & erunt nihilominus in eo absque æqualitate, & temperie prædicta.*

Quęcunq; ex complexionibus declinauerit ab ęqualitate ad aliquod ex contrarijs extremis, non euacuabitur inde a quatuor virtutibus, s. caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate. non tamen erunt in ea ęqualiter, & temperate, sicut in complexionibus temperatis. F

22 *Denominatur autem a nomine prædominantis: vt igneum, terreum, aqueũ, aereum. sunt enim ex eis, quæ comparantur aeri. Omnes autem dicuntur* [a] [*sic per modum transitus,*] *& minus proprie.*

a* scdm viã seu semitam medicorum,

Complexio egrediens & declinans ab æqualitate, denominatur a nomine ignis, i. calida & sicca: & a nomine terrę, i. frigida & sicca: & a nomine aquæ, i. frigida et humida. Intellexit cum dicit: sunt etiam ex eis, quę comparantur aeri, quę sunt calida & humida in complexione. & pro certo dicit hoc, proprie secundum opinionem meam, ꝙ oportet vt qualitates, quibus appropriantur & referuntur complexiones, sint binę & coniunctę, sicut sunt in elementis & humoribus. & sic essent solum quatuor complexiones, s. calida & sicca relata igni, & cholerę: & calida & humida relata sanguini, & aeri: & frigida & humida comparata aquę, & phlegmati: & frigida & sicca comparata terrę, & melancholię. Et proculdubio possibile est inuenire calidam complexionem solum per se, aut frigidam, aut siccam, aut humidam verbo & diuisione: sed in effectu non est conueniens eas inuenire. Si autem quis opinetur possibile esse, ꝙ elementa complectantur omnino secundum æqualitatem; sciat esse in naturalibus decla-

A ratum, ꝙ eſſe & generatio fiat, cum qualitates actiuę, vtpote caliditas & frigiditas dominantur ſuper paſsiuas, ſ. ſuper ſiccitatem & humiditatem: & ꝙ corruptio fiat ex contrario huius, ſcilicet cum qualitates paſsiuę ſuper actiuas dominentur.

Iam quidem perfectæ ſunt nouem ſpecies complexionis: neq; [a] [*nunc accedam ad diuiſionem nouam.*] 23

a × addidi in eis aliquid de nouo.

Inter has autem nouem intellexit complexionem ęqualem, & octo egredientes ab ęqualitate, quatuor ſ. compoſitas, ſuper quas dominantur duę qualitates: & quatuor ſimplices, ſuper quas vnica ſolum ex quatuor qualitatibus dominatur. hę tamen, vt diximus, minime reperiuntur. Hoc autem proculdubio opinatus eſt Gale. eo ꝙ parum didicerat, & imperfectus erat in ſcientia Naturali. Oportet etiam ſcire ꝙ ſpecies complexionis ſunt ſpecies ſanitatis repertæ in membris ſimilibus, quorum ſcilicet totius & partis eſt idem nomen: ſicut caro, cuius pars etiam nominatur caro, ſicut ipſa tota, non tamen ſic eſt de manu, & pede, quę membra organica nominantur.

Rememoratio de complexionibus temporum.

B *NVnc autem loquar de tempore ſecundum opinionem, & exiſtimationem: non enim ceſſit in eo ſtylus, & modus inueſtigandi ſubtilis. Hyems autem habet vim & naturam phlegmatis: Et ver excitat ſanguinem: Aeſtas vero choleram nigram.* 24

Quia locutus eſt de ſpeciebus complexionum hominis. voluit nunc loqui de ſpeciebus complexionum temporis. Cum autem dixit ꝙ hyems habet vim phlegmatis, intellexit ꝙ complexio hyemis ſit frigida & humida, ſicut eſt phlegma: & ob hoc generatur & augmentatur phlegma in ea. Et cum inquit ꝙ ver excitat ſanguinem, intellexit ꝙ ſanguis generetur in eo. Cum vero dixit ꝙ ęſtas choleram, voluit etiam dicere ꝙ in ea generetur cholera: eo ꝙ ſit calida & ſicca, ſicut eſt & ipſa. Et cum dixit ꝙ autumnus choleram nigram, voluit dicere ꝙ autumnus in natura ſua ſimiletur cholerę nigrę, ſ. in frigiditate & ſiccitate: & ob hoc generatur, & multiplicatur in eodem. Et verum eſt quidem quod de vere dicit, ſcilicet ꝙ ſit calidus & humidus. Eſt tamen contra intentionem Gal. in de complexionibus. dicit enim ibi ꝙ ver ſit tempus temperatum & ęquale, in quo reperiuntur quatuor qualitates cũ ęqualitate. Conſtat aũt ꝙ ſi eſſent repertę in eo quatuor qualitates cum ęqualitate, in eo vitę operationes minime eſſent decentius coaptatę, quarum cauſa eſt caliditas & humiditas: quam operationes vitę contrarię, quarum cauſa eſt frigiditas & ſiccitas. Si etiam fuiſſent ſic in eo ęquatę virtutes & qualitates primę, minime fuiſſet in eo appropriata generatio: neq; etiam augmentum alicuius humoris in homine, nec in alijs ab eo: nec etiam generatio & eſſe alicuius rei. oportet ergo neceſſario, vt ipſum ſit calidum & humidum. Eſt nihilominus ęquale & temperatum: eo ꝙ ſit inter hyemem & ęſtatem medium. & cum non ſint niſi quatuor tempora, neq; etiam niſi quatuor humores, manifeſta eſt ſignificatio ꝙ non ſint etiam niſi quatuor complexiones compoſitę & inęquales. nam ſi poſſet inueniri complexio ęqualis, taliter ſcilicet, ꝙ elementa in ea ęqualiter miſcerentur, minime inueniretur aliqua operatio in hac complexione primis qualitatibus appropriata, eſſetq; neceſſarium ne haberet formam, ſcilicet vnam.

Libro prio.

C

Rememoratio [b] [partium, & ſpecierum eius quod augetur, & vegetatur.]

b × complexionum medicinarum.

QVod autem augetur & minoratur, diuidatur in ſpecies mineralium, et plantarum, & animalium corpus habentium. 25

A rum, s. ex celeri & cita mutatione ad ignem, & celeri congelatione ipsius, sapore, odore, & colore. Sunt tamen adhuc multo plures modi, quos alibi retulimus, ex quibus sunt. xviij. quorum rememorationẽ fecimus, s. de signis superioribus, in quarto Mete. Quia vero perfectius, & fortius ex his sciuntur de sapore, fuit contentus vir iste ex rememoratione saporis solius, non curans de alijs in hoc loco. Voluit ꝙ complexio medicinarum cognoscatur per saporem. & hoc, quia sensus gustus percipit saporem: & sapor proculdubio significat super complexionem medicinę, & syllogismo vero & iusto, vt ipse dixit.

Dulcis, & salsus, & amarus, siccitatem: acutus vero, calorem. 28

Hi tres sapores conueniunt & vniuntur in significando ꝙ dominans super complexionem medicinę sit siccitas: & non solum siccitas, sed etiam caliditas. Significat etiam caliditatem et siccitatem sapor acutus: dulcis tamen est signum minoris caliditatis & siccitatis ab eo, quod naturę comparetur nostrę in similidine Et post ipsum in caliditate & siccitate est salsus. & hoc, quoniam in salso est substantia humida aliqua vsta. Et post salsum est in hoc amarus: ipse enim est fortioris caliditatis & siccitatis. & hoc, quoniam visum est Galeno, ꝙ amarus sapor causatur ex substantia terrea vsta. Nos tamen videmus plures species rerum, quarum natura frigida est & sicca, & nihilominus habent saporem amarum, vnde fructus vegetabilium, qui dulcorantur in fine, sunt vt plurimum amari saporis in principio.

B

Omne liquidum, non habens saporem manifestum, est æquale, & temperatæ forte complexionis. 29

Concordati sunt ꝙ habens saporem manifestum, sit inęqualis complexionis. Postquam ergo contenti sumus eius, quod dixerunt de sapore manifesto, & habente ipsum, sequitur necessario ꝙ non habens saporem sit ęqualis & temperatę complexionis.

Omnis sapor ponticus, & acetosus frigidus est & siccus: necnon etiam omnis stypticus. 30

Hoc est, quod Gal. opinatur proculdubio, ꝙ sapor ponticus, & stypticus generentur ex substantia frigida terrea & grossa, & acetosus ex substantia terrea frigida & subtili.

Omne habens dominium pinguedinis, & vnctuositatis, est calidum & humidum: & pure insipidum frigidum & humidum. 31

Dicimus, sapor iste est vnctuosus, & per consequens calidus & humidus. & hoc ideo, quoniam vnctuosum secundum Medicos est compositum ex substantia aerea: aer autem calidus est & humidus. Sic igitur sunt in generali * isti octo sapores, quorum ipse pręmisit rememorationem: & insipidum carens omni sapore dicatur esse nonus. Medici autem sunt huius opinionis, s. ꝙ causę saporũ sunt, subtilitas substantię, & spissitudo, & mediocritas inter ipsa. Dicimus igitur ꝙ cum grossities substantiæ vnietur frigiditati, causabitur & generabitur sapor ponticus, & stypticus. sed cum grossities erit cum caliditate, generabitur salsus, & amarus. sed cum vnitur subtilitas frigiditati, fit inde insipidus. videtur tamen ꝙ sapor referatur ad grossitiem & subtilitatem per accidens: quoniam causa generabilis vel corruptibilis cuiuslibet sunt quatuor qualitates. videtur etiam ꝙ sapor dulcis & amarus sint tanquam duo extrema cõtraria inter duos sapores, & ꝙ alij sapores ab istis sint medij inter ipsos: sicut omnes colores ab albo & nigro sunt medij inter album & nigrum. Est & sciendum ꝙ significatio sumpta ex odore est debilior quam sit sumpta ex sapore: quamuis odor plurimum significet super saporem. Fuit autem significatio sumpta ex odore debilior: quia pars, super quam dominatur odor in medicina, quandoq; non extenditur per eam totam, sed existit in quadam parte eius: sapor vero dispargitur, & existit per totum saporabile. Et odor quidem aromaticus significat super caliditatem in generali, paucis exceptis, ex quibus manifesta sunt rosa, & myrta, ne-

C

* a. l. istituti

nufar, & violę: quorum ipse rememorationem faciet consequenter. Et proculdubio signum sumptum ex colore, est adhuc debilius in significando super complexionem medicinę: quoniam vnus & idem color quandoq; sequitur ad caliditatem & frigiditatem: cuius exemplum est color niger, qui ex caliditate generatur; & etiam quandoq; ex frigiditate. accipitur tamen signum ex colore super diuersas species vnius & eiusdem rei. cuius exemplum est, quoniam vinum rubeum calidius est vino citrino, & citrinum est calidius albo. Iam autem dixit Gale. de modo signum accipiendi super complexionem medicinę a sui celeri & cita mutatione, & conuersione ad ignem: ꝙ omnis medicina subtilis, & non spongiosa, conuertibilis cito ad ignem, est necessario calida, & cito digeritur. Proculdubio posuit seu ex conditione addidit ꝙ sit subtilis: quoniam habens dominium viscosę vnctuositatis, quod Arabes larg nominant, conuertitur ad ignem frequenter de facili, neq; tamen conuertitur celeriter ad naturalem calorem. Proculdubio adiunxit ex conditione non spongiosa: quoniam arundo festinanter inflammatur ex igne, nec tamen conuertitur celeriter ad calorem. & proculdubio cum sunt duo corpora ęqualis subtilitatis, quod ex eis citius congelatur est frigidius in complexione. si tamen essent diuersa in subtilitate, non esset conueniens vel necessarium. Hi ergo modi sunt manifesti, quibus potest cognosci complexio medicinę per modum syllogisticum. Melius tamen est & tutius inniti in hoc negocio experimento quam rationi: & potissime, quoniam pluries reperitur aliquid in medicinis ex forma ipsarum resultans ex pręcisis qualitatibus ęqualitatum in mixtione, volo dicere ex proportione existente inter quasdam ex eis per comparationem ad formam generatam in illo ente ex proportione quarundam qualitatum, ad quas referuntur in eodem ente. hęc autem operatio, cuius causa est proportio existens inter ambas formas, nominatur thesaurus. D E

Inquit translator. Constat ꝙ in Latino dicitur proprietas: Gale. autem nominat eam operationem medicinę ex totalitate substantię suę procedentem. Est autem verum, ꝙ impossibile est cognoscere proprietates per modum syllogisticum, nisi sciremus pręcise * quantitates elementorum in quolibet entium, & nisi etiam sciremus operationem egredientem a qualibet proportione generata in quolibet ente secundum quantitates elementorum in eis existentium. hoc autem est nobis ignotum, nec est possibile inueniri ab homine: est enim interminatum, cum sit infinitum & fine carens. hęc, igitur est causa proprietatis: cum nihilominus nobis ignota sit in quolibet ente, cum careat fine. intellectus aut, siue actus quilibet non potest limitare quod caret fine. Sic igitur debet intelligi negocium in proprietatibus. non autem sic opinantur multi ex fatuis, & phantastice loquentes in naturalibus, laborantes ad sciendum specialem proprietatum causam. Verum quia Medicinę necantes, & venenosę habent plurimum ex operationibus, quas efficiunt a proprietatibus, est quidem experimentum in medicinis periculosum: pro tanto decet Medicum esse contentum medicinis notis suo tempore, super quas testificati sunt omnes non autem dubijs ex eis. Quoniam autem quędam repeririuntur ex rebus quibusdam calidiores in se: & nihilominus minus calida per comparationem ad humanum corpus erit calidior. Cuius exemplum est oleum nouum, & & vetus siue antiquum. nam oleum nouum est in complexione sua calidius quam vetus & antiquum, vetus tamen est potens amplius calefacere corpus hominis. Omnes cibi cibant proculdubio, & nutriunt ex totalitate suæ substantię: & proinde est vnum & idem, cibus alicui animali, & medicina necans aliud ab ipso. sicut elleborus, qui est cibus coturnicis, & medicina necans hominem. & similiter napellus, qui est cibus porcorum, & est medicina necans hominem & interficiens. Postquam igitur declaratę sunt radices huius capituli, redibimus ad id, in quo eramus prius. F

* a.l. cōtrarietates.

A

Rememoratio complexio-num ætatum.

ANimal per complexionem ſuam diuerſificatur in ætatibus · erit tamen ſermo nunc in homine ſolum. 32

Complexio in qualibet ſpecie animalium diuerſificatur, & in qualibet ętate: eſt enim diuerſa in vna per relationem ad exiſtentem in altera. Ipſe autem innuit nunc ſermonem eſſe ſuper complexionem ętatum hominis ſolum.

Calor puerorum appropinquat calori iuuenum in complexione. 33
Calor iuuenum & puerorum ſunt in qualitaie propinqui, ideſt in quantitate caloris.

Iuuenes tamen declinant verſus ſiccitatem: puer vero eſt dominus humiditatis ſenſibilis. 34

B Voluit dicere ꝙ differentia, quę eſt inter ambos prędictos, eſt, quoniam iuuenum calor eſt ſiccior calore puerorum: calor vero puerorum velatur humiditate. & ob hoc calor iuuenum reperitur ſecundum tactum fortior, & ſiccior, & acutior calore puerorum. Et proinde opinati ſunt quamplures hominum ꝙ iuuenes ſunt calidiores: non tamen eſt ita, immo calor puerorum relatus ad corpora ipſorum, aut eſt maior & potior, aut ſaltem ęqualis calori iuuenum. nam puerorum digeſtiua eſt fortior. virtus autem augmentatiua non reperitur in iuuenibus, ſicut in pueris. Verum Galenus comparauit & aſsimilauit calorem iuuenum & puerorum vni & eidem calori: ſicut ſi imaginemur ipſum in aqua & aere exiſtere: nam exiſtentem in aere reperimus fortiorem. Antiqui autem certauerunt & contenderunt ſuper hanc complexionem, hoc tamen eſt, quod Gal. ex ea intellexit.

Senectus autem frigida, cum ponderabis eam, eſt ſicut decrepitas ipſa: & adhuc amplius in complexione cuiuſlibet ex eis ſiccitas manifeſta: exiſtit nihilominus & cruditas in humoribus decrepiti. 35

Quilibet ex ambobus prędictis, ſcilicet ſenex & decrepitus, eſt frigidę complexionis: decrepitus tamen eſt frigidioris complexionis. quilibet ex prędictis eſt ſiccę complexionis: verumtamen in decrepito multiplicatur humiditas accidentalis. quod intellexit, cum dixit: exiſtit nihilominus & cruditas in humoribus decrepiti. propter quod errauerunt quidam eorum, complexionem eſſe humidam dicentes.

C

Rememoratio complexionum maſculo-rum, & fœminarum.

IN maſculis exiſtit caliditas & ſiccitas, in fœminis vero frigiditas & humiditas. 36

Poſuerunt complexionem maſculorum relatam ad complexionem fœmellarum eſſe calidam & ſiccam, & cōplexionem fœminarum eſſe frigidam & humidam, per cōparationem ad complexionē maſculorum: firmantes ſe ſuper hoc ex operationibus & moribus prędictorū. cōſyderatio tamen ſumpta ab eo, quod eſt proprium fœminis ex menſtruis, eſt notior & manifeſtior prędictis. hoc enim ſignificat multitudinem ſuperfluitatum in ſanguine ipſarum collectarum: quarum quidem collectio ſignificat ſuper frigiditatem & humiditatem complexionis earum. Debet autem Medicus ſcire & cognoſcere complexionem ma-

fculorum,& fœminarum:quoniam fciet tempore ęgritudinis amborum qualitates elongatas cuiuslibet ex eis ab eorum complexione naturali: neque non vt fciat qualiter conferuet in eis ęqualitatem. D

* Rememoratio

a[Secunda pars primo] de fignis complexionum fumptis ab habitudine.

b * lenitas vel humiditas

c * corpore pingui & molli.

37 FRigiditas,& b [tenereitas] dominatur in c [complexione pinguis,& laudabilis corporis.]

Quoniam fecerat rememorationem fpecierum complexionum, accedit nunc ad faciendum rememorationem fignorum fuper complexiones fignantium. Scientia nanq; complexionis diuiditur in hac arte in has duas fcientias, f. in fcientiam fpecierum complexionum, & fcientiam fignorum fuper quamlibet ex fpeciebus eius fignantium. Ex his autem fignis quędam funt vniuerfalia, & funt illa, quę fuper complexionem totius corporis dicuntur fignificare: & quędam funt fpecialią & propria, quę fcilicet fignificant fuper complexionem cuiuslibet ex membris eius. Ipfe auten non facit hic rememorationem nifi fignorum vniuerfalium, exceptis illis, quę habent complexiones oculi denotare. Signum autem vniuerfale fumitur a tribus, f. ab habitudine corporis, colore,& capillis. Pro conftanti in complexione pinguis & laudabilis corporis, i. auctę & magnę pinguedinis, dominatur frigiditas & humiditas: pinguedo enim efficitur ex refiduo fuperflui cibi & nutrimenti. Paruitas autem pinguedinis in animali fignificat fuper malam difpofitionem ipfius. nam paruitas refidui ex nutrimento contingit ex dominio caliditatis & ficcitatis exiftentis in membris digerentibus: aut ex paruitate & diminutione cibi illius: aut anni illaudabilis. Multa vero pinguedo corporis fignificat fuperfluam frigiditatem & humiditatem membrorum in cibo & nutrimento agentium. hoc autem contingit ex complexione membrorum prędictorum naturali, aut accidentali: aut ex multitudine ciborum,& propterea pinguis eft breuis vitę, fufcipiens de facili corruptionem. Aequalis vero inter maciem & pinguedinem eft bonę & laudabilis complexionis. vnde talis habitudo corporis fignificat fuper ęqualitatem membrorũ ipfius in cibo agentium, i. ipfum digerentium. B

38 *Habitudo corporis macra, & extenuata fignificat complexionem ipfius effe ficcam.*

Hoc eft manifeftum & notum, f. ꝙ corpus naturaliter macrum, & tenuę nõ digerit ex cibo & nutrimento in membris fuis ei effet neceffarium ad digerendum. hoc autem contingit ratione ficcitatis fuper complexionem membrorum digerentium ipfius dominantis: etenim caufa digeftionis funt caliditas & humiditas. F

39 *Omnes, quorum venæ funt ex ipforum corpore latæ, funt * calidi.*

* Aue. leg. calidę.

Omnium, quorum venę funt latę ex radice originis & creationis fuę, eorum complexio eft calida. vnde cum dixit: ex ipforum corpore, intellexit ex eorũ origine,& creatione. Cum autem dixit: funt calidę, intellexit ꝙ venę funt calidę: & cum venę funt calidę, habent fuper complexionem calidam fignificare. Caufa autem latitudinis eft calidum venarum: ficut caufa ftricturę earum eft frigiditas. nam ficut frigiditas de fui natura aggregat,& conftringit, fic caliditas de fui natura dilatat,& extendit.

Inquit traslator. In grammatico fermone Arabum funt, venę,& homines, vnius & eiufdem generis. & ideo hoc adiectiuum calida, indifferenter poterat referri vtrifq; propter ꝙ tollens dubium refolutionis, inquit Beuroift: Cum autem dixit: funt calidæ, intellexit, &c.

Quicunq;

A *Quicunque autem habens contrariam dispositionem eorum, habet eam propter malitiam frigiditatis.* 40

Quicunque habens venas contrarias habenti latas, i. strictas habet quidē tales ratione frigidæ complexionis in eo existentis a principio suę generationis: dum talis strictura non contingit ratione pinguedinis ex quiete & superflua commestione generatæ.

Gradus quidem corporis æqualis, & iusti cecidit inter omnes. 41

Voluit dicere ꝙ corpus ęquale & temperatum est medium inter pingue & macrum. quod quidem intellexit, cum dixit: Gradus quidem corporis ęqualis cecidit inter omnes. ac si diceret, ꝙ gradus eius cecidit medius inter ambos gradus, vel etiam inter omnes gradus, qui inter ambo extrema existunt.

Rememoratio signorum a calore corporis, & primo a calore carnis.

N*On sumas signa a coloribus, si contingat eorum mutatio ratione regionis.* 42

B Si clima, aut regio fuerit causa immutationis colorum ibidem habitantium, tunc quidem talis minime significabit super complexionem ipsorum. tunc enim esset iudicium ab extrinseco, & non ab intrinseco: sicut cōtingit in terra Nigrorum, & Sclauorum: nam clima & terra calida denigrat colores, & frigida dealbat eos vltima albedine. Simile enim est de capillis: quoniam in regionibus calidis efficiuntur * globosi & crispi: sed in frigidis efficiuntur in vltimo planitiei & lenitatis. & hoc est, quod intellexit in sermone prędicto. * a.l.grossi.

Caliditas immutauit adeo corpora incolarum in regione Aethiopum & Nigrorum, ꝙ nigredo cooperuit uniuersaliter corpora ipsorum: habitantes vero in Sclauonia tantam adepti sunt albedinem, ꝙ efficit, & redigit eorum cutes rutilantes, & candentes. 43

In regione Aethiopum est caliditas adeo immutans corpora ipsorum, ꝙ corpora ipsorum cooperuit colore nigro: hoc autem contingit ratione transitus, & reuolutionis Solis super caput ipsorum, aut de prope. Sed causa frigiditatis immutantis cutem incolarum in regione Sclauorum ad excellentem albedinem, contingit elongationis & distantię Solis a capitibus ipsorum.

Si determines septem climata, scies species complexionum. 44

C Si scias determinare septem climata, & noueris cōplexionem cuiuslibet ex eis, scies complexiones ex signis, quę a coloribus sumuntur.

Quartum ex eis est iustum & æquale, in quo color sequitur post complexionem. 45

Quartum ex climatibus est temperatum, & ęquale. vnde in hoc climate non fit immutatio colorum ab ęqualitate aeris ipsius, immo fit proculdubio immutatio ipsorum ratione complexionis hominis. Verumtamen secundum Gale. quintum ex climatibus est ęquale & temperatum. Vnde inquit, ꝙ nullus ex hominibus Alexandrię est ęqualis complexionis. & hoc quidem verum est: sunt enim in regione Arabum quamplures eremi, & siluę altę, cuius termini & limites incedunt per quasdam reuolutiones & circuuferentias decliuium & promontoriorum, i. ascensus. Vnde habitantes in Arabia sunt generaliter calidę complexionis, super quos dominatur rubedo. & proinde appellat album rubeū: estq; possibile, vt inde vituperet ipsum aliqualiter, sicut cum dicitur, quare es rubeus sicut* ipsius, qui inter demones variatur coloribus. * a.l.impius

Fuscus croceus choleram rubeam: sed obscurus a [*brunus*] *choleram nigram.* 46 a * puluerulentus.

Color fuſcus croceus in æquali climate ſignificat ꝙ cholera rubea domine- D
tur ipſi cholerico: ſed color obſcurus brunus ſignificat in eodem climate dominium choleręnigrę.

47 *Corpus eſt rubeum ex dominio ſangninis: & album in colore, ſicut ebur ex humore flegmatico.*

In corpore, in quo rubedo dominatur, color quidem talis ſignificat ſanguinē dominari in complexione ſic colorati: ſed color albus ſimilis colori dentis elephantis ſignificat humorem phlegmaticū in cōplexione ſic colorati dominari.

48 *Complexio habentis colorem miſtum ex albo & rubeo, eſt ſecundum exiſtimationem æqualis, & temperata.*

Color mixtus ex albo & rubeo ſignificat complexionē ſic colorati eſſe ęqualē in quantitatibus, & partibus humorum in eodē exiſtentium: i. ꝙ non dominetur in eo aliquis ex humoribus ſup alios, ſed ꝙ ſint in eo æqualiter ſcdm proportionē naturalē, & hęc eſt complexio æqualis, quam prius definiuit.

49 *Albus capillus eſt frigidæ complexionis: ſed capillus niger eſt calidæ complexionis.*

Intellexit ꝙ albus capillus in æquali climate, & regione ſignificet ſuper frigidam cōplexionem, & niger ſuper calidam complexionem. E

50 *Cuius complexio eſt diminutæ frigiditatis, habet capillos aureos flauos: & cuius complexio eſt diminutæ caliditatis, habet capillos rubeos.*

In quo frigiditas eſt minor caliditate, eſt capillus aureus, aut flauus. nam flauitas ſignificat complexionem diminutæ frigiditatis, & rubedo capillorū ſignificat ſuper complexionem minoris caliditatis quam ſit complexio habētis capillum nigrum. & proculdubio eſt hoc verum. nā rubedo eſt propinqua & affinis nigredini, & flauitas albedini.

51 *Color capillorum habentis complexionem æqualem & temperatam, eſt aureus, ex flauo, & rubeo miſtus, & compoſitus.*

Nihil volui hic exponere, quoniam per ſe notum, & manifeſtum eſt.]

Rememoratio ſignorum ſumptorum a colore oculi.

52 *SI corpus humiditatis glacialis, & albugineæ fuerit peruium, purum, & paruæ quantitatis, & exterius localiter prominuerit, quarum lux ſeu ſplendor fuerit puræ coruſcans candens, efficietur quidem inde color oculorum glaucus: & ex cauſis contrariis contingit antimonialis, i. niger, aut ſubniger, ſicut antimonium.* F

Humor grandineus eſt quædam humiditas in oculo exiſtens, quam grandini aſsimilauere: in qua quidem humiditate viſus exiſtit principaliter ſecūdū Gal. ſed humor albugineus eſt alia humiditas, quæ ante prædictam humiditatem in in oculo exiſtit. oculus. n. ex tribus humoribus, & quatuor tunicis eſt cōpoſitus. Dicimus ergo, ꝙ ſi corpus grādineę humiditatis, & albugineę fuerit peruiū, purū, & vehemēter lucidū & ſplēdidū, & cū hoc localiter exterius ꝓminuerit, ꝙ talis oculus erit glaucus, ſ. albo ꝓpinquus. Et ſi cōtrarium huius cōtingerit, erit oculus antimonialis, in colore cuius color ꝓpinquus eſt nigro, ſ. ac ſi diceret, ꝙ eſſet tūc humiditas albuginea excellētis quātitatis, & grādinea in ꝓfundū poſita, circūſcripta luce ſplēdēte valde. Quod ēt dixit, puritatē grādineę humiditatis eſſe, ſ. vnā ex cauſis glaucedinis, hoc quidē notū eſt ex dictis Medicorū, quorū ſermo vertitur ſup hoc, ſ. ꝙ glaucedo cōtingit rōne humiditatis albugineę, aut glacialis & grādineę, aut vtriuſq; ſimul. Cōtingit aūt ab humiditate albuginea duabus de cauſis, ſ. vel ſui peruietate, vel ſui mūditia & puritate, aut ambobus ſimul. Si ex humiditate grādinea, altera triū cauſarū, aut duabus ex eis, aut om-

A nibus simul: scilicet aut sui peruietate, aut sui puritate &*paruitate, aut sui puritate & peruietate & eminentia ad exteriora. vnde cum hæ quinq; causæ in eodē oculo vniuntur, est vltima glaucedo: cum autem cōtraria aggregantur, est vltima antimonialis. * a.l.peruietate.

Si causæ glaucedinis complectuntur cum causis antimonialitatis, fit sasolā, idest varietas. 53

Intellexit cum dicit: Si cōplectātur cāę glaucedinis cū causis antimonialitatis, ꝙ ponātur causę prędictorum in tali mediocres & remisse: hoc est, ꝙ sint in eo medię inter excedētes & diminutas: & ꝙ grādinea sit mediocris in situ, s. nō ꝓfundata nimis, neq; exterius eminēs: & ēt ꝙ sit mediocris lucis & splēdoris. Et talis dispositio oculi significat super ęqualē & tēperatā ipsius cōplexionē: sicut & nigredo oculi super ipsius calidā cōplexionē: & glaucedo significat in generali & vt plurimū super frigidā cōplexionē ipsius oculi. & ob hoc valde dnatur glaucedo in hoībus frigidarū regionū, quę minime reperiūtur in hoībus calidarum regionū. vnde Arabes vituperant, & abhorrent glaucedinem.

Si fuerit spiritus visibilis paruus, fiet obscuritas: si vero multus, continget inde splendor & luminositas. 54

B Vna quidem ex causis obscuritatis, est paruitas spiritus visibilis: & causa luminositatis est multitudo ipsius. hoc tñ nescio ex sermonibus Galeni Hęc igitur sunt, quę retulit hic de cōplexionibus. vnde fuit diminutus, obmittēdo rememorationē de cōplexionibus ipsorū mēbrorū, & ēt de signis super cōplexionē ipsorū significātibus, dicere aūt sermonē in hoc super quolibet ex eis particulariter esset nimis longū. propter hoc sermo meus in eis est generalis. Dico ergo ꝙ quędā ex mēbris sunt cōsimilia in partibus suis, & quædā organica instrumētalia. Et ex consimilibus quædam sunt frigidæ & siccæ complexionis, velut nerui, chordę, & ligamēta, cartilagines, & ossa, & pāniculi: & quædā calidę & humidę, sicut venę nō pulsatiles: quędā calidę et siccę, sicut venę pulsatiles. Et procul dubio tres sunt radices membrorum organicorū & instrumentalium, s. cor, cerebrū, & hepar: ex quibus cerebrū est frigidę & humidę cōplexionis: hepar autem calidę & humidę: sed cor calidę & siccę. Assumitur aūt significatio secūdū cōplexionē propriā cuiuslibet ex istis ab operationibus ipsorū vt plurimū. & hoc ideo: nā cum sunt earum operationes fortes & intensæ, significant super calidam & siccam complexionem ipsorum: cum vero fuerint remissæ & diminutæ, significant super frigiditatem eorundē; sed cū sint in hoc mediæ, significant super ęqualitatem eorum.

C

Rememoratio [a] [ ] de rebus naturalibus, & sunt Humores.

a * tertię.

Corpus est generatū ex humoribus variis, & diuersis in colore, et cōplexione, s. ex phlegmate, & cholera rubea, & sanguine, & cholera nigra. 55

Corpus animalis fertur esse compositum ex humoribus diuersis in complexione & colore, & sunt quatuor, scilicet sanguis, phlegma, cholera nigra, & cholera rubea. Et hoc quidem est verum secūdū Gale. & Hipp. Ipsi.n. opinati sunt ꝙ ignis, aqua, terra, & aer sint ei elemēta lōginqua & remota corpori hominis: & ꝙ prædicti humores quatuor sunt ei elementa propinqua: asserentes etiam choleram nigram assimilari & proportionari terræ, & rubeam igni, & phlegma aquæ, & sanguinem aeri. Plures tamen Medicorum obuiant eis in hoc, dicentes ꝙ materia propinqua hominis, ex qua generatur corpus eius, proprie est sanguis: & ꝙ alij tres humores sunt reliquiæ, & superfluitates ipsius sanguinis, quę scilicet sequestrantur & separantur ab eodē per digestionem eius. Hoc autem potest elici ex dictis Gal. si intelligatur quod ipse dixit, ipse.n. dixit in de Virtutibus naturalibus, quod cholera rubea est in sanguine, sicut spuma

In musto bulliente, & cholera nigra sicut tartarum. Si igitur sic est, erunt in sanguine hæ reliquiæ in potentia: elementa autem reperiuntur in potentia in composito. & ipse opinatus est ex hoc sermone ꝙ sequatur, ꝙ humores sint elementa corporis. hic tamē syllogismus non concludit, cum sit ex duabus affirmatiuis in secunda figura, sicut patet speculanti in scientia libri Priorum. D

De Phlegmate.

56 *Phlegma naturale est insipidum, & frigiditatis temperatæ.*

Nota ꝙ in Arabico sermo de phlegmate salso præcedit illum de phlegmate dulci.

Quinque sunt species phlegmatis. ex quibus vna vocatur phlegma naturale: & tale caret sapore, & est temperatæ, seu remissæ frigiditatis.

57 *Ex eo autem est, quod noscitur vitreo nomine: est autem grossum, & frigidæ complexionis.*

Ex eo autem est alia species frigidæ complexionis, & grossæ substantiæ: & nominatur vitreum, eo ꝙ vitro fuso & liquido similetur.

58 *Ex eo autem est adhuc phlegma dulce, quod quidem non absoluitur omnino a calore.*

Hæc species phlegmatis habet modicum de calore: quod tantum opinamur esse, quoniam in eo ex dulcedine reperitur. & hoc phlegma plus aliis naturali appropinquat. B

59 *Rursus ex eo est, quod vocatur salsum: & hoc videtur versus calorem & siccitatem declinare.*

Tertia species ex eo est illud, quod reperitur salsum in sapore: quod ad caliditatem, & siccitatem declinat.

60 *Ex eo est quasi acetosum,* [a] [ ] *cum corrumpitur cibus in stomacho.*

a * & est frigidius eo.

Ex eo est quarta species, & est acetosi saporis & frigidę cōplexionis: quod quidē in stomacho generatur, cū cibus in eo ratione frigiditatis corrumpitur.

De Cholera.

61 *Ex cholera* [b] [*sunt variæ coloribus,*] *& quædam ex ea nominatur fumosa.*

b * citrina sunt varij colores.

Per fumosā Arabes intelligūt adustā

Voluit dicere ꝙ ex cholera sunt diuersæ species: ex quibus quædam dicitur fumosa. Reor autem ipsum per hanc speciem intellexisse humorem, ex quo generatur ructus fumosus in stomacho: non tamen vidi rememorationē huius speciei in libris Medicinæ. F

62 *Ex ea etiam est similis viridi æris, & porro: istæ quidem sunt magnæ malitiæ.*

Hæ sunt duæ species manifestæ, quarum generatio fit in stomacho. generantur autem ex forti & valida adustione: & hæ sunt pernitiosæ, significātes super complexionem vrentem: & maxime illa, quæ viridis dicitur.

63 *Est etiam alia a prædictis, quæ vitellina dicitur: neque est pernitiosæ virtutis, & potentiæ.*

Hęc species similatur vitello ouorū. Et opinātur quidam Medicorum ꝙ ipsius grossities contingat proculdubio ratione caliditatis mixtæ, & adhærentis phlegmati. vnde vr̄ sic esse minoris caliditatis ꝙ̄ sit species choleræ naturalis & rubeæ, quæ in cysti fellis existit & generatur. pro tanto dixit ipsam nō esse pernitiosę virtutis: hoc est, ꝙ qualitas eius nō est mala, & illaudabilis. hæc est opinio Zomaim. Et ex eis sunt quidā opinātes grossitiē eius cōtingere ex calore super eā dominante, & eius humiditatē desiccante & cōsumēte: quod quidē

A ex sermonibus Gal.intelligitur in libro suo de Virtutibus Naturalibus: & esset tũc mala causa fortis,& vrẽtis caliditatis: & Halibẽtazona incedit p hãc viã.

a[*Alia species ex ea*] *est cuius habitatio est in cysti fellis:& omnes quidem declinant,& vergunt ad caliditatem.* 64

a * Et rubea cholera

Hæc species est naturalis: nec fecit mentionem manifeste huius speciei inter species ipsius manifestas,& est citrina, sicut fecit mentionem cuiusdam speciei eius ignotæ,quam fumosam nominauit.

De Sanguine.

ORigo, & augmentum sanguinis est ab hepate,& transit inde per venas eius ad totum corpus. 65

Origo & generatio sanguinis est in hepate,& transit per venas eius ad omnia corporis membra,quæ eodem nutriuntur.

Ex eo est sanguis, quem continet cor. sanguis autem calidæ & humidæ est qualitatis. 66

B Secunda species sanguinis est illius,cuius decoctio fit in corde,& delegat ipsum per venas pulsatiles ad omnia corporis membra, viuificans, & habituans ipsa calore & nutrimento. & quælibet ex his speciebus ambabus est calidæ & humidæ complexionis.ille tamen,qui est in corde,est calidior & siccior.

De Melancholia.

SItus choleræ nigræ est in splene: neque est falsa opinio ista. 67

Hoc quod dixit,est manifestum: patet enim per anatomiam q inter hepar et splenem est colligantia.cũ ergo hepar digesserit sanguinem in eo existentem, mundificat ipsum a parte eius terrea & melancholica, & delegat ipsam spleni. splen autem trahit ipsam ad se ratione conuenientiæ,quam secum habet, sicut & cystis fellis attrahit choleram rubeam.

Turbulentia sanguinis est naturalis: quælibet autem ab ista innaturalis. 68

Cholera nigra,seu melancholia naturalis est ipsa turbulẽtia,seu fęx hypostatica sanguinis: alię vero species cholerę nigrę a prędicta sunt oẽs innaturales.

Quæ proculdubio generatur ex commistione, & adustione aliorum humorum. 69

C Proculdubio species innaturales melãcholiæ generantur ex cõmistione naturalis cũ alijs humoribus,aut ex adustione cholerę nigrę, aut phlegmatis, aut choleræ rubeæ,aut sanguinis.Et species quidem choleræ nigræ innaturalis notę et manifestę sunt tres,s.illa,quę generatur ex cholerę nigrę naturalis adustione:& hęc quidẽ est alijs fortior, & magis pernitiosa. Secunda vero generatur ex adustione choleræ rubeæ. Sed tertia ex adustione phlegmatis. Non tamen est longinquũ & impossibile,quin generetur alia species eius ex adustione sanguinis.nec etiam quin generentur quãplures species alię ex diuersa cõmixtione ipsarum ad inuicẽ,manifestæ tñ,& notæ species eius sunt prædictæ tres.

Rememoratio quartæ ex rebus naturalibus, & sunt Membra.

b[*PRincipia,& radices*] *corporis sunt quatuor,alia autem ab eis sunt velut rami.* 70

b * principalia, seu radicalia mẽbra

Hæc est quarta pars,sicut ipse dicit,in qua referuntur mẽbra hominis simplicia & composita: & sunt illa,quæ generaliter colligũtur libro huius artis,qui de

anatomia membrorum intitulatur. hic tamen nō retulit ex eis nisi solum principalia & radices. Hi nanque rhythmi sunt velut introductiones in hac arte. Inquit ergo ꝙ quatuor sunt radices membrorum corporis, & alia ab ipsis ramificantur ab eisdem, i. famulantur eisdem. D

71 *Vnus ex his est hepar, & ipsum quidem praeest cibo, & nutrimento in corpore.*

Vnum ex his quatuor est hepar, & ipsum quidem praeest nutrimento, i. digerit sanguinem, quo omnia membra corporis nutriuntur proculdubio. Organa deputata nutrimento corporis sunt, os, mery, stomachus, & intestina, necnon splen, hepar, cystis fellis, & renes. Est autem nota actio oris super cibū & nutrimentum corporis: sed actio mery est attractio, & deglutitio eius, quod ab ore comeditur & masticatur, & impulsio eius ad stomachum. Et ob hoc fuerunt in eo posita corpora quaedam, quibus conuenienter attractio, & impulsio exercetur: & sunt illa, quae a Medicis villi nominantur. Actio autem stomachi super cibum est contritio & digestio ipsius, coadunando se super ipsum, efficitq; inde chylum ad susceptionem actionis hepatis. Veruntamen operatio superiorum et gracilium intestinorum est gradualis & successiua receptio cibi egredientis a stomacho. Fuere tamen secundum Gal. multa, vt cibus moraretur in quolibet ex eis, donec hepar traxerit ab eis, mediantibus venis inter ipsum & ipsa intestina existentibus, quicquid in chylo fuerit aptum digeri ab ipso hepate. & ꝙ superest fęx dura grossa, expellunt consequenter intestina vsq; ad vltimū intestinum. & hoc, postꝗ̄ hepar acceperit sibi necessarium. Deinde autē hepar prędictum succum ad se tractum digerit, & in sanguinem conuertit. Consequenter separat ab ipso sanguine ipsius turbulentiam, & faecem hypostaticam, & eam ad splenē impellit. haec autem turbulentia est cholera nigra, seu melancholia. Separat autem ab eo partem eius* spumosam, quam ad cystim fellis impellit, & destinat. hoc autem totum in cōcauitate hepatis fit: ea scilicet parte, qua chylum traxit ad se bonum. Tunc autem separat ab eo partē aquosam. & hoc fit, dum sanguis egreditur ab hepate, & transit ad alia membra corporis. Aquositatem autem illam impellit, & delegat ad ipsos renes, qui nutriuntur ex eo, quod reperiūt sibi conueniens. deinde ipsi renes mittunt residuum aquositatis praedictę ad vesicam, & colligitur ibidem, donec ipsa egrediatur. Fuerunt autem multa & plura intestina, ne cibus egrediatur citius ab eis, antequā hepar attraxerit ab eo quantum debet. Vnde fertur ꝙ animalia paucorum intestinorum cōtinue comedunt & egerunt. propter quod congruit magis homini, vt sint eius intestina multa. Haec est ergo collectio, & summa actionum membrorum nutritionis in cibo, & nutrimento corporis. E

* a.l. fumosam.

F

72 *Cor autem alit corpus vita, & nisi ipsum esset, corpus assimilaretur plātae.*

Haec est via & opinio Medicorū. Nam ipsi opinantur tres esse virtutes principales, s. naturalem, cuius situm ponunt in hepate: & vitalem, quam ferunt in corde situari: & vim regitiuam & sensitiuam, & secundum locum motiuā, quam ponunt esse in cerebro. & haec fuit intētio Hippocratis, Platonis, & Gale. Quae quidē intentio est falsa & erronea in duobus. Primum est, quoniam clarum & patefactum est, non esse nisi vnam virtutē agentē in nutrimento corporis: quae quādiu existit & perseuerat in animali, viuit animal: & qn̄ aufertur ab eo, moritur. In hac autem virtute communicant plantę cum animalibus: & hoc planta dicitur interdum viuens, non tamen dicitur animal. virtus autē, qua animal excedit plantas, est virtus sensitiua. Si igitur sic est, constat ꝙ animal dicitur animal ratione virtutis sensitiuę: & maxime sensitiuę vnitę & repertę in omnibus animalibus, qualis est tactiua. Sed proculdubio. Medici opinati sunt virtutem vitalem esse aliam a sensitiua & nutritiua, & ꝙ situs eius sit in corde. Et hoc, quoniam motus pulsus existit specialiter in corde super cętera membra corporis. hic tn̄ motus est cōpositus ex dilatatione & cōstrictione, seu attractione & expulsione: ergo & virtus ista est attractiua et expulsiua. Scimus aūt ꝙ virtus attrahēs & expellēs sunt de numero virtutū naturaliū in nutrimento corporis

A agentiũ & deseruientiũ.In hoc aũt oẽs Medici cõueniunt. Si igitur sic est, virtus*pulsatiua in corde existens,erit naturalis & nutritiua, non autẽ solum vitalis. Secundus autem error est, quoniam ipsi posuerunt virtutem sensitiuam & naturalẽ in nutrimẽto corporis agentem in diuersis membris: cum tamen proculdubio sint simul in vno & eodem membro,s.in corde, secundũ ꝙ dixerunt in hoc Philosophi.& testimonium inducunt naturalium virtutum. Non tamen hic est locus inducere super hoc demonstrationes.verumtamẽ dicimus illud, qđ est probabilius,& magis consonũ veritati:& est hoc.qm̃ certũ est,ꝙ non reperitur sensus,nisi in mẽbro quod nutrit.alias si reperiretur in mẽbro non nutrito, esset animal non nutritum,& absque nutrimento:quod tamen falsum est & impossibile. Si igitur sic est,ergo membrum,in quo situs huius virtutis nutritiuæ est, est principale. sequitur ẽt necessario ꝙ habeat principatum super illud, in quo est situs virtutis sensitiuę. Notum est autem ex anatomia membrorum, ꝙ cor est fons caloris naturalis in corpore existentis,& ꝙ ab isto distribuatur,et multiplicetur per cætera membra corporis. Est autem notum in scientia Naturali ꝙ calor naturalis p̃dictus est subiectũ & materia aĩæ:ex quo necessario sequitur ꝙ & aĩa sensitiua et nutritiua sit in illo mẽbro,in quo est calor prędictus. * a.l.expulsiua.

Abinde est calor,qui est corpori sicut elementum,quod [a] [ ] 73
a *.s.cor
B *transire facit*[b] [*ipsum abzar.*]
b * in alebher.i.in arteriam aortam

Calor existẽs in corde est radix caloris naturalis corporis, quẽ transire facit ad totũ corpus p venas,quæ venæ a vena abzar dicta ramificãtur:quæ quidem vena immediate ab ipso pullulat,& egreditur,& pp hoc illud membrũ vltimo infrigidatur in morte. Cor autem existit in corpore velut clibanus,& calor naturalis sicut incendium in clibano,& anima est sicut clibanarius.& quemadmodum clibanarius stat,& moratur prope incendium,quatenus regat ipsum, sicut decet:sic ẽt decet ꝙ anima agens in calido existente in corde, sit & existat ẽt in corde.nam est generans * ibidem. Ex quo patet,ꝙ virtus regitiua corporis, & vita ipsius sit in corde.& hoc,quoniam ipsum cor est in corpore, sicut clibanus,vt diximus:& calor naturalis in corpore,sicut incendium in clibano:et anima,sicut clibanarius. Si plures autem & diuersæ virtutes in multis & diuersis membris existerent,esset vnum animal multa animalia. * a.l.idem

Ecce ꝙ cerebrum cũ neruis,& [c][*filo nuchæ*] *custodit,& præseruat ignẽ, & calorem cordis ab inflammatione.* 74
c * nucha

Iuuamentum cerebri,quod ipse retulit hic, est secundum viam & opinionem Aristote.non autem secundum opinionem Gale.& opinatus est Aristote. quod principium sensus & motus sit in corde,& ꝙ cerebrum sit organum deseruiens ei,ęquando calorem eius,hoc est,quod frigiditas cerebri habet æquare & temC perare calorem cordis in tantum,ꝙ virtus sensitiua possit attingere sensata sua. ipsa enim attingit,& percipit ea cum calore temperato. Si enim esset vehementis caliditatis, minime rem calidam attingere, seu percipere posset. Nullum enim ens iudicat & percipit sibi simile,sed potius sibi diuersum. Hoc autem totum est de dubijs naturalibus,de quibus Medicus parum curat. verum domini naturarum admittunt,& pertractant verba ista,& ab ipsis habet Medicus hoc recipere. Est autem notum,ꝙ cerebrũ est principium sensus & motus ex actione ipsius,siue sit principium primum,sicut Gal.intellexit:seu secundũ post cor, sicut intellexit Aristo. Et etiam notandum,ꝙ a cerebro & nucha oriuntur nerui sensitiui & motiui:nucha autem est corpus quoddam egrediens a parte capitis posteriori,incedens per ossa spinę dorsi forata vsque ad extremitatem ipsius dorsi. Egrediuntur autem a iũctura quorũlibet duorum foratorum duo nerui: ex quibus vnus incedit a dextris,& alius a sinistris:excepto osse vltimo perforato,a quo solus vnus neruus egreditur. Sunt autem prædicta ossa. xxiiij.numero. Ex illis autem neruis venit motus ad manus & pedes. Ab anteriori autem parte cerebri egrediuntur septem paria neruorum,& sunt illa, quæ præbẽt sensum & motum omni ei quod interius existit,necnon etiam pectori, & organis anhelitus,& sermonis.

75 *Ex eis est motus iuncturarum, ſed teſticuli ſunt* [a] *[membra alias] organa* D
generationis.

Ex neruis quidem eſt motus iuncturarum. Nam motus ex tribus corporibus in ſumma perficitur, ſ. ex neruis, & lacertis, ad quos hi perueniunt & attingũt, & corda egrediente a lacerto, & colligata cum extremitate membri moti per ipſam. Primum autẽ, quod moueri percipitur, eſt lacertus, & eſt corpus ex panniculis & carne & neruis compoſitum, & dilatatur, & conſtringitur: poſt cuius conſtrictionem ſequitur tenſio, & corrugatio cordæ egredientis ab extremitate ipſius, & coniunctę extremitati membri moti per ipſam, & trahit membrũ verſus partem, in qua lacertus tenſus exiſtit. Et ſi tẽdatur lacertus exiſtens ab alia parte membri, declinabit membrum verſus partem illam. ſi vero ſpaſmentur et tendantur ambo lacerti mouentes membrum ex duobus lateribus eius diuerſis & contrarijs, ſtabit illud membrum erectum & extenſum. Cuius exemplũ eſt, quoniam cum ſpaſmatur lacertus mouens brachium, qui exiſtit a parte intrinſeca ipſius, & conſtringitur, tunc brachium trahitur verſus corpus. cum autẽ ſpaſmatur lacertus extrinſecus, elongatur brachium a corpore, ſed cum ſpaſmantur prædicti duo lacerti exiſtentes ex duobus eius lateribus contrarijs, remanet mẽbrum erectum & tenſum. Eſt autem notum, ꝙ omnis motus in corpore repertus exiſtit in lacerto. exiſtit tamen in lacerto motus, quando venit ad ipſum ſpiritus animalis per neruum, qui ad ipſum delegatur. & ideo aufertur motus lacerti, cum inciditur neruus veniens ad ipſum. Et ſunt ſecundum opinionem Gale. 529. lacerti in numero. Cum autem dicit, ꝙ teſticuli ſunt organa generationis, hoc quidem dixit ſecundum viam & opinionem Gal. qui opinatus eſt principium generationis ſiue generatiuę virtutis in hoc membro eſſe. Verum ſecundum Ari. cor eſt principium eius: & membrum prędictum eſt etiam organum deſeruiens ei in hoc. & inducit ſuper hoc probationem ex boue caſtrato, quod ipſe vidit ſtatim, poſtquam fuit caſtratus, eum coire cum quadam vacca, & eam impręgnauit. B

76 *Ex generatione eorum ſpecies conſeruantur, in quorũ* [b] *[terminatione] fieret terminatio, & abſciſsio* [c] *[ ].*

b × abſciſsione
c × earum

Finis & iuuamentum ex hoc membro in totum eſt generatio, quatenus per eam ſpecies conſeruentur. ipſum enim nequit facere continuam permanentiam ſeu exiſtentiam in hoc homine, quia deſtrueretur ſpecies. Poſuit ergo eam in ſpecie, quatenus ſit ex eo continua permanentia in materia ſibi poſsibili. Intellexit autem, cum dixit: in quorum terminatione fieret terminatio, : & abſciſsio: ꝙ niſi fuiſſet generatio, iam eſſent ſpecies terminatę, & abſciſſę: & ꝙ cum virtute generatiua conſeruentur. F

77 *Caro, pinguedo, & ſpecies glandularũ ſunt tanquã famulantes prædictis.*

Caro, pinguedo, & ſpecies glandularum fuerunt poſitæ in corpore, tanquam famulantes prædictis membris, ſ. principalibus, & capitalibus. hoc enim de eis intellexit. & fuit quoddam iuuamentum carnis proprie ſecundum Gal. ad hoc, ꝙ eſſet ipſa velut ſcutum, & tegimẽ membrorum principalium. & ſimiliter eſt de pinguedine ſciendum. Verum carnes glanduloſę ſunt ad hoc, vt ſint emunctoria ſuperfluitatum. ex eis tñ ſunt quędã cooperantes ad generationem humiditatum, ſicut caro glandularum in ore exiſtentium, quę conferunt ad generationẽ ſaliuę: & exiſtentiũ in mãmillis, ad gñationem lactis: & exiſtentiũ in teſticulis, ad generationẽ ſpermatis. Ari. tñ intellexit ꝙ caro ſit organum ſenſus tactus. & hoc, qm̃ eſt mẽbrum primum in omni animali iunctum.

78 *Oſſa, & panniculi, & ligamenta ſunt velut columnæ, & facilimenta corporis.*

Dicit ꝙ oſſa, & pãniculi, & tunicę velant, & exiſtunt ſuper membra corporis. ligamentis autem, colligantur, & nectuntur quędam ex membris corporis cum quibuſdam. In oſsibus autem fuit intentio, ꝙ eſſent columnę & pillaria corporis: ſed in panniculis, & ligamentis fuit intentio, vt corpus protegerẽt, & cõ-

A seruarent. Conseruant enim ligamenta coniunctionem membrorum: & panniculi, & tunicę tegunt, & conseruant membra sua: sicut facit panniculus, & tunica cordis, cerebri, hepatis, & aliorum ab eis panniculos & tunicas habentium.

Vngues autem fuerunt in extremitatibus propter auxilium: sed pili fuerunt propter superfluitates, vel ornatum. 79

Iuuamentum vnguium in digitis est ad iuuandum eos, ita vt cum capiant aliquid, ꝙ capiant illud firmiter. sunt enim sustentamentum carnis in extremitatibus digitorum existentis: in tantum vt rem quam capiunt, possint tenere, vt possint bene constringere, & fortiter capere. Iuuamentum etiam totius manus fuit ad capiendum, & faciēdum oē organicū cuiuscunq; officij & artis. & ideo dicitur esse organum intellectui deputatum. & ideo etiam cuius manus est subtilis sensus, significat bonitatem intellectus eius. Et cum dixit ꝙ pili fuerunt propter superfluitatem, vel ornatum, intellexit pilum esse in corpore propter vnū ex duobus, s. ad colligendum superfluitatem illius membri, cuius est pilus, ne lędat ipsum, sicut pilus ascellarum & pectoris: aut propter ornatum, sicut pilus palpebrarum & superciliorum. & potest esse vt cum hoc etiam intendatur protectio membri illius, sicut per capillos capitis, in quibus quidem superfluitates siccę cerebi consumuntur.

B *Hæc autem omnia sunt famulantia, cum perficiant statum, & figuram per radices.* 80

Hęc omnia membra fuerunt coniuncta, vt perficeretur ex eis status & figura. & ob hoc fuerunt per consequens famulantia radicibus membrorum.

Rememoratio de Spiritibus,[a] [& primo de naturali, & postea de vitali.]

a* ———

SPiritus[b] [*naturalis efficitur ex fumo seu*] *vapore laudabili*[c] [*puro, &*] *mundo.* 81

b* diuiditur in naturalē genitum ex

c* ———

Spiritus diuiditur in tres species. ex quibus est vna species naturalis, & est ille, qui est ex vapore puro mundo generatus, s. ex substantia vaporosa. Est autem situs huius spiritus secundum Gal. in hepate, transitq; ab inde ad reliquum corpus: sed secundum Aristo. ipse existit in corde. Reprobat in hoc sermonem Gal. experientia sensibilis: quoniam non manifestatur in hepate, neq; etiam in venis in eo ramificatis, sicut manifestatus est in corde.

C [d] [*Quod autem ex eo iam purificato*] *existit in corde, & est*[e] [*illud, per quod*] *permanet vita.* 82

d* Et diuiditur in eum q iam

e* ille per quem

*a.l. eo

Spiritus in corde efficitur, postquam fuerit eius substantia in hepate mundificata & depurata: quo quidem existente, permanet vita & existit: & ipso remoto, accidit mors. in * corde enim existit vita. Hunc autem spiritum vocauit Gale. vitalem. Et iam diximus ꝙ vita stat per virtutem nutritiuam, quam Gale. naturalem vocat. Si ergo remoto spiritu existente in corde, aufertur vita, sequitur manifeste ꝙ spiritus naturalis est in corde.

[f] [*Sed generatio eius, quod ex eo fertur in cerebro, & eius * miringæ, fit uolendo.*] 83

f* Et diuiditur in eū qui in cerebrum fertur. & in panniculis eius retinet.

* meninge,

Diuiditur etiam spiritus in speciem scilicet spiritus animalis in cerebro existentis, cuius quidem substantia tam diu in cerebro digeritur, donec ibidem ipse generetur. & hoc est, quod intellexit cum dixit: sed fit generatio. Intellexit ēt, ꝙ fiat infra cerebrum sub meninga subtili inuoluente ipsum.

Insunt autem huic spiritui imaginatio, ratio seu intellectus, & memoria, cum complentur, & perficiuntur ipsius species in ventriculis cerebri. 84

Hic spiritus, cuius generatio inuenitur in cerebro, est ille, cuius species perficiunt tres ventriculi cerebri, digerendo & coquendo ipsum, donec fiant ex eo

tres species. Sunt enim tres ventriculi cerebri: & spiritus generatus in anterio- D
ri ventriculo ex eis est subiectum imaginationis: qui autem in medio est spiritus rationis: similiter ille, qui est in posteriori ventriculo, est subiectum memoriç & reminiscentiç.

85 *In quolibet ex spiritibus est uirtus propria alia ab illa, quae est in alio.*

In quolibet ex tribus spiritibus supradictis est virtus propria, quç in nullo aliorum existit. Nam in spiritu naturali est anima naturalis, & in vitali vitalis, & in animali animalis, scilicet motiua, sensitiua, imaginatiua, ratiocinatiua, & memoria. Sunt autem proculdubio duo spiritus in corde, & cerebro existentes: ex quibus vnus & idem defert multa in actu, sicut vnum pomum defert, & habet multa, scilicet colorem, odorem, & saporem.

a* Rememoratio sextæ ex rebus [a] [non] naturalibus, & sunt Virtutes.

86 *SEptem uirtutes numerantur in natura secundum diuersitatem earum in forma & specie.*

Septem sunt virtutes naturales secundum diuersitatem actionum & effectuũ E
ipsarum in forma, & specie.

87 *Ex his est uirtus immutatiua spermatis, praeter quod depingat, seu figuret ipsum.*

Intellexit ꝙ sit quędam virtus mouens, & immutans sperma & sanguinem menstruum in matrice, donec ex eis fiat corpus vnum. pręter tamen ꝙ ipsum informet vel figuret, disponit nihilominus ipsum ad susceptionem formç & figurç conuenientis. quod quidem intellexit, cum dixit: pręter ꝙ ipsum depingat, idest pręter ꝙ ipsum informet, & figuret.

88 *Ex his etiam est virtus, quae aliqua forma, & figura informat corpora: necnon & quantitate, & numero.*

Secunda ex virtutibus naturalibus est plasmatiua, & est illa, quç corpus informat, & quç prębet quantitatem & numerum, sicut manus, cui prębet propriã formam, & quantitatem cum numero digitorum.

89 *Est etiam virtus attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua.*

Quia retulerat species spiritus virtutis generatiuç, idest actiones, quç fiunt in generato, nunc retulit species virtutum agentes in cibo, & nutrimento corporis. Inquit ergo ꝙ hç virtutes sunt quatuor, scilicet attractiua cibi: & digestiua eius, idest quç digerit attractum cibum: & quç retinet ipsum, donec digeratur: & expulsiua, qua eius superfluitas expellatur. Quod quidem notum & manifestum est ad sensum in stomacho, & matrice. patet enim ꝙ in stomacho est virtus, qua attrahitur cibus, & quç retinet ipsum, donec sit digestus, & quç consequenter impellit ipsum. & hoc quidem est necessarium esse in quolibet membro corporis. nam digestio non perficitur sine his quatuor virtutibus.

90 *Est ẽt ex his virtus vniens membris quod similatur corpori ex nutrimento.*

* a, c, ad gnta

Hęc * virtus est, quç vnit nutrimentum membris, & quç similat ipsum eisdẽ. Ex debilitate autem huius virtutis, scilicet similatiuç, generatur albaras, & morphea. tunc enim vnitur nutrimentum membris, pręter ꝙ assimiletur eis. Et ideo oportet ꝙ sit vnitiua alia ab assimilatiua: quia in baras bene fit nutrimẽti vnitio, sed non ipsius assimilatio. Et idem contingit in eo, quo ossa fracta coniunguntur, & solidantur, cum nequaquam assimiletur eis. Et in summa virtus naturalis, scilicet vegetatiua diuiditur in tres, scilicet generatiuam, nutritiuam, & augmentatiuam. Generatiua diuiditur in duas, s. immutatiuam, & plasmatiuam. Et nutritiua in quatuor, quarum rememorationem fecimus hic. Alij tamen a Galeno addiderunt prędictis quintam virtutem sequestratiuam: & est illa, quç separat superfluitatem a cibo & nutrimento.

A * De virtutibus vitalibus.

Duæ sunt species virtutis vitalis, & [a] [actionis eius, licet ex eis sint duæ] partes, ex quibus est vna, qua fit actio pulsus per dilatationem, & constrictionem venarum pulsatilium. 91

a * operationum cuiuslibet ambarũ duę sunt

Duę sunt species virtutis vitalis: ex quibus vna est, quę facit pulsum per dilatationem & constrictionem venarum pulsatilium.

Soror autem huius est illa, qua [b] [aguntur actiones cuiusq; agibilis] sicut est amare [c] [aliquid,] & habere [d] [illud] odio: & depressio animæ, & eius exaltatio. [e] [ ] 92

b * patitur passiones
c * ———
d * aliquid
e * & illa q̃ disponit aliquid ad operationes.

Hęc est secunda ex virtutibus vitalibus, & est illa, quę dicitur irascibilis & concupiscibilis, seu excitatiua & delyderatiua, quę amore vel odio excitatur, et est causa quare homo agit aliquid in omni negocio, i. quoniam quis fugiat, aut prosequatur. Est enim hęc virtus causa eorum, quę agit. quoniam causa, quare aliquid perficiatur & prosequatur, est amor: & causa, quare aliquid fugiatur, est odium & displicientia. vnde est ac si diceret, ꝙ huius virtus agens ratione amoris vel odij in rebus dilectis vel odio habitis, est causa quare agantur actiones in alijs ab homine. Huiusmodi autem virtus est alia nutritiua & regitiua. vnde B si nomen virtutis vitalis imponeretur solum huic virtuti, esset tunc quidem virtus vitalis tertia a sensitiua & vegetatiua. & hęc quidem sunt, quę Plato innuit esse inter vitales. Plasmatiua tamen non est huius generis: immo subest generi virtutis agentis in nutrimento.

* De virtutibus animalibns.

Nouem sunt virtutes, quæ ab anima numerantur, ex quibus sunt quinque sub sensitiua, s. visiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, & tactiua vniuersalis. 93

Virtutes animales sunt illę, quę sunt in cerebro, et sunt nouē: ex quibus sunt quinque sensitiuę, quas ipse hic nominauit: ex quibus tactiua in tota carne vniuersalis existit.

Est etiam virtus ad [f] [neruos] perueniens, ex qua seu per quam mouet quis artus, & iuncturas suas. 94

f * lacertos

Sexta ex virtutibus prędictis est virtus, quę vnitur neruis, quibus homo mouetur, & mouet localiter membra sua. iam autem prędiximus modum motus sui, & qui sunt nerui illi.

Ex eis etiam est virtus, qua imaginantur res [g] [sicut videntur.] 95

g * fit in speculo.

C Septima ex prędictis virtutibus est virtus, qua imprimuntur res in imaginationes, sicut cum imaginantur inter species, quę videntur, hęc autem est virtus imaginatiua, quę in anteriori parte cerebri existit, sicut supra diximus.

Est adhuc ex eis virtus, in qua est ratio: & etiam in qua est memoria. 96

Alię sunt duę virtutes ex prędictis, ex quibus vna est ratiocinatiua, existens in medio cerebri: secunda est rememoratiua, quę in vltima & posteriori parte cerebri existit: & sicut in summa, omnes istę virtutes sunt vndecim.

* De Operationibus.

Omnes operationes nirtutum numerantur secundum ipsas virtutes, quarum sunt operationes. 97

Numerus operationum virtutum est qualis ipsarummet virtutum, quarũ sunt operationes. differunt enim & numerantur operationes in specie: eo ꝙ sunt operationes virtutum specie differentium.

Hæc autem operatio dicitur [h] [æquiuoce de quibus dicitur] sicut de attractione, digestione, & retentione. 98

h * cõitet

Operatio est nomen, quod dr̃ & p̃dicatur ęquiuoce de eis, de quibus dr̃ & p̃dicatur, nomen aũt ęquiuocum est vnũ & idem; & ea, de quibus dr̃, sunt diuersa.

99 *Et sicut de transitu * secundum penetrationem cibi, & appetitu. nam attractio est operatio simplex unius uirtutis solius: appetitus uero cibi existit ex duabus operationibus simul compositis, scilicet ex operatione sentiendi, & attrahendi. operatio autem sentiendi, & impellendi efficit transitum, & penetrationem cibi. hæc enim opera ex prædictis ambobus efficiuntur.* D

* Auer. leg. seu penetratione

Quia dixerat ꝙ operatio est nomen, quod prędicatur ęquiuoce de quibus prędicatur, notificauit nunc quę sunt illę operationes, de quibus hoc nomen ęquiuoce prędicatur: & innuit ꝙ sunt operationes simplices, & compositę. operatio autem composita est alia a simplici, & nihilominus ambę dicuntur operationes. deinde posuit tria exempla operationis simplicis, dicens: sicut attractione, digestione, et retentione. cōsequenter subiungit duas operationes compositas, dicens: Et sicut de transitu, seu penetratione cibi, & eius appetitu. Et quia posuerat prędicta exempla operationum simplicium & compositarum, notificauit consequēter quę ex eis sint simplices, & quę compositę. vnde inquit, ꝙ attractio est operatio simplex & vnius solius virtutis, &c. Sic intelligendū de digestione, & retentione. Consequenter declarauit qualiter quęlibet ex operationibus sequentibus, s. transitus cibi, & eius appetitus componatur ex duabus operationibus. nam actio appetendi cibum componitur ex actione sentiendi & attrahendi. Ponunt enim Medici os stomachi membrum appetitus & desyderij cibi, a quo mēbra corporis trahunt cibum & nutrimentum, cum ab eis diminuitur, & consumitur. tunc etiam membrum inanitum sentit per se sui inanitionem, siue nutrimenti & cibi priuationem, & tunc appetit & desyderat cibum. & talis appetitus dicitur proprie fames. Propter quod dicit ꝙ hęc operatio est ex duobus cōposita, s. ex attractione cibi & nutrimenti, quā membra faciunt trahentia ipsum ad seipsa: & ex sensu quidem inde percipit os stomachi, & ablatio eius quod ab eo trahitur. Asserit etiam transitum & penetrationem cibi esse compositam ex duabus operationibus, s. ex operatione sentiendi, & impellendi. Nam cum cibus, & nutrimentum impellitur per cannales & meatus membrorum, tunc mēbrum percipiens illud, quod sic transit per ipsum, impellit illud ad aliud. Cuius exemplum est egestio transiens ab vno intestino ad aliud, donec tandem ad anum expellatur. quod quidem ex sensu fit intestinorum impellentium ipsum a primo ad secundum vsq; ad vltimum. similiter contingit in egressu ventositatis, & cuiuslibet egredientis sursum aut deorsum, sicut in diarrhœa, lienteria, & vomitu. Quoniam perfecerat relationem rerum naturalium intrinsecarum, intendit nunc declarare alias corpori extrinsecas. E

De rebus non naturalibus [a] [ ] & primo de Aere. F

a * necessarijs

100 *OL habet indicia super aerem, quæ quidem in temporibus anni manifestantur ex impressionibus. climata etiam habent super hæc indicia.*

Sol immutat aerem in caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate: quod quidem patet ex temporibus anni, & ex positione Solis in determinatis partibus circuli, quas Arabes ahanne vocant, i. mansiones. Eius enim actio & transmutatio nominatur proprie scdm mansionē, in qua Sol existit, ꝙ ex propinquitate & longitudine Solis ad nos & eius media distantia efficiuntur quatuor anni tēpora, s. ęstas, ver, hyems, & autumnus. Et est res manifesta ex se. quia ex elongatione ipsius est causa frigiditatis & humiditatis: & hęc est complexio hyemis. & ex propinquitate eius est causa caliditatis & siccitatis, quę sunt natura ęstatis. & ex eius media distantia est causa reliquorum duorum temporum mediorum, s. autumni, & veris. Sed diuersitas in impressionibus in aere contingēs ex situ Solis in diuersis mansionibus est nota conuenienter Arabibus, hoc autē,

A scilicet diuersitas impressionum in aere ex partibus circuli ratione diuersitatis existentis inter ipsam & partes in multitudine & paucitate stellarũ, aut magnitudine, aut paucitate earum, aut velocitate, aut tarditate motus ipsarum, scilicet stellarum fixarum. inde enim notificatur actio Solis, cum ipse mutatur ab vno loco in alium locum ex prędictis. Diuersitas etiam transmutationis in climatibus est manifesta: cuius causa est propinquitas, & elongatio Solis. Causa vero propinquitatis & elongationis prędictæ est circulus obliquus. Vnde regio eorũ, super quorum capita transit Sol, est necessario calidior alijs regionibus aliorum: & magis appropinquantes regioni eorum, super quorum capita trãsit Sol, sunt calidiores: & magis distantes ex regionibus eorum, super quorum capita nõ transit Sol, sunt frigidiores.

* De impressione stellarum in aere cum Sole.

Aer etiam alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis, vel occidentis. 101

B In stellis etiam est actio, qua immutatur aer ad caliditatem ex earum ascensu, & ad frigiditatem ex earum descensu vel occasu: quod secundum accessum vel discessum Solis fit.

Cum enim Sol appropinquat inflammatis stellis, incendit, & inflammat aerem. 102

Aer inflammatur, cum Sol appropinquat alicui ex stellis, quę inflammatę dicuntur: & sunt illę, quę generant inflammationem aeris, cum perseuerant aliquibus diebus, & vocantur cometę. nam ex calore Solis coniuncto cum calore prędictarum stellarum, inflammatur aer.

Hoc siquidem verum est in tantum etiam, ꝙ cum inflammata elongantur aliquo modo a Sole, uidemus aerem aliquantulum infrigidari. 103

Hoc est intantum verum, ꝙ cum calor inflammatus elongatur ab ipso Sole, aut extinguitur, videmus aerem aliqua infrigidatione infrigidari. quod autem Sol operatur cum prędictis inflammatis, id operatur cum stellis erraticis, aut & cum fixis, vnde est posibile ꝙ per inflammatas intellexit aliquam ex stellis fixis.

Si etiam stellæ, quæ dicuntur infortunatæ, fuerint in exaltatione sua, significabunt super corruptionem animatorum. Si uero quæ fortunatæ dicuntur, fuerint ibidem, significabunt salutem eorundem omnimodam. 104

C Hoc est secundum opinionem dominorum expertorum in iudicijs astrorum. Et est, quoniam ipsi intendunt ꝙ quidam ex planetis sunt, quorum effectus est vt plurimum detrimentum & corruptio, & sunt illi, quos ipsi vocant infortunatos: & ꝙ quidam ex eis sunt, quorum effectus vt plurimum sunt profectus & adoptatio, & sunt illi, quos vocant fortunatos. Opinantur etiam ꝙ quilibet ex ipsis habet propria loca in orbe, in quibus ipsorum actio roboratur, aut debilitatur. Loca autem eorum, in quibus actio fortificatur, graduatur apud eos: & imposuerunt propria nomina prędictis gradibus, quę sunt exaltatio domus, triplicitas, & alia ab his. Ferunt etiam, ꝙ cum infortunatę sunt in locis, quę dicuntur exaltationes eorum, ꝙ tunc augeatur, & roboretur eorum operatio. Et si sic est, tunc significabunt super destructionem corporum animatorum. Et similiter cũ fortunatę sunt in prędictis locis, significabunt super salutem eorundem animatorum. Hoc tamen totum est contra illud, quod declaratum est in philosophia Naturali. Nam omnes astrorum actiones sunt laudabiles: quoniam esse omnium horum inferiorum est ligatum cum motu, & situ eorum in partibus diuersis sphęrę. Diuersitas autem quorundam cum quibusdam ex eis contingit ratione elõgationis & propinquitatis eorum adinuicem.

D

* De alteratione aeris secundum regiones.

105 *Tanto frigidior est illa, quanto altius super montes existit: complexio vero villæ existentis in valle iudicatur calida.*

Hoc quidem est manifestum, scilicet ꝙ villę in montibus existentes frigidæ sunt: & existentes in vallibus sunt calidę. Huius autem causa est propinquitas montium ad regionem, in qua fit generatio nubium: necnon etiam, quia montes omnibus quatuor ventis exponuntur. & ideo non fiunt habitationes in regionibus calidis ratione latitudinis propinque Soli, nisi in montibus earum, aut ꝓpe eos. in regionibus vero frigidis ratione distantię latitudinis, sunt montes continue niuosi, & per consequens inhabitabiles.

* De alteratione aeris secundum montes.

106 *Si vero montes fuerint a parte septentrionis, & claudatur montibus, iudicetur infrigidari a septentrione.*

Si fuerint montes a parte meridiei protegentes villam a vento australi, erit quidem illa villa frigida, ratione exsufflationis venti septentrionalis factę super eam: ventus enim septentrionalis frigidus est & siccus. E

107 *Villa ædificata a parte meridiei, iudicetur calida ratione ex sufflationis illius venti meridionalis super eam.*

Villa a parte meridionali aperta iudicatur esse calida ratione exsufflationis venti meridionalis factę sup eā. nā ventus meridionalis calidus est, et humidus.

108 *Sed si sit ex parte occidentis, habebit aer eius grossitiem: si vero ex parte orientis, habebit subtilitatem.*

Cum aliquis locus est expositus, & discoopertus ventorum exfflationibus, & insufflat super eum ventus occidentalis, efficietur quidem aer eius grossus, & frigidus & humidus. Si vero insufflat super eum ventus orietalis, erit aer eius subtilis, idest calidus & siccus. & hoc est, quoniam ventus orientalis est calidus & siccus, sicut occidentalis frigidus & humidus: & hoc tamen per relationem est ad medium climatis cuiuslibet: quod est, quoniam in pluribus locorum ventus frigidus & humidus est causa pluuiarum in eis contingentium: & calidus & siccus clarificat aerem ipsorum. Hoc tamen variatur in multis locis terrę: vtpote apud nos in insula Andalusię: in cuius medietate, i. orientali pluit ex vento occidentali, & clarificatur eius aer ex vento occidentali: & in alia eius medietate occidentali pluit ex vento occidentali, & clarificatur aer ab orientali. F

* De alteratione aeris secundum maria.

109 *Maria habent contrarium iudicium in hoc, sicut sapientes retulerunt.*

Iudicium marium ad terram est contrarium iudicio montium ad eandem. qm̄ maria a parte meridiei refrigerant terras, & a parte occidentis calefaciunt: & hoc ideo, quoniā maria ęquant & temperant materiam ventorum. vndę si ipsa fuerint a parte meridiei alicuius terrę, ęquabunt ventū meridionalem, minuētq; & remittent calorem eius. & similiter cum erunt a parte septentrionis, ęquabūt ventum septentrionalem, & remittent eis frigiditatem. Cuius ratio est, quoniam aquę non sic patiuntur, neq; alterantur in caliditate & frigiditate a Sole, sicut aer. & ideo est, ꝙ ipsę tempore frigido sunt calidiores aere, & tempore calido frigidiores. hoc quidem est, quod de aquis maris intelligo.

* De alteratione aeris secundum ventos.

110 *Venti etiam generant in aere illud, quod generant in eo* [a] *[mansiones.]*

Intellexit ꝙ venti in aere generant diuersitatem complexionis, sicut & mansiones. intellexit autem per huiusmodi mansiones, positionem Solis & Lunę in

a * impressiones cœlestes.

A mansionibus, quas Arabes amone vocant. Iam autem prędiximus qualiter fiūt ex eis immutationes aeris.

Est quidem in meridionali caliditas, & humiditas, [a] *[pro tanto generat supercalefactionem, &] putrefactionem.* 111

a * & pp̄ ipsas q̄nq; generat

Ventus meridionalis generat in aere caliditatem & humiditatem. & ideo generatur ex flatu eius putrefactio: excessus enim suę caliditatis & humiditatis est causa generationis putrefactionis. & ideo qui intendit prohibere putrefactionē rerum, infrigidet & desiccet eas.

Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis. 112

Ventus septentrionalis necessitat in aere frigiditatem & siccitatem. & ideo lędit organa anhelitus, generaturq; ex eo tussis: qđ ex siccitate organorū anhelitus cōtingit, necnō ex cōseruatione eius, qa humiditatē cerebri comprimit.

Calor, & subtilitas insunt orientali: & frigiditas, & grossities accidentali. 113

Hoc est manifestum, ꝙ ventus orientalis est calidus & siccus, & occidentalis frigidus & humidus. variatur tamen hoc secundum diuersitatem ex terra, & aqua eis contingentem.

B * De alteratione aeris secundnm ea, quæ ei vicinantur ex terris & aquis.

Omnis [b] *[angulus terræ mollis, cuius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, & habens fontes aquæ dulcis], est quidem complexionis humidæ.* 114

b * locus terrę paludosę, circa quem sunt loca aquosa,

Omnis villa, cuius terra mollis est, non petrosa, resudans aquis, & eius circunferentię sunt discoopertę montibus, est humidę complexionis.

Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui villæ, cuius terra vel locus saxosus est, & salsus. 115

Villa habēs aerē siccū est, cuius locus est saxosus, vel adustus, et salsus. verū regio saxosa necessitat cū frigiditate siccitatē; sed salsa cū siccitate caliditatem.

* De alteratione aeris secundum habitationes.

Domus valde patula, & omnibus ventis discooperta, est in hyeme valde frigida, æstate vero calida. 116

Domus, cuius ianuę sunt valde patulę quatuor angulis orbis, & discoopertæ quatuor ventis, efficitur in hyeme valde frigida, & in ęstate valde calida: &
C maxime si fuerit alta. domus enim talis non protegit a caumate, & frigore.

Ex domo autem depressa, & subterranea habetur iudicium contrarium. 117

Habitatio quidem subterranea habet dispositionem contrariam cum domo prędicta. & hoc est, ꝙ tempore hyemali est calida, & ęstiuo frigida. dispositio enim eius, quod est infra terram in prędictis duobus tēporibus, est causa huius, hoc est, ꝙ calefiat tunc in tempore hyemali, & infrigidetur tēpore ęstiuo: cuius ratio data est in Naturalibus.

* De alteratione secundum vestimenta.

Calor inest panno facto ex serico, & coto: & frigus [c] *[in rasculo, id est panno plano non lanuginoso seu velleroso,] & lineo.* 118

c * maschail inest,

Panni ex serico, & coto sunt calidi, & panni mechanoni & sine pilis sunt frigidi, sicut lini. Sed caliditas inest pannis ex serico, & coto per relationem ad corpus hominis. Frigiditas autem pannorum rasorum contingit ratione paruitatis borrę existentis in eis. villi enim & pannorum pili sunt causa calefactionis: eo quod bene vniantur corpori, & adhęreant. cōplexio tamen lini est tēperata.

In compositis ex pilo, [d] *[ ] & lana inest cum caliditate aliquantulum siccitatis.* 119

d * chameli,

Pannus ex pilo & lana factus & compositus habet cum caliditate siccitatē. D
& hoc ideo, quoniam sunt ex superfluitate animalium.

* De alteratione secundum odorifera.

120 *Iudicatur caliditas super complexionem cuiuslibet floris, & cuiuslibet aromatici, exceptis quinque, scilicet myrto, salice, nenufare, rosis, & uiolis: quæ quidem sunt frigida*, [a] [*& cum hoc aromatica.*]

a * Et aromatica odorifera sunt calida, pter sandalos, & cāphoram.

Hoc quidem est, secundum ꝙ ipse dicit, ꝙ aromaticum apud Arabes est calidę complexionis in hoc, quoniam est fumosum, vaporosum. ex huiusmodi autem vaporosis sunt quędam calida & sicca, aut calida & humida: exceptis istis, quorum rememorationem facit in hoc loco. Ratio autem huius est: quoniā odores non proueniunt ab omnibus partibus prędictorum odorabilium, sed solum ab eorum partibus calidis, quę quidem sunt paucę in comparatione ad partes eorum frigidas. Et aromaticum quidem est nomē commune apud Arabes omni flori bonum odorem habenti.

* De operatione colorum in visu.

121 *Laudabilior, & utilior ex coloribus uisui, est niger, aut uiridis: albus autē, & citrinus* [b] [*nec non omne splendidum lædit, &*] *disgregat lucem oculorū.* E

b * qn̄ splendent & sunt puri

Vtilior ex coloribus visui est viridis aut niger. viridis quidem secundum veritatem confert ei, quia secundum veritatem medius est inter album & nigrum. albus autem proculdubio mouet fortiter visum: cuius causam explicuit Gale. eo ꝙ ipse disgregat visum. actio autem coloris nigri est huic contraria, idest congregans visum. Si igitur sic est, quodlibet horum extremorum lędet visum, & medium inter ea conueniet ei. verum est tamen ꝙ color niger parum mouet visum & oculum, pro tanto inquantum huiusmodi minime lędit ipsum.

Secunda ex rebus non naturalibus, scilicet Cibus, & Potús.

122 *SCito ꝙ uera cibi actio est augere augenda, & restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis, & ad pristinum statum deducere.*

Scito necessitatem cibi fuisse propter duo. Vnum est, quoniam impossibile est animal principio suę generationis genitum esse cum suo augmento naturali, scilicet ꝙ iudicatur ei conuenire per naturam, inquantum est tale, aut tale animal. pro tanto fuit ei cibus necessarius, quatenus augeatur eo corpus eius, donec perueniat ad quantitatem ei debitam per naturam, & cesset augmentum eius. F
Secundum est, quoniam spiritus, & corpora animalium dissoluuntur ex calore aeris continentis ea. & ideo fuit eis cibus conueniens, & necessarius ad commutandum aliquid eis loco eius, quod fuit ab eis dissolutum. Et in summa, quia animal viuit per calorem igneum, qui est lator animę, & ignis inquantum huiusmodi, semper indiget ꝙ comburat: alio quin enim extingueretur in animali ignis: ideo fuit continuo necessarius cibus corporibus animalium. Et ideo est, ꝙ corpora puerorum egent eo amplius cęteris, propter multitudinem caloris in eis existentis: vnde ipsa consumunt necessario amplius, sicut inquit Hippo. & post ipsos pueros iuuenes: & post ipsos, senes. Qui vero minus cęteris egent cibo, sunt seniores decrepiti, & hoc, quia ignis eorum est paruus, parua re indigens ad hoc, ꝙ ipse viuat.

123 *Est autem ex eo eligendus ille, qui in sanguinem laudabiliorem cōuertitur, & transmutatur.*

Electus ex cibis est ille, qui in laudabilem sanguinem magis quam in aliquem ex alijs tribus humoribus conuertitur, & transmutatur.

Leuis

A *Leuis autem, & subtilis, est panis tritici, & carnes paruorum pullorum gallinæ; & sicut bliti ex oleribus hi enim conueniunt patientibus ægritudinem.* 124

Cibus laudabilis chymi, & cum hoc subtilis substantiæ est, sicut panis factus & compositus ex lacticinio & similia frumenti, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & ex oleribus, sicut bliti. Et videtur ꝙ totum, quod dicit de cibis istis, propter subtilitatem nutrimēti referatur ad id quod subiungitur, cum dicit: hi. n. conueniunt patientibus. videtur tamen ꝙ referatur blitis tantum febrientibus, nec potest toti referri. Et sciendum ꝙ panis ex simila tritici, dicta Arabice darmat, compositus, est apud Galenum citioris digestionis cæteris, & tardioris egressionis & descensus. Probat autem ipsum esse citæ digestionis ex magna mundificatione, & separatione ipsius a furfure: quod quidem omnino est indigestibile. & hoc quidem est causa tardi descensus ipsius: nam furfur præbet pani velocitatem egressus. & ex hoc opinati sunt posteriores Medici ꝙ panis ex simila frumēti compositus, difficilis & tardę digestionis sit. Melior autem ex omnibus panibus est ille, qui sic præparatur, vt similis spongiæ efficiatur, æqualiter, & temperate fermentatus, & in clibano conuenienter decoctus: & post sic coctum in clibano est ille, qui proijcitur in parietibus vasis calidi. Et Sarraceni quidem approbant panem coctum inter duas casolas super igne conuenienter

B ter situatas, ponūtq; ipsum in eodem gradu cum pane cocto in clibano.

Grossi autem ex vsualibus sunt simila, & sicut [a] *[muto laudabilis] duorū annorum.* 125

a * aries castratus delectabilis.

Ex cibis laudabilioris chymi, & cum hoc grossæ substantiæ sunt, sicut panis similæ, & sicut mutuo duorum annorum. & hi quidem cibi congruunt sanis, & laborantibus: sed primi quiescentibus, & conualescentibus.

Piscis notus habitans [b] *[in rupibus] est cibus congruus vexato ab exercitio, & labore.* 126

b inter saxa

Piscis petrosus habitans in rupibus est ille, qui natat in aquis super mōtes & rupes transeūtibus & fluentibus. & intellexit p pisces pisces squamosos. Ex his autem sunt tres species, s. marinus, fluuialis, & habitans in ambabus aquis simul. Est autem melior ex eis secundum Galenum marinus: & post illum, qui simul in ambabus aquis viuit: & post istum ille, qui viuit in aquis dulcibus. Cuius ratio est, quoniam humiditas excedit & dominatur piscibus. verum omnes illi, qui nutriuntur in aquis salsis sunt minoris humiditatis: contrarium est de illis, qui in aquis dulcibus nutriuntur: sed qui viuunt in ambabus aquis simul, sunt medij inter eos. Ex marinis autem sunt tres species, s. mollis viscosus, & petrosus montuosus, & ille qui nutritur in littore maris. Melior autem ex eis est petrosus montuosus, ratione motus magni & subtilitatis aquarū inter rupē & mōtes existentium. est autem post ipsum mollis viscosus. deteriores autem inter oēs has piscium species sunt habitantes in littoribus maris. & hoc, quia nutriuntur ex fæcibus & superfluitatibus ibidem existentibus: & maxime qui ex eis nutriuntur in littoribus maris existentibus iuxta magnas ciuitates. sic etiam sciendum de habitātibus in fluminibus. Alauda autem, & mugil sunt ex melioribus piscibus viuentibus in ambabus aquis simul apud nos. Verum sardinia est piscis mollis viscosus.

Ex eis sunt subtilis malitiæ, sicut sinapis, cepæ, & allium hi autem generāt choleram rubeam. vnde & quandoque sumuntur via medicinæ. 127

Ex cibis autem est tertia species, s. illaudabilis & subtilis chymi: velut sinapis, allium, & cæpa. Hi enim cibi vrunt sanguinem, & generant cholerā rubeā, vnde interdum sumuntur ratione medicinæ solum. & hoc, quia ipsi magis vincunt, & agunt in corpus, q̄ corpus deuincat eos.

Ex eis sunt etiam generantes melancholiā, ex qua in quibusdam corporibus morbi generantur: velut hirci antiqui, bones, panis furfureus, & caseus. 128

Ex cibis etiam est quarta species, & sunt illi, qui generant melancholiam;

ſicuti carnes hircorum antiquorum, & boum antiquorum. & in ſumma omnes cibi, qui groſsi ſunt & terreſtres, ex quibus ſunt quidam, qui ſunt calidi & ſicci, ſicut caſeus aridus & antiquus: & quidam ſunt frigidi & ſicci, ſicut bos antiquus. Corpora autem, in quibus generatur morbus ex his cibis, ſunt corpora, in quibus humor melancholicus a principio & radice naturæ, & complexione eorum dominatur. D

129 *Rurſus quidam ex his cauſant, & efficiunt humorem phlegmaticum, ſicut piſces groſsi, & genera lactis.*

Hi cibi ſunt cum groſsitie ſua frigidi & humidi.

130 *Aquæ delectabiles, & fluuiales conſeruant humiditatem radicale, et cauſant egreſſum fæcum & ſuperfluitatum, digeruntq; & deducunt cibum per venas.*

Actio quidem aquarum delectabilium in corporibus eſt conſeruatio humiditatis radicalis in eis exiſtentis, & facilis egreſſus fæcum & ſuperfluitatum ab eis. & faciunt ēt tranſire & penetrare cibum per venas, ob hoc quia ſubtiliant, & liquidum reddunt ipſum. Ineſt etiam eis aliud iuuamentū ab eis: & eſt, qm̄ digeſtio fit per eas. nā niſi ipſę eſſent, torrefieret cibus, & vreretur. Et inde eſt, ꝙ animalia adoptant & deſyderant aquas, cum ſit digeſtio cibi. Quod autem dicitur hic, ſ. ꝙ aquæ fluuiales ſint meliores fontanis, eſt quidem ſecūdū opinionem Medicorum* alk ar. alioquin fontanę ſecundum opinionem Hippo. & Galen. ſunt meliores. & ex eis maxime orientales, & ſuper arenam incedētes. Cuius quidē probatio eſt ex hoc, qm̄ aquę fluuiales colliguntur, & cōmiſcentur cū pluribus aquis, incedentes ſuper terras diuerſarum complexionum. E

* a.l. taquar quin. fontanę tñ ſcdm

131 *Melior eſt ex aquis pluuialis munda: quoniam nihil admiſcetur eis, quod inferat eis nocumentum.*

In hoc autem conuenerunt omnes Medici: quoniam nō admiſcetur aquis huiuſmodi, ſicut ipſi dixerunt, aliqua terrā nociua. Eſt tamen dubitatio, & controuerſia inter eos de bonitate aliarum poſt prędictas in gradu exiſtentium: nam quidam aſſerunt fontanas eſſe meliores, quidam autem fluuiales.

132 *Ex eis autem ſunt egredientes a naturali diſpoſitione earum, quarum propria actio eſt ſecundum complexionem eius, quod admiſcetur eis.*

Quædam ſunt ſpecies aquarum egredientes naturam aquæ ſimplicis, & veræ, i. quę non ſunt delectabiles, ſicut aqua ſimplex: quarum propria actio conſequitur illud, quod fuit eis admixtum. Si ergo ſint amaræ, erunt calidæ & ſiccæ, ratione commixtionis partis terræ vſtę cum eiſdem. Si vero fuerint ſalſæ, commiſcebitur eis terra ſalſa. Si aūt ſint calidę, erunt eis cōmixtæ terrę ſulphureę. Ferunt ēt ꝙ quædā aquæ fuerunt repertæ acetoſę. Ferunt etiam ꝙ in partibus Granatæ ſunt quędam aquæ necantes animalia, quę bibunt ex eis. F

133 *Omne, quod bibitur ex ceruiſiis, lacte, & vino, nutrit corpus.*

Ex omnibus potibus corpus nutrientibus ſunt tria, ſ. ceruiſia, vinum, & lac.

134 *Potus conuertens corpus ad ſui naturā, eſt ſicut oxymel ex ſui iuuamento.*

Proculdubio intētio ſua in hoc loco fuit ad referendū genera ciborum & potuum, diuerſas operationes in corpore hominis efficientiū: non autē fuit intentio eius ad referendum eos, inquantum conſeruant ſanitatem, vel tollunt ęgritudinē. vnde eſt ac ſi diceret: potus ſunt ſicut aquæ, & alii ab ea: & aquæ ſunt aut delectabiles aut non delectabiles: & ex delectabilibus operationes ſunt tales: & earum ſpecies ſunt tales, & tales.

Tertia ex rebus non naturalibus, ſcilicet
Somnus, & Vigilia.

135 *Somnus eſt quies virtutum animalium motiuarum, & ſenſitiuarum.*

A Somnus est reuocatio seu regressus virtutum animalium ex apparētia corporis ad eius interius. & hoc, quoniam earū actiones sunt mouere, & sentire quę in vigilia notatur. hoc autem contingit cum prædictę virtutes existunt in manifesto corporis, cū earum operationes sequūtur ea. Somnus vero est earū quies. nam tunc quiescunt ab operationibus suis, & redeūt ad suam originem, quę est cor, & augētur seu confortātur ibidē. Causa autē somni est tā digestio cibi, quā labor. nā cum digeritur cibus, generatur in corde, & in cerebro vapor frigidus & humidus: de natura autē frigiditatis est cōstringere, & cōprimere, seu in profundū impellere. vnde reuocatur tunc calor naturalis ad suā originē ex frigiditate occurrente & obuiante ei: ad cuius egressum cōtingit ēt regressus, & reuocatio sensuum. nam ipsi feruntur super ipsum, cum ipse sit subiectū eorum. Labor autē est causa somni: quia ipse dispergit, & dissoluit calorem naturalem, & per consequens infrigidat ipsum. Virtus. n. vnita fortior est seipsa dispersa. quo circa in sua colligitur origine, quatenus ibidē confertur & calefiat, vitās & fugiens laborē, donec ad suā complexionē primā redierit, aut prope eā: & tunc excitatur animal, sicut excitatur, postq̄ est completa cibi digestio.

Ipse enim calefacit corporis interiora, ex quo fit cibi digestio laudabilior & melior. 136

B Ipse enim calefacit corpus propter regressum caloris in manifesto corporis existentis ad eius interius, ex quo vniuntur tunc duo calores simul, s. intrinsecus, & extrinsecus. Et pro tanto subdit, ꝙ inde efficiatur melior cibi digestio. Nam virtus digestiua efficit tunc opus suū cum prædictis duobus caloribus, videlicet cum calore * spūali & proprio eius, & cum calore virtutum sensitiuarū: quæ quidem tempore vigiliæ suas operationes exercebant. * a. l. speciali.

Si autem somnus multum prolongatur, replebitur caput humoribus. 137

Huius quidē causa est, quoniam cum calore existit intra corpus plus debito, tunc augetur & multiplicatur fumosus vapor, & eleuatur plurimum eius ad cerebrum: & sic repletur caput vapore prædicto: quia etiam iam fuit cibus digestus per somnum profundū. exercet autem calor operationem suam in humiditatibus corporis. vnde componitur tunc vapor ex primo & ex ascendente ab illis humiditatibus ad caput. pro tanto repletur caput illis humiditatibus, quę humectant ipsum secundū modū prædictum, & lædunt ipsum.

Ipse etiam humectat corpora, & relaxat, extinguitq; calorem viuificantem ipsa. 138

Humectatio quidē, quam facit somnus, ideo est, quoniam vigilia exiccat corpora ratione eius, quod scilicet dissoluitur ab eis per motum sensuum. & ideo C est, ꝙ cum quiescunt sensus in somno, augetur humiditas spirituū eorum, neque non ēt humiditas membrorum. Intelligit aūt ex dicto suo, cū dicit: extinguitq; calorem, &c. ꝙ multus somnus extinguit calorē, quo virtutes viuūt, & existūt. & hoc, quoniam de natura quietis est, & similiter de natura coopertionis extinguere calorem, sicut accidit in igne. ignis enim extinguitur & suffocatur, cum multum & perfecte tegitur, & cooperitur. Contingunt autem ambo prædicta calori elementari, vel naturali, tempore somni, s. quies, & suffocatio ex membris absque respiratione sufficienti: propter quod contingit ei tunc extinctio, sicut igni extrinseco. nam insufflatio venti ignem incendit, & inflammat. vnde est hæc vna ex causis respirationis.

Temperata vigilia excitat valde sensus, & disponit virtutes ad exercendū operationes suas, & cū hoc mūdificat corpus a fæcibus, & superfluitatibus. 138

Vigilia mediocris & temperata, scilicet non excedens, aut non diminuta, est illa, qua sensus excitantur. Nam tunc ipsi exercent operationes suas sollicite & attente. ipsa enim disponit vim motiuam ad exercendum operationes suas fortes, & cum vtilitate: mundificat etiam corpus a superfluitatibus, s. expellit eas, & educit exterius. de natura enim vigiliæ est corpus euacuare: nam motus euacuat, & consumit.

140 *Ex longa autem vigilia contingit expergefactio, & insomnietas generans anxietatem, & angustiam animæ. Ipsa etiam dissoluit spiritus, & corpora fedat, & corrumpit splendorem & claritatem corporis & colorẽ eius, et profundat oculos, nocetq; digestioni, et mentem tollit & disturbat, & corpus infrigidat,* a [ ]

a * vel debilitat

Ex lõga vigilia cõtingit morbus insomnietatis, generãs angustiã et laborem animę: ipsa.n.euacuat corpus, & magnificat dissolutionẽ eius, et ideo dicit ꝙ ipsa dissoluit corpora & spiritus eorũ, & eorũ colores & splẽdorẽ fœdat & corrũpit. nã ex corruptione caloris naturalis immutatẽ color corporis, & splẽdor eius alteratur. ob hoc ẽt causat submersionẽ, & ꝓfundationẽ oculorũ, corruptionẽ digestionis, mẽtis ablationẽ, & corporis infrigidationẽ, sicut dixit in textu.

Quarta ex rebus non naturalibus, scilicet Motus, & Quies.

141 *IN exercitiis est quod est temperatũ. & hoc decet quod fiat: nã ipsum æquat, & temperat corpora, & efficit egressum superfluitatum, &* b [*humiditatum.*] B

b sordium

Ex exercitijs est æquale, & inæquale. Est autem æquale eligendũ. Est ergo illud faciendũ, & eo vtendum: quoniam ipsum æquat corpus, & expellit fęces, & humiditates superfluas ab eodẽ. æquat aũt corpora, seu temperiem corporum efficit, eo ꝙ calorẽ naturalẽ confortat. Sed expulsio, quam facit humorum, contingit ex motu, & ex prædicta confortatione caloris naturalis, quam sicut dictũ est, habet efficere. ad confortationem enim caloris radicalis sequitur cõfortatio virtutis expulsiuæ, & aliarum ab ea.

142 *Disponit etiam corpus ad hoc vt nutriatur, & disponit* * *parum ad hoc vt augeatur.*

* Auer. le. paruum,

Exercitium æquale & temperatũ disponit corpus ad hoc, vt nutriatur, & ad hoc, vt superfluitates educantur, necnon & ad hoc, vt calor naturalis inflammetur. Tempus aũt cõueniẽs ad exercẽdũ ipsum est, postquã est cõpleta vltima digestio, s. tertia. Sũt aũt tres digestiones, s. vna, quę fit in stomacho: alia, quæ fit in hepate: tertia, quę fit in ipsis mẽbris. Et tẽpus quidẽ ad exercitandũ cõueniens est; cũ est cõpleta vltima digestio. Nã cũ fit ante cõplementum huius digestionis, ipsum quidẽ est ex cæteris rebus * nocibilius. & hoc, quia facit tũc egredi, & trãsire cibũ indigestũ, & in summa corrumpit ipsum. Nã generatio non perfi citur nisi cũ quiete: cibi autẽ digestio est membrorum ex eo nutritorum generatio. Intelligit autem, cum dicit: & disponit paruum ad hoc vt augeatur: ꝙ exercitium iuuat virtutẽ augmentatiuam, tam in mẽbris paruis, quã ætate auctis. F

* nocibilibus.

143 *Immoderatum autem ex eo proprie dicitur labor, qui quidem spiritum euacuat, & educit, & lassat corpus, & emacerat pingues & carnosos, & inflammat calorem extraneum, & ducit etiã humiditates a corpore, & debilitat neruos ex violentia dolorum, & facit corpus senescere ante ætatem senectutis.*

Exercitium immoderatum dicitur labor. quod quidem spiritus euacuat, & calorem extraneum in corde accẽdit, & inflãmmat. qui calor elemẽtaris seu radicali* contrarius existit. euacuat enim præ multitudine motus sui humiditatem a crpore, & ex magna dissolutione debilitat neruos, facitq; senescere corpus ante ætatẽ senectutis, ratione eius, quod ex mẽbris radicalibus dissoluitur.

* a.l.granis.

144 *Vltimata autem quies est inconueniens, neque est iuuamentum in vltimitate eius, immo quidem replet corpus humiditatibus, sicut & glandulis, et nodis, neque disponit corpus ad aliquem cibum.*

Illaudabilis est immoderata quies, & omissio motus est illaudabilis, nam ex-

A cessus cuiuslibet rei est inutilis. De natura autem quietis est replere corpus humiditatibus, ratione paruæ & diminutæ euacuationis factæ cum eo: & proinde etiã non disponitur corpus ex ea ad susceptionẽ nutrimenti, eo scilicet ꝙ non egrediantur tunc superfluitates a corpore.

Quinta ex rebus non naturalibus, scilicet de Euacuatione, & Repletione.

Corpus indiget uniuersali euacuatione omniũ mẽbrorũ per phlebotomiã, & pharmaciam, ex qua quidẽ est perfectum iuuamentum in vere. 145

Corpora autem indigent vniuersali euacuatione, & particulari. fit autem vniuersalis totius corporis cum phlebotomia & pharmacia. particulariter autem in aliquo membro fit per meatus illius membri, cum sunt in eo huiusmodi meatus. & hoc cum euacuatione speciali ipsius membri. Et quia euacuationum, quædã est vniuersalis, & quædã particularis, incœpit ab vniuersali, dicens ꝙ talis est phlebotomia & pharmacia: quæ quidẽ facienda sunt in vere. Est autem sciendum ꝙ homines sunt in hoc diuersi & varij. Nã quidã sunt habẽtes naturaliter corpus æquale & temperatum exercitantes se: & quidam habent inæquale nõ B temperatum, se etiam exercitantes: & quidam habent corpus æquale, non tamẽ exercitantes se: & quidam habent corpus inæquale, non similiter exercitantes se. Et corpus quidem æquale & exercitatum nõ indiget proculdubio in aliquo euacuatione facta per pharmaciam, aut phlebotomiam, dum vtatur cibis conuenientibus, in debita quãtitate, & qualitate, et tẽpore assumptis. verum si corpus temperatum non exercitaretur conuenienter, indigeret proculdubio euacuatione: & maxime si non vteretur cibo laudabili, & conuenienti tempore, quantitate, & qualitate assumpto. Intelligendum autem per laudabilem qualitatem, ꝙ sit cibus æqualis & temperatus. Corpora autem inæqualia indigent proculdubio necessario euacuatione, quamuis etiam vtantur exercitijs, & cibis temperatis. Ex his aũt corporibus sunt magis conuenientia euacuationi inæqualia, non se exercitantia, assumentia cibum vsque ad completam saturitatem.

Vomitus fiat in æstate, sed melancholia educatur in autumno. 146

Vsus vomitus laudabilis est specialiter in æstate. & hoc est, quoniam æstas est ex efficientibus humores natãtes in stomacho, siue in ore stomachi. hi enim humores sunt calidi, quales sunt specialiter in æstate. Assignauit etiam eductionem melancholiæ in autumno, eo ꝙ tunc eius generatio augeatur. Ver autem C est melius cæteris temporibus ad celebrandum phlebotomiam, & sumendum pharmaciam. & hoc, quia tunc liquefiunt, & dissoluũtur humores, & virtus existit fortis & valida.

Gargarismata, & dentifricia purgant, & mundificãt palatum, & dentes. 147

Quoniam præceperat fieri vniuersalem purgationem & euacuationem, præcipit nunc fieri particularem, dicens, decet vt palatum, & caput euacuetur cum gargarismis. ipsa enim sunt medicinæ attrahentes a capite, & euacuãtur guttur, & gingiuæ cum abstergentibus, & mundificantibus. & sunt plures pulueres, quibus fricantur dentes, & gingiuæ.

Prouoca vrinam, alias incidet in hydropem. Et prouoca menstrua, sin autẽ corrumpentur corpora earum. 148

Vtere medicinis vrinam prouocantibus, alioquin timeas hydropem. Et similiter vtere medicinis prouocantibus sanguinem menstruum in mulieribus, alias earum corpora corrumpentur.

Educ fæces in colica: nam in earum eductione curabitur patiens. 149

Cum stringitur natura & impedietur, seu prohibebitur fæcum egressio, dentur in potu medicinæ eductiuæ: nam ex hoc curabitur patiens. hoc tamẽ est ex capitulo curationis, & practicæ.

150 *Vtere balneo ad tollendum sordes, & immunditiam. neque sis in hoc piger, si velis educere superfluitates a corporis superficie, & cutem ab accidentibus immunditiæ mundam facere.* D

Balneũ est necessariũ ad purgãdũ superfluitates tertię digestionis. & ob hoc disponit corpus ad susceptionẽ cibi. ob hoc ẽt cõgruit, & necessariũ est in cõseruatione sanitatis. vnde priores vtebãtur eo omni die, postquã fuerãt prius exercitati. Est aũt vna ex cõditionibus eius, sicut & exercitij, ne diu fiat cũ cibus sit in stomacho. Et immũdutia quidẽ est super corpus sordities ex superfluitatibus tertię digestionis collecta. Ex proprietate aũt balnei est humectare corpus, & reddere ipsum spongiosum: facitq; vt digestio compleatur, & perficiatur.

151 *Coitus etiam commendatur iuuenibus, quatenus per eum a nocumentis perniciosis liberentur.*

Cum erunt iuuenes calidæ & humidæ complexionis, & collectio spermatis in eorum corporibus, non nocebit eis vsus temperati coitus: alioquin contingẽt eis morbi magni, & illaudabiles.

152 *Nequaquam autem concedatur macris, senibus, aut etiam debilibus.*

Proculdubio coitus inducit, & præcipitat macros in hecticam. & similiter senes, & debiles in eundem morbum præcipitat. E

153 *Incurret podagram, & dolores alios ille, qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum.*

Prognostica ei, qui vtitur coitu cibo sumpto, ꝙ cõtinget ei podagra: & est dolor pedũ: & species arthriticę, q̃ schiatica nominatẽ: neq; nõ ẽt alij dolores multi, sicut dolores cõtingẽtes ex oppilationibus, et apostematibus, et dolores artuũ & apostema ẽt, & febres. Quod ideo cõtingit, qm̃ coitus super cibũ factus, facit egredi & trãsire cibũ indigestũ, & inde causat gñationẽ oppilationũ, pro quanto necessitat in vtẽte eo, sicut dictũ est, oẽs morbos prædictos. Ipse ẽt nocet, si fiat tẽpore famis: qm̃ exiccat corpus, vnde conuenientius tẽpus ad vsum eius est medium inter illa: & est id, quod prope complementum est digestionis. ipsum enim tempus est magis congruum ad hoc: cum sit tempus egressus & expulsionis superfluitatum. nam sperma est intrinseca superfluitas aliqualis.

154 *Multus coitus debilitat corpus, facitq; ipsum hæreditare varias species nocumentorum, & dolorum.*

Nedum dicimus ꝙ multus coitus debilitat corpus, & facit ipsum consequi varios dolores & morbos: quinimmo ꝙ diminuit & abbreuiat valde vitã, facitq; eam valde breuiter, & celeriter terminari. Aristot. enim asseruit ꝙ animalia multi coitus sunt breuioris vitæ: probans hoc, & confirmans ex passeribus, qui non viuũt nisi per annũ solum: inducẽs super hoc probationẽ, qm̃ non apparet nigredo super guttur illorum, qui videntur in autumno: quę quidẽ nigredo significat super senes ex eis. Huius autem ratio est: qm̃ coitus dat, & infundit similitudinẽ suam in specie sua. simile autem egrediens ab omnibus membris generat vitam. & ideo multa ex vegetabilibus exiccantur, cum semen producunt. Est etiã quoddam animal, quod immediate moritur, postquam generauit. F

Sexta ex rebus non naturalibus, scilicet de Passionibus animæ.

155 *IRa animæ excitat calorem, generatq; interdum alia nocumenta.*

Hoc est de se notum, ꝙ ira excitat calorẽ corporis, & generat in corpore ẽt febrem, quæ dicitur ephemera. & si corpus est præparatum, facit febrẽ putridã. & quãdoq; impellit humores de membro ad membrũ, & causat generationem apostematũ. quod quidem intellexit, cum dixit: generatq; interdum in corpore alia nocumenta, & intendit ꝙ hoc est, cum est in corpore mala dispositio.

A *Timor animæ incitat frigiditatem,qui quandoque magnificatur in patiente intantum,donec lædat in vltimo.* 156

Timor animæ generat in corpore frigiditatem. & ob hoc accidit tremor metuenti. & interdũ magnificatur in tantũ in patiente,donec ipse moriatur. Huius autem causa est regressus caloris naturalis ad cor ex timore causatus.

Magnum & multum gaudium impinguat corpus, & ideo multum lædit pinguem, & crassum. 157

Gaudium magnum est ex rebus corpus impinguantibus. ꝙ si magnificetur valde & cõtingat subito,necat,& interficit:& maxime valde pinguẽ. Et hoc, quia in corporibus magnam pinguedinem habentibus est paruus calor ratione paruitatis & angustiæ venarum ipsorum.cum autem motus iste, scilicet caloris naturalis, & eius excitatio est æqualis, tunc quidem causat pinguedinem corporis.

Ex lamento quidem,& tristitia fertur iudicium nocumenti super macrum, & confert indigenti dissolutione,[a] [ ] 158

a * seu de macratione.

Lamentum & tristitia interficit interdũ macrum,& confert indigẽti dissolutione,quia dissoluit corpus.Cuius causa est,quia tristitia causa est collectionis et B coadunationis caloris naturalis in corde : & ob hoc infrigidatur corpus ab ea: ex cuius infrigidatione contingit diminutio nutrimenti eius. Pro tanto si fuerit macrum, additur inde in macie eius in tantum,ꝙ interdum significat mortem in eo.si vero corpus fuerit pingue, permittit,& tolerat quod dissoluatur. Et in hoc quidem terminatur,& perficitur tractatus de rebus necessarijs positis in generatione sanitatis,i.ex quibus sanitas efficitur,& conseruatur.

Tractatus secundus, de rebus extra naturam, & primo de Morbis generatis in membris consimilibus.

Orbi ex superfluo calore in membris consimilibus absque superfluitate generati sunt,sicut morbus febrilis & consumptiuus, sicut in hectica,& phthisi. 159

Morbus in se & in generali consideratus,est mala dispositio in corpore existens,inferẽs operationibus suis & mutationibus nocumentum.Membra autem C consimilia sunt,quorum totũ & pars sunt vnius & eiusdẽ naturæ: & cũ est morbus in eis,obest operationibus & mutationibus ipsarum.sunt autẽ membra ista, sicut caro,os,& similia.nã quælibet pars ossis est os:& quælibet pars carnis caro.Membra autẽ dissimilia diuersarum partium sunt , quorum totius & partis nequaquã est idẽ nomen:sicut manus,cuius pars nec est, nec dicitur manus. Et decet quidem ꝙ ægritudo in partes duas prius diuidatur,s.in eã, quæ existit in consimilibus,& illã,quæ in mẽbris cõpositis generatur.Et intẽdit ꝙ morborũ in mẽbris similibus existẽtiũ sint duæ spẽs,quarũ vna refertur qualitatibus primis, sicut caliditati in mẽbris consimilibus. & hoc intelligit, cũ dixit: Morbi ex superfluo calore in mẽbris cõsimilibus absq; superfluitate,&c.i.ꝗa fiũt morbi ex calore absq; materia:sicut contingit in phthisi & hectica, sicut ipse dixit. hæ nãq; duæ ægritudines sunt ex calore absq; materia.Cũ autẽ generatur calor præter naturã in aliquo ex mẽbris corporis,nequaquã habet sibi nomẽ appropriatum:sed cum generatur in toto corpore,vocatur febris. Et si mẽbra illa fuerint radicalia,vocatur hectica,& consumptio.si autem calor fuerit in humoribus,vocatur febris putrida.sed si in spiritibus vocatur ephemera,vel febris diei.

Morbus autem ex calore cum humore,est sicut febris putrida. 160

Intendit ꝙ morbus de caliditate diuidatur in duas species: vna est absq; materia,sicut hectica,quam prædixit;vel cum materia,sicut febris putrida.

99 *Et ſicut de tranſitu * ſecundum penetrationem cibi, & appetitu. nam attractio eſt operatio ſimplex vnius uirtutis ſolius: appetitus uero cibi exiſtit ex duabus operationibus ſimul compoſitis, ſcilicet ex operatione ſentiendi, & attrahendi. operatio autem ſentiendi, & impellendi efficit tranſitum, & penetrationem cibi. hæc enim opera ex prædictis ambobus efficiuntur.* D

* Auer. leg. ſeu penetratione

Quia dixerat ꝙ operatio eſt nomen, quod prędicatur ęquiuoce de quibus pręDicatur, notificauit nunc quę ſunt illę operationes, de quibus hoc nomen ęquiuoce prędicatur: & innuit ꝙ ſunt operationes ſimplices, & compoſitę. operatio autem compoſita eſt alia a ſimplici, & nihilominus ambę dicuntur operationes. deinde poſuit tria exempla operationis ſimplicis, dicens: ſicut attractione, digeſtione, et retentione. cõſequenter ſubiungit duas operationes compoſitas, dicens: Et ſicut de tranſitu, ſeu penetratione cibi, & eius appetitu. Et quia poſuerat prędicta exempla operationum ſimplicium & compoſitarum, notificauit conſequẽter quę ex eis ſint ſimplices, & quę compoſitę. vnde inquit, ꝙ attractio eſt operatio ſimplex & vnius ſolius virtutis, &c. Sic intelligendũ de digeſtione, & retentione. Conſequenter declarauit qualiter quęlibet ex operationibus ſequentibus, ſ. tranſitus cibi, & eius appetitus componatur ex duabus operationibus. nam actio appetendi cibum componitur ex actione ſentiendi & attrahendi. Ponunt enim Medici os ſtomachi membrum appetitus & deſyderij cibi, a quo mẽbra corporis trahunt cibum & nutrimentum, cum ab eis diminuitur, & conſumitur. tunc etiam membrum inanitum ſentit per ſe ſui inanitionem, ſiue nutrimenti & cibi priuationem, & tunc appetit & deſyderat cibum. & talis appetitus dicitur proprie fames. Propter quod dicit ꝙ hęc operatio eſt ex duobus cõpoſita, ſ. ex attractione cibi & nutrimenti, quã membra faciunt trahentią ipſum ad ſeipſa: & ex ſenſu quidem inde percipit os ſtomachi, & ablatio eius quod ab eo trahitur. Aſſerit etiam tranſitum & penetrationem cibi eſſe compoſitam ex duabus operationibus, ſ. ex operatione ſentiendi, & impellendi. Nam cum cibus, & nutrimentum impellitur per cannales & meatus membrorum, tunc mẽbrum percipiens illud, quod ſic tranſit per ipſum, impellit illud ad aliud. Cuius exemplum eſt egeſtio tranſiens ab vno inteſtino ad aliud, donec tandem ad anum expellatur. quod quidem ex ſenſu fit inteſtinorum impellentium ipſum. a primo ad ſecundum vſq; ad vltimum. ſimiliter contingit in egreſſu ventoſitatis, & cuiuslibet egredientis ſurſum aut deorſum, ſicut in diarrhœa, lienteria, & vomitu. Quoniam perfecerat relationem rerum naturalium intrinſecarum, intendit nunc declarare alias corpori extrinſecas. E

De rebus non naturalibus [a] [ ] & primo de Aere. F

a * neceſſarijs

100 *OL habet iudicia ſuper aerem, quæ quidem in temporibus anni manifeſtantur ex impreſſionibus. climata etiam habent ſuper hæc iudicia.*

Sol immutat aerem in caliditate, frigiditate, ſiccitate, & humiditate: quod quidem patet ex temporibus anni, & ex poſitione Solis in determinatis partibus circuli, quas Arabes ahanne vocant, i. manſiones. Eius enim actio & tranſmutatio nominatur proprie ſcd̃m manſionẽ, in qua Sol exiſtit, ꝙ ex propinquitate & longitudine Solis ad nos & eius media diſtantia efficiuntur quatuor anni tẽpora, ſ. ęſtas, ver, hyems, & autumnus. Et eſt res manifeſta ex ſe. quia ex elongatione ipſius eſt cauſa frigiditatis & humiditatis: & hęc eſt complexio hyemis. & ex propinquitate eius eſt cauſa caliditatis & ſiccitatis, quę ſunt natura ęſtatis. & ex eius media diſtantia eſt cauſa reliquorum duorum temporum mediorum, ſ. autumni, & veris. Sed diuerſitas in impreſsionibus in aere contingẽs ex ſitu Solis in diuerſis manſionibus eſt nota conuenienter Arabibus, hoc autẽ,

A scilicet diuersitas impresionum in aere ex partibus circuli ratione diuersitatis existentis inter ipsam & partes in multitudine & paucitate stellarũ, aut magnitudine, aut paucitate earum, aut velocitate, aut tarditate motus ipsarum, scilicet stellarum fixarum. inde enim notificatur actio Solis, cum ipse mutatur ab vno loco in alium locum ex prędictis. Diuersitas etiam transmutationis in climatibus est manifesta: cuius causa est propinquitas, & elongatio Solis. Causa vero propinquitatis & elongationis prędictæ est circulus obliquus. Vnde regio eorũ, super quorum capita transit Sol, est necessario calidior alijs regionibus aliorum: & magis appropinquantes regioni eorum, super quorum capita trãsit Sol, sunt calidiores: & magis distantes ex regionibus eorum, super quorum capita nõ transit Sol, sunt frigidiores.

* De impreſsione stellarum in aere cum Sole.

Aer etiam alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis, vel occidentis. 101

B In stellis etiam est actio, qua immutatur aer ad caliditatem ex earum ascensu, & ad frigiditatem ex earum descensu vel occasu: quod secundum accessum vel discessum Solis fit.

Cum enim Sol appropinquat inflammatis stellis, incendit, & inflammat aerem. 102

Aer inflammatur, cum Sol appropinquat alicui ex stellis, quę inflammatę dicuntur: & sunt illę; quę generant inflammationem aeris, cum perseuerant aliquibus diebus, & vocantur cometę. nam ex calore Solis coniuncto cum calore prędictarum stellarum, inflammatur aer.

Hoc siquidem verum est in tantum etiam, ꝙ cum inflammata elongantur aliquo modo a Sole, uidemus aerem aliquantulum infrigidari. 103

Hoc est intantum verum, ꝙ cum calor inflammatus elongatur ab ipso Sole, aut extinguitur, videmus aerem aliqua infrigidatione infrigidari. quod autem Sol operatur cum prędictis inflammatis, id operatur cum stellis erraticis, aut & cum fixis. vnde est possibile ꝙ per inflammatas intellexit aliquam ex stellis fixis.

Si etiam stellæ, quæ dicuntur infortunatæ, fuerint in exaltatione sua, signi 104
C *ficabunt super corruptionem animatorum. Si uero quæ fortunatæ dicuntur, fuerint ibidem, significabunt salutem eorundem omnimodam.*

Hoc est secundum opinionem dominorum expertorum in iudicijs astrorum. Et est, quoniam ipsi intendunt ꝙ quidam ex planetis sunt, quorum effectus est vt plurimum detrimentum & corruptio, & sunt illi, quos ipsi vocant infortunatos: & ꝙ quidam ex eis sunt, quorum effectus vt plurimum sunt profectus & adoptatio, & sunt illi, quos vocant fortunatos. Opinantur etiam ꝙ quilibet ex ipsis habet propria loca in orbe, in quibus ipsorum actio roboratur, aut debilitatur. Loca autem eorum, in quibus actio fortificatur, graduatur apud eos: & imposuerunt propria nomina prędictis gradibus, quę sunt exaltatio domus, triplicitas, & alia ab his. Ferunt etiam, ꝙ cum infortunatę sunt in locis, quę dicuntur exaltationes eorum, ꝙ tunc augeatur, & roboretur eorum operatio. Et si sic est, tunc significabunt super destructionem corporum animatorum. Et similiter cũ fortunatę sunt in prędictis locis, significabunt super salutem eorundem animatorum. Hoc tamen totum est contra illud, quod declaratum est in philosophia Naturali. Nam omnes astrorum actiones sunt laudabiles: quoniam esse omnium horum inferiorum est ligatum cum motu, & situ eorum in partibus diuersis sphęrę. Diuersitas autem quorundam cum quibusdam ex eis contingit ratione elõgationis & propinquitatis eorum adinuicem.

* De alteratione aeris secundum regiones. D

105 *Tanto frigidior est illa, quanto altius super montes existit: complexio vero villæ existentis in valle iudicatur calida.*

Hoc quidem est manifestum, scilicet ꝙ villę in montibus existentes frigidæ sunt: & existentes in vallibus sunt calidę. Huius autem causa est propinquitas montium ad regionem, in qua fit generatio nubium: necnon etiam, quia montes omnibus quatuor ventis exponuntur. & ideo non fiunt habitationes in regionibus calidis ratione latitudinis propinque Soli, nisi in montibus earum, aut ꝓpe eos. in regionibus vero frigidis ratione distantię latitudinis, sunt montes continue niuosi, & per consequens inhabitabiles.

* De alteratione aeris secundum montes.

106 *Si vero montes fuerint a parte septentrionis, & claudatur montibus, iudicetur infrigidari a septentrione.*

Si fuerint montes a parte meridiei protegentes villam a vento australi, erit quidem illa villa frigida, ratione exsufflationis venti septentrionalis factę super eam: ventus enim septentrionalis frigidus est & siccus. E

107 *Villa ædificata a parte meridiei, iudicetur calida ratione ex sufflationis illius venti meridionalis super eam.*

Villa a parte meridionali aperta iudicatur esse calida ratione exsufflationis venti meridionalis factę sup eā. nā ventus meridionalis calidus est, et humidus.

108 *Sed si sit ex parte occidentis, habebit aer eius grossitiem: si vero ex parte orientis, habebit subtilitatem.*

Cum aliquis locus est expositus, & discoopertus ventorum exfflationibus, & insufflat super eum ventus occidentalis, efficietur quidem aer eius grossus, & frigidus & humidus. Si vero insufflat super eum ventus orietalis, erit aer eius subtilis, idest calidus & siccus. & hoc est, quoniam ventus orientalis est calidus & siccus, sicut occidentalis frigidus & humidus: & hoc tamen per relationem est ad medium climatis cuiuslibet: quod est, quoniam in pluribus locorum ventus frigidus & humidus est causa pluuiarum in eis contingentium: & calidus & siccus clarificat aerem ipsorum. Hoc tamen variatur in multis locis terrę: vtpote apud nos in insula Andalusię: in cuius medietate, i. orientali pluit ex vento occidentali, & clarificatur eius aer ex vento occidentali: & in alia eius medietate occidentali pluit ex vento occidentali, & clarificatur aer ab orientali. F

* De alteratione aeris secundum maria.

109 *Maria habent contrarium iudicium in hoc, sicut sapientes retulerunt.*

Iudicium marium ad terram est contrarium iudicio montium ad eandem. qm̄ maria a parte meridiei refrigerant terras, & a parte occidentis calefaciunt: & hoc ideo, quoniā maria ęquant & temperant materiam ventorum. vndę si ipsa fuerint a parte meridiei alicuius terrę, ęquabunt ventū meridionalem, minuetq; & remittent calorem eius. & similiter cum erunt a parte septentrionis, ęquabūt ventum septentrionalem, & remittent eis frigiditatem. Cuius ratio est, quoniam aquę non sic patiuntur, neq; alterantur in caliditate & frigiditate a Sole, sicut aer. & ideo est, ꝙ ipsę tempore frigido sunt calidiores aere, & tempore calido frigidiores. hoc quidem est, quod de aquis maris intelligo.

* De alteratione aeris secundum ventos.

110 *Venti etiam generant in aere illud, quod generant in eo* [a] *[mansiones.]*

a * impressiones cœlestes.

Intellexit ꝙ venti in aere generant diuersitatem complexionis, sicut & mansiones. intellexit autem per huiusmodi mansiones, positionem Solis & Lunę in

A mansionibus, quas Arabes amone vocant. Iam autem prędiximus qualiter fiũt ex eis immutationes aeris.

Est quidem in meridionali caliditas, & humiditas, [a] *[pro tanto generat supercalefactionem, &] putrefactionem.* 111

a * & ppĩ ipsas qñq; generat

Ventus meridionalis generat in aere caliditatem & humiditatem. & ideo generatur ex flatu eius putrefactio: excessus enim suę caliditatis & humiditatis est causa generationis putrefactionis. & ideo qui intendit prohibere putrefactionẽ rerum, infrigidet & desiccet eas.

Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis. 112

Ventus septentrionalis necessitat in aere frigiditatem & siccitatem. & ideo lędit organa anhelitus, generaturq; ex eo tussis: qd ex siccitate organorũ anhelitus cõtingit, necnõ ex cõseruatione eius, qa humiditatẽ cerebri comprimit.

Calor, & subtilitas insunt orientali: & frigiditas, & grossities occidentali. 113

Hoc est manifestum, ꝙ ventus orientalis est calidus & siccus, & occidentalis frigidus & humidus. variatur tamen hoc secundum diuersitatem ex terra, & aqua eis contingentem.

B

* De alteratione aeris secundnm ea, quæ ei vicinantur ex terris & aquis.

Omnis [b] *[angulus terræ mollis, cuius circumferentiæ sunt discoopertæ montibus, & habens fontes aquæ dulcis], est quidem complexionis humidæ.* 114

b * locus terrę paludosę, circa quem sunt loca aquosa,

Omnis villa, cuius terra mollis est, non petrosa, resudans aquis, & eius circunferentię sunt discoopertę montibus, est humidę complexionis.

Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui villæ, cuius terra vel locus saxosus est, & salsus. 115

Villa habẽs aerẽ siccũ est, cuius locus est saxosus, vel adustus, et salsus. verũ regio saxosa necessitat cũ frigiditate siccitatẽ; sed salsa cũ siccitate caliditatem.

* De alteratione aeris secundum habitationes.

Domus valde patula, & omnibus ventis discooperta, est in hyeme valde frigida, æstate vero calida. 116

Domus, cuius ianuę sunt valde patulę quatuor angulis orbis, & discoopertæ quatuor ventis, efficitur in hyeme valde frigida, & in ęstate valde calida; &

C maxime si fuerit alta. domus enim talis non protegit a caumate, & frigore.

Ex domo autem depressa, & subterranea habetur iudicium contrarium. 117

Habitatio quidem subterranea habet dispositionem contrariam cum domo prędicta. & hoc est, ꝙ tempore hyemali est calida, & ęstiuo frigida. dispositio enim eius, quod est infra terram in prędictis duobus tẽporibus, est causa huius, hoc est, ꝙ calefiat tunc in tempore hyemali, & infrigidetur tẽpore ęstiuo: cuius ratio data est in Naturalibus.

* De alteratione secundum vestimenta.

Calor inest panno facto ex serico, & coto: & frigus [c] *[in rasculo, id est panno plano non lanuginoso seu velleroso,] & lineo.* 118

c * maschail inest,

Panni ex serico, & coto sunt calidi, & panni mechanoni & sine pilis sunt frigidi, sicut lini. Sed caliditas inest pannis ex serico, & coto per relationem ad corpus hominis. Frigiditas autem pannorum rasorum contingit ratione paruitatis borrę existentis in eis. villi enim & pannorum pili sunt causa calefactionis: eo quod bene vniantur corpori, & adhęreant. cõplexio tamen lini est tẽperata.

In compositis ex pilo, [d] *[ ] & lana inest cum caliditate aliquantulum siccitatis.* 119

d * chameli,

Pannus ex pilo & lana factus & compositus habet cum caliditate siccitatē, D
& hoc ideo, quoniam sunt ex superfluitate animalium.

* De alteratione secundum odorifera.

120 *Iudicatur caliditas super complexionem cuiuslibet floris, & cuiuslibet aromatici, exceptis quinque, scilicet myrto, salice, nenufare, rosis, & uiolis: quae quidem sunt frigida,* [a] *[& cum hoc aromatica.]*

a * Et aromatica odorifera sunt calida, pter sandalos, & cāphoram.

Hoc quidem est, secundum ꝙ ipse dicit, ꝙ aromaticum apud Arabes est calidę complexionis in hoc, quoniam est fumosum, vaporosum. ex huiusmodi autem vaporosis sunt quędam calida & sicca, aut calida & humida: exceptis istis, quorum rememorationem facit in hoc loco. Ratio autem huius est: quoniā odores non proueniunt ab omnibus partibus prędictorum odorabilium, sed solum ab eorum partibus calidis, quę quidem sunt paucę in comparatione ad partes eorum frigidas. Et aromaticum quidem est nomē commune apud Arabes omni flori bonum odorem habenti.

* De operatione colorum in visu.

121 *Laudabilior, & utilior ex coloribus uisui, est niger, aut uiridis: albus autē, & citrinus* [b] *[nec non omne splendidum lædit, &] disgregat lucem oculorū.* E

b * qñ splendent & sunt puri

Vtilior ex coloribus visui est viridis aut niger. viridis quidem secundum veritatem confert ei, quia secundum veritatem medius est inter album & nigrum. albus autem proculdubio mouet fortiter visum: cuius causam explicuit Gale. eo ꝙ ipse disgregat visum. actio autem coloris nigri est huic contraria, idest congregans visum. Si igitur sic est, quodlibet horum extremorum lędet visum, & medium inter ea conueniet ei. verum est tamen ꝙ color niger parum mouet visum & oculum, pro tanto inquantum huiusmodi minime lędit ipsum.

Secunda ex rebus non naturalibus, scilicet Cibus, & Potus.

122 *Scito ꝙ uera cibi actio est augere augenda, & restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis, & ad pristinum statum deducere.*

Scito necessitatem cibi fuisse propter duo. Vnum est, quoniam impossibile est animal principio suę generationis genitum esse cum suo augmento naturali, scilicet ꝙ iudicatur ei conuenire per naturam, inquantum est tale, aut tale animal. pro tanto fuit ei cibus necessarius, quatenus augeatur eo corpus eius, donec perueniat ad quantitatem ei debitam per naturam, & cesset augmentum eius. F
Secundum est, quoniam spiritus, & corpora animalium dissoluuntur ex calore aeris continentis ea. & ideo fuit eis cibus conueniens, & necessarius ad commutandum aliquid eis loco eius, quod fuit ab eis dissolutum. Et in summa, quia animal viuit per calorem igneum, qui est lator animę, & ignis inquantum huiusmodi, semper indiget ꝙ comburat: alio quin enim extingueretur in animali ignis: ideo fuit continuo necessarius cibus corporibus animalium. Et ideo est, ꝙ corpora puerorum egent eo amplius cęteris, propter multitudinem caloris in eis existentis: vnde ipsa consumunt necessario amplius, sicut inquit Hippo. & post ipsos pueros iuuenes: & post ipsos, senes. Qui vero minus cęteris egent cibo, sunt seniores decrepiti, & hoc, quia ignis eorum est paruus, parua re indigens ad hoc, ꝙ ipse viuat.

123 *Est autem ex eo eligendus ille, qui in sanguinem laudabiliorem cōuertitur, & transmutatur.*

Electus ex cibis est ille, qui in laudabilem sanguinem magis quam in aliquem ex aliis tribus humoribus conuertitur, & transmutatur.

Leuis

A *Leuis autem, & subtilis, est panis tritici, & carnes paruorum pullorum gallinæ; & sicut bliti ex oleribus hi enim conueniunt patientibus ægritudinem.* 124

Cibus laudabilis chymi, & cum hoc subtilis substantiæ est, sicut panis factus & compositus ex lacticinio & similia frumenti, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & ex oleribus, sicut bliti. Et videtur ꝙ totum, quod dicit de cibis istis, propter subtilitatem nutrimēti referatur ad id quod subiungitur, cum dicit: hi. n. conueniunt patientibus. videtur tamen ꝙ referatur blitis tantum febrientibus, nec potest toti referri. Et sciendum ꝙ panis ex simila tritici, dicta Arabice darmat, compositus, est apud Galenum citioris digestionis cæteris, & tardioris egressionis & descensus. Probat autem ipsum esse citæ digestionis ex magna mundificatione, & separatione ipsius a furfure: quod quidem omnino est indigestibile. & hoc quidem est causa tardi descensus ipsius: nam furfur præbet pani velocitatem egressus. & ex hoc opinati sunt posteriores Medici ꝙ panis ex simila frumēti compositus, difficilis & tardę digestionis sit. Melior autem ex omnibus panibus est ille, qui sic præparatur, vt similis spongiæ efficiatur, æqualiter, & temperate fermentatus, & in clibano conuenienter decoctus: & post sic coctum in clibano est ille, qui proijcitur in parietibus vasis calidi. Et Sarraceni quidem approbant panem coctum inter duas casolas super igne conuenienter situatas, ponūtq; ipsum in eodem gradu cum pane cocto in clibano.

B *Grossi autem ex vsualibus sunt simila, & sicut* [a] *[muto laudabilis] duorū annorum.* 125

a * aries castratus delectabilis.

Ex cibis laudabilioris chymi, & cum hoc grossæ substantiæ sunt, sicut panis similæ, & sicut mutuo duorum annorum. & hi quidem cibi congruunt sanis, & laborantibus: sed primi quiescentibus, & conualescentibus.

Piscis notus habitans [b] *[in rupibus] est cibus congruus vexato ab exercitio, & labore:* 126

b inter saxa

Piscis petrosus habitans in rupibus est ille, qui natat in aquis super mōtes & rupes transeūtibus & fluentibus. & intellexit p pisces pisces squamosos. Ex his autem sunt tres species, s. marinus, fluuialis, & habitans in ambabus aquis simul. Est autem melior ex eis secundum Galenum marinus: & post illum, qui simul in ambabus aquis viuit: & post istum ille, qui viuit in aquis dulcibus. Cuius ratio est, quoniam humiditas excedit & dominatur piscibus. verum omnes illi, qui nutriuntur in aquis salsis sunt minoris humiditatis: contrarium est de illis, qui in aquis dulcibus nutriuntur: sed qui viuunt in ambabus aquis simul, sunt medij inter eos. Ex marinis autem sunt tres species, s. mollis viscosus, & petrosus montuosus, & ille qui nutritur in littore maris. Melior autem ex eis est C petrosus montuosus, ratione motus magni & subtilitatis aquarū inter rupē & mōtes existentium. est autem post ipsum mollis viscosus. deteriores autem inter oēs has piscium species sunt habitantes in littoribus maris. & hoc, quia nutriuntur ex fæcibus & superfluitatibus ibidem existentibus: & maxime qui ex eis nutriuntur in littoribus maris existentibus iuxta magnas ciuitates. sic etiam sciendum de habitātibus in fluminibus. Alauda autem, & mugil sunt ex melioribus piscibus viuentibus in ambabus aquis simul apud nos. Verum sardinia est piscis mollis viscosus.

Ex eis sunt subtilis malitiæ, sicut sinapis, cepæ, & allium hi autem generāt choleram rubeam. vnde & quandoque sumuntur via medicinæ. 127

Ex cibis autem est tertia species, s. illaudabilis & subtilis chymi: velut sinapis, allium, & cæpa. Hi enim cibi vrunt sanguinem, & generant cholerā rubeā, vnde interdum sumuntur ratione medicinæ solum. & hoc, quia ipsi magis vincunt, & agunt in corpus, ꝙ̄ corpus deuincat eos.

Ex eis sunt etiam generantes melancholiā, ex qua in quibusdam corporibus morbi generantur: velut hirci antiqui, boues, panis furfureus, & caseus. 128

Ex cibis etiam est quarta species, & sunt illi, qui generant melancholiam;

ſicuti carnes hircorum antiquorum,& boum antiquorum. & in ſumma omnes D
cibi,qui groſsi ſunt & terreſtres,ex quibus ſunt quidam,qui ſunt calidi & ſicci,
ſicut caſeus aridus & antiquus : & quidam ſunt frigidi & ſicci, ſicut bos antiquus. Corpora autem,in quibus generatur morbus ex his cibis, ſunt corpora,
in quibus humor melancholicus a principio & radice naturæ, & complexione
eorum dominatur.

129 *Rurſus quidam ex his cauſant,& efficiunt humorem phlegmaticum,ſicut piſces groſsi,& genera lactis.*

Hi cibi ſunt cum groſsitie ſua frigidi & humidi.

130 *Aquæ delectabiles,& fluuiales conſeruant humiditatem radicalē, et cauſant egreſſum fæcum & ſuperfluitatum, digeruntq; & deducunt cibum per venas.*

Actio quidem aquarum delectabilium in corporibus eſt conſeruatio humiditatis radicalis in eis exiſtentis, & facilis egreſſus fæcum & ſuperfluitatum ab eis.& faciunt ēt tranſire & penetrare cibum per venas,ob hoc quia ſubtiliant, & liquidum reddunt ipſum. Ineſt etiam eis aliud iuuamentū ab eis: & eſt, q̄m digeſtio fit per eas.nā niſi ipſę eſſent,torrefieret cibus,& vreretur. Et inde eſt, ꝙ animalia adoptant & deſyderant aquas,cum ſit digeſtio cibi. Quod autem dicitur hic,ſ.ꝙ aquæ fluuiales ſint meliores fontanis,eſt quidem ſecundū opinionem Medicorum* alkarat.alioquin fontanę ſecundum opinionem Hippo.& Galen.ſunt meliores.& ex eis maxime orientales,& ſuper arenam incedētes.Cuius quidē probatio eſt ex hoc,q̄m aquę fluuiales colliguntur,& cōmiſcentur cū pluribus aquis,incedentes ſuper terras diuerſarum complexionum. E

* a.l.taquarquin. fontanę tñ ſcdm

131 *Melior eſt ex aquis pluuialis munda : quoniam nihil admiſcetur eis, quod inferat eis nocumentum.*

In hoc autem conuenerunt omnes Medici:quoniam nō admiſcetur aquis huiuſmodi,ſicut ipſi dixerunt,aliqua terra nociua.Eſt tamen dubitatio,& controuerſia inter eos de bonitate aliarum poſt prędictas in gradu exiſtentium: nam quidam aſſerunt fontanas eſſe meliores,quidam autem fluuiales.

132 *Ex eis autem ſunt egredientes a naturali diſpoſitione earum, quarum propria actio eſt ſecundum complexionem eius,quod admiſcetur eis.*

Quædam ſunt ſpecies aquarum egredientes naturam aquæ ſimplicis, & verę,i.quę non ſunt delectabiles,ſicut aqua ſimplex:quarum propria actio conſequitur illud,quod fuit eis admixtum.Si ergo ſint amaræ,erunt calidæ & ſiccæ, ratione commixtionis partis terræ vſtę cum eiſdem.Si vero fuerint ſalſæ, commiſcebitur eis terra ſalſa.Si aūt ſint calidę,erunt eis cōmixtæ terrę ſulphureę. F
Ferunt ēt ꝙ quædā aquæ fuerunt repertæ acetoſę. Ferunt etiam ꝙ in partibus Granatæ ſunt quędam aquæ necantes animalia, quę bibunt ex eis.

133 *Omne,quod bibitur ex ceruiſiis,lacte,& vino,nutrit corpus.*

Ex omnibus potibus corpus nutrientibus ſunt tria,ſ.ceruiſia,vinum, & lac.

134 *Potus conuertens corpus ad ſui naturā,eſt ſicut oxymel ex ſui iuuamento.*

Proculdubio intētio ſua in hoc loco fuit ad referendū genera ciborum & potuum,diuerſas operationes in corpore hominis efficientiū:non autē fuit intentio eius ad referendum eos,inquantum conſeruant ſanitatem, vel tollunt ęgritudinē.vnde eſt ac ſi diceret:potus ſunt ſicut aquæ, & alii ab ea: & aquæ ſunt aut delectabiles aut non delectabiles: & ex delectabilibus operationes ſunt tales: & earum ſpecies ſunt tales,& tales.

Tertia ex rebus non naturalibus, ſcilicet
Somnus, & Vigilia.

135 *Somnus eſt quies virtutum animalium motiuarum,& ſenſitiuarum.*

A Somnus est reuocatio seu regressus virtutum animalium ex apparētia corporis ad eius interius. & hoc, quoniam earū actiones sunt mouere, & sentire quę in vigilia notātur. hoc autem contingit cum prædictę virtutes existunt in manifesto corporis, cū earum operationes sequūtur ea. Somnus vero est earū quies. nam tunc quiescunt ab operationibus suis, & redeūt ad suam originem, quę est cor, & augētur seu confortātur ibidē. Causa autē somni est tā digestio cibi, quā labor. nā cum digeritur cibus, generatur in corde, & in cerebro vapor frigidus & humidus: de natura autē frigiditatis est cōstringere, & cōprimere, seu in profundū impellere. vnde reuocatur tunc calor naturalis ad suā originē ex frigiditate occurrente & obuiante ei: ad cuius egressum cōtingit ēt regressus, & reuocatio sensuum. nam ipsi feruntur super ipsum, cum ipse sit subiectū eorum. Labor autē est causa somni: quia ipse dispergit, & dissoluit calorem naturalem, & per consequens infrigidat ipsum. Virtus.n. vnita fortior est seipsa dispersa. quo circa in sua colligitur origine, quatenus ibidē confertur & calefiat, vitās & fugiens laborē, donec ad suā complexionē primā redierit, aut prope eā: & tunc excitatur animal, sicut excitatur, postq̄ est completa cibi digestio.

Ipse enim calefacit corporis interiora, ex quo fit cibi digestio laudabilior & melior. 136

B Ipse enim calefacit corpus propter regressum caloris in manifesto corporis existentis ad eius interius, ex quo vniuntur tunc duo calores simul, s. intrinsecus, & extrinsecus. Et pro tanto subdit, ꝙ inde efficiatur melior cibi digestio. Nam virtus digestiua efficit tunc opus suū cum prædictis duobus caloribus, videlicet cum calore * spūali & proprio eius, & cum calore virtutum sensitiuarū: quæ quidem tempore vigiliæ suas operationes exercebant. * a.l. speciali.

Si autem somnus multum prolongatur, replebitur caput humoribus. 137

Huius quidē causa est, quoniam cum calore existit intra corpus plus debito, tunc augetur & multiplicatur fumosus vapor, & eleuatur plurimum eius ad cerebrum: & sic repletur caput vapore prædicto: quia etiam iam fuit cibus digestus per somnum profundū. exercet autem calor operationem suam in humiditatibus corporis. vnde componitur tunc vapor ex primo & ex ascendente ab illis humiditatibus ad caput. pro tanto repletur caput illis humiditatibus, quę humectant ipsum secundū modū prædictum, & lædunt ipsum.

Ipse etiam humectat corpora, & relaxat, extinguitq; calorem viuificantem ipsa. 138

Humectatio quidē, quam facit somnus, ideo est, quoniam vigilia exiccat corpora ratione eius, quod scilicet dissoluitur ab eis per motum sensuum. & ideo C est, ꝙ cum quiescunt sensus in somno, augetur humiditas spirituū eorum, neque non ēt humiditas membrorum. Intelligit aūt ex dicto suo, cū dicit: extinguitq; calorem, &c. ꝙ multus somnus extinguit calorē, quo virtutes viuūt, & existūt. & hoc, quoniam de natura quietis est, & similiter de natura coopertionis extinguere calorem, sicut accidit in igne. ignis enim extinguitur & suffocatur, cum multum & perfecte tegitur, & cooperitur. Contingunt autem ambo prædicta calori elementari, vel naturali, tempore somni, s. quies, & suffocatio ex membris absque respiratione sufficienti: propter quod contingit ei tunc extinctio, sicut igni extrinseco. nam insufflatio venti ignem incendit, & inflammat. vnde est hæc vna ex causis respirationis.

Temperata vigilia excitat valde sensus, & disponit virtutes ad exercendū operationes suas, & cū hoc mūdificat corpus a fæcibus, & superfluitatibus. 138

Vigilia mediocris & temperata, scilicet non excedens, aut non diminuta, est illa, qua sensus excitantur. Nam tunc ipsi exercent operationes suas sollicite & attente. ipsa enim disponit vim motiuam ad exercendum operationes suas fortes, & cum vtilitate. mundificat etiam corpus a superfluitatibus, i. expellit eas, & educit exterius. de natura enim vigiliæ est corpus euacuare: nam motus euacuat, & consumit.

140 *Ex longa autem vigilia contingit expergefactio, & insomnietas generans anxietatem, & angustiam animæ. Ipsa etiam dissoluit spiritus, & corpora fedat, & corrumpit splendorem & claritatem corporis & colorē eius, et profundat oculos, nocetq; digestioni, et mentem tollit & disturbat, & corpus infrigi-* D

a * vel debilitat *dat,* [a] [ ]

Ex lōga vigilia cōtingit morbus insomnietatis, generās angustiā et laborem animę: ipsa.n. euacuat corpus, & magnificat dissolutionē eius, et ideo dicit ꝙ ipsa dissoluit corpora & spiritus eorū, & eorū colores & splēdorē fœdat & corrūpit. nā ex corruptione caloris naturalis immutaē color corporis, & splēdor eius alteratur. ob hoc ēt causat submersionē, & ꝓfundationē oculorū, corruptionē digestionis, mētis ablationē, & corporis infrigidationē, sicut dixit in textu.

Quarta ex rebus non naturalibus, scilicet Motus, & Quies.

141 *IN exercitiis est quod est temperatū, & hoc decet quod fiat: nā ipsum æquat, & temperat corpora, & efficit egressum superfluitatum, & [b] [humiditatum.]* B

b fordium

Ex exercitijs est æquale, & inæquale. Est autem æquale eligendū. Est ergo illud faciendū, & eo vtendum: quoniam ipsum æquat corpus, & expellit fęces, & humiditates superfluas ab eodē. æquat aūt corpora, seu temperiem corporum efficit, eo ꝙ calorē naturalē confortat. Sed expulsio, quam facit humorum, contingit ex motu, & ex prædicta confortatione caloris naturalis, quam sicut dictū est, habet efficere. ad confortationem enim caloris radicalis sequitur cōfortatio virtutis expulsiuæ, & aliarum ab ea.

142 *Disponit etiam corpus ad hoc vt nutriatur, & disponit * parum ad hoc vt augeatur.*

* Auer. le. paruum,

Exercitium æquale & temperatū disponit corpus ad hoc, vt nutriatur, & ad hoc, vt superfluitates educantur, nec non & ad hoc, vt calor naturalis inflammetur. Tempus aūt cōueniēs ad exercēdū ipsum est, postꝗ̄ est cōpleta vltima digestio, s. tertia. Sūt aūt tres digestiones, s. vna, quę fit in stomacho: alia, quæ fit in hepate: tertia, quę fit in ipsis mēbris. Et tēpus quidē ad exercitandū cōueniens est, cū est cōpleta vltima digestio. Nā cū fit ante cōplementum huius digestionis, ipsum quidē est ex cæteris rebus * nocibilius. & hoc, quia facit tūc egredi, & trāsire cibū indigestū, & in summa corrumpit ipsum. Nā generatio non perficitur nisi cū quiete: cibi autē digestio est membrorum ex eo nutritorum generatio. Intelligit autem, cum dicit: & disponit paruum ad hoc vt augeatur: ꝙ exercitium iuuat virtutē augmentatiuam, tam in mēbris paruis, ꝗ̄ ætate auctis. F

* nocibilibus.

143 *Immoderatum autem ex eo proprie dicitur labor, qui quidem spiritum euacuat, & educit, & lassat corpus, & emacerat pingues & carnosos, & inflammat calorem extraneum, & ducit etiā humiditates a corpore, & debilitat neruos ex violentia dolorum, & facit corpus senescere ante ætatem senectutis.*

Exercitium immoderatum dicitur labor. quod quidem spiritus euacuat, & calorem extraneum in corde accēdit, & inflāmmat. qui calor elemētaris seu radicali* contrarius existit. euacuat enim præ multitudine motus sui humiditatem a crpore; & ex magna dissolutione debilitat neruos, facitq; senescere corpus ante ætatē senectutis; ratione eius, quod ex mēbris radicalibus dissoluitur.

* a.l. granis.

144 *Vltimata autem quies est inconueniens, neque est iuuamentum in vltimitate eius, immo quidem replet corpus humiditatibus, sicut & glandulis, et nodis neque disponit corpus ad aliquem cibum.*

Illaudabilis est immoderata quies, & omissio motus est illaudabilis, nam ex-

A cessus cuiuslibet rei est inutilis. De natura autem quietis est replere corpus humiditatibus, ratione paruæ & diminutæ euacuationis factæ cum eo: & proinde etiã non disponitur corpus ex ea ad susceptionẽ nutrimenti, eo scilicet ꝙ non egrediantur tunc superfluitates a corpore.

Quinta ex rebus non naturalibus, scilicet de Euacuatione, & Repletione.

Corpus indiget uniuersali euacuatione omniũ mẽbrorũ per phlebotomiã, & pharmaciam, ex qua quidẽ est perfectum iuuamentum in vere. 145

Corpora autem indigent vniuersali euacuatione, & particulari. fit autem vniuersalis totius corporis cum phlebotomia & pharmacia. particulariter autem in aliquo membro fit per meatus illius membri, cum sunt in eo huiusmodi meatus. & hoc cum euacuatione speciali ipsius membri. Et quia euacuationum, quædã est vniuersalis, & quædã particularis, incœpit ab vniuersali, dicens ꝙ talis est phlebotomia & pharmacia: quæ quidẽ facienda sunt in vere. Est autem sciendum ꝙ homines sunt in hoc diuersi & varij. Nã quidã sunt habẽtes naturaliter corpus æquale & temperatum exercitantes se: & quidam habent inæquale nõ B temperatum, se etiam exercitantes: & quidam habent corpus æquale, non tamẽ exercitantes se: & quidam habent corpus inæquale, non similiter exercitantes se. Et corpus quidem æquale & exercitatum nõ indiget proculdubio in aliquo euacuatione facta per pharmaciam, aut phlebotomiam, dum vtatur cibis conuenientibus, in debita quãtitate, & qualitate, et tẽpore assumptis. verum si corpus temperatum non exercitaretur conuenienter, indigeret proculdubio euacuatione: & maxime si non vteretur cibo laudabili, & conuenienti tempore, quantitate, & qualitate assumpto. Intelligendum autem per laudabilem qualitatem, ꝙ sit cibus æqualis & temperatus. Corpora autem inæqualia indigent proculdubio necessario euacuatione, quamuis etiam vtantur exercitijs, & cibis temperatis. Ex his aũt corporibus sunt magis conuenientia euacuationi inæqualia, non se exercitantia, assumentia cibum vsque ad completam saturitatem.

Vomitus fiat in æstate, sed melancholia educatur in autumno. 146

V sus vomitus laudabilis est specialiter in æstate. & hoc est, quoniam æstas est ex efficientibus humores natãtes in stomacho, siue in ore stomachi. hi enim humores sunt calidi, quales sunt specialiter in æstate. Assignauit etiam eductionem melancholiæ in autumno, eo ꝙ tunc eius generatio augeatur. Ver autem est melius cæteris temporibus ad celebrandum phlebotomiam, & sumendum C pharmaciam. & hoc, quia tunc liquefiunt, & dissoluũtur humores, & virtus existit fortis & valida.

Gargarismata, & dentifricia purgant, & mundificãt palatum, & dentes. 147

Quoniam præceperat fieri vniuersalem purgationem & euacuationem, præcipit nunc fieri particularem, dicens, decet vt palatum, & caput euacuetur cum gargarismis. ipsa enim sunt medicinæ attrahentes a capite, & euacuãtur guttur, & gingiuæ cum abstergentibus, & mundificantibus. & sunt plures pulueres, quibus fricantur dentes, & gingiuæ.

Prouoca vrinam, alias incidet in hydropem. Et prouoca menstrua, sin autẽ corrumpentur corpora earum. 148

V tere medicinis vrinam prouocantibus, alioquin timeas hydropem. Et similiter vtere medicinis prouocantibus sanguinem menstruum in mulieribus, alias earum corpora corrumpentur.

Educ fæces in colica: nam in earum eductione curabitur patiens. 149

Cum stringitur natura & impedietur, seu prohibebitur fæcum egresio, dentur in potu medicinæ eductiuæ: nam ex hoc curabitur patiens, hoc tamẽ est ex capitulo curationis, & practicæ.

150 *Vtere balneo ad tollendum sordes, & immunditiam. neque sis in hoc piger, si velis educere superfluitates a corporis superficie, & cutem ab accidentibus immunditiæ mundam facere.* D

Balneũ est necessariũ ad purgãdũ superfluitates tertię digestionis. & ob hoc disponit corpus ad susceptionẽ cibi, ob hoc ẽt cõgruit, & necessariũ est in cõseruatione sanitatis. vnde priores vtebãtur eo omni die, postquã fuerãt prius exercitati. Est aũt vna ex cõditionibus eius, sicut & exercitij, ne diu fiat cũ cibus sit in stomacho. Et immũdicia quidẽ est super corpus sordities ex superfluitatibus tertię digestionis collecta. Ex proprietate aũt balnei est humectare corpus, & reddere ipsum spongiosum: facitq; vt digestio compleatur, & perficiatur.

151 *Coitus etiam commendatur iuuenibus, quatenus per eum a nocumentis perniciosis liberentur.*

Cum erunt iuuenes calidæ & humidæ complexionis, & collectio spermatis in eorum corporibus, non nocebit eis vsus temperati coitus: alioquin continget eis morbi magni, & illaudabiles.

152 *Nequaquam autem concedatur macris, senibus, aut etiam debilibus.*

Proculdubio coitus inducit, & præcipitat macros in hecticam. & similiter senes, & debiles in eundem morbum præcipitat. E

153 *Incurret podagram, & dolores alios ille, qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum.*

Prognostica ei, qui vtitur coitu cibo sumpto, ꝙ cõtinget ei podagra: & est dolor pedũ: & species arthriticę, q̃ schiatica nominať: neq; nõ ẽt alij dolores multi, sicut dolores cõtingẽtes ex oppilationibus, et apostematibus, et dolores artuũ & apostema ẽt, & febres. Quod ideo cõtingit, qm̃ coitus super cibũ factus, facit egredi & trãsire cibũ indigestũ, & inde causat gñationẽ oppilationũ, pro quanto necessitat in vtẽte eo, sicut dictũ est, oẽs morbos prædictos. Ipse ẽt nocet, si fiat tẽpore famis: qm̃ exiccat corpus, vnde conuenientius tẽpus ad vsum eius est medium inter illa: & est id, quod prope complementum est digestionis. ipsum enim tempus est magis congruum ad hoc: cum sit tempus egressus & expulsionis superfluitatum. nam sperma est intrinseca superfluitas aliqualis.

154 *Multus coitus debilitat corpus, facitq; ipsum hæreditare varias species nocumentorum, & dolorum.*

Nedum dicimus ꝙ multus coitus debilitat corpus, & facit ipsum consequi varios dolores & morbos: quinimmo ꝙ diminuit & abbreuiat valde vitã, facitq; eam valde breuiter, & celeriter terminari. Aristot. enim asseruit ꝙ animalia multi coitus sunt breuioris vitæ: probans hoc, & confirmans ex passeribus, qui non viuũt nisi per annũ solum: inducẽs super hoc probationẽ, qm̃ non apparet nigredo super guttur illorum, qui vidẽtur in autumno: quę quidẽ nigredo significat super senes ex eis. Huius autem ratio est: qm̃ coitus dat, & infundit similitudinẽ suam in specie sua. simile autem egrediens ab omnibus membris generat vitam. & ideo multa ex vegetabilibus exiccantur, cum semen producunt. Est etiã quoddam animal, quod immediate moritur, postquam generauit. F

Sexta ex rebus non naturalibus, scilicet de Passionibus animæ.

155 *IRa animæ excitat calorem, generatq; interdum alia nocumenta.*

Hoc est de se notum, ꝙ ira excitat calorẽ corporis, & generat in corpore ẽt febrem, quæ dicitur ephemera. & si corpus est præparatum, facit febrẽ putridã. & quãdoq; impellit humores de membro ad membrũ, & causat generationem apostematũ. quod quidem intellexit, cum dixit: generatq; interdum in corpore alia nocumenta, & intendit ꝙ hoc est, cum est in corpore mala dispositio,

A *Timor animæ incitat frigiditatem, qui quandoque magnificatur in patiente intantum, donec lædat in vltimo.* 156

Timor animæ generat in corpore frigiditatem. & ob hoc accidit tremor metuenti. & interdũ magnificatur in tantũ in patiente, donec ipse moriatur. Huius autem causa est regressus caloris naturalis ad cor ex timore causatus.

Magnum & multum gaudium impinguat corpus, & ideo multum lædit pinguem, & crassum. 157

Gaudium magnum est ex rebus corpus impinguantibus. ꝙ si magnificetur valde & cõtingat subito, necat, & interficit: & maxime valde pinguẽ. Et hoc, quia in corporibus magnam pinguedinem habentibus est paruus calor ratione paruitatis & angustię venarum ipsorum. cum autem motus iste, scilicet caloris naturalis, & eius excitatio est ęqualis, tunc quidem causat pinguedinem corporis.

Ex lamento quidem, & tristitia fertur indicium nocumenti super macrum, & confert indigenti dissolutione,[a] [ ] 158

[a] * seu demacratione.

Lamentum & tristitia interficit interdũ macrum, & confert indigẽti dissolutione, quia dissoluit corpus. Cuius causa est, quia tristitia causa est collectionis et B coadunationis caloris naturalis in corde: & ob hoc infrigidatur corpus ab ea: ex cuius infrigidatione contingit diminutio nutrimenti eius. Pro tanto si fuerit macrum, additur inde in macie eius in tantum, ꝙ interdum significat mortem in eo. si vero corpus fuerit pingue, permittit, & tolerat quod dissoluatur. Et in hoc quidem terminatur, & perficitur tractatus de rebus necessarijs positis in generatione sanitatis, i. ex quibus sanitas efficitur, & conseruatur.

Tractatus secundus, de rebus extra naturam, & primo de Morbis generatis in membris consimilibus.

Orbi ex superfluo calore in membris consimilibus absque superfluitate generati sunt, sicut morbus febrilis & consumptiuus, sicut in hectica, & phthisi. 159

Morbus in se & in generali consideratus, est mala dispositio in corpore existens, inferẽs operationibus suis & mutationibus nocumentum. Membra autem C consimilia sunt, quorum totũ & pars sunt vnius & eiusdẽ naturæ: & cũ est morbus in eis, obest operationibus & mutationibus ipsarum. sunt autẽ membra ista, sicut caro, os, & similia. nã quælibet pars ossis est os: & quęlibet pars carnis caro. Membra autẽ dissimilia diuersarum partium sunt, quorum totius & partis nequaquã est idẽ nomen: sicut manus, cuius pars nec est, nec dicitur manus. Et decet quidem ꝙ ægritudo in partes duas prius diuidatur, s. in eã, quæ existit in consimilibus, & illã, quę in mẽbris cõpositis generatur. Et intẽdit ꝙ morborũ in mẽbris similibus existẽtiũ sint duę spẽs, quarũ vna refertur qualitatibus primis, sicut caliditati in mẽbris consimilibus. & hoc intelligit, cũ dixit: Morbi ex superfluo calore in mẽbris cõsimilibus absq; superfluitate, & c. i. qa fiũt morbi ex calore absq; materia: sicut contingit in phthisi & hectica, sicut ipse dixit. hæ nãq; duę ęgritudines sunt ex calore absq; materia. Cũ autẽ generatur calor prę ter naturã in aliquo ex mẽbris corporis, nequaquã habet sibi nomẽ appropriatum: sed cum generatur in toto corpore, vocatur febris. Et si mẽbra illa fuerint radicalia, vocatur hectica, & consumptio. si autem calor fuerit in humoribus, vocatur febris putrida. sed si in spiritibus vocatur ephemera, vel febris diei.

Morbus autem ex calore cum humore, est sicut febris putrida. 160

Intendit ꝙ morbus de caliditate diuidatur in duas species: vna est absq; materia, sicut hectica, quam prædixit; vel cum materia, sicut febris putrida.

161 *Ex eis etiam sunt morbi frigidi absque materia, sicut congelatio contingens ex niue, grandine, vel frigore. Et ex eis est frigus cum materia, sicut paralysis cum magna quantitate phlegmatis.* D

Morbus de frigiditate diuiditur in duas species: quarum vna est absque materia, sicut congelatio cōtingens ex frigiditate extrinseca niuis, & grandinis: alia autē ex humore in corpore existente, cuius, s. causa est humor frigidus in corpore existēs: sicut in paralysi ex dominio phlegmatis, cū est sopita, & immobilis facta medietas corporis. Sed cōgelatio est dormitatio, cuius causa est frigiditas.

162 *Ex eis est humidus absque* [a] [*superfluitate,*] *sicut habitudo corporis, quæ laxa vel mollis videtur. Et ex eis est morbus humidus cum materia humorali, sicut repletio ventris in hydrope.*

a, materia.

Quidā sunt ex morbis humidis, pter q in corpore humor sit, vel materia: sicut habitudo corporis laxa. et ex eis est humidus ex humoribus in corpore existētibus: sicut repletio vētris ī hydrope: nā in hydrope est humiditas cū materia.

163 *Morbus siccus cum materia est sicut cancer, vel glandula. Sed siccus, præter q in corporibus sit materia, est sicut spasmus ex inanitione.*

Morbi sicci diuiduntur in duas species. Quarū vna est cū materia & superfluitate corporis: sicut apostema, quod cancer dr̄, vel scrophula glandula. Glandulę autem sunt apostemata in subascellis, & in inguinibus generata, vel collo, quæ ꝓprio nomine scrophula nominatur: & hę quidē oēs ex materia sicca generantur. Alia autem species est morbi sicci absq; materia: sicut siccitas contingēs ex immoderata euacuatione. vnde spasmus inde contingens non est spasmus ex repletione: quia spasmus est, & fit ex repletione, & ex inanitione. Hi autem morbi, quorū præcessit rememoratio, sunt octo, i. morbus calidus, morbus frigidus, morbus humidus, & morbus siccus: & quilibet ex istis est cū materia, vel absq; materia. Ex his aūt alij quatuor componuntur, s. morbus calidus & humidus, calidus & siccus, frigidus & humidus, frigidus & siccus. Qui etiam in duas species diuiduntur sicut primi, & sic erunt octo: qui si primis octo coniungantur, erunt sexdecim. Erunt ergo in vniuerso morbi membrorum consimilium sexdecim. Attamen secundum exquisitā veritatem impossibile est esse morbū ex sola caliditate, vel frigiditate, aut humiditate, vel siccitate. & hoc ideo, quoniā causæ prædictarū ęgritudinum sunt proculdubio humores: qui quidem humores non sunt nisi quatuor, s. calidus & siccus, vel calidus & humidus, frigidus & siccus, vel frigidus et humidus. Siqs aūt dicat q Gal. ponit morbos simplices absq; materia: Dicemus q tales morbi absq; materia habēt proculdubio ab extrinseco generari. res aūt extrinsecæ aut sunt frigidæ & siccę, aut frigidę & humidæ, aut calidæ & humidæ, aut calidæ & siccæ. Vnde si esset possibile esse ægritudines ex sola frigiditate vel sola caliditate, esset possibile quidē esse rem solum calidam vel solum frigidā: hoc autem est falsum, & impossibile: ergo, &cæ. B F

* De ægritudinibus membrorum instrumentalium vel organicorum.

164 *In membris organicis existunt morbi, cum accidit in plasmatione læsio, vel nocumentum.*

Membra organica sunt sicut manus, caput, & cętera ex cōsimilibus composita, quorū s. totius & partis non est idem nomen, sed diuersum. Sunt aūt secundū Medicos quatuor genera morborum in prædictis membris generatorum, s. morbus in plasmate vel forma, in quantitate, in numero, & in positione. Et morbi in plasmate diuiduntur in morbos cōtingentes in figura, et eos qui ex corruptione concauitatis membrorum generantur, & eos qui ex asperitate & lenitate eorundem contingunt. Ipse autem incœpit a morbis in plasmate pertingentibus. vnde inquit: In membris organicis existunt, cum acccidit in plasmatione lęsio vel nocumentum, subaudimus, sicut si alicuius ex eis forma, vel figura corrum-

A patur, vel eius concauitas, vel porus: vel si membrum, quod natura debet esse asperum, lene fiat: vel econuerso, scilicet quod debet esse lene, fiat asperum.

Est autem morbus in augmento, si fuerit caput nimis magnum. Et in diminutione, si fuerit stomachus nimis paruus. 165

Morborum in quantitate sunt duę species, vtpote augmentum & excessus in quantitate membri, sicut caput nimis magnum: vel diminutio in quantitate, sicut stomachus nimis paruus.

Si videatur forma capitis lata, vel compressa, erit error vel peccatum in plasmatione. 166

Quoniam retulerat duo genera morborum organicorum, vtpote contingentium in plasmate, & quantitate ipsorum: & consequenter diuiserat eos, qui sunt in quantitate in duas species, quę ex augmento & diminutione ipsarum contingunt: incœpit nunc morbos in plasmate diuidere in species suas. vnde inquit ꝙ ex morbis plasmationis est, cum corrumpitur forma membri a principio suæ generationis: sicut contingit pueris nascentibus, quorum capitum forma alicui organo lato assimilatur: aut etiam sicut natus habens tibias obliquas.

Ex is etiam est morbus in concauitate, cum accidit ei nocumentum, sicut cũ 167
B *planta pedis carne repletur.*

Species secunda ex morbis, s. plasmationis, est morbus in concauitate: sicut si concauitas pedis in tantum carne repleatur, ꝙ nulla concauitas ibidem videatur: vnde huiusmodi patiens nequaquam super ossa rotunda & gibbosa pedum firmat, vel appodiat gressus suos.

Aut si accidat etiam ꝙ interponatur aliquid in poris & meatibus: sicut cõtingit in oppilationibus ex lapidibus renum contingentibus. 168

Hæc est tertia species vel morbus plasmationis, & est coarctatio pororum, et cannalium membrorum: sicut contingit in oppilatione generata in cannalibus renum ratione lapidum, vel calculorum in eisdem generatorum.

Aut si membrum, quod debet esse asperum, fiat lene, vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat: aut si quod debet esse lene, exasperetur, sicut canna pulmonis cum exiccatur. 169

Ex morbis in plasmatione est adhuc quarta species: & est, cum membrum, quod naturaliter debet esse asperum, efficitur molle & lene, sicut stomachus superflua humiditate oppressus: quoniam stomachus naturaliter debet esse asper, durus, & solidus, sicut inquit Gale. quatenus possit firmiter comprehendere, &
C comminuere cibum, cum digeritur in eo: aut cum membrũ, quod ex prima creatione & plasmatione debet esse lene, exiccatur & exasperatur, sicut canna pulmonis, cui siccitas immoderata accidit.

Est autem numerus a natura egrediens in sex, vel quatuor digitis. 170

Quia retulerat morbos in creatione contingentes, & in quantitate, & cũ hoc diuisit morbos in plasmate in parte ante istam in quatuor species: voluit nunc referre tertium genus prędictarum ęgritudinum. hoc autem genus est de morbis in numero membrorum. Diuisit autem morbum in numero, sicut morbum in quantitate in augmentum & diminutionem. vnde intendit ꝙ in membris, quorum operatio completur in numero determinato, est numerus innaturalis, si determinatus augeatur, vt si quis nascatur cum sex digitis: vel minuatur, vt cum quis solum cum quatuor digitis nascatur.

Interdum vniuntur duo digiti, et coniunguntur. Et interdum [a] *[iuncta naturaliter] separantur.* 171

a. mandibulę innaturaliter.

Intendit ꝙ morbi situs & positionis diuidantur in duas species. Quarum vna est coniunctio eorum, quę naturaliter debent esse separata: sicut contingit in eis, qui nascantur cum quibusdam digitis coniunctis, Alia est, cum separantur membra, quę naturaliter debent esse coniuncta.

D

De solutione continuitatis.

172 *Solutio vnionis existit in* a *[coniunctione membrorum, aut in separatione. In coniunctione]-quidem, sicut in dislocatione brachii, & incisione pedis vel manus.*

a. *ebrietas positis, aut in similicibus. In compositis

* a.l. vniõis

* a.l. dissolutio.

* a.l. dislocatio vniõis.

* a.l. vniõis

* a.l. vniõis

Hoc est genus ęgritudinum notatum in solutione * indiuisi. Fit autem * dissolutio continuitatis tam in membris consimilibus quam in organicis. vnde intelligit q fit in organicis, cum dicit q * dissolutio indiuisionis consistit in coniunctione membrorum. Potest nihilominus fieri in aliquo ex membris consimilibus, sicut in fractura ossis, vel incisione carnis. & hoc intellexit, cum dixit q solutio * indiuisi reperitur in solutione membrorum, i. q sicut reperitur solutio * indiuisi in aliquo membro cum alijs coniuncto, sic etiam reperitur in aliquo membro solo existente, & alij non coniuncto. & intelligit de dicto suo, sicut dislocatio brachij, & solutio vnionis in membris organicis, & est illa, quam dixit prius in coniunctione membrorum. & etiam in hoc capi. manus, vel pedis abscisio.

173 b [ ] *Solutio in ossibus est fractura: in tunicis autem, & venis dicitur ruptura: sed solutio facta secundum latum vel longum in neruis, dicitur fixura vel punctura.* B

b. In simplicibus qdem

Diuersa sunt nomina solutionis continui in membris consimilibus. nam facta in osse, dicitur fractura: sed in venis, & tunicis, dicitur ruptura: & facta in neruis secundum longum aut profundum, dicitur fixura, aut punctura.

174 *Solutio facta in ligamentis, vel chordis dicitur quassatio, & Arabice dicitur* c *[rabathe] Sed facta in carne dicitur vulnus. si tamen produceretur tempus eius, diceretur vlcus. Sed facta in musculis vel lacertis dicitur attritio. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio.*

c. alhetech

Solutio facta in ligamentis dicitur Arabice rabat: sed facta in chordis dicitur albucar. Sed facta in carne dicitur vulnus. & si producitur tempus eius, dicitur vlcus. Sed cum separatur cutis a carne, dicitur excoriatio.

d* ______

e * secundũ

f * ______

Capitulum d [de rebus egredientibus a natura, videlicet] e [ ] de Causis f [morborum.]

175 *Causæ diuiduntur in* g *[manifestas apparentes] quæ scilicet contingunt cuti, & superficiei corporum, sicut ignis, & nix, percussio, aut ruptura oriens ex saltu.* F

g. primitiuas

Postquam perfecit relationem de speciebus morborum, cœpit nunc referre etiam causas efficientes ipsorum. Et quia tres sunt species causarum: sunt enim quędam extra corpus, quę primitiuę & manifestę nuncupantur: & quędam sunt intra corpus: ex quibus quędam sunt propinquę, quę coniunctę dicuntur: quędam distantes & remotę, quę dicuntur antecedentes: ideo cœpit nunc diuidere causas in has tres species. Vnde inquit: Causę diuiduntur in manifestas & apparentes. & est intendens, q causę diuidantur in primitiuas, & antecedentes, & coniunctas. Consequenter autem dicit, quę sunt causę primitiuę, dicens quę s. contingunt cuti, & superficiei corporum, &c. sicut ignis qui calefacit, & nix, quę exterius occurrens infrigidat, & ruptura venę contingens ex saltu. saltus nanq; est causa morbi communis, vtpote solutionis continuitatis: & ignis & nix sunt causę morbi consimilis, qui est in membris consimilibus specialiter generatus, vtpote malę complexionis.

176 *Ex causis etiam sunt, quæ dicuntur coniunctæ, & ipsæ quidem sunt inter has species differentes. & hoc quidem, quia quandiu continuatur putrefactio,*

A *continuatur febris putrida. Ex causis etiam sunt, quæ antecedentes appellantur, omni repleto corpori congruentes.*

Causę intrinsecę diuiduntur in causas propinquas, quę coniunctę dicuntur, & sunt proprię & immediatę causę in ęgritudine. & ob hoc reor ipsum dixisse, ꝙ sint differentes inter has species: hoc est dictu, ꝙ faciunt differentiam inter has species, & ꝙ faciunt differre quasdam ex speciebus morborum, in quibus sunt, sicut putrefactio, quę est causa caloris extranei: & causas distantes & remotas, quę antecedentes nominantur: sicut est repletio, quę est causa oppilationũ, et oppilatio causa putrefactio est causa febris. Est autem proprium causę coniunctę, vt ipsa ablata, tollatur & auferatur morbus. non autem ita est de antecedente, immo e conuerso. & ob hoc ablata putrefactione, aufertur & cessat febris: quę tamen non aufertur vel separatur, etsi repletio auferatur.

Et causis efficientibus vniuersaliter est quicquid corrumpit membri complexionem ex infusione humoris ad ipsum. 177

Quicquid causat membri corruptionem ex infusione humoris ad ipsum, habet vniuersaliter rationem causę efficientis.

* De causis effusionis materiæ.

B *Hæc sunt potentia impellentis, & debilitas seu impotentia recipientis, & multitudo mali humoris fluentis, & latitudo meatuum, et debilitas nutritiuæ: hæc enim est sufficiens summa earum: necnon etiam quia videbis qualitatem in substantia corporis existentem superari, & ad suam contrariam declinare.* 178

Causę infusionis materię ab vno membro ad aliud sunt fortis potentia expulsiuę membri humorem impellentis, & debilis virtus membri recipientis. Et secunda ex eis est multitudo humoris in membro impellente. Tertia autem est latitudo meatuum inter membrum recipiens & impellens existentium. Sed quarta est debilitas nutritiuę in membro recipiente. & hoc est, secundum ꝙ videtur mihi, quod intellexit, cum dixit: & debilitas nutritiuę. & potest tolerari ꝙ ipse intellexit ꝙ debilitas virtutis nutritiuę est causa, ꝙ contrarij humores superflui in membro impellente generentur. Intellexit autem, cum dixit: necnon etiam quia videbis qualitatem in substantia corporis existentem superari, & ad suam contrariam declinare: ꝙ videbis aliquem ex humoribus membri qualitatem vincere & superare, & ad sui contrariam transmutare. vnde est, ac si diceret, ꝙ vna ex causis expulsionis alicuius humoris ab aliquo membro, est nocumentũ forte illius membri, causatum ex illo humore, qui in eo existit. Et nihilominus C ex causis expulsionis ab vno membro ad aliud est, cum membrum impellens situatur super recipiens.

* De causis ægritudinis calidæ.

Quod generat in eo calorem, est quidem causa, quare contingat corpori illud, quod inde eidem contingere consueuit. Visus autem esus allii est calidum in potentia. sed calidum in actu est sicut calor Solis,[a] [ ] 179

a. vel ęstuatio aeris.

Intendit hic, ꝙ calor existens in corpore inducat in eo illud, quod est causa doloris. vnde est ac si diceret, ꝙ inducit in eo illud, quod est aptum de natura sua inducere, s. dolorem. Sunt autem calidi duę species: quarum vna est calida in potentia, sicut allium, & piper: secunda vero calida est actu, sicut aer calidus paulopost meridiem.

Ex his sunt motus animæ, sicut ira, & motus corporis, sicut labor, & corruptio, & putrefactio, & cibi paruitas, & quod poros cutis claudit & constringit, sicut aer. 180

Ex causis calefacientibus sunt fortes motus animę, sicut ira, & motus corporum fatigantes, & humorum putrefactio, & cibi paruitas, et omne id, quod cutis

poros claudit, & constringit, sicut alumen, & aer frigidus, & similia. quia quando cutis constringitur, calor suffocatur, & euentari prohibetur: & inde proculdubio generatur febris, quę ephemera nominatur. D

Causæ ægritudinum ex frigiditate.

181 *CAusa vero harum ægritudinum est quicquid in eo frigiditatem generat & quandoq; soluitur ex eo continuum, cuius virtus aut est in potentia, velut contingit in hyoscyamo assumpto: aut in actu, sicut in niue.*

Quicquid generat in corpore frigiditatem, soluit proculdubio interdum continuitatem, sicut cum est violentum & forte: efficitq; tunc morbum, qui continuitatis solutio appellatur: sicut patet in solutione digitorum ex niue contingente. Actus autem & operatio ex frigiditate diuiditur primò in duas species, sicut & operatio contingens ex calore. Est enim quędam infrigidatio in potentia, sicut hyoscyami: & quędam actu, sicut niuis.

182 *Fames est, cum pabulum spirituum terminatur, & sicut contingit cum terminatur, & consumitur oleum in lampade vel curcibulo. vehemens etiam saturitas, & crapula calorem suffocat, & extinguit.* B

Cum autem est fames adeo fortis & valida, ꝙ actio * naturę, qua corpus nutritur, terminatur, contingit quidem spirituum diminutio seu extinctio, & corporis infrigidatio. & sic etiam accidit splendori luminis, seu flammę, diminutio, cū est oleum in furcibulo omnino consumptum, vel etiam diminutum. Et superexcedens crapula, cuius causa est superfluus cibus, velut contingit in prosequentibus immediate appetitum, est causa infrigidationis. hęc enim calorem tegit, & suffocat naturalem: quemadmodum excedens olei quantitas tegit flammam, donec ipsam omnino suffocet, & extinguat.

* a.l. materię.

183 *Motus autem fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituum, & infrigidationis corporis. quiete etiam infrigidatur calor, sicut & flamma fumo extinguitur.*

Cum tempus fortium motuum producitur, infrigidatur corpus ex eis: licet in principio corpus calefaciant: tamen cum producuntur, inde spiritus educuntur, & per consequens corpus infrigidatur. Quies etiam & otium corpus infrigidāt: quoniam ex omissione motus augetur & magnificatur fumosa superfluitas super calorem naturalem, & ex ea suffocatur: sicut extinguitur ignis cum fumo premitur, & supra ipsum dominatur. Et est quidem necessaria calori naturali inspiratio, & motio, vel incitatio, sicut igni euentatio, vel exsufflatio. F

184 *Fortis & valida corporis densitas concludit calorem in corpore, donec extinguatur. corpus immoderate rarum seu spongiosum de facili infrigidatur, cū sit propinquum, & dispositum ad hoc, vt in eo calor de facili dissoluatur.*

Immoderata corporis densitas sic calorem in eo recludit, donec extinguatur: sicut contingit exterius in igne, quando sine respiraculo omnino cooperitur. nā moderata & parua densitas calorem conseruat, & per consequens corpus calefacit: sed immoderata calorem extinguit naturalem. Et similiter infrigidatur corpus nimis rarum. nam minuitur in eo calor, & paruus efficitur: sicut contingit in clibanis, & balneis multa respiracula habentibus.

Causæ ægritudinum ex humiditate.

185 *QVinq; sunt numero scripta[a] [humiditatē generātia] ex quibus aqua calida dulcis super totum corpus infusa est humida in actu.*

a * humiditatē actu gene

A Asserit quod humectantia sunt causę humiditatem facientes, & sunt quinq; ex quibus est humectans in actu, vt aqua calida: quod quidem intelligit verũ, dum fuerit aqua delectabilis, & eius infusio super corpus multa. rantia, vel actualiter humida,

Ex humectantibus autem in potentia est vsus lactis, & piscium delectabilium, casei recentis, quies corporis, etiam reclusio humiditatum, & immoderata refectio vel saturitas. 186

Ex humectantibus in potentia sunt sicut potus lactis, esus piscium in aqua dulci habitantium, caseus recens, quies corporis, ocium, & saturitas immoderata, & restrictio humiditatum in corpore. Intellexit autem humiditatum retentionem fieri ex his, quę retinent humiditates in corporibus, seu prohibent egressum earum: cuiusmodi sunt, quę poros corporis coarctant, claudunt, et inspissant.

Causæ ex siccitate.

QVinq; sunt siccitatem generantia, sensu intellecta vel apprehensa: ex quibus quædam actu exsiccant, sicut boreas: & quædam potentia sicut esus sinapis: & tanta fames seu abstinentia, per quam humiditas corporis consumatur: & omnis motus fortis & violentus: contingit etiam corporis exiccatio ex ventris solutione. 187

B Hęc quinque sunt de se intellecta ex modo loquendi eius in eisdem. Vnum est, sicut cum dicit, de exsiccantibus in actu est boreas, & frequens inuolutio, & continua habitatio in terra vel arena. Et in potentia, sicut sinapis esus. Et fames exsiccans corpora. & hoc, quoniam ex cibo naturalis calor intenditur: vnde ablato vel subtracto cibo, agit calor in membris corporis, & in humiditatibus eorum, consumens & exsiccans ea. Et similiter ex motibus fortibus & violentis contingit siccitas corporis. Et ex inanitione superflua, sicut ex superflua, sicut ex superflua phlebotomia, aut solutione ventris. Postquam expleuit rememorationem ęgritudinis membrorum consimilium; accedit nunc ad rememorationem membrorum organicorum.

Causæ ægritudinum organicarum.

CAusæ magnitudinis membrorum sunt fortitudo, & potentia formatiuæ, & etiam nutriens. 188

C Duę sunt causę magnitudinis membrorum, s. fortitudo plasmatiuę, & magnitudo materię, quam per nutriens intelligit.

Causæ paruitatis membrorum sunt contrariæ eis, quæ magnitudinem efficiunt in eisdem. 189

Intellexit ꝙ causę paruitatis membrorum sint debilitas plasmatiuę, & paruitas materię,

Causa corruptionis formarum est in numero similitudinum: quod quidem ratione malitiæ complexionis existentis in matrice contingit, aut [a] *[paruitate spermatis], aut malo egressu fœtus in ortu suo, ex cuius tortura contingit peccatum in figura, & forma.* 190

a. paucitate receptionis spmatis grossi coagulati

Causa corruptionis formarum membri cadit in numero recipientium similitudinem, & figuram. & hoc contingit ratione malę complexionis matricis. Nã malitia complexionis matricis disponit interdum passum, quod recipit formam, & agens taliter, ꝙ agens malam imprimat formam, aut ꝙ recipiens malam formam recipiat: aut diminutione & paruitate spermatis, qua receptio formę, vel eius actio vel generatio impeditur, quod quidem verum est secundum opinionẽ

eius, qui opinatur esse in spermate potentiam actiuam. Contingit etiam interdum, sicut dicitur, prędicta corruptio ex re extrinseca, vtpote in naturali egressu fœtus in natiuitate. sed hanc corruptionem formę reparant ostetrices frequenter, fasciando sicut decet, prius quam indurentur ossa. & in summa corruptio formę ab extra accidit, vel ab intra. ab intra quidem accidit vel malitia agentis, aut malitia pasi & recipientis, vel ambabus simul. eorum autem malitia erit ab eisdem, aut a matrice. D

191 *Ex his etiam est nutrix, si deliquerit fasciando ipsum, aut eleuando, vel deprimendo ipsum.*

Nutrix etiam est causa, quare nati membra tortuosa efficiuntur, cum errat in fasciando ipsum, seu in ligando ipsum cum fascia: & hoc quia ex teneritate & humiditate ossium ipsius augetur secundum figuram ex ligatura eis impressam: sicut et contingit, errore ab eadem commisso in eleuatione, aut depressione eius.

192 *Vel si forsan augeatur in eo cibus, aut ad nutriendum malus existat.*

Excedens cibi extrinseci quãtitas similis est causa corruptionis formę: sicut & excessus materię intrinsecę, s. contingẽs a principio generationis. & hoc, qm̃ ex multitudine materię debilitatur virtus plasmatiua in productione formę. Et similiter videtur contingere, cum aufertur sibi lac, & nutritur, & cibatur nutrimento grosso ante tempus conueniens ad nutriendum ipsum tali nutrimento. nã cum subripitur humidum subtile ei, puta lac, corrumpitur quidem magnitudo membrorum in forma a principio in eodem impressa. E

193 *Aut si puer debilitate sua cadat, cum non regitur ab aliquo, & ipsius tibia, aut crus inde frangantur, vel eius nasus percutiatur taliter, q̃ inde tensionem et depressionem patiatur. non enim potest materia rectificari, si moueatur quis impotens se sustinere ratione fracturæ ossis nondum perfecte consolidatæ.*

Hę autem causę omnes sunt extrinsecę. nam cum permittitur puer ambulare, antequam habeat potentiam ambulandi, contingit quidem ei obliquitas seu tortuositas suarum tibiarum. corrumpitur etiam forma in aliquo, cum fractum fuerit aliquod ex ossibus ipsius, si priusquã eius cõsolidatio perficiatur, moueatur.

194 *Hoc etiam facit multitudo humorum, a [sicut] in leprosis, & b [paruitas eorundem: sicut in hecticam diurnam, & continuas febres patientibus.*

a* ______ b. paucitas eorũdem in phthisi continua, vel ex tenuatiõe cõtinua.

In leprosis quidem cõtingit generaliter corruptio formę membrorum suorũ: & similiter contingit in extenuatis & consumptis. Causa autem huius siccitas est, quę cum difficultate formam recipit.

195 *Aut tortura oris & faciei contingens ex mollitie, & relaxatione nerui, aut corrugatione, & nerui tensione versus collum declinante.* F

Proculdubio causę istę sunt morbi. Nam tortura faciei fit relaxatione & mollitie nerui existentis in parte contraria, habẽte colligantiam cum parte obliquitatem habente, & pars infirma etiam non corrugatur. Fit etiam interdum tensione & corrugatione nerui, & tunc proculdubio pars lęsa obliquatur, & corrugatur.

196 *Vestigia apostematum, & cicatrices vlcerum, & vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt.*

Causa quidẽ huiusmodi in apostematibus est putrafactio reliquiarum suarũ. Sed in vlceribus, & vulneribus causa est mala coniunctio ipsorum.

Causæ clausionis meatuum & pororum.

197 *SApientes dederunt operam in collectione eorum, quæ sunt de genere claudentium & obturantium poros & meatus: ex quibus sunt fortitudo retentiuæ, & debilitas expulsiuæ: interdum et frigus est causa huius c[ ]*

c ex cõgregando vel coadunando

A Pori & meatus clauduntur dominio & fortitudine retentiuę virtutis, & debilitatis expulsiuę. frigus etiam coarctat & cōstringit poros & meatus. quod quidem patet ex corrugatione, seu coadunatione neruorum ex frigore contingēte.

Siccitas etiam coarctat eos valde: & similiter faciunt ligaturæ: [a] *[apostema etiam angustat,] &* [b] *[obliquat eos per constrictionem exterius in aliquo membro generatam:] stringit etiam eos medicina styptica.* 198

Siccitas aucta in aliquo membro stringit & coarctat poros & meatus eius. Idem etiam facit ligatura facta super membrum. Proculdubio apostema generatum in aliquo membro exterius angustat meatus & poros constringendo. Constringit etiam eos medicina styptica.

a. vel strictura, cū aggregāt coarctādo, & apostema coarctat

b. contorsio

Hoc etiam contingit interdum consolidatione vulnerum & vlcerum: & etiam verruca seu porro: & carne innaturaliter augmentata, 199

cęterius in aliquo membro, & qñq;

Ex causis meatus claudentibus est cum vlcus, vulnusue innaturaliter consolidatur: sicut contingit in consolidatione longitudinis vel superficiei meatuum. Verruca etiam in eis nata est ex causis clausionis eorum: nascitur enim interdū interius, sicut exterius. Ex eis etiam caro est innaturaliter in eis nata.

B *Hoc etiam humor facit, aut sanies, vel sanguis, lac coagulatum, & aqua* 200
[c] [ ]

c. s. coagulata. i. phlegma grossum

Constat ꝙ humores infunduntur ad concauitates meatuum, qui replent & obturant eas. & similiter facit sanies in eis existens. & similiter facit sanguis coagulatus, & lac caseatum.

Hoc etiam faciunt vermes lapis, & fæx sicca dura, & aer. [d] [ ] 201

d. i. ventositas conclusa i meatibus.

Hoc intelligit de vermibus generatis in intestinis, ex quibus accidit colica. p lapidem etiā intelligit lapidem in vesica, & etiam calculum in renibus. Et per aerem intelligit ventositatem grossam, interdum meatus obturantem. Inde etiā contingit vna ex speciebus colicę, scilicet illa, quę contingit ex conclusione ventositatis in intestinis. Ex his autem causis contingit vt plurimum retentio fęcum, & vrinę.

Causæ apertionis meatuum.

Causæ aperitionis meatuum sunt fortitudo expulsiuæ, & debilitas retentiuæ. 202

C Apertio meatuum contingit fortitudine expulsiuę, & debilitate retentiuę, s. a causis contrariis eis, a quibus contingit clausio ipsorum, puta debilitati expulsiuę, & fortitudini retentiuę,

Ex his etiam est omnis medicina aperitiua calida & humida necessario. 203

Ex causis meatus aperientibus est vsus medicinarum aperitiuarum. neq; dubium, quin medicina calida & humida meatus aperiat.

Causæ ægritudinis in numero.

Quicquid augetur & excedit numero in nobis, augetur sicut ex multa materia: vt digitus, si fuerit materia laudabilis: aut rana, si fuerit materia illaudabilis. 204

Quia retulerat causas apertionis & clausionis meatuum, incipit nunc referre causas augentes vel diminuentes numerum membrorum: vnde inquit ꝙ quicquid augetur in numero membrorum, augetur proculdubio ratione multitudinis materiei: quę si fuerit laudabilis, erit quidem corpus inde auctum naturale, sicut sextus digitus: si vero mala, erit corpus innaturale, sicut est illud, quod rana appellatur, & augetur sub lingua.

205 *Quicquid minuitur in nobis numero, contingit a contrario, cuius rememorationem fecimus.* D

Causa diminutionis numeri est contraria causę augmenti ipsius, velut diminutio materię.

Causæ asperitatis.

206 *CAusa generans asperitatem est ablatio humiditatis, quæ interdum ex humore frigido contingit, puluere, stypticitate ciborum, & medicinarum.*

Hic proculdubio retulit causas ęgritudinum ex asperitate generatarum, dicēs ꝙ efficiens asperitatem est quod aufert humiditatem, sicut humor siccus, cum infunditur ad cannam pulmonis, ipsam exasperans. Idem etiam fumus facit, & puluis, & cibi styptici, & medicinę. hęc enim omnia guttur, & cannā exasperāt.

207 *Causa leniens asperitatem est sicut humor viscosus, & omne pingue, & vnctuosum.*

Omne, quod habet viscositatem vel vnctuositatem, lenit asperitatem: sicut humores, seu humiditas viscosę, & oleaginosę. E

Causæ coniunctionis, & vnionis separatorum.

208 *PRoculdubio omne illud, de cuius natura est vt stet separatum ab aliquo, cum aliquo modo ei vnitur, si cum eodem coniungetur: Si [a] [vulnus] nō debite consolidetnr, ꝙ sit res in membro inopinata, ostendetur.*

a ✱ vlcus

Proculdubio nunc retulit causas morborum situs & positionis. retulit autem duas causas huius rei, s. vnam ex coniunctione eius, quod erat separatum a mēbris. vnde ait: Proculdubio omne illud, de cuius natura est vt stet separatum a membro sibi vicino, &c. Nam cum est talis situs, acciditq; ei vt coniungatur membro illi, proculdubio causa huius erit signatum vlcus, vel vulnus in superficie cuiuslibet ex prędictis mēbris. accidit enim pręter hoc, vt superficies vnius ex illis membris vulneratis cum superficie alterius membri vulnerati consolidetur & vniatur: quemadmodum contingit hoc in eodem vulnere per se solum generato, in quo, s. superficies quarundam partium eius cum superficie aliarum eiusdem solidatur & vnitur. & ob hoc inquit, ꝙ videbis in consolidatione vulneris alicuius membri, cum indebite consolidatur, & aliter quam sperares, aliud quam separes de patiente euenit. F

209 *Ex hoc etiam est fortitudo immutatiuæ, & debilitas informatiuæ.*

Proculdubio membra naturaliter separata indebite vniuntur, & solidantur interdum a principio operationis ipsorum ex fortitudine virtutis generatiuę: & maxime, quando de natura eorum est vt multum vniantur, & coniungantur, & vnum efficiantur. & interdum adijcitur huic debilitas informatiuę. accidit autē hoc, cum ipsa aliquam partem ex membris separat, & sequestrat.

210 *Quamuis separatio contingens cuilibet ex eis, de quorum natura est vt sit in situ coniuncta, sit de genere & numero ægritudinum situs & positionis in membris organicis: nihilominus est proprie de genere solutionis indiuisi, seu continuitatis: cuius quidem solutionis causæ hæ referuntur.*

Omne membrum, cuius situs iudicatur per naturam esse inter ipsum & aliud, ita ꝙ secum coniungatur: siquidem contingat ei ꝙ separetur ab illo, quamuis talis separatio membris organicis referatur: erunt nihilominus proculdubio causę separationis vnius ex eis ab alio de numero causarum solutionis continuitatis appropriatę membris consimilibus, quę proprie indiuisi solutio appellatur. & ipse quidem ad causas refert proprias consequenter.

Causę

A Causæ solutionis indiuisi.

Quædam est humor habens vim, & qualitatem vstiuam, [a] *[& calefactiuam, & corrosiuam, aut hypostasis impulsa seu imbibita, contusionē conferens,] vel viscositas relaxans quod mouere deberet, vel saltus contundēs, lamians & disrumpens, uel lapis offendens, & contundens.* 211

a. aut putrefactiuā, aut corrosiuam, & disruptiuam, aut grauitas extendens aut disrumpens.

Notum est ꝙ hęc omnia soluunt cōtinuitatem, s. humor corrodens, & calidus & hypostasis membrorum cōtusiua, necnon humor viscosus, dislocantur. n. partes motiuę ex laxatione, quā eis inferunt, & similiter saltus soluit continuitatē membrorū, & lapis lædit, & offendit membrū, & carnem contudit.

Ex eis sunt medicinæ corrosiuæ, & vstiuæ, ut ferrū corrodēs, & lanians, & quandoque uentus scindit ratione tensionis. idem etiam agit ignis, sicut & in cæteris. 212

Hoc totum est per se notum & manifestum, ideo non expono.

B Capitulum tertium de [b] [rebus egredientibus a natura, & sunt Accidentia] [c] [morborum.

b * accidentibus

c * ———

Quædam ex accidentibus reperiuntur in operationibus, & quædā in quibusdam corpori contingentibus, & quædam in egredientibus ab eodem: puta in sputo, fæcibus, [d] *[egressu sanguinis,] sudore, & urina.* 213

d * ———

Quoniam iā explicuit rememorationē de morbis & ipsorum causis, incipit nunc referre accidentia post ipsos contingentia. nam accidentia consequuntur morbos, sicut & morbi causas, & necessario fiunt ex eisdem. Inchoauit autem in hoc a diuisione accidentium in eorum prima genera. vnde inquit ꝙ ipsorum sunt tria genera. Quorū primū est accidentiū ab operationibus mēbrorū assumptorum: vtpote a nocumento ipsorū. & hoc quidē est certius ex eis. Secundum est accidētium a qualitatibus corporis assumptorum: puta a citrinitate, macie, & qualitatibus alijs, quæ contingunt corpori post ægritudinem ex immutatione ipsius. Tertium genus est accidentium sumptorum ab egredientibus a corpore: sicut ab immutatione fæcum, vrinæ, & sudoris, & fluxu sanguinis, & alijs exeuntibus.

C *Egressus naturalis operationis a dispositione sua est triplex, scilicet ipsius debilitas, ipsius ablatio, & ipsius immutatio seu corruptio; quod in quolibet membro est etiam manifestum.* 214

Egressus operationis a dispositione sua naturali fit tripliciter: aut debilitatur, aut oīno aufertur, aut sic immutatur ꝙ indebite fiat. Vnde exēpli gratia, si digestiua stomacho debilitetur, egredietur cibus indigestus. si vero auferatur, qualis assumitur egredietur. sed si calore indebite alteretur, vretur quidē cibus, & fumosus efficietur. & hæc quidem genera sic in omnibus operationibus sunt reperta. hoc enim notum est in visu.

Debilitas enim operationis visus est, cum aliquis debiliter videt: & ipsius ablatio, cum omnino visus prohibetur vel aufertur: & ipsius corruptio & inconueniens immutatio, cum imaginatur se videre, quæ non videt. 215

Exemplum debilitatis operationis est sicut debilitas visus. Et exemplū ablationis eius est sicut visus ablatio, & dicitur proprie cæcitas. Exemplum vero malæ & corruptæ operationis est, cum quis imaginatur ꝙ videt quæ non videt, idest cū videtur ei esse ꝙ non est: sicut est, cum videtur ei vnum duo esse.

Exempla accidentium proportionabilia reperiuntur in accidentibus contingentibus aliis operationibus. 216

Hæc tria genera accidentium reperiuntur in omnibus alijs operationibus, sicut & dictũ est de operatione visus. Est aũt sciẽdũ, ꝙ ipsimet morbi sunt caę horũ accidẽtiũ. Nã si corruptio, vel immutatio operationis fuerit in mẽbro cõmili, erit quidẽ causa ipsius vna ex octo speciebus malę cõplexionis. Si vero fuerit in organico, erit causa ipsius vna ex speciebus morborum organicorum. D

a. De accidẽtibus perceptis ex sensibus.

[a] [Accidentia super æqualitate corporis]

217 *SEnsus uisus attingit, & percipit interdum aliquod ex accidentibus qualitatum corpori contingentibus, sicut citrinitatem*[b] [ ], *& tumorem uisu perceptibilem. Et interdum attingit & percipit auris aliquod ex eisdẽ, sicut sonum uetris in hydrope. Et percipit ẽt ex eis aliquod sensus odoratus, quẽadmodum fœtorem contingentem in ulceribus putridis, & corruptis. Ex eis ẽt est quod suo sapore gustu percipitur, sicut contingit cum acredo uel acetositas in ore percipitur. Tactũ etiam quoddam ex eis cognoscitur: sic enim per tactũ cognoscitur cancri.*

b * ictericię.

Accidẽtia sumpta a qualitate corporis sunt quinq;, scdm numerũ quinq; sensuum. Nã ex eis sunt q̃ attingũtur, & percipiũtur sensu visus: sicut colores a natura egrediẽtes: puta citrinitas icterico cõtingẽs, & tumor in patiẽte apostema, & alijs apparẽs. Et ex eis sunt quę aure, vel auditu attingũtur, soni s. egrediẽtes a natura: sic. n. audit rugitus, & gurgulatio in vẽtre hydropici, cũ ab vno latere ad aliud mouetur. Ex accidẽtibus ẽt percipiũtur quędã odoratu, sicut in his, quorũ odor est fœtidus: vtpote in vlceribus fœtentibus ratione putrefactionis & similiter calefactionis eisdẽ contingẽtis. Et ex eis sunt, q̃ suo sapore per sensum gustus percipiũtur: sicut cõtingit in ore amaritudo, vel acetositas. Ex his accidẽtibus sunt, q̃ sensu tactus cognoscũtur: sicut durities contingẽs mẽbro, in quo est cãcrosum apostema. Sũt aũt quatuor humores causę horum accidentium. E

Accidentia ab egredientibus a corpore.

218 *SVper accidentia ab egredientibus a corpore sumpta, excitantur quidem quinque sensus.*

Quinq; sunt spẽs accidẽtiũ ab egrediẽtibus a corpore assumptorũ scdm numerũ ipsorũ sensuum: sic. n. est in eis, sicut in speciebus accidẽtiũ sumptorũ ab his, quæ corpori contingunt. & ipse quidem refert eas consequenter. F

219 *Sicut in vrina, si rubea sit vel nigra: & sputo si fuerit uelut sanguis, uel sicut butyrũ: & in eo quod quidem ratione dissolutionis vel resolutionis egreditur, sicut contingit in uentositate, sternutatione, singultu. in uomitu etiam reperitur interdum acetositas, amaritudo, uel stypticitas. & cum vrina fuerit fœtida, significat quidem super uesicæ ulcera. & in sudore sentitur, si frigidus fuerit uel calidus, tenuis uel uiscosus.*

Accidẽtia visu percepta in egredientibus a corpore per operationẽ naturæ, sunt sicut rubedo vrinæ, & ipsius nigredo in febre apparẽtes, & sicut sputũ sanguineũ, i. rubeũ ab ore egrediens, & butyrosum, i. albũ apparens in morbo pulmonis. Accidentia autem, quæ in egredientibus a corpore percipiũtur per auditum, sunt soni contingentes ex impulsione naturæ, superfluitates a corpore expellentis: sicut contingit in ventositate deorsum egrediẽte, & sternutatione, quę contingit cũ caput superfluitates digestionis suę super nasum impellit, & singultu cõtingẽte ex impulsione humorũ nocumentũ stomacho inferentiũ. Sed qui percipiũtur per saporẽ, sunt sicut acetositas percepta ĩ eo, quod a stomacho egreditur cũ vomitu: & similiter amaritudo, & stypticitas, hi, n, sapores interdũ cum

A vomitu sentiũtur. Quę aũt odoratu sentiũtur, sunt sicut fœtor vrinæ significans super vlcera vesicę: significat nihilominus et super corruptionẽ & putrefactionẽ in corpore existẽtem. Quæ aũt ex istis sensu tactus percipiũtur, sunt sicut sudor ipse. percipitur. n. per eũ aut calidus vel frigidus, tenuis vel viscosus. Quidã tamen opinati sunt, ꝙ tenuitas & viscositas sensu visus percipiantur.

Hæc quidem accidentia sunt patientium passiones, & apud nos signa & demonstrationes. Et postquam feci rememorationem de his quasi transitorie, & in generali, faciam nunc rememorationem de eisdem in speciali. 220

Hæc quidem accidentia, quorum rememorationem fecimus, sunt in ęgris passiones, & apud Medicos signa sunt super eorũ morbos demonstratiua. Et hoc ideo quoniam morbi sunt causa accidentium, & causata quidẽ attestantur, & significant super suas causas. vnde sicut fumus significat, & attestatur super ignẽ, sic quidẽ accidẽtia significant super ægritudines. pro tanto placuit sibi referre nunc hæc accidentia inquantũ sunt signa demonstratiua, & significantia. Hæc autem est tertia ex partibus huius scientię, s. de rebus extra naturam.

Rememoratio Signorum.

B

Omne signum, sicut dictum est, est rememoratiuum, aut præsentis indicatiuũ, vel futuri prognosticũ. est tamẽ vtile nõ necessarium nobis quod referimus ex eo quod præteriit, sicut humiditas terminati sudoris. 221

Tres autẽ sunt species signorũ. Nam si significet super ægritudinem præsentem, dicitur indicatiuũ: & si significat super ægritudinẽ præteritam & terminatam, dicitur rememoratiuũ: rememoratio enim & memoria sunt eius, quod præterijt: si vero significet super ægritudinẽ futurã, appellatur prognosticũ. Deinde inducit exẽplũ rememoratiui, & dixit: sicut humiditas, &c. i. sicut humiditates, quas reperit Medicus in corpore patientis, significantes ei ꝙ patiens iam sudauerat in præterito: & interdum significant ei quod ægritudo iam fuerit terminata. hoc autem genus non est Medico necessarium, nisi per accidens, sicut diximus.

Omne illud, quod significat super illud quod iam existit, neque nõ etiã quod significat super illud quod speramus, est quidem multum necessariũ: cura enim conueniens fit a nobis cum auxilio huius rei. 222

C Quod ex signis significat super ægritudines præsentes, & super futuras generari, & super accidentia ex earum generatione cõtingentia, est quidem ex his, quorum cognitio est perutilis & multum necessaria in hac arte. innitimur enim his cum securitate.

Ex his quidem signis sunt quædam generalia, & quædam specialia, & particularia alicui ex membris: de quibus quidem specialius faciam rememorationem in arte seu parte artis curatiuæ. 223

Signa harum duarum specierum diuiduntur. Nam quædam horum sunt specialiter significantia super quamlibet ex ægritudinibus: & ex eis sunt quædam generalia significantia morbos in generali. & ipse quidem incœpit a rememoratione generalium: & loquitur de specialibus, cum loquitur de cura cuiuslibet morbi, vt ipse dicit.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

Omne signum generale sumitur a membris, principalitatem & dominiũ habentibus: puta ab hepate, cerebro, & corde: hæc enim secundum veritatem dicuntur principalia. 224

Signa generalia sumuntur ab accidentibus membris principalibus contingẽtibus. & quia membra sunt, quæ exercent operationes multas in multis mẽbris corporis, ideo quidem accidentia eis contingẽtia significant super corruptionẽ, & malam dispositionem plurium ex mẽbris corporis, & in summa super læsionem & nocumentũ vnitum ex speciebus virtutum primarum generaliũ in corpore existentium. Sicut accidentia reperta in vrina significant super morbos & nocumenta virtutis naturalis in hepate existentia, & contingentia. & accidentia pulsus super morbos vitalis virtutis secundum opinionem Medicorum: & secundum Philosophum super morbos virtutis nutritiuæ. D

225 *Vt cum est rectæ formationis seu imaginationis, & ratiocinationis seu cogitationis, sanæ memoriæ & recordationis.*

Sanus mente dicitur cum est rectæ imaginationis, iustæ seu rectæ cogitationis, & sanæ recordationis. Voluit autem sic loqui, quoniam cum læditur aliqua ex prædictis operationibus, significat super læsionem partis cerebri illi operationi appropriatæ. Est autem anterior pars cerebri locus imaginationis seu formationis: & medium cerebri est locus ratiocinationis: sed pars eius extrema est locus memoriæ & recordationis. Vnde significat ꝙ in patiente malitiam imaginationis & formationis sit morbus in anteriori parte cerebri & significatur, cũ patitur mens, & ratio, ꝙ medium cerebri patiatur. cum vero memoria patitur, significatur ꝙ posterior pars cerebri sit ægrota. E

226 *Motus etiam & sensus laudabilis significat super capitis sanitatem: & nocumenta eis contingentia denotant proculdubio quòd morbi existant in cerebro.*

Quod hic dicitur, est per se notum. Nam cum motus corporis, & perceptio sensuum sani sunt & laudabiles, significant quidem super capitis sanitatem: & cum læduntur, significant super capitis morbos.

227 *Cum cor incedit recte in pulsatione sua, tunc eius dispositio est pacifica, & & tranquilla.*[a] [ ]

Si cordis pulsus moueatur, velut consuetum est & debitũ, significat super cordis sanitatem. Si vero deuiet a consueto & sibi debito per naturã, significat quidem morbos: sicut cum variatur, & diuersus in pulsationibus efficitur: tunc.n. attestatur super diuersas species ægritudinum. Nos autem declarabimus consequenter: quis & qualis sit talis pulsus diuersus.

a. Et pulsus, qñ variat̃ a cõsueto modo, significat corruptionẽ. Et per diuersitatẽ pulsus significatur super species diuersas ęgritudinũ.

Genera Pulsus. F

228 *NEquaquam fuerunt genera pulsus in numero denario posita, nisi ab ore sapientis, quorum quidem primus ab æstimatione dilatationis est assumptus: ipse enim significat super dominium & fortitudinem virtutis, & ipsius æqualitatem.*

Genera prima pulsuum sub denario numero includuntur, secũdũ ꝙ ea sapientes dixerunt & nũciauerunt: quorũ quidem primũ existit in existimatione dilatationis venarum: quarũ quidem dilatatio est interdum fortis & valida, & interdum proportionalis æqualis temperata.

229 *Magnus autem est, cuius dimensiones eminent*[b] [*& descendunt,*] *& significant super fortitudinem secundum suam existimationem.*

b. vel eleuãtur.

Quia dixerat ꝙ vnum ex generibus pulsuum reperitur in qualitate seu dispositione dilatationis venæ, accedit nunc ad referendum species sub hoc genere existentes, id est in quas diuiditur genus illud. Vnde inquit ꝙ vna ex eisdem est illa, quæ scilicet est nota in pulsu magno: & est ille qui ascendens dicitur, i. eminens in omnibus suis dimensionibus, scilicet in longum, latum, & profun-

A dum: vt qui magis debito in longum extẽditur, aut in latum, aut quia magis debito secundum membrum, in quo est, eleuatur.

Paruus pulsus est contrarius in virtute, & etiam pulsus longus, & breuis. 230

Voluit dicere ꝙ pulsus, qui paruus dicitur, est in hoc genere contrarius pulsui magno. & ipse quidem est in omnibus suis dimensionibus diminutus & depressus. & refert consequenter alias duas species pulsus: & sunt illi, qui dicuntur longus, & breuis. Est autem longus pulsus, cuius longitudo augetur vltra lõgitudinem naturalem: & breuis quidem est huic contrarius, scilicet diminutus à sua longitudine naturali.

Ex eo etiam est strictus, & latus: necnon etiam eminens, & profundus. 231

Hi etiam sunt quatuor alij: quorum vnus dicitur strictus, & est ille cuius latitudo minor est latitudine sua naturali: secundus autem est ille, qui dicitur latus, & est ille cuius latitudo maior est latitudine sua naturali: tertius vero est ille, qui dicitur eminens, & est multum altus: sed quartus est huic contrarius, & est profundus: medius autem est æqualis inter omnes has species, & est naturalis.

Genus eius relatum tempori motus, est varium & diuersum, ex quo est pul 232
B *sus velox, magnæ iactantiæ, & significat quidem super vim & calorẽ. Ex eo etiam pulsus est tardus* [a] *[dominans congelationis: vnde significat super debilitatem cum frigiditate.]*

a * habẽs frigiditatẽ, vel congelationem

Secundum quidem genus pulsus sumptum est ab existimatione temporis motus eius, ex quo quidem est velox in motu suo, significat super dominiũ & abũdantiam virtutis & caloris. & ex eo est tardus in motu, qui quidem significat super debilitatem virtutis & frigiditatem. & naturalis quidem in hoc genere est medium inter ambos.

Genus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species, scilicet in frequentem spissum & sine quiete, significantem super debilitatẽ virtutis, & [b] *[caloris,] & in rarum, sibi contrarium, qui super laxitatem & frigiditatem attestatur.* 233

b. calorem

Genus pulsus sumptum ab existimatione quietis diuiditur in frequentẽ, spissum, & est ille qui modicam habet quietem: qui quidem debilitatem virium significat & caloris. virtus enim ratione suæ debilitatis in dilatando venam reiterat magis debito venæ extensionem & dilatationem: & ratione excessus caloris festinat magis debito motum suum: & inde sequetur quietis abbreuiatio &
C diminutio. & in valde tardum & rarum, qui s. contrarius est prædicto, & significat super laxationem arteriæ, & frigiditatem complexionis.

Genus sumptum a dispositione virtutis diuiditur in fortiter pulsantem & magnum, & in sibi contrarium debilem, cuius pulsatio profunda est & exilis. 234

Quartum genus pulsus est sumptum a dispositione virtutis pulsatiuæ: & diuiditur in duas species, s. in fortiter pulsantem & percutientem digitos, & in debiliter percutientem.

Ex genere sumpto a corpore venæ per tactum est pulsus durus, qui attestatur super siccitatem: & ex eo est, qui tactu mollis & humidus reperitur, significans super sui corporis humiditatem: 235

Genus pulsus sumptum a dispositione & qualitate venæ pulsatilis diuiditur in duas species. Quarum vna est, cum Medicus sentit corpus venæ pulsatilis durum: & hoc quidem significat super siccitatem complexionis corporis patientis. Secunda vero est, cum sentit Medicus venã pulsatilem humidam & mollẽ: quæ significat complexionis humiditatem corporis patientis.

Genus sumptum a prima qualitate corporis venæ significat recte super cõplexionem: s. frigidus super frigidam, & calidus super calidam. 236

Proculdubio genus sumptum a qualitate corporis venę pulsatilis diuiditur in duas species: & ambæ simul significant æqualiter super complexionem: quarũ vna est cum sentitur vena pulsatilis frigida, & significat super complexionis frigiditatem: secunda vero est cũ ipsa sentitur calida, & significat super complexionem calidam. Est autem hoc genus eiusdem qualitatis cum eo, quod ante ipsum: sunt enim de numero qualitatum tangibilium. D

237 *Genus sumptum ab eo, quo repletur[a] [uena,] declarat dispositionem & esse humorum eius: plenus enim super humorum abundantiam, & uacuus super ipsorum diminutionem habet attestari.*

a * arteria,

Genus sumptum ab eo, quod circundat vena pulsatilis, significat quidem super multitudinem aut diminutionem humorum significatione manifesta. Nam si percipiatur plena, significat quidem super augmentum humorum: si vero vacua, super eorum diminutionem & paruitatem.

238 *Genus sumptum ex motionibus & quietibus pulsus, detegit quidem ad sensum tactus species eius. Est autem ex eo species iusti ponderis, & conueniens pulsibus ætatum, temporum anni, & regionis. Ex eo etiam est egrediens a debito consueto.*

Hoc quidem genus sumitur ex comparatione temporis motus pulsus ad tempus quietis ipsius. sunt autem duo motus & duæ quietes ipsius. Vnus autem ex motibus eius est, cum arteria extenditur & dilatatur, & alius cum stringitur. Et vna quidẽ ex duabus quietibus eius est inter finem dilatationis & principium eius constrictionis: sed secunda est inter finem constrictionis & principium dilatationis. hoc autem ideo est, quoniam inter quoslibet duos motus contrarios in vno motore existentes oportet de necessitate esse quietem mediam inter eos ambos existentem. Cum autem dixit superius quietes, intellexit has duas quietes: & cum dixit motus, intellexit hos duos motus. vnde inquit ꝙ in comparatione temporis quietis pulsus ad motum eius est genus eius, sub quo sunt species detectæ & manifestæ ad sensum: ex quibus quidem est species illa, quæ dicitur pulsus iusti ponderis: & illa, in qua comparatio & proportio tẽporis motus ad tempus quietis est naturalis. Et cũ dixit ꝙ est cõueniens pulsibus ætatum, &c. intellexit ꝙ talis proportio variatur & diuersificatur penes diuersas ætates, tẽpora anni, & regiones. Naturalis enim in hoc est ille, qui congruit ætati eius, cuius est, & similiter tempori anni, & regioni eius. Egrediens vero a natura est ille, qui disconuenit ei, cuius est secundũ ista, vt s. sit in eo alia proportio motus ad quietem, q̃ prætendat in eodem ętas, tempus anni, et locus habitationis eius. Iustus autem pondere naturali est ille, qui in complexione ęquali, & temperata ætate, temperato etiã tempore anni, & regione, & similibus in temperie reperitur: talis nanque pulsus dicitur iustus ad pondus & ponderatus. E F

239 *Ex eo etiam est pulsus contrarius ei, quem præmisi sine pondere.*

Intellexit pulsum sine ordine illum, in quo proportio existens inter motum & quietem, est proportio egrediens a proportione naturali. Opinãtur autẽ Medici ꝙ talis proportio naturalis est, ꝙ sit motus tantus, quanta quies, et quantum plus, secundum ꝙ mihi videtur. Nunc inquit etiam Gale. quod duę quietes eius sunt, & etiam similiter perceptæ, s. ingrediens & peregrediens. Rasis tamen negat perceptionem quietis ingredientis.

240 *Aliud genus eius sumitur ab æqualitate uniformitate, aut diuersitate & inæqualitate ipsius.*

Hoc genus pulsus diuiditur in duas species, scilicet in illum qui dicitur vniformis siue æqualis: & illum, qui diuersus & inæqualis dicitur, qui s. contrarius est primo.

241 *Qui recte incedit vniformiter & ordinate, dicitur vnitus siue æqualis: qui vero claudicat & deuiat in hoc, inæqualis dicitur, & diuersus.*

Intellexit quidem per pulsum vniformem, & æqualem, illum cuius quidem

A percussiones conueniunt in pondere, & in genere dilatationis, & genere tempo ris motus, & genere temporis quietis, necnon etiam in genere fortitudinis & debilitatis. qui. n. est vniformis in his omnibus, dicitur æqualis. hæc omnia autẽ habent esse secundum quantitatem, cum sit in eis proprie æqualitas. ideo quidem declarauit ea, & reposuit sub hoc genere sumpto a proprietate quantitatis.

In diuersitate generis sumpti a numero percußionum arteriæ sunt differentiæ. 242

Differens quidem percussionibus est ille, in cuius diuersitate sunt differentiæ. hoc autem ideo dixit, quoniam ex sic differentibus est, qui diuersificatur in multis percussionibus: & ex eis est, qui solum in vna percussione variatur & diuersificatur.

Differens pluribus percußionibus diuiditur in duas species. 243

Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species: quarum duarum specierum facit mentionem post.

[a] *[In inæqualitate & diuersitatibus ordinatum] et ordine carentem, quem scilicet anima percipere nequit.* 244 a. in ordinatũ diuersum.

Voluit post ostendere ꝙ inæquale & differens pluribus percussionibus diui B ditur in pulsum in huius diuersitatibus ordinatum & in pulsum nullum ordinẽ seruantem in eisdem, i. contrarium primo: de quo inquit, ꝙ anima nequit ipsum comprehendere. Intelligit autem per inordinatum in huius diuersitatibus illum, cuius aliquæ percussiones sunt diuersæ inter multas vniformes, ita scilicet ꝙ sit vna diuersa inter plures vniformes, aut huic contrarium. Et post hæc diuisit ordinatum in duas species, & dixit,

[b] *[Dominus huius ordinis] dicitur reuersiuus: & est secundum dictum nostrum ille, qui postquam nunc sic percußit, reuertitur consequenter ad percutiendum sicut prius.* 245 b * Et habẽs ordinem

Intelligit ꝙ ex ordinatis in huiusmodi diuersitatibus est quidam, cuius diuersitas redit post aliquas percussiones vniformes, i. ꝙ reuertitur ad diuersam percussionem post determinatas percussiones similes & vniformes: & est ille, quẽ intellexit, cum dixit: qui postquã nunc sic percussit, reuertitur, &c. i. cum nunc percutit manum, est in aliqua forma diuersitatis: & consequenter per determinatas percussiones æquales reuertitur ad illam eandem formam in pulsando & percutiendo. & quidam ex eo est, cuius diuersitas minime redit sicut prius: & consequenter fecit huius mentionem.

C [c] *[Ex eo etiam] est, cuius regressus minime sunt uniformes: & talis est qui cauda soricis appellatur.* 246 c. Et q̃dam

Intellexit ex his diuersis & inæqualibus percussionibus, ꝙ quidam non regrediuntur seu redeunt post determinatos regressus percussionum æqualium in has inæqualitates. Ex hac autem specie est pulsus, qui cauda soricis appellatur: & est pulsus ille, qui a principio suæ pulsationis magnus apprehenditur, secunda aũt eius pulsatio consequenter minor prima percipitur, nec cessat a tali diminutione pulsationũ, donec quasi ad nihilũ deuenerit: adeo ꝙ interdum vltima sensui percussio occultatur, & interdũ minime. Et ex hoc quidem comparat ipsum caudæ soricis: quoniam continue post eius magnitudinem minuitur & subtiliatur, sicut & cauda soricis. & huiusmodi quidem pulsus dispositio reuertitur interdum, & interdum nequaquam, s. ad primam dispositionem, & ordinem. Et postquam retulit differentem, & inæqualem in pluribus percussionibus, refert consequenter inæqualem in vna percussione.

Est etiam ex eo, qui differens seu diuersus in vna percußione reperitur cum mensura quatuor digitorum. 247

Diuersus & inæqualis in vna percussione dr̄ ille, cuius partes sunt dissimiles in his generibus repertis in vna ꝑcussione arteriȩ reperta ĩ arteria: vt cũ erit

velocitas dissimilis vnius percussionis. & sic erit de alijs generibus. & hoc, qa D
erit arteria in principio sui motus multum velox, & in fine multum tarda: & econuerso. Et postquam ostendit quid sit differẽs in vna percussione, cuius sunt plures species, ex quibus quidam habent propria nomina, & quidem non, ideo inquit.

248 *Ex eo etiam est proportionatus alicui rei, & quidam sunt qui nulli rei referuntur. & sermo quidem noster erit nunc super nominatas.*

Ex his quidem speciebus sunt quædam nomen habentes & quædam non, & primæ quidem proportionantur & referuntur alicui rei. & nos quidem loquemur nunc de nomen habentibus.

249 *Ex his quidem est pulsus intercisus, &* [a] *[dominus coniunctionis,] ex his etiam est altus, humilis, & depressus.*

a. ex his est habens continuitatem

Ex sic diuersis vna percussione est ille, cuius percussio prius interciditur & finditur, & consequenter vnitur & iungitur. ex his etiam sunt, quorum partes quædam sunt altæ, quædam humiles, & depressæ.

250 *Ex his etiam est, in cuius percussione duo sunt ictus, & ex eis, in quo sunt plures.*

Hic pulsus similatur malleo, quo percutitur super incudem, & sola resistentia E
incudis per se: primo eleuatur, & cõsequenter per se percutit incudem iterato.

251 *Est ẽt ex eis vermicularis, & serrinus, similiter formicularis, & vndosus.*

Vermicularis quidem similatur vermi in motu suo, qui contingit ex debilitate virtutis nequeũtis arteriam impellere: qui quidem fortior est formiculari. Vndosus autem aquarum vndis assimilatur, & significat humiditatis dominiũ, & sudorem futurum. Serrinus vero assimilatur serræ dentibus: qui quidem habet attestari super apostemata in tunicis interiorum membrorum generat, puta super pleuresim, & alia ab eo.

252 *Ex his etiam est ille, qui tremulus dicitur: ex quo est significans super hecticam.*

Hic quidem pulsus, s. tremulus, significat super spasmum: & similis ei significat super hecticam.

253 *Omnis quidem pulsus genus continet duas species, & ambæ sunt contrariæ: inter quas est vna æqualis, quæ ex ambabus contrariis descendit seu reponitur in gradu.*

Omnis pulsus ex generibus prædictis continet sub se tres species: ex quibus F
duæ habent rationem extremorum, s. pulsus excessiuus in illo genere, & diminutiuus: & medius inter ambos est æqualis in illo genere.

254 *Inter species vero generalis diuersitas est multa, & non est æqualis, & media in diuersitate.*

Inter species, quas retulimus, sunt varietates, & alij ab eis habent medium.

255 *Ex pulsu temperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet, donec scias ex eo cui lateri æquatur, aut inæqualis efficiatur.*

Pulsus cuiuslibet cognoscitur per comparationem ad pulsum, æqualem complexionem habentis. Et medius quidem, & temperatus in illis generibus conuenit cum pulsu eius: inæqualis vero & intemperatus est ei dissimilis. vnde in comparatione eius ad aliud scitur versus quod genus egrediatur ab æqualitate, aut ad quem excessum, vel diminutionem declinet.

256 *Omnis pulsus egrediens a dispositione conuenienti dicitur comparari ad egressum complexionis eius.*

Egressus cuiuslibet pulsus a pulsu æquali est quidem secundum egressum cõplexionis ipsius a complexione æquali: idest declinatio pulsus illius erit secundum declinationem complexionis eius.

A *Scito esse varias species pulsuum in diuersis ætatibus, quatuor anni temporibus, & diuersis regionibus.* 257

Sciendum q diuersę sunt species pulsuum secundum diuersa tempora ętatum hominis, & secundum quatuor anni tempora, neq; non etiam secundum naturas varias regionum. & hoc quidem est necessarium, quoniam vnica complexio secundum diuersitatem ipsorum variatur.

Et etiam in diuersis complexionibus hominum, & habitudinibus: masculis, & mulieribus 258

Est etiam sciendum q diuersę sunt species pulsuum secundum diuersas complexiones hominum, & habitudines diuersas, id est secundum maciem, & pinguedinem: & etiam secundum maris, & mulieris complexionem. & hoc, quoniam pulsus naturalis diuersificatur etiam & variatur penes ista. vnde Medicus qui hoc ignorat, ignorat quidem pulsum ęqualem in quolibet hominum.

Pulsus velocitas cum magnitudine est in calido, sicut etiam & in ætate iuuentutis, & in masculo. 259

Pulsus calidę complexionis est velox & magnus. talis etiam pulsus est iuuenum, & masculorum: est enim calor excellens in istis.

B *Talis autem est in regione & habitatione meridionali, macro, prægnante, & æstate.* 260

Locus etiam meridionalis, et regio significat q prę multitudine caliditats suę pulsus quidem incolarum suorum velox sit & magnus. talis etiam est pulsus macri: & hoc ratione excessus caloris eius. & etiam pulsus pręgnãtis: ipsa enim calefit ex affinitate fœtus.

In frigido enim est pulsus paruitas, & tarditas: & consimilis quidem est in senibus, & [a] *[autumno.]* 261 a. hyeme

Pulsus enim frigidas complexiones habentium paruus est & tardus, contrarius s. pulsuum complexionum calidorum. talis etiam est pulsus senum, & autumni. & hoc ratione frigiditatis in his etiam ętatibus & tẽporibus dominantis.

Consimilis quidem est in mulieribus, & in pingui carnem laxam habenti, et talis etiam est in septentrionali. 262

Pulsus quidem mulierum paruus est & debilis: & talis etiam est hominis pinguis, cuius caro est laxa: & etiam habitantis in septentrionali.

Cuiuslibet sicci quidem pulsus est durus, & cuiuslibet humidi est quidem 263
C *pulsus mollis.*

Cuiuslibet hominis habentis complexionem siccã est pulsus durus: & cuiuslibet hominis habentis complexionem humidam est pulsus mollis.

Pulsus cuiuslibet habentis complexionem æqualem & temperatam similatur quidem pulsui perfecto ipsius veris. 264

Pulsus habentis complexionem ęqualem assimilatur pulsui veris iam perfecto. intelligit autem q pulsus cuiuslibet ex istis duobus sit ęqualis.

Quartum clima sequitur complexio prædicta. 265

Aequalis complexio sequitur complexionem quarti climatis secundũ ipsum. Veruntamen secundum opinionem Gale. quintum est tẽperatum, sicut diximus.

Pulsus infantis frequens est & mollis: pulsus autem senis est tardus & durus. 266

Pulsus quidem infantis est frequens propter calorem eius, & mollis ratione humidę complexionis eius: & e conuerso pulsus senis ratione suę frigiditatis est tardus, & durus propter complexionem ipsius naturalem, ratione scilicet cõplexionis ętatis eius.

Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem ferentis est valde plenus. 267

Omne corpus plenum humoribus habet pulsum valde plenum. D

268 *Omne corpus vacuum a materia habet pulsum illaudabilem, & vacuum.*

Omne corpus a materia humorũ vacuũ habet proculdubio pulsum vacuũ.

Signa a Sputo.

269 *PEctus, & pulmo sunt organa animæ: quæ si quidem sana fuerint, vitæ conseruabuntur.*

Pectus, & pumo sunt organa expirationis & anhelitus. & hoc ideo, qm̃ cum dilatatur pectus, dilatatur, & pulmo ipsius versus latus, trahens ipsum ex necessitate ablationis vacui. vnde cum pulmo sit dilatatus & ampliatus, ingreditur aer in eum, sicut ingreditur in follem post sui dilatationem. cum autem constringitur pectus, constringitur & pulmo, et per consequẽs egreditur ab eo, sicut egreditur a folle cum constringitur & premitur artificialiter. & addit ꝙ semder cõseruantur vitę, quandiu pectoris & pulmonis dispositio conseruatur.

270 *Si operationes eorum declinant ad aliquam malitiam, cor si quidem ignietur ex sui inflammatione.*

Si prædicta organa declinent a suis operationibus ęqualibus & naturalibus, proculdubio cor sui calefactione inflammabitur: calor enim cordis attemperatur, & infrigidatur per anhelitum. E

271 *Et sputum quidem habet significare super accidentia pectori contingentia in quacunq; ægritudine eidem contingente.*

Cum accidit aliquis morbus pectori, sputum quidem cum tussi habet super dispositionẽ illius pectoris in illa ęgritudine attestari: & potissime in apostematibus eius, id est in apostematibus velaminis ipsius pectoris, et similiter pulmonis.

272 *Ablatio sputi proculdubio super principium attestatur: significat enim ꝙ a [materia in* multo est digesta]*

a *dispositio digestionis in eo nõ incœpit. *al. cod. leg. nullo

Pleureticus est ille, in quo simul quatuor accidentia vniuntur, s. dolor lateris pungitiuus, febris acuta, tussis, & sputum. & ait ꝙ ablatio sputi in principio huius morbi indicat morbum ipsum esse in principio. & hoc, quoniam sputum est superfluum eius, quod dissolutum est in apostemate in pectore: propter quod priuatio sputi significat hunc morbum esse in principio, & ꝙ nihil dissoluatur ex eo per uiam digestionis.

273 *Si autem fuerit paruum & tenue, habebit super digestionem debilem attestari.* F

Si fuerit sputum tenue, significat super debilitatem digestionis materię apostematis, quę est causa morbi.

274 *Si vero fuerit medium & æquale, in hoc quidem significatur ꝙ morbus iã ad medium augmentum peruenerit.*

Si sputum quidem inter tenuitatem & spissitudinem medium fuerit, proculdubio morbus iam peruenit ad medium temporis augmenti. sunt enim quatuor morbi tempora, sicut adhuc dicam, scilicet tempora principij, augmenti, status, & declinationis.

275 *Si autem fuerit multum spissum, tunc proculdubio est morbus in statu.*

Si sputum multum fuerit grossum, indicat ꝙ morbus sit in statu.

276 *Tenuitas etiam sputi significat ꝙ humor faciens morbũ leuis sit, & subtilis.*

Tenuitas quidem eius quod spitur, significat ꝙ humor, ex quo fit apostema, sit tenuis.

277 *Tale etiam significat ꝙ morbus sit velocis & citæ* b *[digestionis]. Si vero fuerit grossum, significabit supra contrarium, & tardum.*

b. exiccationis vel resolutionis.

Sputi tenuitas significat super velocem dissolutionem morbi: grossum autem

A spurum significat super contrarium, s. super humorem grossum, & tardam dissolutionem, & consumptionem morbi.

Nigredo sputi [a] [ ] *significat super violentiam vstionis.* 278

Sputum quidem nigrum significat φ super patientem dominetur complexio cholerę nigrę vstę: & talis cholera mouetur: & ideo tale spuitur sputum. a. splēdentis

Sputũ vero viridis coloris significat super choleram citrinam, & porrinã. 279

Sputum viride significat super dominium cholerę * citrine: pro tanto ipsum est ex signis malis. * a.l. prasinę.

Sputum habens citrinitatem claram significat super choleram vitellinam. 280

Omne sputum, cuius citrinitas vergit ad quandam albedinem, significat proculdubio super quandam speciem cholerę rubeę, quę vitellina dicitur: & ipsa quidem est minus mala quam viridis.

Sputum album significat super humorem phlegmaticum. Et rubeum super sanguinem. Et sputum cuiusq; fœtidum est proculdubio putrefactionis significatiuum. 281

Intellexit φ in habente sputum fœtidum, & mali odoris, est signum, φ pulmo est corruptus. tale autem sputum accidit phthisicis prope mortem.

B *Omne sputũ sine fœtore significat φ in eius pulmone nulla sit putrefactio.* 282

Omne sputum, immune ab horribili odore & fœtido, significat quidem φ pulmo non incurrerit aliquam putrefactionem.

Si sputi figura rotunda sit, & cum hoc patiens febrem patiatur, hoc erit quidem ex signis, φ [b] *[in diaphragmate eius sit apostema.]* 283 b. in birsem ceciderit

Ferunt Medici φ sputum rotũdum & globatum significet super phthisim. ego tamen non ero de primis dicentibus hoc, φ significet super diaphragmatis apostema. Intellexit autem hoc apostema, quod dicitur Arabice birsen. Quod si cum prędicto sputo erit febris valde vrens, significat super saniei generationem in diaphragmate. si vero cum eo assit febris lenta & chronica, significabit quidem super phthisim. & hoc quidem intellexit in hoc dicto suo.

Si patiens non cessauerit tussire, iam quidem incidit in phthisim. Sputum autem egrediens sine tussi & difficultate, significat super perfectam digestionem [c] [ ] 284

Sputum quidem significãs super perfectam digestionẽ, est illud, in quo quinq; sequentes conditiones vniuntur, s. φ sit album, spissum, & coniunctum, & sine tussi laboriosa egrediatur, & sine fœtore seu odore horribili. c. & est ĩ eo albedo, grossities continua vł ęqualis, sine putredine eueniens primo

C

Rememoratio signorum sumptorum ab operatione Hepatis.

Generatio quatuor humorum est in hepate, ex cuius augmento augetur humor in corpore. 285

Generatio quatuor humorum est in hepate: et cum augetur eorum generatio, in eo augentur & humores ipsi in corpore toto.

Omne membrum ratione ipsius augetur: est nihilominus in ipso membro propria operatio. 286

Intellexit φ omne mẽbrum in corpore ratione hepatis augeatur: & φ nihilominus mẽbra nutriẽtia sint, id est in nutrimento ex propria operatione eis appropriata, agentia. Est ergo prędicta operatio in eis rõne hepatis: hoc est dictu, φ quia hepar est fons virtutis naturalis, sunt per ipsum virtutis naturales in reliquo corpore: vnde egrediuntur & suguntur ab eo, sicut sunt & vitales a corde, & sensitiuę a cerebro. Hoc tamen est secundum opinionem Hippocratis, Galeni, & Platonis.

287 *Ex vapore autem ipsius fit spiritus.*

Ex vapore quidem in hepate existente fit spiritus naturalis, quo quidem mẽbra suas exercent operationes naturales. hęc autem minime sensu percipiuntur. sed est dictum, ad quod opinione solum attingitur. hanc autem opinionem sum alibi perscrutatus.

288 [a] *[Ex reliquo corpore seu humore eius] sano fit corpus sanum. est autem humor sanus, cum hepar sanum fuerit.*

a * Ex humore mundo fit corpus sanũ. ex humore enim

Sanitas corpois stat in sanitate hepatis. sanitas enim corporis stat per sanitatẽ humorum, cum s. existunt secundum naturalem dispositionem. talis autem sanitas humorum ex sanitate hepatis est.

289 *Et aquæ quidem deuehunt cibum ad ipsum: miscenturq; cuilibet humori super eum dominanti.*

Aquę quidem in potu sumptę deuehunt, & penetrare faciunt cibum sumptum ad hepar, & cum humoribus super eum dominantibus commiscentur.

290 *Aquæ etiam mittuntur ab ipso hepate ad eius colatoria: & ipsæ nihilominus cum humoribus commiscentur.*

Hepar quidem separat aquam in potu sumptam, postquam ad ipsum peruenerit ab humoribus: & impellit eam ad renes, & renes ad vesicam. commiscetur nihilominus cum humoribus, idest cum modico ex eis. E

291 *Et ipsa quidem aqua fert secum colores eorum,* [b] *[necnon etiam omne illud, quod est necessarium in declaratione & significatione eius.]*

b. & qđ ab eis ĩ ipsa imprimitur manifestaturnobis

Hoc, quod dicitur, est notum. nam aqua in potu sumpta, & per vrinam emissa, fert secum colores humorum in corpore existentium, & ideo significat super dispositionem & esse * ipsius.

* a. l. eorum.

292 *Et proculdubio quicquid diximus est manifestũ, super cuius veritatem sensus etiam attestatur. sunt enim apud nos ex vrina significationes significantes qualis sit processio patientis.*

Hoc quod dixit est manifestum ex eo quod pręcessit, quoniam cum vrina ex humoribus sibi commixtis fuerit tincta & colorata, habet quidẽ super eosdẽ necessario attestari. Et in summa, quoniam ipsa est superfluitas digestionis vniuersalis, quę fit in hepate, habet quidem significare super dispositionem totius corporis generalem.

De Vrina, & primo de coloribus. F

293 *Albus color vrinæ est ex signis super multitudinem cibi & potus, seu nauseatiuam satietatem significantibus, aut super dominium frigoris, vel humiditatis phlegmaticæ, aut super fluxum vrinæ, vel oppilationis hepatis.*

Color quidem albus significat super multitudinem cibi & potus, aut super destructionem digestionis in stomacho, aut super dominium frigoris, vel super dominium humoris phlegmatici, aut super fluxum vrinę, i. egressum eius inuoluntarium, in tali enim fluxu egreditur vrina alba & indigesta: vel super oppilationes hepatis, quoniam oppilatio est ex prohibentibus digestionem, neq; potest tunc grossum ex vrina per vias suas penetrare, sed solum subtile & aquę propinquum in colore.

294 *Cum autem vrina videtur modicum citrina, significat quidem super paruitatem choleræ: sed cum est in colore ignea, significat super multitudinẽ cholerę.*

Hoc etiam est per se notum: quoniam cum vrina exit cum parua citrinitate, significat quidem ꝙ parua cholera fuerit ei commixta, & per consequens ꝙ non sit multa in venis & hepate. cum autem est multum tali citrino colore tincta, significat quidem super multam choleram rubeam,

A *Et color quidem clarus sub rubeo ponitur: in eo tamen est amplior cholera rubea.* 295

Color quidem vrinę, qui clarus dicitur, i. rubeus purpureus, qui quidem commixtione cholerę citrinę contingit, existit sub rubeo igneo; in rubeo tamen est amplior cholera citrina & ignea.

Valde autem rubeus erit color eius a natura sanguinis: nisi tamen fuerit talis ex assumptione croci, aut applicatione alicuius tingentis, ut alcannę, aut ex colica. [a] [ ] 296

a. aut ex febre.

Color valde rubeus vrinę significat quidem super mixtionem sanguinis cū ea, & dominium ipsius in corpore: nisi tamen ille, cuius est, comederit aliquid, quod sic eam tinxerit, vel super corpus suum applicauerit: sicut alcannam, & similia, aut fortem dolorem, sicut colicę, passus fuerit.

Si autem videatur nigra, postquam visa fuerit fusca, significabit quidem super fortem algorem: si vero talis appareat, postquam præcessit valdè rubea, significabit super fortem humoris vstionem. 297

B Si nigredo appareat in vrina, postquam pręcessit fusca pallida, significabit quidem super valde fortem algorem, & frigiditatem complexionis patientis. si vero appareat post vltimatam rubedinem, significabit super inflammationem, & vstionem humorum patientis. Et quęlibet quidem ex ambabus vrinis istis significabit super mortem eius cuius est. & hoc, quoniam vltimata frigiditas nigrum facit, sicut & vltimata caliditas.

Indica autem super morbum ex colore vrinæ: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente, puta olcribus, casia fistula, & omni re eam breuiter tingente, sicut almuri, & similibus. 298

Vrina quidem significat per colorem suum super species humorum in corpore existentium, & super eorum quantitatem, ex quibus quidem morbi fiunt. cū igitur morbi ex eis generentur, decet ꝙ Medicus iudicet per colorem vrinę super speciem morbi, seu causę eius: nisi tamen color eius ex re assumpta contigerit, vtpole almuri, cassia fistula, & similibus.

Rememoratio substantiæ vrinæ.

C *Tenuitas quidem substantiæ in vrinis significat super paruitatem digestionis.* 299

Tenuitas quidem substantię vrinę significat super paruitatem digestionis, & eius debilitatem. & hoc, quoniam debilitas digestionis ex debilitate decoctionis contingit. de natura autem decoctionis est, ꝙ habeat aquam ingrossare. pro tanto tenuitas vrinę super ipsius cruditatem, & digestionis debilitatem habebit significare.

Et proculdubio efficitur vrina tenuis [b] *[per corruptionem cibi,] & oppilationem hepatis, & apostema.* 300

b. post nauseatiuam satietatem

Hęc autem omnia, s. cibi corruptio in stomacho, oppilatio, & apostema, impediunt & etiam auferunt decoctionem cibi. cum autem non decoquitur cibus, egreditur vrina alba & cruda.

Vrinæ autem grossities significat super digestionem, aut super multitudinē humoris phlegmatici in corpore existentis. 301

Vrinę grossities significat super vim & fortitudinē digestiuę, aut super grossitiem materię. & primum quidem attestatur super sanitatem: sed secundum super morbum & ęgritudinem.

a.* de hypostasi.

Rememoratio [a] [fæcis hypostaticæ tripliciter variatur ex colore, loco, & substantia.] D

302 *CVm hypostasis videbitur alba in colore, significabit quidem super salutem infirmorum.*

Hypostasis quidem est superfluitas digestionis humoris, quem natura digerit. vnde cum est alba, significat ꝙ natura iam superauit humorem illum, & eius decoctionem iam perfecit. Est enim albedo signum laudabile, & super digestionem significans. quoniam impossibile est, quin venarum sanguis prius dealbetur ꝙ venę eo nutriantur. & ideo cum albescit hypostasis, significatur quidem ꝙ humor efficiens morbum iam recipit decoctionem bonã & laudabilem. hoc enim contingit ei ex propinquitate naturę suę ad naturam sanguinis. & ob hoc sanies etiam alba laudatur in apostematibus, & alia ab ea vituperatur.

303 *Si autem color eius appareat citrinus, hoc erit ex acumine choleræ rubeæ.*

Cum videbimus hypostasim citrinam in colore, significabit proculdubio super acumen cholerę citrinę: neque non etiam ꝙ ipsa dominetur plus cęteris humoribus ipsi naturę. E

304 *Si vero appareat rubea velut* [b] *[sanguis, significabit proculdubio super malitiam digestionis ipsius sanguinis.]*

b. res habẽs colorẽ valde rubeum, tunc est propter malitiã digestiõis ęgritudo sanguinea.

Hypostasis quidem rubea sicut sanguis significat super dominium sanguinis, & malitiam digestionis, propter excedentem quantitatem eius. non enim accidit nocumentum sanguini ex sui * qualitate scilicet inquantum est sanguis. pro tanto retulerunt Medici ꝙ hę vrinę significant super salutem patientis, & morbi longitudinem.

305 *Et si talis dispositio ipsius prolongetur, neque uarietur, erit ex hepate apostemato.*

* a.l. quantitate.

Si apparitio hypostasis rubeę prolongetur vel producatur cum febre, significabit proculdubio super apostema hepatis: hoc tamen nescio ex dictis Galeni, vel Hippocratis. si verum confirmetur experimento, habet quidem colorem veritatis, & probabilitatis.

306 *Et si fuerit nigra post intensam rubedinem, & petens fundum, postquã prius apparuerit in alto, significat quidem ꝙ iam peruenit patiens ad hoc, ꝙ anima separetur ab eo, & potißime cũ casu virtutis: neq; est spes de eo aliqua, neq; potest ei quicquam proficere, cum sit mors propinqua ex* [c] *[uiolentia] ustionis.* F

c * ei d vehementiam

Si hypostasis incipiat nigrescere post magnam rubedinem, & cum hoc fuerit depressa in fundo vasis, postquam prius apparuit in superiori parte eius, et cũ hoc assit virtutis casus, significabit quidem super mortem proximam ex violẽtia vstionis, sicut dicit. & talis vrina apparet proculdubio in febribus vrentibus perniciosis.

307 *Et si appareat nigra post eius fuscedinem, præter quòd morbi materia sit acuta, & potissime si cum tali fuscedine adsit aliquod signum laudabile, & radix morbi fuerit ex melancholia, significabit quidem super morbi consumptionem, & hoc secundum plurimum.*

Si hypostasis incipiat nigrescere in colore post eius fuscedinem, pręter ꝙ in morbo fuerit acutum aliquod, & fuerit principium morbi ex cholera nigra, significabit quidem ꝙ morbus sit iam consumptus: & maxime si cum hoc assit aliquod ex signis laudabilibus, quorum consequenter memoriam faciemus. & hoc est quod dixit, ꝙ hoc est secundum plurimum totius vrinę, & non contingit solum secundum hypostasim eius.

308 *Si appareat nubes supernatans in superiori parte vasis, significabit super*

A *cruditatem, licet sit in ea aliquid digestionis, quæ ex ventositate commiscente se ei impeditur, & inde sursum eleuatur.*

Cum nubes supernatat in vrina, significat quidem super cruditatem, licet sit in ea aliquantula digestio. Causa autem eius, quare sic natat in superiori parte vasis, est ventositas inclusa in hypostasi, quę nequit dissolui: pro tanto prohibet descensum eius ad fundum vasis, & ob hoc dicit, ꝙ sit in ea cruditas, hoc autem signum apparet in vrina a principio, dum incipit digestio fieri. Cum autem hypostasis alba fuerit, significat super sanitatem.

Et scito quòd si videatur pendere in medio, ꝙ parua ventositas est in tali hypostasi. 309

Si in medio vrinę pendeat nubes, scito ꝙ parua ventositas in ea sit, & etiam ꝙ ipsa sit in medio digestionis suę.

Et scito ꝙ si præeunte citrina, fuerit alba, lenis, & coniuncta, & inferius depressa, & talis continuo appareat, ꝙ digestio morbi sit completa. 310

Si hypostasim citrinam apparet lenis, alba, & coniuncta in partibus, residēs in fundo, & talis continuo apparet, i. ꝙ non efficiatur citrina, postquam post citrinam alba fuerit visa, & post consequenter redeat iterato ad albedinem, scito
B ꝙ tunc iam fuerit digestio perfecta, & ꝙ morbus iam peruenit ad statum suum, & ꝙ incipit declinare. Est ergo scitum satis ꝙ hę tres conditiones coniungantur. scilicet albedo, lenitas, & ipsius depressio in fundo vasis: quę quidem significant super perfectionem digestionis laudabilis. albedo.n. est signum laudabilis decoctionis: & similiter coniunctio partium, & ipsius lenitas quantum significant super perfectam ipsius decoctionem: non tamen inquantum est superfluitas, sed quia non remansit in ea nisi pars terrea. de natura enim partium terrearum est ꝙ petant fundum. & in summa superfluitas cocta & digesta grauis est, lenis est indigesta, sicut patet in muchis, & polypis a naso descendentibus.

Rememoratio substantiæ.

CVm [a] *[antem apparet hypostasis non continuata,] significat super debilitatem virtutis.* 311

a * hypostasis incipit apparere, et nō perseuerat, sed desinit apparere,

Si hypostasis vno die vel duobus appareat, & consequenter cesset apparere, & iterum post appareat iterato, significabit quidem super virtutis debilitatem ex priuatione operationum ipsius: vnde apparitio hypostasis attestatur super
C potentiam in operationibus suis.

Si vero fuerint contenta in ea similia fragmentis hordei, significabit quidē super rasuram venarum. sed si assimilentur furfuri, & [b] *[sine] fœtore, significabit vlcera vesicæ. si autem similentur squammis metallorum, significabit super ustionem &* [c] *[laminationem continentem.]* 312

b * cum

c * incisionē vel rem incidentem,

In omnibus quidem his speciebus illaudabilis est hypostasis, in qua operatus est calor extraneus: cuius est operatio contraria operationi, quam operatur calor elementalis & naturalis. Et hypostasis quidem similis fragmentis hordei significat quidem ꝙ calor extraneus in tantum venas dissoluerit, ꝙ eas corroserit. hoc etiam significat furfurea, si fuerit sine fœtore, & cum febre. sed si fuerit cum fœtore & sine febre, significabit vlcera vesicę. Hypostasis similis battituris, & squamis metallorum significat quidem super violentiam dissolutionis, & rasurę venarum.

Si sanies appareat in vase, significabit super apertionem apostematis. 313

Apostema durum, dictum Arabice dubaylet, est apostema intrinsecum, difficilis digestionis & maturationis. est enim de genere apostematum exteriorum durorum scirrhoticorum. & plurimum cum egreditur saniens in vrina, accidit hoc ex dubaylet in membris cibi, & vrinalibus, &c.

314 *Si uero prolongetur egressus eius cum sanguine corrupto, significabit super apostema phlegmonicum.* D

Plegmone secundum Medicos est apostema, super quod sanguis dominatur. pro tanto patiens hoc apostema mingit sanguinem corruptum.

315 *Cum autem hypostasis petit fundum, & spermati similatur, est quidem ex humore grosso, & crudo. & si cum eadem sit arena mista, scito illum cuius est, esse calculosum.*

Differentia vero inter hanc hypostasim & vere albam supra dictam potest quidem haberi ex sui figura & substãtia. & hoc, quoniam ista est viscosa in substantia, non autem primę hypostasis albę est acuta, non autem huiusmodi.

Rememoratio odoris.

a * Multitudo vel fortitudo

316 a[PRiuatio quidem] *fœtoris contingit ex priuatione coctionis & digestionis, aut ex indigestione, ratione cibi indigestibilis.*

Priuatio fœtoris in vrina contingit duabus de causis; quarum vna est indigestio; alia est, quia natura rei digestibilis grossa est non recipiens digestionem. E

317 *Omne illud, quod est vltimati fœtoris, est vltimatæ corruptionis,*

Fœtor quidem vrinę est corruptionis magnę signum existentis in corpore eius, cuius est vrina. vnde omne vltimati fœtoris significat super corruptionem vltimatam.

318 *Si autem odor eius sit extraneus, horribilis, scito illum cuius est, pati morbum vesicæ.*

Si fœtor vrinę fuerit horribilis, valde extraneus significabit proculdubio vlcera vesicę; de natura enim horum morborum est, ꝙ sit in eis odor malus et extraneus. & insuper malitia huius odoris diuersificatur in generali secundum malitiam corruptionis eius. Pro tanto inquit secũdum opinionem Gal. si odor eius fuerit corruptus & extraneus, &c. intelligit ꝙ fœtor eius non sit in gradu aliarum rerum corruptarum.

319 *Iam quidem retuli genera vrinæ simplicia: ex dictis vero meis poterit quis vti in iudiciis compositorum ex eis.*

Quatuor sunt genera vrinę simplicia, de quorum quolibet locutus est in particulari, vtpote de signis sumptis a colore vrinę, substantię, hypostasis, et odore. vnde inquit, iam retuli signa simplicia: ex dictis vero meis poterit quis vti in hoc per se super signa ex eis composita: idest ꝙ ex dictis suis poterit quis scire super quid habeat significare, cũ erũt iuncta in vrina plura ex dictis generibus. F

Rememoratio signorum sumptorum a Fæcibus,
b [& primo a quantitate.]

b* ———

320 I*Nterdum attestantur fæces super stomachum, & interdum super intestina, & ipsum hepar.*

Fæces quidem attestãtur super dispositionem stomachi, intestinorum, & ipsius hepatis. sunt enim superfluitates ipsorum membrorum.

321 *Fæces quidem minuuntur ratione magnæ transmutationis alimenti, cum conuertitur in membris: nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis, & attractiua fortis, ratione alicuius nocumenti contingentis. & hoc quidem significat repletionem corporis patientis ex malis humoribus.*

Parua quidem quantitas secum egredientium significat super magnam transmutationem cibi. cum enim transmutatio cibi in membris augetur & magnificatur, tunc

A catur, tunc quidem fæces minuuntur: & hoc quidem significat super fortitudinē attractionis attractiuæ, ratione alicuius nocumenti eidem cōtingentis. vnde hoc accidens significat, ꝙ corpus patientis sit plenum superfluitatibus calidis. quare causa est, cum in eo fortificatur attractiua: & hoc, quoniam cum superfluitates calidæ augentur in corpore, necessitant proculdubio dissolutionem: & inde contingit excessus, & dominium virtutis attractiuæ.

Si autem fuerint magnæ in quantitate, erit quidem signum ꝙ cibus nō præbeat augmentum corpori, aut ꝙ cibus non præbeat augmentum corpori, aut ꝙ attractiua sit in eo debilis et diminuta, et expulsiua fortis ratione alicuius morbi vel nocumenti. 322

Si vero fæces fuerint maiores debito secundum ordinem naturalem, significabunt quidem super alterum ex duobus, s. aut ꝙ cibus non cōuertitur in corpus, sicut dicit, & ꝙ membra ipsius non suscipiant iuuamentum ex eo ratione alicuius malitiæ, aut ꝙ attractiua hepatis debilis sit & diminuta, & expulsiua stomachi & intestinorum fortis sit & excedens. & hoc ratione alicuius morbi contingentis membris prædictis.

Si autem fæces fuerint albæ, erit oppilatio[a] *[vel scirrhosis] in meatibus cy-* 323
B *stis fellis. Et icteritia quidem est ex significantibus super hoc sensibiliter. sub* a*——
hoc etiam genere est vrinæ citrinitas: nisi cum corpus humore phlegmatico, vel mala complexione frigida inficiatur.

Postꝙ ipse perfecit capitulum de signis ex quantitate fæcum, incipit nūc loqui de signis sumptis ex qualitate earum. Incipit autem in hoc a colore earum, & dicit, ꝙ si fuerint fæces albæ, significabunt super vnum ex duobus, s. ꝙ oppilatio vel scirrhus sint genita in meatibus cystis fellis. quod quidem cōfirmatur, si icteritia super patientē appareat, & vrina sit valde citrina. Cum enim meatus cystis fellis sunt oppilati vel clausi, tunc quidem nequit trāsire ad ipsam cystim fellis, pro tanto regurgitat tunc ad hepar & venas, & natura demum impellit eam ad cutim, & contingit inde icteritia. Cū enim peruenit cholera ad cystim fellis, corrumpitur, vt dictum est, neque mittit quidem ipsa cystis ad intestina quod ex ea consueuit delegare ad ipsa, pro tanto egreditur fex cibi albi coloris. & quia si causetur cholera citrina in hepate, egreditur quidem cum his accidentibus vrina multum in citrinitate tincta, & inde proculdubio significat super icteritiam. Secundū autem, super quod attestantur fæces prædictæ, est dominiū humoris phlegmatici in corpore, vel malæ complexionis frigidæ: quod quidē contingit ex diminutione vel priuatione choleræ rubeæ. hoc autem significat
C super corruptionem & destructionem corporis. hoc enim contingit ex * corru- * a. l. domi-
ptione vnius ex quatuor elementis, vel humoribus corporis. nio.

Si vero appareant rubeæ vel ignitæ, significant super excessum, & dominium choleræ rubeæ. 324

Cum quidem fæces intensa rubedine tinguntur, significant quidem super dominium choleræ rubeæ, ex complexione eius, cuius sunt generatæ.

Sed si similentur porro, aut viridi æris in colore, significabunt quidem morbum, & malitiam magnam. 325

Si fæces colorētur colore simili colori porri, aut viridi æris, significabūt quidem super magnum periculum patientis & malitiā morbi. tales. n. fæces significant super excessum & dominiū vnius ex duabus speciebus choleræ. de quibus quidem duabus speciebus choleræ dixerunt ꝙ cæteris speciebus eius sunt deteriores, & ꝙ significant super vehementem vstionem.

Cum autem apparebunt nigræ in colore, hoc quidem continget ex forti & antiqua frigiditate corporis cuius sunt: & si tales appareant in morbo acuto, significabunt super mortem futuram in propinquo. 326

Si fæces appareant nigræ, significabunt magnā frigiditatē patiētis ab antiquo

generatam. & ob hoc humor niger dominatur in corpore ipsius. & ait ꝙ cũ tales fæces apparent in violenta & acuta ægritudine, ꝙ significant super propinquam. Hippocrates autem inquit, ꝙ in principio morbi cum tales apparẽt, mortem & malum denunciant. D

327 *Si autem fæces fuerint duræ, significabunt super fortitudinem attractiuæ, aut super calorem vrentem, vel super cibum stypticum, et constrictiuum.*

Si appareant fæces duræ, hoc quidem contingit altera ex tribus causis, s. ex dominio & fortitudine attractiuæ hepatis, aut ex forti calore fæces indurante & exiccante, aut ex cibo, qui habet natura sua ventrem constringere & cõstipare, idest ex cibo duro, arido & sicco.

328 *Si vero fuerint fæces molles, et liquidæ, non erit fortis attractiua in corpore, aut in corpore erit frigiditas mala, aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis, vel ex cibo qui soluit uentrem, et mollificat per naturam suam.*

Tribus quidem causis apparent fæces molles & liquidæ. quia aut attractiua hepatis est debilis, aut quia excedẽs frigiditas dominatur super membra digestionis, aut quia patiens comedit cibum, qui de natura sua laxat & mollificat ventrem: & quandoque contingit hoc ratione humorum & superfluitatum ad ipsas infixarum. E

329 *Si differatur et tardetur egressus fæcum post cibum sumptum, hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum, aut diminutione et debilitate expulsiuæ, aut forti frigiditate, aut ex ventrem necessario constringentibus.*

Postꝗ̃ locutus est de quantitate fæcum, & qualitate, incipit nunc loqui de tẽpore & hora exitus earum. Vnde inquit, si differatur egressus fæcum, & tardior solito efficiatur, erit quidem causa huius: aut quia intestina cum difficultate digerunt eas, & hoc ratione alicuius morbi & nocumenti existentis in eis, vel ratione grossitiei cibi earum: aut quia diminuta est expulsiua ratione excedentis frigiditatis existentis in mẽbris digestionis, pro tanto etiã producitur tempus digestionis seu egestionis: aut ratione aliquorum ventrem constringentium de necessitate: & hæ quidẽ sunt causæ colicæ. contingit etiam ex apostemate, oppilatione, ventositate, & humore grosso & viscoso.

330 *Si autẽ citius debito egrediantur, hoc quidẽ erit ratione cibi nõ constrictiui, sed potius per naturam suam mollificantis et* [a] *[soluentis: et] aut ratione humorum et humiditatum ad eas fortiter impulsarum: vel ratione meseraicarũ non sugentium, et attrahentiũ: aut ratione nocumentorũ in intestinis contingentiũ, vtpote apostematis vel ulceris, aut corruptionis digestionis, et aliarum specierum morborum eisdem contingentium.* F

a * lubricantis.

Egressus fęcũ citius debito cã est vnũ horũ, quę retulit, vel plura vno. Nam hoc est aut rõne cibi mollificatiui & lenificatiui, puta maluę & similiũ: aut ex multis humoribus ad eas infusis: aut rõne debilis & diminutæ attractionis meatuũ sugẽtiũ, quę Arabice meseraicę dicũtur: & sunt venę, quibus hepar attrahit succositatẽ cibi ab intestinis, rõne malę cõplexionis frigidę, vel oppilationis in eis existẽtis: aut rõne alicuius morbi cõtingẽtis in ipsismet intestinis, sicut rõne vlcerũ in eis generatorũ. ipsa nãq; lędũt ea ratione fluxus, & infusionis contingẽtis eis ex stomacho: pro tãto nequeũt fęces tpe naturali, & debito retinere, quãdiu. s. cõsueuerũt, & ob hoc impellũt eas citius debito. Contingit hoc ẽt ex multa & magna humiditate in eis existente adeo cito faciente cibum ab eis lubricari, ne imprimant in eo aliam operationem manifestam. & hoc quidem est vna ex causis morbi noti in lubricitate intestinorum. hæc autem accidentia contingunt interdum stomacho. Contingit etiam hoc ex malitia complexionis sine materia. & hoc innuit cum dicit: & aliarum specierum morborum eisdem contingentium.

331 *Si egrediantur cum sono, significabunt super magnam uentositatem.*

A Hoc de se manifestum est & notum.

Si vero fuerint mistæ saniei.significabunt super apostemata in organis cibi existentia. 332

Organa cibi dicuntur ventres,in quibus coquuntur & sunt,scilicet intestina, stomachus, & hepar.

Sed si appareat sanguis cum eis,significabit quidem super vlcera, et [a] *[tinesmum.]* 333

a * excoriationem.

Proculdubio sanguis egrediens cum fæcibus significat super vlcera intestinorum,& compressionem forte,quæ tinesmus dicitur,si dolor assit intestinorũ, & ventris,nam si sit hoc absque dolore, erit hoc proculdubio ex apertione orificiorum venarum.

Si autem sunt multum fætidæ,significabunt super magnam corruptionem. Si vero velut oleum supernatat eis,significabũt super liquefactionem pinguedinis corporis,et [b] *[erunt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso.]* 334

b * si erũt odoris acetosi, tunc illud erit ex phlegmate acetoso.

Fœtor fæcum contingens est aut ex ratione corruptionis humorum corporis,aut ex malitia digestionis,oleoginositas earum autem contingit interdũ ex B dissolutione & liquefactione sepi,& adipis renũ:& interdum ex liquefactione pinguedinis totius corporis.& earum acetositas contingit ex melancholia.

Rememoratio signorum sumptorum a Sudore,[c][& primo a quantitate.

c * ——

SVdor multus in morbis[d] *[humidis factus,*[e] *[ ]est ex accidentibus vim & naturam ipsorum referentibus, neq; est sicut ille, ex quo sit iuuamentum.*

d * ——
e * significat super humiditatẽ, &

Sudor quidem multus est vnum ex accidentibus factis in morbis humidis, nec est sicut sudor factus in purgatione & mundificatione corporis, ex quo scilicet consequitur patiens iuuamentum:immo proculdubio significat super vim & naturam ipsorum,i.ꝙ sudor contingit ei omni die morbi,etsi non sint dies critici,& purgationis. 335

Superfluus aũt in ultimo cum casu virtutis patientis contingit proculdubio ex labore,et debilitate uirtutis,et naturæ,unde mors est in propinquo. 336

Sudor superfluus in vltimo cũ casu virtutis patientis nequaꝗ̃ est signũ laudabile C euacuationis:cuius causa est labor,& debilitas virtutis & naturę,cõtirgẽs ei ex fatigatione,quã passã est ex violẽtia & malitia morbi.pro tanto cũ apparebit talis sudor,significabit super mortificationem naturę, & virtutis.

Sed paruus sudor in morbis,super oppilationem et clausionem cutis,et grossitiem humoris,et debilitatem expulsiuæ,et paruitatem digestionis, et uentris mollitiem et fluxum significat. 337

Causa quidem parui sudoris in morbis est,aut quia porri cutis sunt clausi: aut quia humor faciens morbum est difficilis digestionis,& difficilis dissolutionis: aut quia virtus expulsiua est debilis:aut quia virtus digestiua est debilis : aut quia virtus digestiua est debilis:aut quia venter patientis est laxus. & interdũ coniunguntur omnes hæ causæ,aut plures ex eis.

Si appareat sudor valde albus in morbis,significabit super humorẽ phlegmaticum Si uero sit citrinus,significabit super choleram citrinam. Et *si niger, super melancholiam.Si autem sit rubeus,erit morbus ex sanguine.* Et *similiter præbet nobis signa suo sapore.* 338

Quia sudor est superfluitas tertiæ digestionis factæ in mẽbris:ideo color eius significat humorem in corpore dominantem, & hoc, quoniã superfluitas cõse-

quitur ex necessitate colorem humorem dominantis in corpore eius, cuius est D
superfluitas. & intellexit ex dicto suo, cum dixit: Et similiter præbet nobis signa suo sapore: ꝙ sudor etiam suo sapore super naturam humorum dominantium attestatur. Vnde sua dulcedine significat super dominium sanguinis, & sua amaritudine supra choleram, & sui salsedine super phlegma salsum, & sui acetositate super acetosum, & sui insipidate super insipidum, & sui acerbitate & austeritate super melancholiam.

339 *Sudor subtilis contingit ex subtilitate humorum, & grossus ex grossitie eorundem.*

Hoc quidem est notum: manifestum enim ꝙ subtilis significet super subtilitatem humorum, & grossus super grossitiem eorūdem. necesse est enim, vt superfluitas assimiletur ei, cuius est superfluitas.

340 *Si autem fuerit vniuersalis in toto corpore, est bonus. sed si sit particularis & specialis in vno loco, est malus, & illaudabilis.*

Si sudor accidens in aliquo ex diebus morbi fuerit per totum corpus vniuersalis, erit bonum signum & laudabile. si vero sit solū in vno loco corporis, erit malus. Nam ꝙ fiat vniuersaliter per totum corpus, hoc quidem est ex dominio naturæ super humorem facientem morbum, & dissolutione & emissione ipsius B
per sudorem. Quod autem fiat solum in vno membro, hoc quidem contingit ex pugna & violentia expellendi nocumenti humoris in loco illo.

341 *Qui etiam contingit tempore suo vna cum circuitibus et paroxismis febriū, aut in die critica, est quidem bonus & laudabilis, contrarii autem bonitas longinqua est & remota.*

Sudor accidens tempore laudabili est ille, qui accidit in die critica, aut qui cōtingit vna cum circuitibus & paroxismis febrium: hoc est sudor, per quem febris dissoluitur, & totaliter est bonus & laudabilis: & contrarius illaudabilis, & est ille, qui accidit in die non critica, nec in circuitibus febrium.

Rememoratio signorum Prognosticorum [a] [generalium.]

a * ———

342 *PRognosticatio diuiditur in referentem & significantem morbum futurum generari in sano, & in significantem, quod debet contingere patienti in morbo suo.*

Signa prognostica super illud, quod est futurū, diuiduntur in duas species: quarum vna est signorū prognosticantium morbum futurum generari in sano: & F
secūda est signorū prognosticantium super illud, quod est futurum patienti ex bono, vel eius contrario.

343 *Signa autem referentia super ægritudinem futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem, vel euacuationem cerebri, aut residui corporis.*

Signa significātia super morbos fururos sumuntur ex accidentibus in corpore apparentibus super multitudinem humorum in eo, aut super ipsorum diminutionem significantibus. & hoc qm̄ morbi accidunt ex his duabus speciebus, scilicet ex augmento & diminutione humorum in corpore existentium.

344 *Significat autem super repletionem quies, multitudo cibi, raritas balnei, et exercitii: ex his nanque accidentibus contingit repletionis ægritudo, & his contrariæ prognosticant super [b] [intentionis] ægritudines.*

b * diminutionis, vel inanitionis.

Accidentia super repletionē attestātia sunt velut quies, & assumptio multi cibi & rarus introitus balnei, & diminutio exercitij. Hęc aūt omnia sunt causæ efficientes morbos de repletione, vocauit tn̄ ea accidentia, eo ꝙ sunt Medico

A signa, & sunt secundū veritatem causæ continuæ repletionis penes virtutem: et eis contraria sunt causę diminutionis humorum.

Signa Repletionis, & primo secundum virtutem.

Genus repletionis diuiditur in repletionem penes virtutem animæ, quæ si fuerit respectu immutatiuæ, & digestiuæ, nequaquam erit appetitus comedēdi laudabilis, eritq; egestio mollis & liquida, neq; erit digestio in vrina. 349

In hac arte notat repletionem. & diuiditur primo in duas species. Quarū vna est, cū humores graues sunt & multi, respectu tñ virtutis corporis: verū nō sunt multi & absolute excedentes respectu sui: & hæc quidē repletio nota est, quæ scilicet dicitur repletio penes virtutem. Secunda etiam est nota, quæ dicitur repletio penes concauitates organorum. hoc autē est cum sunt humores multi per se & absolute. Incœpit autē primo a specie repletionis penes virtutē. vnde inquit, ꝙ genus eius diuiditur primo penes animæ virtutes. nā ex ea est quædam respectu virtutis immutatiuę, super quam repletionē significat appetitus cibi malus & illaudabilis, egestio mollis & liquida, & priuatio digestionis vrinæ.

B *Significatur autem super repletionem respectu virtutis motiuæ, ex grauitate & lesione motus.* 346

Significatur autem lædi virtus motiua secundum locum: eo ꝙ lædatur & grauetur faciens ex motu locali.

Si autem sit repletio respectu pulsatiuæ, erit quidem patens debilitas, & pigritia pulsationis eius. 347

Si vero repletio fuerit penes virtutem pulsatiuam, idest vitalem, erit pulsus debilis.

Causa vero debilitatis animarum seu potentiarum est illud, quod nequeunt pati ex chymis: nam parum ex eis lædit et grauat eas, non autē ideo quia membrorum concauitates ex eis repleantur. 348

Hoc accidit ex hac repletione venarum. & ostendit ꝙ ipsa læsio nō accidat ex repletione concauitatum venarum, sed potius ex debilitate virtutum, & malitia chymorum. vnde est ac si diceret, hęc species repletionis ideo accidit, qm̄ animæ seu potentię debiles fuerint ex chymis vel humoribus aggrauatę: vnde nequeūt eos tolerare. Nam propter sui debilitatem læduntur in delatione & tolerantia eorū: quanq̄ minimæ concauitates membrorum ex eis repleantur.

C

Signa repletionis secundum membra.

Est autem alia repletio a prædicta penes concauitates organorum, s. cū nō poterunt tolerare id, ex quo membrorum concauitates replebuntur. 349

Hæc secunda species repletionis est quidem penes concauitates organorum. vnde est ac si diceretur ꝙ angustentur ab illis humoribus. Et quia notum est, ꝙ concauitates prædictę cedente sanguine repleantur, ideo inquit: scilicet cū non poterunt pati ex eo, quo membrorum concaua repleantur.

Hoc autem genus contingit ex repletione aut sanguinis puri et mundi, aut choleræ, aut humoris phlegmatici. interdum autem animæ seu potentiæ fortes sunt, nec grauant eas chymi. 350

Hoc quidem genus repletionis est ex sanguine, s. aut ex sanguine mundo & puro ab alijs humoribus, aut sanguine cum dominio cholerę rubeæ, aut humoris melancholici, aut phlegmatici. & est quidem possibile ꝙ omnes animæ fortes sint, & ꝙ non percipiant repletionem istam.

D

Signa dominii sanguinis,

351 *CVm dominatur sanguis aliis humoribus, ad sunt somnus & dolor capitis in excessu, cum tumore & rubore venarum. Estq; possibile q inde cogitationes mutentur, cũ grauitate capitis, & debilitate, & fatigatione sensuum. Reperitur etiam tactu* [a] *[calidus cũ grauitate humorum, & scapularũ, & cum oscitatione.] Et* [b] *[sunt interdum grauia latera, & hypochondria, & manifestus fluxus sanguinis a naribus, cũ alycibus: & et venter est laxus, non tamẽ multum cum delectatione, & suauitate vitæ:] & apparebunt somnia letitiæ, & iocunda cum varietate & multitudine colorum. Accidet etiam pruritus in loco phlebotomiæ, cum rubedine oculi insolita, & apostematibus, aut variolis, aut pustulis corporis, & opinabitur se comedere dulcia in somnis, & videbitur q gustet dulcia, etsi prius ea non comederit. Vnde si hæc accidentia sint in vere, aut in principio iuuentutis nouellæ, significabunt quidem nobis super ægritudines ex sanguine generandas: quæ quidem de facto consequenter apparebunt.* E

a * scapularum, & osci tatio, caliditas, & grauitas.

b * q̃nq; grauãtur supercilia, et frõs, & manifest' fluxus sãguinis nariũ, & alyces: et vẽter ẽt est lenis non supflue. & est alacris vita eius gaudẽs & lęta.

Hæc enim omnia accidentia sunt super sanguinem significantia. & quod dicit hic, est de se notum. Horum autem accidentium sunt tres species. Nam quędam ex his accidentibus super dominium naturalis sanguinis significantibus apparent in vigilia, sicut color rubeus, & fatigatio seu concussio, & similia his seu huic speciei. Et quædam ex eis videntur in somnis: vtpote si sanguis in somno, aut si videatur ei, q comedat tunc aliquid dulce. Et quædam ex ipsis sunt causæ multitudinem seu magnitudinem sanguinis efficientes. quæ si fuerint cibi, sunt velut esus dulcium: si autem fuerint accidentia animæ, sunt velut gaudium & læticia. Sed si fuerit ex temporibus anni conueniens in hoc, est sicut vernale. Si vero fuerit ætas ad idem conueniens, est sicut ætas iuuẽtutis, & adolescentiæ. Tacuit de multitudine extensionem & solutionem faciente vel inferente, quia noluit dolorem ex solutione contingere continuitatis. Et causa quidem accidentium post sanguinis generationem contingentium est calor ipsius sanguinis, aut eius humiditas. Vnde exempli gratia, calor sanguinis est causa doloris capitis, & eius humiditas causa somni superflui. Et pruritus quidẽ contingens in loco phlebotomiæ significat super dominium & multitudinem sanguinis, in eo qui vsus est phlebotomia. Et causa quidẽ apertionis sanguinis est esus dulcium. & sapor dulciũ in somno est, quoniam anima seu potentia imaginatiua sequitur complexionem corporis, imprimitq; & assimilat quod ab extra sentit, & percipit. F

Signa Choleræ.

352 *CVm dominatur cholera citrina aut crocea, apparet quidem color cutis citrinus, cũ debilitate, & casu appetitus cibi: & reperit ille in quo dominatur oris amaritudinẽ, & mordicationem ex ipsa cholera rubea in stomacho contingentem: acciditq; ei vẽtris solutio, cum qua est cholera rubea, & insomnietas cum profunditate oculorũ, & siccitas oris & linguæ: & eius vrina est in colore valde citrina, acciditq; ei syncope, & riget cutis eius cum permistione et perturbatione: accidit ei sitis post ieiunium, & apparent ei in somno corruscationes cũ subtilitate pulsus, & calore corporis. Sunt etiã ex his accidentibus multa, & frequens balneatio in aquis calidis, & sulphureis: & motus laboriosi qui fiunt in regionibus, et* [c] *[villis septentrionalibus,] & frequens & continuus esus acutorum, & maxime si fiat tempore æstiuo.*

c * meridionalibus, & ætas iuuentutis.

A Hæc omnia signa diuiduntur in tria genera, quorum quidem rememorationẽ præmisimus, in quæ, scilicet signa dominium sanguinis significantia diuiduntur: hoc est dictum, ꝙ accidentia dominium choleræ rubeæ significantia sumuntur a tempore somni, aut ex parte vigiliæ, vel a generantibus eam. Et accidentia ex dominio choleræ rubeæ contingentia sequuntur ipsius complexionem, aut colorem, aut saporem. Consequentia autem ipsius complexionem sunt velut casus appetitus: nam ratione frigiditatis viget appetitus. vnde cum calefit os stomachi, in quo existit appetitus, cadit quidem appetitus. Sequitur etiã insomnietas & exiccatio complexionum ipsius, quæ quidẽ calida est & sicca: sicut etiam est de siti. Solutio etiam quidem ventris contingit ex acumine & mordicatione ipsius. & ipsius mordicatio contingit ratione caloris, & siccitatis eius, & similiter turbatio, & iracundia. Et amaritudo quidem oris sumitur ex sapore eius. Et color significat per se super substantiã ipsius, cum egreditur per vomitũ, vel secessum plus solito. Quæ autem ipsas efficiunt sunt (vt inquit) multa balneatio in aqua calida per naturam, & obuiatio rerum calidarum exteriorum, & esus medicinarum calidarum, & motus vltimatus, vigiliarum instantia, ira, & angustia.

Signa Melancholiæ.

B

SI vero cholera nigra in corpore dominetur, erit quidem fuscus color corporis cum forti & iugi meditatione, & cogitatione, & appetitu cibi forti, et reperietur in ore sapor acetosus. 353

Sequitur quidem fortis medicatio post melancholiam. nam de natura melancholiæ est offuscare animam, & exterrere ex casibus in tempore contingentibus. contingit autem appetitus fortis: quoniam radix, seu principium motus appetitus cibi est ex humore, quẽ infundit splen ad os stomachi. vnde ex magnæ infusione huius humoris ad hunc locum augetur appetitus cibi: sed reperitur in ore acetositas, quoniam cholera nigra est acetosa.

Est etiã cum malitia animæ [a] *[intuitus fortis, et affixus,] et pulsus durus est, & tardus* [b] [ ] 354

Malitia animæ cum forti intuitu, i. cum iugiter inspicit hominẽ cum facie iracunda & terribili, accidit quidem patienti ex nigra cholera. & hoc, qm̃ cholera nigra est sanguini cõtraria. vnde quia sanguis ex sui natura lętificat, de necessitate oportet ꝙ melancholia habeat iram & tristitiã excitare. Gal. autem sic asserit animã desolari ex humore nigro, sicut desolatur quis ex tenebra & obscuritate. Hoc aũt dictũ est sicut truffa & cãticum. & hoc ideo, qm̃ si hoc esset, cogeretur de necessitate ponere ꝙ sanguis esset albus, & splẽdidus. Durities vero pulsus ex siccitate huius humoris contingit. Congregatio quidem seu collectio stomacho contingit ex siccitate choleræ nigræ. & inde contingit etiam insomnietas. verum priuatio iræ, & furoris contingit ex ipsius frigiditate. & talis quidẽ melancholia maclebozíat nominata, generatur ex hoc humore.

C

a * cum qua accidit chatrub vel cutubut.

b * Et stomachi vẽtris cõstrictio, et morphea nigra, et timor & vigilia absq; agitatione, & angustia.

Et vrina quidem est alba, tenuis, et cruda: nec est in egestione decoctio. 355

Tenuitas autem vrinæ est ex grossitie choleræ non permittente egredi ex vrina nisi tenue & subtile: verum eius albedo ex digestionis priuatione contingit. ideo etiam est egestio indigesta. nam quod digestum est & coctum ex humoribus, calidum est & humidum: talem enim habet formam & naturam, quod digestio operatur.

Et cibus siccus aridus, anxietas, timor [c] *[continuus,] et tristitia.* 356

Hæ quidem causæ choleram nigram efficientes sunt, scilicet cibi sicci, & accidentia animæ talia, quæ ponit expresse in textu.

c * frequẽs.

Videtur etiam ꝙ interficiatur in somnis: apparentq; in somno eius omnia eum exterrentia. 357

Hæc autem contingunt ex timore melancholiam consequente. D

358 *Aetas senum, autumnus, & [a] [habitationes meridionales,] & corporis macies.*

a * regio septentrionalis.

Aetas quidem senectutis necessitat dominium huius humoris, eo q̄ sit affinis complexioni eius: & idem facit autumnus, & habitatio aperta a meridie, corpus ēt macrum est consimile generationi huius humoris.

Signa Phlegmatis.

359 *SI dominetur humor phlegmaticus in corpore, aggrauabitur caput eius, somnus eius erit longus, & [b] [fatigabitur iter agendo de facili,] & erit eius appetitus debilis, cum repletione penes virtutem, & [c] [turbationem seu permistionem, & sopita laxitate.]*

b * erit piger ī actionibus & motibus, c * pigritia ī deābulatione, & sopita laxitas absque cōsuetudine.

Grauitas quidem capitis, & longus somnus ratione humiditatis phlegmaticę contingunt, & similiter fatigatio. & ob hoc hæc accidentia comitantur ēt dominium & abundantia sanguinis. & diminutio quidē appetitus contingit ratione humiditatis: nam appetitus viget per frigiditatem & siccitatē. Ex egressu autē huius humoris a dispositione naturali grauantur virtutes, contingitq; inde repletio penes virtutem. & similiter humiditas ipsius est causa permixtionis & fatigationis in actione itineris: supposito tamen quod non contingat ex priuatione exercitij. B

360 *Ex his etiam est fluxus saliuæ, & sputi, & tumor vultus, & color patientis albus, & erit in pulsu eius [d] [occultatio,] & tarditas, & in vrina turbulentia, & grossities, & cruditas.*

d * grossities

Causa fluxus sputi & saliuę est manifesta. verū tumor vultus ideo contingit, qm̄ cum humor phlegmaticus dominatur in nutrimento membrorū, reperitur in membris quędam dispositio inchoationis hydropis: & tunc cōtingit tumor vultus, & pedum. Et intelligo quidem per tumorem vultus, tumorem palpebrarum, & carnis sub oculis existentis. Tarditas quidem & occultatio pulsus ex frigiditate contingit. Inde etiam contingit vrinæ turbulentia, grossities, & cruditas: & color qui dominatur in corpore, est albus, turpis, & fuscus, pallidus.

361 *Nec est in eo sitis, nisi fuerit phlegma salsum, aut putrefactio affuerit.*

In eo quidem, in quo phlegma dominatur, minime sitis accidit: nisi tamen illud phlegma fuerit salsum, aut putrefactum, scilicet efficiens febrem. F

362 *Ex his etiam accidentibus sunt vsus omnium ciborum humidorum, & frigidorum, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & priuatio exercitii, & balnei, & excedens quantitas cibi, & habitatio humida ratione fluminum, & apparitio marium in somnis, & querimonia ex incubo facta, & impotentia digestionis chyli.*

Hæc quidem agunt & efficiunt humorem phlegmaticum, scilicet cibus frigidus & humidus, & ætas senectutis, & tempus hyemale, & obmissio exercitij & balnei, & augmentum cibi, & villa humida ex multitudine aquarum. hæc enim omnia habent conformitatem in complexione cum humore phlegmatico. Somnium autem aquarum, & marium, & querimonia ex incubo, & impotentia digestionis chyli, idest cibi in stomacho, hæc quidem omnia sunt accidentia humorem phlegmaticum consequentia. Incubus quidem morbus est similis epilepsiæ, qui tempore somni contingit. pro tanto est signum prognosticum futuræ epilepsiæ. Et epilepsia quidem est spasmus, & motus illaudabilis accidens cerebro & neruis ex humore phlegmatico, aut ventositate phlegmatica.

363 *Cum autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de neces-*

A *sitate super aduentum ægritudinum significantia, esto solicitus in ablatione eorundem.*

Hoc quidem preceptum est vniuersale in hac arte: & hoc est, ꝙ cum quis vi debit aliquod ex accidentibus morborum iam sanis accidisse, ꝙ debet operam dare circa curam eius. Hęc autem species signorum significantium tempore sanitatis super futuras ęgritudines est alia ab illa specie signorum, quę significat super dominium quatuor humorum. & ideo Medici fecerunt de eis tractatum et capitulum speciale. Ex illis autem signis sunt ista, continuus motus, & iectigatio faciei, quę torturam futuram oris prognosticant: & vniuersalis iectigatio totius corporis, quę futurum spasmum nunciat. Ferunt etiam ꝙ fatigatio sine causa manifesta extrinseca, & casus appetitus prognosticant futuram febris generationem. Sic etiam ferunt ꝙ multitudo furunculorum seu vlcerum prognosticat apostemata futura in concauitatibus membrorum. Et dolor grauatiuus in inferiore parte ventris significat super lapidem, aut super futuram generationem apostematum in illis locis. Et dolores quidem dextri lateris prognosticant super oppilationes hepatis, & super futuram generationem apostematum in eodem. Et vstio quidem vrinę significat super vlcera vesicę. Et incubus quidem significat super futuram epilepsiam. Posuere etiam multa alia ab istis, quę retulerunt sub hoc capitulo in libris suis. B Postquam perfecit sermones suos super signa prognostica significantia tempore sanitatis generationem ęgritudinum in futuro, incipit nunc hic referre signa prognostica tempore morbi significantis super futuram salutem, aut mortem.

Rememoratio signorum prognosticorum tempore morbi contingentium.

EX signis prognosticis est significans mortē futuram. Et ex eis est, quod significat futuram sanitatem seu euasionem. & a [*proprie ex his est scientia prognostica*] 364

a ✱hęc i sciētia ꝓgnosticationis ! declarautur.

Signa, quę in hoc capite reperiuntur, diuiduntur primo in partes duas: quarū vna est signorum super futuram generationem sanitatis significantium: alia autem est signorum significantium super mortem futuram. Et proculdubio scientia de istis signis est proprie scientia prognosticationis: & sunt illa, quę ponuntur in hoc capitulo.

C *Ex scientia istorum videbit Medicus, & sciet quis moriatur, retrahetq́; inde manus suas a cura eius: sicut etiam uidebit ex scientia eorundem quis euadere debeat, & curari, pro tanto notificabit & prognosticabit illud.* 365

Ex signis his consequitur Medicus scientiam perutilem & iuuatiuam. Nam Medicus scit quidem ex eis quis moriturus sit ęgritudine sua cum vocabitur ad curandum eum: vnde significabit illud amicis suis, & retrahet se a cura eiusdē. sic etiam sciet ex eisdem quis euasurus sit a morbo suo: pro tanto pręducit curam & euasionem eius amicis ipsius patientis, & dat operam circa curam ipsius.

Principium huius scientiæ est scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet in eis de dispositione morborum. est etiam scientia de longitudine, & breuitate, & fortitudine, & violentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum, & etiam de indicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi. 366

Hęc quidem signa diuiduntur diuisione prima in tria genera ipsorum, ex quorum vno habetur scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet in eis ex signis laudabilibus & illaudabilibus. Ex secundo habetur scientia longitudinis & breuitatis morbi, & acuitatis & leuitatis eius, & hoc quidem intellexit

per fortitudinem seu violentiam, debilitatem seu tranquillitatem morbi. Sed ex tertio habetur scientia eius, quod debet generari ex speciebus crisis laudabilis seu illaudabilis in temporibus morbi. D

De Temporibus morbi.

367 *IN quolibet morbo sunt diuisa tempora, in quorum aliquo contingit mors, & vita vel salus, & sunt principium, augmentum, status. In quolibet potest mori contingere. In quarto autem, quod declinatio appellatur, non contingit mors, nisi contingat error undecunq;.*

In quolibet morbo salubri sunt quatuor tempora: & in quolibet trium primorum ex eis, s. in principio, augmento, & statu contingit mors & salus: verum in quarto non contingit mors, nisi ex aliquo errore vndecunque contingente.

368 *Principium autem est, in quo contingit nocumentum in operationibus, & debilitas in negociis assuetis.*

Tempus autem principij dicti est illud, in quo infertur nocumentum naturalibus operationibus: tunc enim debilitantur oēs operationes patientis. & ob hoc E
Medici ferunt ꝙ in hoc tempore nihil digestionis apparebit in vrina.

369 *Et hoc quidē tempus durat, donec digestio appareat in* [a] *[hypostasi,] sputo, fæcibus, & vrina. & post ipsum apparet & cognoscitur augmentum ex longitudine paroxysmorum febrium, & operationibus, & accidentibus.*

a * excrementibus. s.

Tempus quidem principij durat, donec appareat digestio in sputo, si sit morbus in pectore: aut in fæcibus, si sit morbus in ventre: & in vrina, si sit morbus vniuersaliter in toto corpore. Cum autem digestio inchoatur, prolongatur quidem, augetur seu * magnificatur paroxismus febris, & ipsius accidentia: & hoc quidem est tēpus augmenti. Et Gal. quidē opinatur ꝙ cū tempus paroxismi prolongatur, & eius initium anticipatur & ipsius accidentia, puta calor, & sitis, & alia ab his ex accidentibus febrium specialibus augentur & fortificantur, significatur ꝙ morbus sit tunc absq; dubio in augmento: sicut proculdubio cum minuitur & remittitur paroxismus in tribus prędictis, morbus existit in declinatione. Sic etiam existit in statu, cum prędicta quiescunt, nec amplius mutantur in paroxismo. veruntamen paroxismus augetur in quibusdam ex prędictis, & minuitur in alijs. Sunt tamen diuisiones multiplices quamplures distinguentes, quas quidem hoc compendium minime bene tolleraret. F

* a. l. manifestatur

370 *Status vero est, cum post* [b] *[dictum negocium] perfecta digestio apparebit, nec paroxysmi morborum augebuntur, et accidentia in quantitate æquabuntur.*

b * prędictis dispōnes

Tempus status est post tempus augmenti: & est, cum iam digestio est perfecta & completa, nec augentur paroxismi febrium, & earum accidentia coęquātur. & est ac si diceretur, ꝙ prolongatio paroxismi, & hora inchoationis eius sunt eędem, & eius accidentia vniformia, & ęqualia.

371 *Accipit etiam morbus diminutionem, et fit interdum crisis perfecta. Vnde cum hoc signum videbitur, prognosticetur pax et salus patientis. nam mors minime accidit in declinatione, nisi errore super patiente commisso, aut aere* [c] *[complexionis malæ et illaudabilis, necnon etiam omni extrinseco contraria eidem contingente.*

c * pestilentiali

Tempus quidem declinationis est, cum incipit morbus minui, s. in longitudine paroxismorum, ac si diceretur, ꝙ tunc breuiores solito efficiantur, & ꝙ tempus inchoationis eorū suboccupet, & ipsorum accidentia alleuientur & mitigētur. In hoc autem tempore perficitur interdum morbi consumptio & destructio

A per crisim, & interdum consumitur insensibili dissolutione absq; crisi. Vnde cū apparebunt signa, prognosticetur super euasionem & liberationem patientis a morte. Constat enim ꝙ nullus moritur in declinatione, nisi ex errore contingente ex seipso, aut ab assistentibus, aut ex parte Medici, aut ex malitia & corruptione aeris, vel in summa ratione extriusecorum accidentium nociuorum, 280
puta ratione timoris, vel tristitię, aut ratione aliorum ab his ex accidentibus, & rebus animalibus, vel corporalibus.

Scientia autem nostra, per quam cognoscimus terminum principii, confert 372
quidem in subtiliando cibum, & diætam, sicut decet, & in medicando subtilitatem eius in augmento. Nam hoc expedit patienti, donec morbus ad statum peruenerit. tunc autem decet Medicum esse solicitum ad subtiliandum perfecte diætam.

Scientia aūt, quam habemus de tempore principij, augmenti, et status, confert nobis ad sciendum artem subtiliandi diętam ęgrorum. Nam cum scimus morbum esse in principio & augmento, subtiliabimus quidem diętam patientis: ita tamen, ne inde virtus patientis ante statum debilitetur & cadat. appropinquante vero statu, subtiliabimus quidem diętam in vltimo. Ferunt autem ꝙ Gal. &
B Hipp. abstraxerunt artem subtiliandi diętam ex cogitatione distantię, aut instantię temporis status morbi, valde subtilietur dięta in vltimo: cum autem valde distabit, ingrossetur: & cum erit medius inter propinquum & distantem, medietur inter subtilem primam & grossam. pro tanto scientia eorum, quibus status tempus cognoscitur, est magis necessaria cęteris in hac arte traditis.

Rememoratio longitudinis, & breuitatis morbi.

Omnis morbus perficitur in mensura, quæ si fuerit breuis, dicitur acutus, & hic aut interficit in breui tempore, aut per crisim laudabilem terminatur. 373

Omnis quidem morbus consumitur, & destruitur in aliqua mensura temporis. ex ea autem longa est, & ex ea est breuis. vnde ex morbis est quidam leuis motus, & est ille, quem ipse vocat morbum acutum: de natura autem eius propria est, ꝙ celeriter interficiat, aut per crisim destruatur & consumatur. & hic morbus secundum opinionem Hip. attingit vt plurimum * nonum diem: ex * a.l. decimū quartum
C quo est maxime acutus ille, qui terminatur per crisim in die quarta.

Ipse etiam morbus est citæ digestionis, et breuium temporum, austerus, et periculosus. 374

Hic etiam morbus est citę digestionis, & habet quatuor tempora, si perficiantur: tamen ratione velocitatis sui motus & violentię accidentium eius est austerus, & periculosus. vnde patiens moritur ex modico errore eidem contingente.

Cognoscitur autem ex breuitate sui principii: pro tanto regatur diæta conuenienti. 375

Hic quidem morbus cognoscitur ex breuitate sui principij. hoc autem est in primis diebus ęgritudinis, cum apparent signa digestionis in sputo vel vrina, vnde si in quarta die appareat principium digestionis, vtpote nubes super vrinam significabit ꝙ status sit in septima futura.

Non enim sunt multum aggrauandæ eius virtutes, nec est auferendus, & 376
prohibendus ei cibus omnino a principio: nam forsitan caderet virtus eius: nec etiam est debilitandus ante statum ipsius. sed est potius prudenter in quantitate reficiendus sufficienti secundum exigentiam sui [a] *[itineris.]* * viatici

Non inquit debet refici patiens in hoc morbo cibo læsionē & grauamen vir-

tuti eius referente, nec etiam est subito transferendus a cibo suo : hoc est ꝙ non D
debet ei omnino subripi cibus suus:nam caderet virtus eius, priusq̄ morbus ad
statum perueniret,& per consequens patiens moreretur . Vnde mentiendus est
cibus eius secundum distantiam status morbi, sicut & mensurantur sumptus iter
agentis.excessus enim & multitudo sumptuum grauant ipsum, & diminutio seu
defectus ipsorum non complent intentionem ipsius. Et priores quidem iusserūt
patienti.cum videbant morbum eius terminari in die quarta,ꝙ dimitteret omni
no cibum, dum virtus fortis esset:alioquin ꝙ sufficeret ei mellicratum. Si tamē
esset sub tali, nutriebant ipsum ptisana colata , & sine fęcibus. Si etiam virtus
esset sub hac,reficiebant eum ptisana non colata, sed cum totalitate sua. Cum
autem opinabantur morbum non terminari citra decimum quartum, nutriebant
ipsum ptisana absque fęcibus suis. Si tamen virtus esset sub hac , nutriebant eū
ptisana cum fęcibus suis. Quod si sub hac inueniretur, cogebantur ei dare panē
ad comedendum. Et consuetudo quidem viuendi iuuit post in hoc negocio: qm̄
homines illius temporis non sumebant cibum multum : & hoc, quoniam cibus
eorum secundum mensuram legis sumebatur,aut saltem mensurę appropinqua-
bat.Consuetudo autem moderna est contraria huic regimini,quantum ad talem
mensuram cibi , pro tanto decet vt cibus modernorum aliquantulum augeatur,
& potissime in crapulosis,& laborantibus. E

377 *Sic autem videas difficultatem,& malitiam signorum,& periculorum,&
dolores fortes,& violentos cum mala dispositione, & casu virtutis,& ratione
diminuta & permista,ita ꝙ virtus nequeat morbi malitiam tolerare, progno-
stica mortem eius futuram ante statum , quam quidem ex malitia accidentium
ex morbo cholerico contingentium prognosticabis.*

Si videris in patiente signa maligna et austera,quorum relationem faciemus,
& accidentia periculosa, vtpote dolores violentos cum casu virtutis, & signifi-
catione potentię morbi ex malis signis,& corruptione rationis, & cum hoc vi-
deas ꝙ virtus patientis nequeat pati violentiam morbi: prognostica futurā mor
tem eius,antequam ad statum peruenerit. cum tamen erit morbus in vltimo for
titudinis & violentię,morietur patiens in tempore principij.verum si fuerit sub
hoc, morietur in tempore augmenti . Cognosces autem hoc in genere ex acci-
dentibus malis & pernitiosis, cuiusmodi sunt accidentia morborum ex cholera
rubea generatorum.

378 *Ex morbis etiam est diu durans,& longi temporis , qui chronicus seu tem-
poralis appellatur: qui quidem minime corpus celeriter consumit & dissoluit,
sed aut necat ipsum cum phthisi & hectica , egressu sanguinis, aut macie : aut* F
*patiens etiam longo tempore curabitur, & morbus per paulatinam dissolutio-
nem,& digestionem consumetur.*

Postquam fecit relationem de morbis breuis temporis & acutis , refert nunc
morbos longi temporis . vnde inquit , ꝙ ex morbis sunt longi,qui temporales
seu chronici appellantur,qui longo temporis spatio sunt durantes . hi autem mi
nime immutant cito corpora, vel dissoluunt,sicut acuti morbi faciunt:immo qui-
dem aut interficiunt ipsum cum macrore,aut egressu sanguinis , aut dissolutione
virtutis paulatina,aut euadet,& curabitur quis ab eis in tempore longo per dis-
solutionem humorum paulatinam,pręter ꝙ pateat in eo crisis manifesta.Et hoc
quidem dedit intelligi , cum dixit : & morbus per paulatinam digestionem, &
dissolutionem consumitur.

379 *Cognoscens autem ipsum ex leuitate & facilitate accidentium eius, & fri-
giditate cuiuslibet ex his morbis .*

Cognosces quidem morbos istos ex facilitate accidentium ipsorum,& natura
eorum: quoniam sunt morbi frigidi.

380 *Non cibes istum patientem modico cibo,quoniam caderent virtutes eius.*

A Docet quidem ꝙ non in morbis longis, qui non dissoluuntur per crisim, cibetur patiens paruo cibo: quoniam caderet virtus eius.

Inter autem morbos istos sunt alii medii, quorum scilicet tempora non sunt absolute breuia, nec longa. vnde cibus eorum in subtilitate medietur: nec sit multus, neque paruus. 381

Inter morbos quidem breuis temporis, & morbos longos & chronicos, rationem extremorum habentes, sunt alij medij in longitudine & breuitate: & idcirco non reponuntur in tempore longo vel breui, sed potius in æquali aut temperato, pro tanto docet vt cibus in istis sit inter paruum & magnum medius.

De Crisi[a] [& signis eius.] 2K

Scito quòd crisis est velox & subita mutatio, quæ suo tempore ex difficultate seu malitia accidentium, & pugna existente inter virtutem & morbum generatur, vt celeriter ad vitam vel mortem perueniatur. 382

B Crisis est mutatio suo tempore subito contingens patienti, ac si diceret ꝙ hęc mutatio generatur ex difficultate accidentium patienti contingentium, & ex pugna, quę inter virtutem & morbum existit: quę quidē mutatio significat mortem celeriter in morbo futuram, si fuerit illaudabilis, aut vitam, si fuerit laudabilis. vnde transmutatur hoc nomen ad significandum prędictam immutationē & diem eius per quandam similitudinem, ac si in ea deberet ferri iudicium seu sententia super victoriam morbi, vel virtutis.

Sex sunt species mutationum in morbis contingentium. Nam aut negocia tardantur, aut citantur in eis: vnde interdum conuertitur in temporibus breuibus corpus ad bonum & vitam. 383

Sex sunt species mutationum, quę in morbis generantur. Vna ex eis mutatio est, in qua transfertur corpus in breui tempore ad laudabilem dispositionem & sanitatem, ac si diceretur subito. & hoc quidem intellexit, cum dixit: in temporibus breuibus. Vnde hęc est vna ex speciebus crisis, & ipsa quidem est laudabilior cęteris: in ea enim transfertur corpus subito a dispositione illaudabili ad sanitatem cum euacuatione sensibili, puta cum fluxu sanguinis narium, aut sudore, vel alijs ab istis.

C *Si fuerit laudabile quod præcedit eam, prognosticabis sic super ipsam, scilicet super crisim securam, & laudabilem.* 384

Si prognostica laudabilia pręcedant crisim, iudica crisim futuram esse laudabilem: & cum hoc etiam significabunt in quo tempore accidat, & speciem euacuationis, quę debet contingere in ea.

Est autem alia mutatio velox ad prædicta, quæ quidem significat mortem. in hac quidem veloci malitia est angustus processus Medici: nam hæc crisis est necans, & perniciosa. 385

Secunda ex speciebus crisis est velox & subita mutatio ad mortem cum euacuatione sensibili. In hanc autem crisi est, sicut ipse dicit, angustus processus Medici: quod quidem de processu curationis intellexit. vnde est ac diceret ꝙ non inuenitur curationis ingenium a Medico. Et hanc quidem crisim præcedunt signa mala.

Tertia ex prædictis mutationibus est mutatio tarda, inducens ad dispositionem sanitatis, & curans morbum: non tamen cum crisi, sed potius per dissolutionem paulatinam in ea contingentem. 386

Tertia quidem species ex speciebus transmutationis est transmutatio tarda, inducens nihilominus ad sanitatem & curans: non tamen cum euacuatione &

fortibus seu violentis accidentibus, sed per dissolutionem occultam, & insensi- D
bilem. & ideo non dicitur crisis.

387 *Quarta autem species prædictarum mutationum est mutatio tarda ducens patientem ad interitum: nec fit cum euacuatione, sed potius cum hectica dissoluente corpus patientis.*

Quarta quidem species prędictarum mutationum est mutatio tarda, ducens patientem ad mortem: nec est cum euacuatione & dissolutione subita & forti, sed potius cum hectica, virtutes patientis consumente.

388 *Quinta autem ex prædictis est inter eas media, cum inducit mortem, & malitiam vltimatam.*

Quinta quidem species harum mutationum est media inter subito & tarde ducentem ad mortem. & hoc, quoniam in hac specie fit primo imperfecta crisis subito, & consequenter dissoluuntur patientis virtutes in tempore tum latitudinem habente, donec contingat mors eidem: & est composita, sicut dicit ex illa quę subito perducit ad mortem, & ex ducente ad eam per dissolutionem in insensibile.

389 *Sexta vero perducit ad vitam in medio temporum.*

In hac quidem mutatione sexta subito contingente est primo crisis imperfe- E
cta, & consequenter deducitur patiens paulatim ad sanitatem. & est hęc quasi composita ex subito transferente patiente ad sanitatē, & ex transferente ipsum ad eam motu, & translatione illaudabili.

390 *Hæ autem crises sibi inuicem dicuntur contrariæ compositæ.*

Hę duę crises, scilicet quinta & sexta, componuntur, vt diximus, ex quatuor pręcedentibus. nam quęlibet ex eis componitur ex duabus primis, bona, scilicet laudabilis ex duabus primis laudabilibus, & illaudabilis ex illaudabilibus.

391 *Crisis quidem laudabilis accidit in statu cum perfecta digestione & virtutis fortitudine: contraria vero ei, puta illaudabilis, fit in augmento.*

Crisis laudabilis est illa, quę accidit in morbis post perfectam digestionem cum fortitudine virium & virtutum: & contraria ei est illa, quę accidit in augmento, nam accidit ante complementum digestionis.

Rememoratio eorum, quæ oportet scire in crisi.

F

392 *TRia oportet scire in crisi.*

Necesse quidem est scire cum speciebus crisis, quarum relatio facta est, tria super dispositionem ipsius crisis.

393 *Scientiam videlicet de prognosticatione eius, & de diebus criticis, & scientiam etiam eius quod significatur per signa nobis significantia, in quam crisis speciem terminetur, cum perficitur crisis cuiuslibet morbi.*

Vnum quidem ex his tribus est scientia, per quam scitur, ꝙ sit crisis futura. secundum autem est scientia de natura dierum criticorum. sed tertium est scientia de specie crisis, quę debent fieri, seu de specie euacuationis, quę futura est in crisi. & hęc quidem scientia habetur ex signis significantibus ipsam esse futurā, necnon etiam ipsam ex causa ipsius morbi.

* De signis crisim prognosticantibus.

394 *Omnis autem crisis prognosticatur ex violentia accidentium, quæ dicimus.*

Intendit ꝙ prognosticantia crisim futuram sunt signa, quę refert in hoc loco.

395 *Et sunt permistio sensus, & intellectus, & dolor aurium, & capitis.*

Ex signis autem futuram crisim significantibus est permixtio rationis, & di-

A minutio sensus, & dolor aurium, & capitis. huiusmodi autem causa est motus humorum in capite.

Et fluxus lachrymæ, angustia,[a] *[parua famis, seu casus appetitus,] motus laboriosus, & vigiliarum instantia, & dolor in pectore vel collo, & illaudabilis excitatio a somno cum motu, & rubedine oculorum.* 396

a * & paucitas somni, et

Est autem illaudabilis exercitatio a somno, cum excitatur quis a somno suo, velut homo exterritus.

Et frendere dentibus, & limatio eorundem in somno, & eorundem percussio, & fortis fricatio nasi patientis. 397

Intellexit quidem ꝙ patiens limet & percutiat dentes suos ad inuicem, prę- ter ꝙ consueuerit hoc tempore sanitatis.

Et interdum insinuabit aliquis[b] *[commouendo] cum labiis suis. videbiturq́, interdum sugere ea.* 398

b * conniuēdo

Hoc quidem est, ac si diceret, ꝙ videtur vnum ex eis cum quodam eorum sugere. & hęc quidem omnia signa sunt laboris & angustię ex pugna naturę cum morbo.

B *Et velocitas quidem anhelitus, & desyderium trahendi aerem frigidum cū angustia, & velocitas pulsus, & frequentia, & tussis cum infusione, & sonitu, & gargarismatis.* 399

Intellexit hoc, cum accidit patienti tussis cum sonitu gargarismatis in gutture suo contingente ex rebus infusis a capite suo ad locum illum.

Et pulsatio cordis continua, & syncope, & conatur patiens a lecto suo surgere, & recedere. 400

Intellexit ꝙ patiens conetur a lecto suo surgere, velut homo permixtus turbatus, & recedere.

Et dolor gutturis & meri cum angustia: quæ si perseuerauerit, continget ei syncope magna & fortis. 401

Intellexit per angustiam nauseam, & nocumentum stomachi eiusdem.

Et[c] *[pulsatio in lateribus & dorso, cum torsionibus violentis, & fortibus, & continuo dolore stomachi cum querimonia stomachi vel hepatis,] aut dolor ventris, aut circa pectinem, aut etiam in renibus, et vesica, aut dolor fortis circa*[d] *[virgam,] vel in virga, aut in matrice, aut in omnibus iuncturis, aut* C *quibusdam, aut ex eis intus: vel exterius.* 402

c * pūctio in lateribus, & costis, & vehemētia nocumenti, et doloris, & ī stomacho dolor frequēs, & querimonia splenis & hepatis.

d * anum

Quicquid retulit hic est per se notum. causa nanque horum accidentium in patiente generatorum, cum est ventura crisis, est motus humorum per totum corpus eius. tunc enim natura expellit humores ab omnibus membris, & mittit eos maxime ad membra ordinata, ad hoc ꝙ sint meatus deputati ad egressum illius humoris, vtpote ad ventrem, stomachum, renes, & vesicam.

Cum ergo videbitur augmentum horum accidentium in die critica, erit proculdubio bonum & laudabile, & potissime si prius digestio apparuerit: sin autem erit quidem contrarium manifestum. 403

Cum aliquod horum accidentium alicui ęgrorum contigerit, & hoc in aliquo dierum notorum ex diebus laudabilibus abscisionis sententię & iudicij, quorū relationem faciet consequenter, & cum hoc signa digestionis pręcesserint in vrina: proculdubio Medicus nequaquam debet ex tali violentia accidentium dubitare, sed potius debet patienti & amicis eius prognosticare, & significare ꝙ sanitas sibi debeat aduenire. Si vero hoc contigerit in die mala & illaudabili, & sine digestione, continget contrarium: ac si dicatur, ꝙ hoc est signum malitię, & finis, & mali.

 D

404 *CAusa quidem crisis, si sit eorum relatio uera, est, quoniam Luna variat actionem in morbis.*

Causa quidem casus crisis in diebus laudabilibus computãdo eos a principio morbi patientis cum Luna, si verum est illud quod retulerunt super hoc. quod ideo dixit, quoniam non est bonum, causam vel rationem alicuius reddere, priusquam bene constet de eius inuentione.

405 *Iam quidem cum peragrat, & abscindit celeriter circulum suum, est quidem causa celeris motus & mutationis: & fortificatur quidem interdum in hoc, & interdum debilitatur. hoc autem notum est in arte Astronomorum.*

Fuit quidem necessarium, vt operationem istam appropriaret Lunę: quoniam dies, in quibus manifestatur huius mutatio, sunt septennarij aut quaternarij: & non reperitur quidem aliud ex astris, cuius dispositio varietur, et mutetur in hoc in septennarijs, aut quaternarijs ex situ seu positione ad Solem, pręterquam Luna ipsa. cum hoc enim quod apparet, ꝙ ipsa maturet fructus, & segetes in pręd ictis temporibus eius, aut actio est nota in maribus & in aquis, & vniuersaliter in humiditatibus quibuscunque. vnde conueniens fuit ꝙ ab ipsa esset actio mutationis in digestione humiditatis. Cum autem dicit: & fortificatur quidem interdum in hoc, & interdum debilitatur. intelligit quidem hoc esse secundum distantiam & propinquitatem sui ad Solem in his reuolutionibus, & etiam secundum coniunctionem aliorum planetarum cum ea conuenientium aut discõuenientium: quos quidem domini astrorum fortunas & infortunas vocant, seu iuuantes & nocentes. E

406 *Nequaquam est operatio suæ actionis sensibilis in eius iuuamento uel nocumento, sicut quidem est ad sensum uisibilis eius figura ex eo quod in ea ex eo quod in ea existit de claritate, vel lumine Solis.*

Actio quidem Lunę est sensibilis, cũ apparet eius figura lunaris, ex eo quod ad sensum exit in ea de lumine Solis. verum eius actio iuuamento & nocumẽto appropriata nequaquam est sensibili. & est ac si vellet dicere ꝙ hęc transmutatio, quę in ea visibilis existit, attestatur super illud, quod opinati sunt sapientes astrorum: quod quidem minime sensibile est in ea.

407 *Eius autem quarta relucet in quarto, & eius medietas in septima.*

Intelligit ꝙ ipsius quarta relucet in quaternis, & eius medietas in septenis. & est ac si diceret ꝙ hęc est causa, quare crisis in quaternis & septenis existit. F hoc tamen minime reperitur secundum hunc modum in omnibus quaternis, & septenis, & numeratis in quolibet ex morbis a principio ipsius: cum ęger possit incipere pati quolibet die mensis lunaris. Vnde causa, quare crisis sic fiat ordinate in quaternis numeratis a primo die, quo cœpit patiens ęgrotare, est quidẽ ex hoc, quoniam in quaternis morborum reperitur notabilis diuersitas impressionis cum modo ordinato. nam quod ibi apparet ex hoc est ordinatum, & determinate sic procedit. pro tanto quidem congruit, ꝙ talis impressio sit in eis ab aliquo ex astris. & quia Luna determinate efficit impressionem in quaternis et septenis, congruit quidem ꝙ ab ipsa procedunt tales impressiones: non tamen sunt huius diuersę impressiones ab ipsa, ratione quartarum mensis, sed potius ratione quartarum circulorum, quos efficit & describit in motu dierum: quod quidem notum est * in reuelatione dierum.

* a. l. per modum reuelationum.

408 *Et morbus quidem minime contingit nisi ex dispositione, qua debilitatur opus naturæ: qui si cum auxilio producatur, curabitur quidem patiens, & vita prolongabitur: sed si cum detrimento, morietur quidem, & vita perdetur, & separabitur.*

Morbus non est in patiente, nisi cum Luna fuerit in malo loco a principio natiuitatis

A natiuitatis eius. & est ac si diceret quod talis locus est ille, quem attingit in principio ægritudinis suæ. vnde si tunc ipsa transferatur & eleuetur a tali loco ad loca vtilia & iuuatiua, & cum hoc locus fuerit, in quo incipit generatio morbi ipsius paruę malitiæ, & curabitur quidem patiens, & viuet. verum si transferretur tunc ad loca mala, ipsa existente a principio in loco malo, augeretur & fortificaretur eius malitia. Hoc autem dogma minime est de arte Medicinæ, sed potius ex arte Astronomiæ: quæ quidem ars debilis est, & falsum est plurimum, quod in ea existit.

Crises contingunt interdum in quaternis, & interdum in septenis. Et illæ quidem bonæ sunt & laudabiles, quibus coniunguntur digestio, & prognosticatio attestantes super ipsas. 408

Crises contingentes in quaternis & septenis in principio morbi numeratis sunt laudabiles semper, cum pręcedunt eas dies indicatiui, idest prognosticãtes crises consequenter futuras, in quibus iam apparuit, & fuit digestio. Et Hippocrates quidem & Galenus numerant dies quaternarios velut mundi causa. Dicunt ergo ꝙ dies quarta laudabilis est & critica: dies etiam septima est critica, in qua secundum eos terminatur secunda quarta. ipsi enim dicunt ꝙ duę quartę primę vniuntur in die quarta: hoc est dictum ꝙ ipsi ponunt diem quartam, finẽ

B & terminum quartæ primæ, & principium quartæ secundæ. Et die vndecima terminatur quarta tertia, quã quidẽ quartam minime coniunctim numerãt cum secunda. Quartã vero quartam ferunt terminare diem. xiiij. hæc quidem quarta coniunctionem habet cum tertia, scilicet cum die. xi. Sic etiam coniungitur quinta quarta, scilicet dies. xvij. cum ea, quæ ipsam præcedit, sicut patet & secũdum Hipp. & Gal. Quarta sexta, i. dies vigesima vnitur præeunti ipsam. secundum tamen Archigenem, hæc quarta est dies. xxj. nec alicui alij coniungitur. Hi ergo quaternarij sunt dies indicatiui, & critici. est autem decentius, ꝙ quaternarij ex eis dicantur & sint indicatiui septennariorum, & ꝙ septennarij sint critici, hæc quidem est series, & ordo laudabilior dierum criticorum: hoc est, quod crises completæ in vltimo & secundum plurimum laudabiliores contingunt in eisdem. Verum gradus secundus prædictorum dierum secundum eos est dierum imparium, in quibus contingit crisis a tertio vsque ad xix. puta quinti, septimi, noni, vndecimi, decimitertij, decimiquinti, decimiseptimi, & deciminoni. Et constat quidem quod secundum eos in diebus paribus nõ contingit crisis, nec indicatio nisi raro. & si fuerit, erit mala & illaudabilis: inter quas quidem sexta erit deterior, adeo quod secundum eum contrariatur septimæ. & constat quidem quod septima est melior inter eas. Licet autem crisis sæpius accidat in

C sexta, quod non sic contingit in alijs paribus, est nihilominus illaudabilis & austera, non secura de fine bono. Quod autem ex tali actione & impressione contingit post diem. xx. accidit secundum eos in septennariis, non in quaternarijs. Et Galenus quidem numerauit septennarios a. xx. vsque ad xl cum coniũctione et separatione, quemadmodum fecit de his, quę sunt in primo vicenario. Et secundum eum quidem non videtur, nec apparet crisis sensibilis in acutis post diem. xl. possunt autem morbi acuti crisim suam differre vsq; ad diem. xl. ratione stimulationis contingẽtis eisdem. Sic etiam accidunt crises in chronicis in quatuor mensibus, & in tempore longiori. nam sicut crises accidunt in diebus mensium acutorũ, sic etiã proportionaliter contingunt in mensibus anni in chronicis: & interdum accidunt crises in annis in eisdem.

In aliis quidem ab istis nequaquam circuitus & periodi reperiuntur ratione turbationis, & dubitationis contingentis in eisdem. 409

Crises quidẽ contingentes in paribus diebus, priuantur & carent determinato ordine, quẽ seruant prædictę. & hoc, quoniam secundum Gale. causæ earum possunt esse humores qui sunt materia morbi. seruant nihilominus aliqualiter modum quaternorum ex propinquitate sui ad eos. Et est possibile ꝙ perturbationem & dubitationem, quam dixit contingere in eisdem, intelligit naturã ma-

terici obuiantem ordini, quem agant & operantur astra in eisdem, iussu & voluntate creatoris eorum: cuius nomen sit in secula benedictum. D

410 *In non habentibus vero digestionem & prognosticationem, contingit quidē dubium in eorum accidentibus: nec contingit crisis in his diebus, nisi cum contingit consequenter aliquod sinistrum.*

Iuquit, ꝙ critici illaudabiles sunt, quos non præcessit digestio, & iudicatio. pro tanto non dicuntur absolute critici accidentia autem in eis contingētia sunt dubia: nam crisim in eis contingentem subsequitur aliquid perniciosum, & illaudabile.

Rememoratio [a] [signorum super] fluxum sanguinis.

a * qualiter fiant crises, etprimo per

411 *CVm videris morbum sanguineum, austerum, & violentum valde, cum illaudabili & impetuoso motu, cuius signa patula sint in capite, & manifesta, quæ vsque ad omnes sensus extendantur, cum rubore & pruritu nasi, erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis narium.* E

Intentio eius in hoc loco est referre signa, quibus sumitur signum super futurā speciē crisis futuræ, antequā sit. vnde cū videris morbū sanguineū, & c. scitur autē hoc ex signis relatis ex præcedentibus. Cum ergo talis erit morbus violētus & austerus, & accidentia super ipsum significantia in capite s. & quinq; sensibus erūt manifesta, cum rubore, & pruritu nasi, prognosticetur, & protinus sententia abscindatur ꝙ crisis futura sit per fluxum sanguinis narium.

412 *Si vero accidentia ipsius deorsum, et in parte inferiori appareant cum dolore continuo vmbilici, & præcesserit retentio menstruorum, continget quidem crisis per fluxum menstruorum.*

Siquidem accidētia dominiū sanguinis significantia in parte inferioris corporis apparuerint cum dolore vmbilici & pectinis, & cum hoc patiens fuerit mulier, cui menstrua iam conclusa erant & retenta, iudicetur crisis eius futura per fluxum menstruorum.

413 *Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit, & a dolore immunis cum dolore tamen hypochondriorum, & patiēs querulosus sit de hepate, & dolor vsq; ad anum extendatur, nequaquam quidem committetur error, si prognosticetur crisis illa futura per fluxum sanguinis hæmorrhoidarum.* F

Hoc etiam per se est notum. cum enim pars suprema corporis immunis est a dolore, & cū hoc appareant in eo accidentia dominiū sanguinis significantia, cum dolore in partibus inferioribus corporis existente hypochōdriorum & hepatis, qui vsque ad anum extendatur, si crisis talis patientis prognosticetur futura per apertionem orificiorum venarum in ano existentium, nequaquam talis prognosticatio indiscreta erit hoc enim verificatur & apparet vt plurimum, & maxime in eo qui solitus est pati apertionem venarum in ano existentium, seu hæmorrhoidas.

414 *Si autem morbus ex cholera rubea sit in statu, acciderit q; apostema capiti, & dolor capitis, & angustia augeantur, nequaquam quidem est desperandū, quoniā continget crisis eius per fluxum sanguinis narium.*

Si morbus sit ex cholera rubea, & iam ad statum suum peruenerit, & fuerit cum hoc apostema freneticum in capite patientis cum intensione sui, siue hoc contingat ratione ipsiusmet apostematis, siue ratione febris, nequaquam erit inde desperandū, quoniam crisis continget per fluxum sanguinis narium.

A Signa crisis per fluxum ventris, vomitum, & vrinam, & sudorem, & [a] [dolorem. a * apata.

Verum si eius accidentia sunt in stomacho, & cum hoc prius conquestus fuerit patiens de hepate, cum angustia, & syncope valida, erit quidem crisis eius per vomitum. 415

Si quidem choleræ rubeæ accidentia sint in stomacho, vtpote dolor acutus, et patiens conquestus fuerit ante de hepate suo, cum angustia stomachi, & nausea forti, & subuersione, tunc quidem contingit crisis eius per vomitum. asserit autē Galenus, ex signis huius crisis esse tremorem labij inferioris.

Si vero caput eius fuerit sine dolore, & cum angustia ventris, & eminentia vmbilici, & præcedente ventris constipatione, prognosticanda quidem erit futura crisis per fluxum ventris. 416

Hoc etiam est manifestū. nam si circunscripto dolore capitis, assit dolor ventris, cum eminentia vmbilici, & præcedenti constipatione ventris, crisis quidem continget per fluxum ventris.

B *Quod si venter eius pacem habuerit, & digestionem laudabilem, præter quod morbus eius violentus sit & austerus, cum aliquantulo tamen labore, & vigiliis, circunscriptis accidentibus sudoris, morbo quidem sic molli & lento existente, cum doloribus pectinis, erit sermo meus ueridicus. scilicet ꝙ crisis huius patientis continget per vrinam.* 417

Cum quidem non inueniuntur in ventre patientis dolores, nec erit morbus violentus, erit tamen nihilominus cum aliquantulo labore & vigilijs, præter ꝙ sudorem patiatur, cum doloribus tamen inferioris partis ventris, continget proculdubio crisis per vrinam. Signanter autē dixit, ꝙ non patiatur sudorem: nam tunc proprie significabitur declinatio humidæ superfluitatis ad renes, & ad vesicam.

Verum si cum pace et quiete prædicta retineatur vrina, præter quod morbus sit in vltimo acuminis, cum apertione tamen pororum cutis, sine forti dolore, & vigiliis, & siccitate, erit quidem crisis eius forsitan cum sudore. 418

Cum quidem diminuetur vrina, præter ꝙ patientis accidentia sint tempore status in vltimo acuitatis & violentiæ, & erunt pori cutis aperti, & cum hoc est, ꝙ fuerit patientis corpus molle, laxum, & spongiosum: continget quidem C proculdubio crisis eius per sudorem.

Si autem contingat dolor membri vel iuncturarum in acutis, continget proculdubio crisis earum per apostemata. 419

Si patiens quidem patiatur dolorem, cōtinget crisis eius per apostemata, quæ debent in eo generari. tales autem morbi, quorum scilicet crisis accidit per apostemata, sunt de raro contingentibus. & hæc quidem apostemata generantur post aures, in collo, & subascellis, & sub cruribus, & in inguinibus, & in iuncturis, necnon etiam in omnibus locis corporis. laudabilius tñ ex his apostematibus est magis distans a membris principalibus.

Rememoratio signorum prognosticorum [b] [mortalium sumptorum ex operationibus.] b * ——

Vtere laudabili regimine ex signis super mortem, euasionem, seu quietē & pacem significantibus. 420

Horror lucis, sine tamē speciali morbo oculis, significat ꝓculdubio morborū

magnum,& nocumentum in cerebro.& fluxus quidem lachrymæ significat su per multitudinem materiæ illius morbi,& debilitatem ipsius oculi retentiuę cōtingentem ratione violētiæ & magnitudinis morbi.Idem etiam est¡de magno, & forti rubore. D

* De signis mortis, & primo de signis sumptis ex operationibus.

a *—— *Ex his quidem sunt horror luminis,& lucis, & fluxus lachrymæ cū* [a] *[rubore,] motu forti,& vertigine.*

421 *Et paruitas oculi in vno latere,& apertio oris absque oscitatione.*

Paruitas, seu diminutio oculi significat super spasmū contingentem ex morbo,qui contingit cerebro,in illo scilicet latere,in quo diminuitur oculus, aut super diminutionem humiditatis ipsius. Apertio vero oris significat super debilitatem virtutis retentiuæ in inferiori mandibula existentis:quod quidem signum est malum,& illaudabile.

422 *Et cum quis iacet & dormit resupinus, manibus & pedibus suis protensis & relaxatis.* E

Hæc quidem signa sunt illaudabilia:nā significant super casum virtutis ferentis,& substinentis corpus.nam in somno naturali dormit quis super alterū latetū suorū,quod quidem ex vigore virtutis ferentis corpus contingit: vnde mortuus non stat sic super latus suum. Sic relaxatio pedum, & manuum significat super casum virtutis.in somno enim naturali contrahuntur, potius quam relaxentur membra prædicta.

423 *Ex his etiam est si videatur patiens descendere* [b] *[in lecto suo,] & manus & pedes suos detegere.*

b *ex ceruicali,

Hoc quidem ideo contingit.nam prædictus descensus in lecto significat super debilitatē virtutis ferentis vel substinentis corpus:hoc autem descensu mouetur patiens versus locum pedum suorum.Et detectio quidem manuum,& pedum significat super violentiam * virtutis.

* a. l. laboris.

424 *Necnon mala & illaudabilis imaginatio, qua videatur fila a pannis suis euellere.*

Cum quidem patientis cerebrum cœperit apostemari,imaginabitur aliquam eminentiam esse in pannis suis,quam quidem tunc conabitur euellere. & imaginatio quidem rerum malarum,et horribilium significat permixtionem rationis, & morbi violentiam. F

425 *Ex his etiam est vltimata grauitas,aut eius manifesta suspensio.*

Manifesta quidem grauitas extremorū significat casum virtutis motiuę: sed suspensio seu arrectio patientis ad illud quod videt,significat permixtionem intellectus,& violentiam laborum.

426 *Et etiam frendere dentibus præter solitum,& apponere manus super caput,& puluinar.*

Frendere quidem dentibus pręter solitum significat super spasmū in cerebro.

427 *Aut etiam si imaginetur quod vespertilionem nigri coloris capiat, & velit eum interficere.*

Hoc etiam est malum,quoniam significat dominium & excessum choleræ nigræ magnę adustionis.

428 *Nam hoc contingente in morbo acuto,mors quidem appropinquabit.*

Intellexit,ꝙ hoc contingente in morbo acuto, mors futura sit in proximo.

429 *Ex his etiam est, si tacitus efficiatur verbosus, & mitis pacificus, iurgiosus.*

A Hoc quidem contingit ex violentia morbi cogente patientem dimittere con suetudinē suam.Cum ergo tacitus per naturam efficitur verbifluus, aut ex consuetudine pacificus litigiosus,est quidē signum malum, & illaudabile.

Aut si conqueratur de cæcitate,& surditate,vel casu virtutis,ratione violentiæ morbi. 430

Mors huius patientis est vicina,quoniam priuatio sensuum est media mors.

Vel etiam si videatur patienti,dum dormit in statu,quod cadat nix super caput eius. 431

Hoc quidem videtur ideo contingere,quoniam apparitio huius coloris tempore status morbi significat super mortificationem caloris naturalis, & dominium frigiditatis in eodem,ratione humoris extinguentis calorem naturalem. non tamen recordor quod Hippocrates alicubi retulerit signum illud.

Et anima quidem inquieta,domina magnæ frigiditatis,est res mala, & illaudabilis. 432

Ex frigiditate quidem animæ significatur cordis frigiditas. Inquietudo vero significat illaudabilem dispositionem patientis.

Ex his sunt vigilia nocturna,& somnus diurnus, aut omnimoda priuatio 433
B *somni.*

Hoc quidem totum est malum,cum sit contrarium dispositioni naturali.

Necnon si dispositio ægri in somno,& post somnum deterioretur,& cum dolore efficiatur. 434

Cum somnus erit tempore, quo corpus consueuerat naturaliter quiescere, & nihilominus morbus augeatur,significabitur quidem malitia patientis negocij.

Si etiam Medicus ordinate & recte operetur,præter quod appareat operationis intentum,erit malum. 435

Si Medicus ordinate,& sicut decet,ministret patienti medicinas suas,pter qđ inde prosperetur rectificatio patientis,erit signū malū,& illaudabile. hoc nāque significat,quod patiens non consequitur iuuamentū ex cura Medici.

Rememoratio signorum prognosticorum mortalium assumptorum a qualitate corporis.

EX his autē sunt facies mortuorum faciebus cōsimiles, cū planiciæ [a] *[seu* 436
C *extensione] tēporū,ex morbo contingente,& constrictione auriū,& ipsa-* a*
rum frigiditate,& earum inuersatione,& oculorum profunditate.

Hæ quidem facies notæ sunt Medicis,facies scilicet mortuorū : quarum teste Hippocrate,nasus tenuis est & acutus,& oculi profundati,& tempora plana et tensa,& aures inuersæ,& sunt in colore similes mortuo. Quæ quidem facies,si circunscripta vigiliarum instantia,& euacuatione sensibili appareant in principio morbi,necessario habebunt malitiam significare. nam significant subitum casum virtutis,& priuationem seu consumptionem humidi radicalis, & extinctionem caloris naturalis.& hoc ratione violentiæ morbi. Nō tamen significāt malitiam in morbis chronicis,sicut faciunt in acutis.possunt etenim hę facies ratione longi tēporis morbi apparere. agens.n.debile efficit transmutationem magnam in tempore longo:& econtrario agens forte efficit immutationem magnā in tempore breui.Cū ergo in tempore breui videbimus, scilicet in primis diebus morbi hæc accidentia, significabunt quidem morbi malitiam, & virtutis debilitatem.

Etiam rubor,vel nigredo oculorum,aut eorum eminentia, vel principium fuscedinis ipsorum. 437

Hæc omnia significant dominium & excessum humoris in cerebro.

438 *Aut etiam si quieuerint:*[a] [ ] D
vel si fuerint infrigidati:[b] [*aut palpebrarum*] *tortura.*

a * & oculi stēt cōtinue apti ī vnū locū intuentes.

Intellexit ꝙ aut oculus quiescat a motu suo naturali, aut ꝙ cesset, & tollatur sensus visus, aut ꝙ eorum naturalis calor extinguatur, & infrigidentur. & hoc quidem totum significat mortificationem virtutis motiuæ.

439 *Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua fronte,*[c] [*ex latere labii contracto vel marcido.*]

b * & palpebris ipsorum acciderit.
c * & labiū inferius contractum vel conuersum fuerit.

Acumen quidem nasi accidit ex priuatione sanguinis, & humiditatis corporis. Nam cum accidit aliquid corpori, rubet primo nasus, licet sit ex membris corporis exterius eminentibus, & frigidæ naturæ, distantibus valde, ad hoc quod possit ad ea sanguis attigere. & obliquitas quidem & contractio labij significant super dominium ariditatis, & consumptionem humidi, s. radicalis.

440 *Frigiditas quidem extremorum patientis cum vlcere, & nigredine linguæ*[d] [*laboriosa, & similia cruciantia, sunt quidem illaudabilia*] *in febre vrente.*

d * cū inquietudine, & dispōne angustiāte est mala

Cum quidem vniantur contraria in eodem, significabunt super ipsius corruptionem. pro tanto, cum in febre valde vrente reperietur frigiditas extremitatum, significabit super illaudabilem malitiam. & nigredo quidem linguæ significat super dominium vstionis in corpore. E

441 *Ex his etiam est*[e] [*viridis rubor*] *vnguium, & viror in corpore cum vestigio nigredinis.*

e * rubedo & viriditas

Tales quidem vngues & maculæ corporis similes vestigijs vlcerum contingunt ratione mortificationis naturalis caloris in corpore, & adustionis humorū. Apparent autem prædictæ maculæ similes vestigijs vlcerum, & contusionibus in illis locis determinate ex debilitate locorum prædictorum. Interdum autem significat nigredo extremorum super crisim, per quam euadit, & liberatur patiens. cadunt tamen vngues. hoc autem cōtingit, cum apparet hoc accidens post morbi digestionem.

442 *Ex his etiam est icteritia, si ante septimam diem apparet cum macie hypochondriorum.*

Illaudabile quidem signum est, si icteritia ante digestionem appareat. Et priores experti fuerunt ipsam esse sine digestione, si ante septimam diem appareat. Posteriores vero opinati sunt, ꝙ si eueniat ante septimam diem, in regionibus tamen calidis, potest nihilominus esse bonum signum & laudabile. Addidit etiam ꝙ appareat cum macie hypochondriorum: quoniam macies illius loci significat excessum, & dominium vstionis, & siccitatis renum. F

443 *Et si frigiditas sit in manifesto, & superficie corporis, & calor fuerit,*[f] [*& sit*] *interius. & præsertim si*[g] [*adhuc sit*] *& remanserit supra membra principalia.*

f * ———
g * ———

Hæc quidem signa sunt illaudabilia, quoniam significant ꝙ intra corpus sit apostema, attrahens ad se calorem naturalem & sanguinem, adeo ꝙ inde infrigidetur manifeste superficies corporis. Addidit etiam: & præsertim si adhuc remanserit supra membra principalia: hoc est, si calor remanserit adhuc in manifesto corporis super illud, quod est e directo membrorū principalium. nam hoc significat apostema esse in membris illis.

444 *Et tumor quidem vultus, cum tumore extremitatum ante duo septenaria, est quidem terribilis. nam huius patientis materia velox est,*[h] [*& cita:*] *vnde non videtur ꝙ ad terminum duorum septenariorum valeat peruenire.*

h * ad hydropem

Tumor quidem faciei, & extremorum in acutis febribus ante. xiiij. diem, significat ꝙ patiens non perueniet ad terminum prædictæ diei, aut ꝙ labetur in hydropem: & hydropos quidem mortalis est in hoc loco.

A *Aut si quiescat & cesset febris absque crisi, aut si eius fortificatio palã augeatur in diebus paribus.* 445

Intellexit ꝙ erit signũ illaudabile, cum cassabit febris acuta subito sine crisi: hoc enim significat, ꝙ consequenter redibit, & patientem interficiet. nam talis quies significat fatigationem naturæ, & impotentiam ad resistendum morbo. Est autem malum; ꝙ febris augeatur in diebus paribus: aut quia non accidet crisis in talibus febribus, nisi in diebus paribus, quod quidem malum est & illaudabile: aut quia febris notha, quæ hemitritæus dicitur, augetur, & fortificatur in diebus paribus. & hæc quidem febris periculosa est. hoc autem probabilius videtur esse de intentione ipsius.

Signa ex exeuntibus a corpore.

Ex his quidem est fæx nigra, vel viridis, fœtida, pinguis, rubea, & sicut aqua [a] [ ] *butyrosa, & alba. Hæ nanque malæ sunt, & illaudabiles.* 446

a * & egestio spumosa vel

B Malitia quidem egestionis nigræ est, quoniam significat dominium melancholiæ: & maxime, si talis appareat a principio morbi. Et viridis appropinquat quidem ei. Sed fœtida significat super magnam & fortem corruptionem. Vnctuosa vero significat super dissolutionem adipis renũ ex forti violentia renum effectam. Verum rubea attestatur super dominium choleræ rubeæ, quæ valde vritur. Et aquosa quidem significat super priuationem virtutis immutatiuæ, & digestiuæ. Spumosa autem & butyrosa significat super fortem calorem, aut super fortem motum virtutis inquietatæ & vexatæ: quemadmodum contingit in spuma maris ratione multitudinis fluctuationum motuum eius. Et alba quidem significat super debilitatem hepatis. Hoc autem totum verendum est in acutis.

Necnon etiam si appareat diuersorum colorum: hoc nanque mortem, [b] *[aut crisim futuram] significat.* 447

b * nisi illud accidat a crisi

Siquidem talis sit per viam crisis, significabit super fortitudinem naturæ: quæ si in non acutis talis appareat, significabit quidem super multitudinem, & dominium humorum in corpore.

Et si cum casu appetitus egestio sit cholerica, cum qua egrediatur frustum sanguinis congelatum primo, & consequenter frustum carnis. 448

C Quando cum casu appetitus est egestio cholerica, & cum ea egreditur sanguis & carnis frustum, significat quidem malum. est nanque signum illaudabile casus appetitus cum fluxu sanguinis.

Et etiam si post egressum choleræ appareat sanguis, absque punctione, & stimulatione. 449

Intellexit secundum opinionem meam, ꝙ cum egreditur sanguis post excedentem egressum choleræ rubeæ, non præcedente punctione, & mordicatione aliqua egressum sanguinis, ꝙ hoc significat egressum sanguinis per secessum, & post talem consumptionem choleræ citrinæ.

Et si post extenuationem & macerationem corporis appareat, & egrediatur fæx nigra. 450

Si fæx patientis egrediatur nigerrima post consumptionem & emacerationem corporis sui, & etiam morbi longitudinem, hoc quidem est signum malum, & illaudabile.

Et cũ constipabitur venter in febre vrente, & [c] *[uexabitur cerebrum.]* 451

c * fuerit in cerebro inquietudo vel accidens ipsum cerebrũ inquietans.

Intellexit secundum opinionem meam ꝙ cum in febre vrente constipabitur venter, significabitur ascensus morbi ad caput, siue cerebrum.

452 *Si etiam egrediatur ventositas cum sono inuerecundo præter solitum, erit malum.* D

Intellexit ꝙ si quis verecundus bombizet, & alijs audientibus præter solitũ, ꝙ hoc erit malũ signũ. Nã significat aut super corruptionem rationis, aut super violentiam doloris.

453 *Et vrina quidem nigra, tenuis, & pauca significat patientis interitum, estq; timendum vt plurimum, & periculosum, cum accidit permistio rationis, & intellectus cum tenuitate vrinæ.*

Cum vrinæ tenuitas iungitur nigredini, significat quidem super dominiũ frigiditatis, & extinctionem naturalis caloris. Quod autem quis loquatur absque ratione cum vrinæ tenuitate, significat ascensum choleræ rubeæ ad cerebrum, & ipsius apostemationem.

454 *Ex his etiam sunt vomitus, & fluxus* [a] [ ] *cum nigredine, & fætor ex putrefactione contingens.*

a * sanguinis narium

Fluxus quidem sanguinis nigerrimi a naso significat super vstionem sanguinis ex violentia febris contingentem: & vomitus niger super dominium choleræ vstæ seu melancholiæ in corpore: & fœtor super fortem putrefactionem.

455 *Frequens etiam tussis cum modico sputo est signum malum & illaudabile* [b] [ ]. E

b * in phthisi.

Cum in phthisi minuitur sputum cum frequentia tussis, suffocatur patiens.

456 *Sputum etiam diuersorum colorum* [c] [*in pleuresi cum tussi laboriosa & difficili,*] *significat mortis propinquitatem.*

c * cũ difficultate, & tussi,

In apostemate lateris si exeat sputum diuersorum colorum cum difficultate & tussi valida, erit quidem mors patientis proxima.

457 *Et sudor solius capitis, ad quem seu ad cuius euacuatione subsequitur quies, est malus.*

Sudor proprie in fronte, & prora capitis, est quidem signũ mortale. nam quidem significat super fortem pugnam. Omnis enim sudor, quem non subsequitur alleuiatio patientis, est ex signis malis, & illaudabilibus.

Rememoratio signorum laudabilium prognosticorum.

458 *SI facies eorum appareant quales fuerint tempore sanitatis, eorum quidem cura & certa euasio erit manifesta.* F

Palam quidem est & manifestũ ꝙ hæ facies sunt manifeste contrariæ faciebus similibus faciebus mortuorum. cum igitur facies illæ significent super mortem, ideo significabunt istæ salutem, & patientis euasionem.

459 *Ex his etiam est vniformitas, & æqualitas caloris, circunscripta macie hypochondriorum.*

Hoc autem ideo contingit, quoniam vniformitas caloris super totum corpus significat super laudabilem dispositionẽ corporis intrinsecã ex priuatione apostematum. Addit tamen cum vniformitate æqualitate caloris in corpore, ꝙ non fuerint hypocondria macra. et hoc ideo, qm̃ talis est dispositio hecticorum. et est ac si diceret, ꝙ calor reperitur vniformis per totum corpus eorum cum macie hypochondriorum ipsorum.

460 *Et si post septimã diem erit manifesta et perfecta ratiocinatio absq; malitia, & vigor motus, et sensuũ omnium, cõcomitãte facilitate & leuitate sui corporis, & solitus decubitus, & somni aduentus in nocte vt plurimum sine somno diurno cum vigore* [d] [*patientis*] *post somnum. Omnis etiam somnus*

d * existẽte.

A *tolllens dolorem, & perturbationem seu permistionem rationis, & mitigans ægritudinem, est laudabilis.*

Hęc quidem signa omnia sunt contraria signis malis & illaudabilibus, quorum relationem pręmisimus: et causę istorum etiam sunt contrarię causis illorū. pro tanto non oportet, nec est necesse iterare commentum in istis. Intellexit autem, cum dixit concomitante quoque leuitate sui corporis, ꝙ cum patiens tollerat bene morbum suum, est signum bonum, & laudabile, sicut impotentia tollerandi ipsum est malum signum, & illaudabile.

Cerebrum quidem patitur ex quibusdam membris compatientibus secum in passione. Vnde si tunc euaserit a permistione continua, euadet quidem patiens laudabiliter ab hoc morbo. 461

Cum membra, quibus compatitur cerebrum, in passione patiūtur, sicut pectus & diaphragma, circunscripta permixtione continua rationis, significatur ꝙ cerebrum immune sit, & liberum ab apostumate. Alia autem permixtio interpollata fit potius ratione compassionis, & colligantię, non autem ratione proprię passionis ipsiusmet cerebri contingentis ex apostemate in eodem existente, id est quidem continua permixtio rationis.

B *Et si cum apostemate capitis adsit sternutatio, ex signis erit super sanitatem significantibus.* 462

Hoc quidem est signum laudabile, cum in statu morbi contingit. In principio vero significat vt plurimum naturę vexationem.

Omnis fluxus sanguinis [a] [ ] *etiam ab aure in morbis capitis, est curatiuus corporis.* 463 a * a naribus, &

Et hoc ideo contingit, quoniam ex fluxu sanguinis narium, vel aurium dissoluitur apostema.

Anhelitus manifestus non frequens, aut [b] [ ] *tardus est laudabilis: nec est verendus si non fuerit intercisus, separatus: aut orthopnæsus, cogens erigere patientem.* 464 b * non

Cum accidit in febribus frequens anhelitus, est quidem signum malum: nam significat excessum caloris in corde. Tardus quoque anhelitus permixtionem significat rationis. Intercisus vero separatus significat dissolutionem virtutis, & duritiem organi anhelitus, contingentem ratione apostematis in membris principalibus existentis, aut excessum siccitatis in organis anhelitus existentis. Verum anhelitur faciens patientem erigere, significat pulmonis apostema.

C Cum ergo anhelitus immunis sit ab his omnibus, signum est laudabile.

Et similiter est laudabile, cum pulsus est virtuosus fortis [c] [*sine angustia,*] *neq; est anhelitus vrens, nec inflammatiuus.* 465 c * neq; strictus,

Angustia quidem pulsus significat super debilitatem virtutis. cum enim non possit extendere in latum, multo minus in profundum. Et anhelitus quidem vrens significat super inflammationem cordis.

Ex his etiam sunt bonitas appetitus, & digestionis, cum æqualitate, & laudabili substantia fæcum, & [d] [*colore medio*] *in citrinitate, circunscripta nigredine earum vstiua, & viriditate.* 466 d * vrinę, & colore ęquali

Hęc quidem omnia sciuntur ex eo, quod pręmisimus de signis malis.

Aut exitus etiam humoris cum lumbricis in die critica, hoc quidem est signum vitæ. hoc enim contingente aufertur morbus, cum fuerit ex illo humore. 467

Hoc quidem est signum laudabile: quoniam significat vim & fortitudinem virtutis expulsiuę naturalis. Cum autem dixit, ꝙ aufertur morbus, hoc contingente, &c. intellexit ꝙ egressus lumbricorum in die critica sit signum bonum per se: & pręsertim cum fuerit morbus ex illo humore egrediente cum eis, ac si diceret, ꝙ egreditur cum eis humor, qui est causa effectiua morbi, Nam inter-

dum accidit in crisibus laudabilibus ꝙ humor, qui est causa morbi, egrediatur D
in crisi: & accidit interdum in crisibus illaudabilibus ꝙ euacuetur humor, qui nequaquam est causa morbi. & talis quidem crisis auget, & magnificat morbū: nec reperit patiens post ipsam, alleuiationem, sed potius aggrauationem: e contrario scilicet eius, quod accidit ex crisi contingente ab euacuatione humoris proprij morbi.

468 *Egrediente cholera rubea, aufertur surditas, tolliturq; inde nocumentum in morbo cerebri.*

Galenus quidē exposuit hoc inter dicta Hippocratis in libro Aphorismorū, vbi dicit, ꝙ si fluxus ventris ex cholera rubea accidit patienti surditatem, tolletur eius surditas. Et Galenus quidem opinatus est hoc esse verum, cum talis surditas contingit ex apostemate in cerebro contingente. non enim est causa eius cholera rubea in non contingente ex apostemate cerebri. & ob hoc inquit hic Benlene, ꝙ contingente surditate in acutis, adueniente fluxu ventris de cholera rubea, tolletur surditas, & morbus capitis dissoluetur.

469 *Sanguis etiam hæmorrhoidarum curat morbum splenis. Hoc etiam est laudabile in melancholia.*

Fluxus sanguinis hęmorrhoidarum curat a morbo splenis, & melancholia: quoniam sanguis hęmorrhoidarum est niger, & melancholia quidem est ipsa cholera nigra. E

470 *Et fluxus quidem aquæ, & humoris phlegmatici est cura morbi in hydrope.*

Intellexit quidem ꝙ cum accidit fluxus aquę citrinę in vrina in hydrope ascitea, & humoris phlegmatici in carnosa, ꝙ fit cura duarum prędictarum specierum hydropis.

471 *Egressus quoq; choleræ citrinæ in ophthalmia festinat curam eius.*

Intellexit ꝙ fluxus cholerę rubeę curet ophthalmiam celeriter ex eadem cholera contingentem.

472 *Ex his quidem signis est, vt videas vrinam similem in colore pomo citrino, cum hypostasi alba in fundo residente.*

Hoc etiam est notum ex eo, quod dictum fuit in capitulo de vrina. talis nāq; color eius est naturalis, & talis etiam hypostasis similiter est naturalis, cum sit alba, & residens in fundo vasis.

473 *Et si etiam videas sudorem infirmi æqualem in febre continua.*

Intellexit ꝙ si sudor sit ęqualis, ac si diceret, & sit ęqualis per totum corpus, ꝙ hoc quidem est bonū signū in febre cōtinua. Hęc aūt febris est ex sanguine. F

474 *Et tumorem exterius apparentem in synanchia. hoc enim bonum, & laudabile est*

Hoc quidem bonum & laudabile est, sicut dicit, tumore etiam exterius in synanchia apparente, est bonum & laudabile signum. In qua vero nihil apparet exterius cum violentia accidentium, mortalis est: talis enim est deterior ex speciebus eius: & pręsertim, si prę sui magnitudine ex ea apparente interius & exterius videatur. Extrinsecę autem seu exterius sunt tres species: ex quibus laudabilior est illa, cuius ipse fecit hic mentionem.

475 *Tumor quidem testiculorum in tussi chronica, est cura corporis.*

Intellexit ꝙ cum in tussi chronica generatur tumor testiculorum, ꝙ sit cura eius: hoc est cū materia faciens tussim transfertur, & destinatur ad locū pdictū.

476 *Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: necnon apostema generatū iunctura cruris, & in inguinibus.*

Intellexit ꝙ per diuersionem materię ad aliam partem fiat curatio apostemarum pulmonis. Et intelligit secundum opinionem meam per apostema pedis, podagram. Et apostema quidem in iunctura cruris est apostema, quod generatur in carne existente in radice cruris.

A *Et pustulæ narium, aut labiorum in tertiana est signum salutis prognosticum.* 477

Hoc intellexit in tertiana simplici & vera: & est illa, quę nõ transit septem periodos, seu circuitus.

Et varices quidem innatæ sunt cura alopeciæ: necnon eius, quod est in ventre, & splene. 478

Varices sunt morbi in tibijs accidentes, cum venę in eis existentes replentur, & ingrossantur in tantum, ꝙ egrediantur manifeste a sua dispositione naturali. humor quoque, quo tunc replentur venę illę, melancholicus est. pro tanto ex euulsione & translatione illius humoris ad eas contingit curatio morbi splenis, & etiam apostematum in ventre generatorum, quę dubaylet dicuntur, idest *scrophulę. verum ꝙ hoc sit cura alopecię, hoc quidem nequaquam est, eo ꝙ omnis materia, ex qua fit alopecia, sit melancholica: nec etiã ex humore phlegmatico, nam alopecia potest ex omnibus humoribus generari. Hic autem canon est vnus ex aphorismis Hippocratis. & opinatus est Galenus in expositione eius, ꝙ posuit alopeciam pro lepra. non tamen constat apud Gale. illo tempore: nec est verificatum isto tempore. *a, l. glãdulę

B *Et oxyregmia quidem in lienteria intestini contingit ex retentione cibi.* 399

Intellexit, ꝙ si precedente lienteria, contingit eructatio acida, ꝙ sit bonum signum, & laudabile. Hoc nanque significat in hoc morbo retentionem partis cibi in stomacho. & hoc ideo: nam in hoc morbo egreditur cibus indigestus a stomacho, & intestinis, ratione humoris lenitiui ibidem existentis, aut ratione vlcerum existentium in eisdem. Vnde cum retinetur cibus in stomacho, donec acescat, est signum laudabile. quod quidem verum est, velut dicit Galenus, si de nouo contigerit, quę prius non fuerit. nam hęc est de accidentibus potentibus contingere in principio morbi.

Et febre contingente in spasmo, vel epilepsia, fit eorum cura. 480

Si cui accidit spasmus ex repletione, contingat febris consequenter, erit quidem hęc cura eius ab ipso spasmo: quoniam febris dissoluit humorem spasmum facientem cum contrarietate complexionis eius ad complexionem humoris facientis spasmum. febris enim calida est & sicca, & humor faciens spasmum frigidus & humidus. & sic est de ipsa epilepsia.

Si patienti singultum contingat sternutatio, est cura eidem. 481

Hic singultus est humoralis seu ex repletione. & hoc ideo, quoniam sternutatio expellit humorẽ illum, qui est causa singultus a substãtia stomachi: iuuatq;, C seu excitat naturam ad expulsionem ipsius. Singultus enim est debilis motus naturę in expellendo superfluitatem nociuam in stomacho existentem. Singultus vero, cuius causa est siccitas, non recipit curam.

Rememoratio canonum, quibus vtendum est in iudicio prognosticandi.

Decet quidem vt cum volueris iudicare patientem, ꝙ vtaris proportione, a [ ]. 482 a* vel comparatione.

Cum ergo volueris iudicare per hęc signa, vtaris proportione iuridica. neq; facias sententiam aliquam absolute, priusquam scias species illorum signorum, & differentias eorum in significatione.

Nam ex signis sunt, quorum virtus vera est & certa. Et ex eis sunt, quæ per alia falsificantur. 483

Dicamus ergo primo, ꝙ ex signis sunt quędam valde vera. & hęc quidem species signorum est, cum quibus non apparent alia eis contraria in corpore. ex his quędam sunt, cum quibus apparent alia eis contraria in corpore, quare est dubium in prognosticando.

484 *Iusta autẽ significatio sumitur inter membra, ex eis quæ apparent in capite.* D
Signa quidem iuste super mortem significantia, & eius contrarium, sunt signa in capite apparentia, quorum relationem iam fecimus.

485 *Si ergo videas aliquam significationem iuste significantem in corpore, & aliam sibi contrariam sic significantem.*
Si autem videas aliquod signum iuste testificans super euasionem vel perditionem alicuius. & videas cum eo aliquod signum ei contrarium in corpore, supple, noli tunc prorumpere in iudicium.

486 *Contingit etiam ꝙ apparens super contrarium corporis non sint nisi testimonia debilia.*
Contingit autem contrarietas signorum, & testimoniorum in vno & eodem corpore, ita ꝙ quędam ex eis significent bonum, & quędam malum, cum erunt testimonia debilia super bonum vel malum significantia.

487 *Omne signũ non habens contrariũ significat rectè super curam & euasionẽ.*
Intellexit ꝙ omne signum laudabile, cum quo non apparet contrarium, inquantum est ei contrarium, illud quidem & sibi similia significant recte super euasionem eorum.

488 *Et omne signum prognosticationis prædictis contrarium, significat mortem & perditionem.* E
Intellexit quidem secundum opinionem meam, ꝙ omnia signa mala signis bonis contraria, quorum contrarietas talis est, ꝙ non possunt vniri simul in eodem corpore, sunt quidem signa iuste mortem significantia.

489 *Cum autem apparebunt sibi signa contraria & debilia, sequitur quidem ad hoc dubium: Vnde sta tunc, & prolonga iudicium.*
Cum ergo colligentur apud te signa contraria debilia: hoc est, ꝙ vniantur in eodem corpore, & ꝙ sint ęquata in significatione sua, ita ꝙ non possit quis cogere super significationem, nec ratione multitudinis, neque ratione fortitudinis eorum: posset enim vnum ex istis signis fortius esse alijs: quod quidem esset signum apud Medicum euasionis patientis, aut mortis eius: hoc quidem est solum dubium, non aliud ab isto. pro tanto decet Medicum tunc cõtinuare curam, quã habebit, & consequitur forsitan inde spem.

490 *Cum ergo erunt æquata in dispositionibus suis, sta. Sed iudica a prædominante, cum erunt contingentia in inæqualitate sua.*
Hoc quidem est notum. inquit enim ꝙ cum contraria erunt, sta, & noli iudicium referre. Cum vero vna ex speciebus contrarijs coget inferre iudicium, ex cogente & dominante iudica. Docet autem hoc esse, quod dicit apud Medicum in prędictis signis habentibus gradus & dominium in fortitudine & debilitate, hoc est in significatione: sic scilicet ꝙ cum exempli gratia, apparebit aliquod signum, cuius significatio super sanitatem sit in gradu tertio, & apparebunt ei duo signa, quorum significatio est super perditionem in gradu primo, tunc iudicare habebit per signum, quod est in gradu tertio. cum vero erunt prędicta signa ęqualia in gradu, tunc ferendum erit iudicium secundum numerum ipsorũ: sicut facit iudex in alteratione testium, & se dementientium: & sicut faciunt sapientes astrorum in virtutibus astrorum contrariorum ex contrarietate locorũ ipsorum. Et in hoc explicit prima pars Canticorum Auicennę, & est pars Theoricę scientię Medicinę. F

AVICENNAE CANTICORVM PARS SECVNDA, ET EST PARS PRACTICAE.

Cum Auer. Commen.

† Tractatus primus. De conseruatione Sanitatis.

† Rememoratio partium Practicæ.

B

OSTQVAM ordinaui in parte Theoricæ medicinæ quod seriatim audiuistis, & hoc secundum ꝙ in mea mente præordinaueram, incipiam quidem nunc in practica ipsius. Iam autem retuli in principio huius libri illud [b] *[propter] quod est necessarium* [c] *[illud, cuius relationem faciam]* [d] *[ ] in hoc capitulo. Operationis autem practicæ sunt duo modi: quorum vnus naturaliter exercetur: alter uero medicinis, & conuenienti regimine in cibis. Est autem non modicum, quod per illud regimen exercetur. Hoc autem in duas partes diuiditur: quarum una conseruatiua sanitatis dicitur: & altera ægritudinis curatiua. & hoc per uitam meam* [e] *[in perfectione Medicinæ continetur.]*

1 * practica. 1
b ——
c ——
d * referre
e. est finis Medicinę.

C



Ostquam iam perfeci intentionem meã in parte huius artis Theoricę, incipiam nunc idem in parte ipsius practica & factiua. Et iã dixi in his, quę sunt pręmissa, ꝙ hęc pars diuiditur in id, quod manualiter exercetur, & in illud, quod fit medicinis & cibis. Et hęc secunda pars in duas species diuiditur. Quarum primam sanitatis conseruatiuam appellauit: in qua s. docetur, qualiter cum cibis, & alijs ab eis sanitas conseruetur. Et secundum ęgritudinis curatiuam: in qua scilicet ostenditur qualiter tollatur ęgritudo, & quibus ingenijs reducatur sanitas cum medicinis. Ipse autem inchoabit, velut dixit, a sanitatis conseruatiua. pro tanto inquit ipse Benchine ꝙ pars conseruatiua sanitatis cum cibis & medicinis est prima pars practicę.

Et conseruatiua quidem sanitatis dicitur secundum veritatem de habente eam perfecte & absolute: necnon etiam de eo, cuius sanitas est imperfecta. Et huius quidem sunt secundum operationem duæ species. Vna est in eo, cuius debilitas permista est totam suam substantiam in omnibus temporibus suis, sicut in sene conualescente, & paruulo, in quibus scilicet debilitas est per totum mista, & in eo in quo apparet aliquod signum prætendens metum, quòd appareat in eo lapsus in aliquem morbum. 2

Speculatiua confyderatio in principio huius capituli diuiditur in duas partes. D
Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis perfectę & absolutę: Secunda vero est, in qua fit speculaiio de conseruatione sanitatis imperfectę. Et hęc quidem diuiditur in duas partes. Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectę in toto corpore, & in omni tempore: quod intellexit, cum dixit: in eo cuius debilitas permixta est per totam substantiam suam, & in omnibus temporibus suis, & talis est sanitas senum, conualescentiū, & puerorum, & etiam eius qui paratus est labi in aliquam ęgritudinem, qualis est ille, in cuius corpore apparet aliquod ex signis significātibus super lapsum, & casum eius in aliquam ęgritudinem. & talis vero est ille, qui non ex causa extrinseca, sed ex humore conqueritur de dolore, & labore. Secunda vero est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectę eius, qui fuit ęger in quibusdam ex membris suis & non in alijs; aut in quodam ex quatuor anni temporibus, & non in alijs: vel in aliqua ętate, & non in alijs. Et hęc quidem sunt, quorum relationem facturus est in hoc capitulo.

3 *Alia est in eo, in quo apparet morbus in aliqua ex partibus solum sui corporis, puta in cute eius, aut carne, vel ossibus eius. Et sicut etiam est in habente stomachum debilem frigidum* [a] [*ægrum naturaliter.*] *necnon etiam in habente læsionem ab vtero,* [b] [*&*] *matrice: sicut in habente sextum digitum, aut* E
[c] [*tumorem gibbum.*]

a * naturalr, & extenuatum seu rarę substantię, b * seu in c. apostema

Hi quidem sunt de specie eorum, quorum quędam membra sunt ęgra, & quędam sana. Ex his etiam sunt, quorum membra sunt ęgra ex malitia contingente eis in matrice. Ex his sunt, quorum membra sunt talia a re extrinseca, cum debilitate tamen in membris illius naturaliter existente.

4 *Et in eo, in quo apparet in aliqua ætate, & in aliquo ex temporibus anni, & non in aliis. Sicut humidus in complexione est debilis in pueritia, et postquā auctus fuerit, est sanus & fortis. Et siccus per complexionem destruetur viribus in autumno, præter ꝙ in vere debilis efficiatur.*

Infirmi quidem penes ętatem sunt, velut ille, cuius complexio est valde humida: cui quandiu existit in pueritię, accidunt morbi ex humiditate: sed cum ad ętatem senectutis peruenerit, sanus efficitur. Verum ęgritudines penes quatuor tempora anni sunt, sicut habens complexionem siccam, qui in autumno quidem ęgrotat, & in hyeme sanus existit.

Regimen corporis Sani perfecte, & primo quantum ad Aerem eius in generali. F

5 *Conseruatio quidem sanitatis est quoddam genus generale, duas comprehēdens species ex operationibus Medicinæ. Ex quibus est vna, vt cum intendetur ad conseruationem complexionis alicuius, ꝙ ordinetur ei cibus, & diæta similis Sed cum intendetur translatio corporis eius a sua complexione* [d] [ ] *fiat huiusmodi, eo ꝙ contrarietur complexioni antedictæ. Verum regimen simpliciter & absolute est, ꝙ attendatur ad conseruandum ipsius laudabilem dispositionem.*

d. naturali

Hę sunt duę species conseruationis sanitatis in generali: quarum vna est conseruatio sanitatis perfectę: & alia est conseruatio sanitatis imperfectę & inęqualis. In hac aūt complexione inęquali exercetur opus dupliciter: vno modo ad conseruandum sanitatem in dispositione in qua est, regendo illum cuius est, & est conseruatio cum sibi similibus: sicut exempli gratia, si intendatur ad conseruationē habentis complexionem calidam, erit quidem conseruatio eius cum calidis. & hoc idem intelligit, cū dicit: vt cum intendetur ad conseruationem com-

A plexionis alicuius, &c. Sed cum intenderetur translatio eius a complexione sua, & reductio ipsius ad temperiem, & medium, hoc quidem fieret cum contrarijs: puta cum frigidis complexione calida existente, & cum calidis in complexione frigida. & hoc est, quod dicit: Sed cum intendetur trãslatio corporis eius a sua complexione, fiat huiusmodi, &cę. Corpus vero temperatum & ęquale in complexione conseruatur cum temperatis. quod quidem intellexit, cum dixit: Verum regimen sani simpliciter, &c. i. cum regimine absoluto. tale autem absolutum temperatum est & ęquale. Et quod dixit, s. cum volumus conseruare complexionem egredientem ab ęqualitate, docet ꝙ regamus eam cum sibi similibus. Est quidem dictum Galeni, seu quod sequitur ex dictis eius. et hoc tamẽ dictum est dubium, & merito, secundum opinionem meam. & hoc ideo, quoniã si habens complexionem calidam regatur cum calidis, labetur quidem in morbos calidos, sicut patet, & est testis ipse sensus. Si igitur sic est, conseruatio quidem habentis complexionem calidam in sanitate sua erit cum calidis in complexione: minus tamen calidis quam sit ipsum.

Et moretur seu faciat residentiam suam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis, quæ scilicet perfectum aerem habeant & vaporem,[a] *[& habeat speculam uersus eremum, & syluam, & inspiciat etiam] uersus partem orientalem,* 6
B *quia ipsa est subtilior.*

a. sanũ, et in loco eminẽti, in quo videntur loca plana, &

Decet quidem vt habens complexionem ęqualem & temperatam habitet in quarto climate. Addidit nihilominus ꝙ ciuitas, quam inhabitabit, debeat esse perfecti aeris in bonitate. & hoc, quoniam regiones distantes a mari sunt calidę & siccę. natura enim maris significat ratione humiditatis ęqualitatem ciuitatis calidę vel frigidę. Intelligit autem, cum dixit, ꝙ habeat perfectum aerem, ꝙ sit immunis a corruptione. Addidit etiã, ꝙ habeat speculam versus eremũ, &c. & hoc supple tempore hyemali & frigido. Quod autem quartum clima minime temperatum & ęquale sit, patet ex vnione & coniunctione syluarum in eisdem. Hoc autem iam asseruit etiam Gale. & hoc, quoniam complexio ęqualis & temperata, quę est signum ęqualis & temperati climatis, non reperitur in quarto climate, nisi raro valde. Et addidit ꝙ sit orientalis: quoniam pars illa, & aer eius est subtilior, sicut dixit.

Tempore vero æstiuo declinet ad montes, sitq; habitationis locus apertus a parte septentrionali. 7

Hoc etiam notum est: & hoc ratione frigiditatis montium, & septentrionis.

In noctibus quoq; habitet, & quiescat in superioribus locis, & sedibus. In 8
C *die vero descendat ad inferiores.*

Aedificium quoq; domorum subterrenarum in quarto climate significat ipsum fortis esse, & magnę caliditatis. pro tanto in hac terra nostra, i. Sarracenorum in insula Hispanię, quę in hac die est in quinto climate, non fiunt huiusmodi fouez, seu cauernę subterranęę.

Caueat etiam & vitet pannos laneos, & de bombyce, & condescendat ad 9
subtiles lineos.

Hoc quidem totum seruetur tempore ęstiuo, ratione caliditatis panni lanei & bombycini, & etiam ratione ęqualitatis, & temperiei ipsius, s. lini.

Vtatur etiam aromaticis frigidis, sicut ex olea rosaceo. 10

Prędicto quidem tempore est vtẽdum aromaticis frigidis, sicut oleo rosaceo, & huiusmodi talibus.

Protegatq; oculos suos a puluere, fumo, vapore turbido & corrupto, & a 11
radio Solis hora meridiei & feruoris, necnon ab occursu fortis caliditatis: nec etiam attente inspiciat figuras exiles, & subtiliter intricatas, nec literam minutam, & subtilem.

Hoc etiam est totum per se notum & manifestum: quare non expono.

Regimen comestionis vel Cibi in generali. D

12 *DEbeat autem ad minus quilibet comedere semel inter diem, & noctem, & ad plus bis: medium autem inter hoc est, si comedatur ter in duobus diebus.*

Magis quidem temperatus modus comedendi est, vt quis comedat ter in duobus diebus. & hoc, quoniam quidam opinati sunt, ꝙ actus digestionis perficitur in tertia digestione in * decemocto horis. pro tanto cum fiat trina comestio in duobus diebus, perficitur digestio in membris isto tempore, vel prope. & hoc, quoniam spacium * decemocto horarum erit inter duas comestiones: & sic digestio perficietur tunc, vel prope illud. constat autem ꝙ laudabilior modus reficiendi est, cum reficietur quis iam perfecta digestione cibi prȩassumpti.

* sexdecim
* sexdecim

13 *Prolongetur etiam tempus* [a] *[refectionis,] vt fiat cibi bona digestio. Fiant etiam paruæ buccellæ, vt bene digerantur.*

a. masticationis,

Tempus quoq; masticationis est prolongandum, donec cibus in ore bene cõteratur. Sunt etiam bucellȩ paruȩ fiendȩ. nam hȩc iuuant ad digestionem.

14 *Nam omne id quod* [b] *[contundere non poteris,] erit apud te digestionis difficilis.* B

b. est difficilis contritionis ex masticatione

Melius quidem est, ꝙ sit bucella paruȩ quantitatis, quam si prȩ magnitudine sua esset difficilis contritionis & fractionis a dentibus. nam omne tale est difficilis digestionis.

15 [c] *[Attendatur etiam vt omne præter naturam, & illaudabile curetur cũ contrario eius conuenienti secundum complexionem & malitiam] ipsius.*

c * Et quoties appetitus dsyderat cibũ malũ, dimittat comestio ipsi'. Et si intẽtio fuerit firma ad illũ, rectificetur cũ cõtrario complexioni

Attendatur in assumptione eius, quod debet remouere & expellere nocumentum omnium eorum, quȩ volueris ex cibis malis assumptis ad malitiam eorũ, & ad contrarium ipsius malitiȩ. Vnde si fuerit cibus grossus, rectificetur cum subtilibus: & si inflatiuus, cum dissoluentibus ventositatem: & si frigidus, cum calefacientibus.

16 *Sunt autem quamplures complexiones inæquales* [d] *[cum malitia cibi rectificabiles.]*

d. quibus cõpetunt cibi mali, et illaudabiles,

Interdum reperiuntur quȩdam complexiones illaudabiles & inȩquales, quibus cibi mali & illaudabiles congruunt. Vnde non decet ꝙ tales cibi habentibus huiusmodi complexiones prohibeantur, cum conueniant eis ratione similitudinis inter vtrosq; existentis.

17 *Vtatur ergo eis homo secundum vsum & consuetudinem suam, nec sunt appetitus, nec delectatio cibi omittendi.* F

Consuetudo autem naturȩ assimilatur: & est ac si diceret ꝙ consuetudo necessario sit obseruanda, quamuis etiam esset praua & illaudabilis. Dictum autem eius: nec sunt appetitus, nec delectatio, &c. est vnum de prȩceptis huius artis per se. vnde intelligit ꝙ attendendum est in cibis, vt cum hoc quod erunt boni & laudabiles in se, requiritur etiam ꝙ appetantur. Et ideo dixerunt ꝙ duorum ciborum ille, qui minoris est iuuamenti, magis tamen delectabilis, melior est minus delectabili, & sit maioris iuuamenti.

18 *Omnis namq; consuetudo subito, & sine gradatione ablata, nocet, & offendit illum, cuius est.*

Prȩcipit hic ne consuetudo subito auferatur: & hoc, quoniam consuetudo iam est conuersa in dispositionem naturalem.

De ordine ciborum, & rectificatione eorum.

19 *EST autem humidum, & lubricum styptico præponendum. Estq; sapor dulcis acetoso* [e] *[vniendus.] Et siccum cum humido rectificandum. Et frigidum cum*

e* cõmiscendus.

A *dum cum calido, & e contrario. Quod si timeatur* [a] *[defædatio oleaginosi, vel eius quod est malæ digestionis ratione pinguedinis,] addatur sal eis, aut aliquid acutum. nam hæc iuuant ad subtiliandum.*

a × abominatio pīguedinis, aut mala digestio rei vnctuosæ,

Quod præponatur humidum liquidum styptico, est canon & præceptum in regimine & ordine cibi. & hoc est, quoniam ad conseruationem sanitatis exigitur ꝙ mensuretur cibus in qualitate, quantitate, tempore, & ordine: & ꝙ cibus sit laudabilis, & laudabiliter ministratus cum prædictis quatuor conditionibus. Quod vero addidit huic, est sumptum a contrario: ita s. ꝙ vnum contrarium cum sibi contrario ad temperiem reducatur. notum. n. est, ꝙ nociuum & illaudabile est cum sibi cōtrario rectificandum. vnde est, ac si diceretur ꝙ ex hoc siccum cum humido rectificetur, & frigidum cum calido, & econuerso: & pingue vnctuosum cum salso s. & acuto.

Hora refectionis.

POst exercitium quoque est refectio facienda, & ipsum postquam exiuerit fæx ab eo. 20

B Hoc ideo est, quoniam exercitium post digestionem factum expellit superfluitates a corpore, & calorem depurat naturalem: vnde exercitium factum post cibum efficit ipsum acidum, ipsumq; facit venire ad membra indigestum.

Est autem quærendus locus tranquillus & frigidus, & a vento euentatus ad laudabilem refectionem faciendam, necnon etiam tempus & hora frigida. vnde decet hominem esse attentum in hoc regimine. 21

Hoc quidem præceptum est, vt eligantur, s. tempus frigidū, & loca frigida tēpore ęstiuo, cū quis voluerit comedere. & hoc, quoniā calor extraneus calorē naturalem debilitat, sicut & Sol ignem, cū sibi exponitur: qui tamen accenditur, & confortatur cum ad vmbram ponitur.

Regimen cibi in qualitate, & quantitate.

TEmpore quidem æstiuo est cibi quantitas minuenda, estq; tunc ad subtiliter nutrientia declinandum vnde vitandæ sunt tunc carnes grossæ, & vtendum est oleribus, & lactis speciebus. 22

Hoc quidē fit ratione debilitatis caliditatis naturalis contingentis corporibus

C ex dominio calidi extranei super corpora tempore æstiuo.

Et piscibus recentibus, hædo, & agno mediocris ætatis, & pullis gallinnaceis, & gallinis, carnibus quoque [b] *[columbarum, & coturnicum.]* 23

b. perdicum, & frāculinorum.

Hæ quidem carnes sunt laudabiles apud eos, de quarum bonitate concordati sunt, præterquā de carnibus agni. est nihilominus posibile vt agni regionū calidarum & siccarum sint magis temperati agnis regionum frigidarum & humidarum: sicut in hac mea regione contingit. cucullatæ, & coturnices non sunt in hac nostra insula Andalusiæ.

Sunt etiam ex conferentibus tunc fercula ex coriandro, & agresta composita, & [c] *[satabeg, & ceribat.]* 24

c. fichbagi, & zirbagi. et diligat dulcia, sicut est chabissa, & cibaria de tasil, et almosus.

Hæc quidem fercula cum corriandro, & aceto, & vua acerba composita, sunt apud eos tempore ęstiuo laudabilia.

Regimen motus Exercitii, & Quietis.

SIquis ergo velit a morbis euadere, diuidat regimē suū in tria, quorū vnū tribuatur animæ, & aliud cibo, & aliud potui vel aquæ. 25

Cum quis voluerit ægritudines euitare, diuidat regimen suum in tria, quorũ D
vnum animæ tribuat, & aliud cibo, & aliud potui. hoc, quod dixit de anima, reperitur in suauibus & laudabilibus relationibus.

26 *Et parum quidem aquæ frigidæ satiat, & sitim sedat: ad hoc tamen nõ sufficeret multum tepidæ.*

Hoc quidem præceptum inducit ad vtendum aqua frigida: quoniam parũ ex ea sitim sedat, quod minime facit multum ex tepida. Et licet hoc sit verũ in climatibus calidis, congruit nihilominus vsus aquæ tepidæ in regionibus frigidis: & præcipue tempore hyemali. & pro tanto Græci timent valde potum aquæ frigidæ in regione sua ratione consuetudinis ipsorum.

27 *Non est autem aquæ potus frigidæ nimium* [a] [ ] *frequentandus, eo quod neruis obsit.*

a. aut potus niuis.

Ex hoc dicto videtur, ꝙ concesserit interdum potum aquæ frigidæ minimũ: quod quidem si vnquam fecit, fecit tempore æstiuo calido.

28 *Non est etiam offerendus potus aquæ niuis nisi pingui, sanguineo, multæ carnis.*

Hoc quidem notum est. nam si macer extenuatus, habẽs modicum sanguinẽ, bibat aquam nimis, non est securus quin accidat ei inde stupor, & dormitatio E
membrorum. Retulit enim Gale. ꝙ accidit cuidam patienti, post potum aquæ niuis, adeo magnum nocumentum in gutture suo, ꝙ nihil deglutire potuit, & tandem mortuus est inde.

29 *Est etiam vitandus potus aquæ in mensa, nisi* [b] [*ratione adhærentiæ, et tardi descensus buccellæ.*]

b * accidat se rach, i. passio, in qua cibus non descendit ex meri.

Cauendum quidem est, ne bibatur in mensa aqua, nisi ad procurandum transitum bucellæ, cum descensus eius tardatur.

30 *Non est etiam sumenda aqua cum cibo, nec in egressu a balneo,*

Causa quidem huius est: quoniam cum sumitur aqua super cibum, priusquam stomachus calefecerit ipsum, infrigidat ipsum, & incrudat. Est etiam causa, quare supernatet cibus sumptus in stomacho, & quare etiam nõ adhæreat, & vniatur eidem, quod cõterat ipsum, sicut exigitur. actio nãq; stomachi super sumptũ cibum fit conterendo, & coquendo simul. vnde sicut cũ infunditur simul, & in magna quantitate aqua in olla, propter quod tardatur cibi decoctio in eadẽ, sic quidem contingit inde ipsi stomacho. Aqua autem sumpta super balneum nocet valde ratione contrarietatis existentis tunc in membris: contrariũ enim fortificatur tunc in occursu sui contrarij, vt inquiunt. & ob hoc non est securũ quin F
infrigidetur infrigidatione incurabili hepar bibentiũ immediate post egressum eorum a balneo. vnde est ac si diceret, ꝙ inde contingeret eis hydrops.

31 *Nec etiam post forte exercitium, & coitum: hoc enim est malum & illaudabile.*

Causa huius dicti est dicta in assumptione eius post balneũ. attamẽ maius est nocumentũ potus eius in coitu: eo ꝙ debilis sit calor naturalis in corpore eius, qui vsus est coitu, & calor innaturalis auctus, & fortificatus.

32 *Si tamen quis ex modica tolerandi potentia siti vrgeatur, sumat ex ea parũ tantum, s. quo declinatio & impulsio cibi ad inferius stomachi cõpleatur, quatenus ibidem digeratur. sumat tamen ex aquis illam, quæ sitim sedet, & satiet: aut ex vino, quod, & quantum congruat, & sufficiat.*

Hoc quidem, cuius relationem fecit hic, de vino est verum, postquam descendit cibus ab ore stomachi ad eius inferius, scilicet ad fundum.

33 *Et si sumpta aqua ad satietatem, aut vino sufficienti, accidat sitis, vitentur potus eorum: quoniam talis sitis est mendosa.*

Hoc quidem est præceptum, vt expellatur sitis mẽdosa. nam si sumpta aqua,

A vel vino ad facietatem, generetur sitis in eodem, sitis quidem illa erit mendosa, pro tanto docet, vt tunc tollatur omnis potus, donec cesset sitis illa.

Regimen vini.

NOn est curandum de assumptione multi vini: debetq́; sufficere modicum cum est in vsu: nec est continuandus omni die potus vini: nec est bibendũ in ieiunio: nec etiam post sumptionem cibi subtilis vel acuti: estq́; omni tempore vitæ, nisi semel in mense, ebrietas vitanda. 34

Hæc quidem præcepta facta in potu vini sunt apud Medicos manifesta: ex quibus est vnum, ne bibatur ex eo multum: neque etiã omni die, sed solum vno die, & alio non: & præcipue tempore calido, vt inquit Dioscorides. & cum hoc etiam congruit vt die qua bibetur aqua, sit aqua sola: & ꝙ potus vini sit vinum lymphatum. potus autem vini nociuus est in ieiunio, eo ꝙ vinum habet potentiam percutiendi neruos, & nocendi eisdem. vitatur autem super cibum subtilẽ, quoniam conuertitur tunc cum eo in choleram: & similiter contingit si sumatur cum cibo acuto. Cantificatio autem & prohibitio ebrietatis est proculdubio sine resistentia & contradictione. Ascensus autem ebrietatis semel in mense est
B erroneus: quoniam licet vinum teste Galeno sit ex magis conuenientibus calori naturali, & sit respectu eius in gradu, in quo oleum est ad lumen & ignem: tamen sicut multum & superfluum oleum extinguit lumen, sic etiam multum vinum extinguit calorem naturalem. pro tanto & si ipsum sit ex magis conoenientibus calori naturali, ipsum nihilominus est ex nocentibus magis calori animali, & sensibili, & organis eius, s. cerebro, & neruis. & ob hoc aqua mellis est vtilior vino eis, qui naturaliter habent neruos debiles. Priores autem non concesserunt ipsum iuuenibus ratione fortis caloris ipsorum: concesserunt tamen parũ ex eo senibus, & decrepitis.

a *[Et bibat vinum aromaticum: adiuncta sibi acetositate mali granati, aut succo cotoneorum, & cucumeris, ille cui accidit ex potu vini dolor capitis, supercalefactio & ebrietas,] bibatq́; ipsum cum aqua mistum.* 35

Hæc enim præcepta data sunt eis, qui & vini potibus incurrunt dolorem capitis fortem, & quibus accidit ebrietas ex eodem: hæc enim nocumenta contingunt proprie ex potu vini. pro tanto expedit magis, cui hæc accidũt, ꝙ minuat quantitatẽ eius, aut dimittat prorsus ipsum. Et vinum quidem aromaticũ est melius ex vinis apud Medicos. vinum tamen album est melius ei, cui accidit ex potu vini dolor capitis, necnon etiam super calefactio est: enim propinquus ex
C eis naturæ aquæ.

Et dandum est in potu ei, qui querelosus est ratione ventositatum in corpore suo existentium, vinum purum & citrinum: nam fortius ex eis congruit eis amplius. expedit etiam vt cum salsis coniungantur. 36

Ex magis quidem conferentibus conquerenti ex ventositate in digestione sua existente est vinum purum, & ex eis citrinum, cum sit calidius ex eis. expedit etiã vt cum salsis iungatur: & hoc, quoniam ventositates contingunt, & generantur ex diminutione & paruitate calidi radicalis, & elementaris.

Tempore autem æstiuo sumendum est vinum album & aquosum, eo quod sit subtilitati & simplicitati propinquius, b *[cui addantur acetosa & super comedantur styptica.* 37

Hoc quidem est notum. Intellexit autem per subtilitatem & simplicitatẽ eius calorem temperatum.

Regimen Somni, & vigiliæ.

NOn prolongetur somnus, quoniam obest animæ: nec etiam vigiliæ, quoniam inde debilitantur sensus. 38

35 a. Et ille, cui accidit ebrietas, vel accidentia similia epilepsię et calefactio ex vino assumpto, tunc bibat vinũ aromaticũ.
36 Et post cibũ i secũda mẽsa granata acetosa, & cotonea, & cucumeres.
b * & bibat
37 ipsum mistũ cũ aqua. Et comedat cibaria acetosa, et in secũda mensa s. post cibũ as-
38 sumat styptica acetosa.

Prolongatio quidem somni, & ipsius profundatio nocet animæ. nam etsi somnus sit animæ necessarius ad calefaciendum, & anima agat & operatur tempore vigiliarum: cum tamen prolongatur somnus super eam, lentescit quidem vita eius, & tenebrosa efficitur: extinguiturq; inde calor eius, sicut extinguit ignis cineribus multum coopertus. Cum autem excedit quis, & conatur ad vigilandum, debilitantur inde sensus eius, & calor eius infrigidatur, sicut infrigidatur calor ignis ex superfluo motu. D

39 *Prolongatio vero somni congruit ei, cuius cibus est indigestus: necnon super* a [*malitiam cibi non recipientis digestionem.*]

a. nauseatiuā satietatem.

Somnus quidem est ex conferentibus ad digerendum cibum. prodest etiā corruptioni eius in stomacho contingenti: eo ꝙ rectificet & corrigat corruptum in eo ex marcore seu muscididitate ex iterata decoctione.

40 *Nec est somnus prolongandus in ieiunio, & tempore famis. Nam repletur caput fumo, & vaporibus, a fæcibus & superfluitatibus eleuatis.*

Somnus quidem superfluus super fame factus fumigat caput ratione fæcum, & superfluitatum aliarum in corpore existentium. Nam in somno, vt dictū est, fit reuocatio caloris sensualis ad interiora, quatenus iuuetur calor naturalis in digestione. & inde est, ꝙ cum non sit ibi cibus, ꝙ agat in humoribus corporis, & generet ex eis fumum seu vaporem corruptum, qui eleuatur, & ascendit ad cerebrum. E

41 b [*Non*] *est quoque immediate post cibum vel comestionem dormiēdum accumbendo, donec ad locum digestionis peruenerit cibus assumptus.*

Alia litera b * Est quoque, &c.

Congruit quidem, vt cum aliquis immediate dormierit post cibum & cōmestionē, ꝙ dormiat accūbendo, capite s. erecto, donec cibus ad inferiora corporis descenderit. & hoc, vt repletio capitis a fumis & vaporibus minuatur. nā somno immediate post cōmunionē facto, repletur caput fumis & vaporibus. Et ob hoc iussit, & dixit in priori Medicina, & ꝙ post commestionē debet homo aliquantulū incedere, & deambulare. & in summa tempore digestionis congruit somnus & vigilia: quoniam somnus iuuat & meliorat digestionē, & vigilia minuit repletionem capitis ex vaporibus tunc contingentem. Et ob hoc etiam iussit, vt homo dormiat post comestionem serotinam: quoniam tempus matutinæ refectionis est tempus totum vigiliatum, & tempus serotinum est tempus totum somni.

Regimen potus aquæ. F

42 *NOn est exercitandum exercitio magno, & forti, nec est tantum quiescendū, ꝙ omittatur omne exercitium: immo est* c [*hoc vitandum.*]

c. æquali, & tēperato exercitandū.

Causa quidem huius est, quoniam excedens & forte exercitiū virtutem corporis dissoluit: & priuatio exercitij & quies omnimoda superfluitates in corpore colligit, & calorem naturalem extinguit. Exercitiū autem æquale, & temperatum & superfluitates expellit, & calorem elementarem & naturalem fortificat, & augmentat.

43 *Sunt ergo taliter membra exercitanda, & per exercitium adiuuanda, ne colligatur quod timetur colligi in eis ex malis humoribus.*

Cum timetur collectio superfluitatum in aliquo ex membris ex debilitate ipsius, erit quidem conueniens, vt exercitetur membrum illud cum exercitio speciali, et conuenieti eidem, taliter vt iuuetur in expulsione illarum superfluitatū, & diminutione generationis earum in eodem.

44 *Eundo* d [*vel clamando*] *si volueris, donec appareat velox &* e [*cita expiratio.*]

d. et luctādo e. frequens anhelitus.

Terminus quidem exercitij apud eos est cōmuniter, ꝙ dominetur in eo quo exercitatur anhelitus, & expiratio velox, & ꝙ corpus incipiat sudare.

A *Macer autem & extenuatus non debet exercitari, ne ipsius dissolutio amplius augeatur.* 45

Hoc quidem dictum est Hippocratis, s. ꝙ non decet ꝙ calida corpora velut cholerica exercitentur.

Verum debet exercitari pinguis & multæ adipis & axungiæ: est tamē accingendus, si habuerit ventrem magnum. 46

Docet ꝙ nimis pinguis exercitetur vltra exercitium temperatum, quatenus ex pinguedine eius moueatur & dissoluatur: quoniam augmentum pinguedinis corporis super naturalem dispositionem corporis est verēdum. docetq; vt si magnus fuerit venter eius, ꝙ zona super ventrem ipsius posita cingatur.

Tempore vero æstiuo est minuendum exercitium: cum tunc dissoluatur, & subtilietur homo per sudorem. 47

Exercitium in æstate debet esse minus, q̄ in hyeme: eo ꝙ tēpore æstiuo minuatur, & dissoluatur corpus hominis continue per sudorem.

Iā quidē retuli in capitulis Theoricæ regimē eius, cuius corpus indiget euacuatione superflui, aut retētione cōtrarii, [a] *[addēs huic quod mihi placuit.]* 48

Iam quidem relatum est in alia parte horum Canticorum quis ex humoribus debeat euacuari, & quis retineri: & quo etiam tempore debeat hoc fieri, & in quo corpore. Et intellige ꝙ fecit rememorationē horum supra, vbi tradidit doctrinam de rebus necessarijs: hic tamen esset locus magis idoneus ad hoc. & intelligitur cum dixit, addens huic, quod mihi placuit, ꝙ facit ibi mentionem de conuenienti regimine accidentium animæ in conseruatione sanitatis.

B

a. & de eo qd conuenit de intentionibus, vł passionibus animæ.

Congruit quidem usus omnium, quorū præmisi relationē secundū qualitatē dictam in tēpore æstiuo, super calefacto iuueni, & ciuitatibus meridionalibus. 49

Vsus quidem regiminis relati in regimine cōuenienti corporibus æqualibus temperatis tempore æstiuo, cuius qualitas ostensa est ante, congruit quidē supercalefacto secundū complexionem, & si non sit in æstate. Sic etiam faciendū est in locis, & ciuitatibus meridionalibus, ratione excessus caliditatis earum.

Et tempore quidem hyemali est utendum contrariis eis quæ retulimus: ut obuietur, & resistatur frigiditati ipsius. 50

Tēpore quidē hyemali vtendū est in regimine corporū tēperatorū contrarijs oībus eis, quæ retulimus: quare cū calefactione resistatur frigiditati ipsius aeris.

Vere quoque, & autumno incedendum est inter æstatem, & hyemem. 51

Vere & autumno sunt corpora regenda regimine medio inter caliditatem et frigiditatem, & inter regimina eorum congrua tempore hyemali & æstiuo.

C

Congruitq; regimen exsiccatiuum in uere, & humectatiuum in autumno. unde fugienda est exiccatio in eodem. 52

Vere quidē congruit regimen exiccatiuum: intendit nihilominus ꝙ minus sit vtendum eo, q̄ tempore hyemali. Est etiam vtēdum regimine humectatiuo in autumno: estq; vitanda exiccatio in eo, eo ꝙ eius complexio sit sicca.

Est autem utendum regimine conuenienti tempore æstiuo, & in fine veris, & in principio autumni. 53

Corpora quidem sunt regenda in fine veris, & in principio autumni regimine in æstate conuenienti, aut ei propinquo. natura nanque æstatis dominatur supra prædicta tempora, cum vniantur sibi.

Verum in principio ueris, & in fine autumni debet regimen conformari regimini hyemis. unde utendum est tunc cibis calefacientibus. 54

Complexio quidem principij veris similatur complexioni finis hyemis ratione coniunctionis & vnionis vnius ex eis, s. autumni cum principio hyemis, & alterius, s. veris cum fine & termino ipsius. pro tanto congruit, vt regantur corpora in prædictis horis regimine hyemis.

55 *Regimen autem eius, cuius relatio dicta est, congruit habitantibus, & residentiam facientibus in ciuitatibus, & castris. Verum*[a] *[mercatores] sunt regendi regimine iter agentium.* D

a. iter agentes

Quod relatum est de conuenienti regimine congruit quidem eis, qui in ciuitatibus & castris habitant, dum resident in eis. Verum iter agentes habent proprium & speciale regimen: cuius ipse mentionem faciet consequenter.

Regimen iter agentium, & primo nauigantium.

56 *Est quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme. Et*[b] *[ ] volens nauigare debet assumere et colligere aquam multam, et multa vasa munda, cui præparãda & offerenda sunt cibaria humida. Venter & natura eius est cum medicinis mollificanda. Vnde si timeatur vomitus cholerae, euacuetur per secessum Quibus peractis ingrediatur nauim, & imponat secum succos acetosos, & cum eis stypticos.*

b * itineratio per terrã siue per loca deserta ẽ vitanda in tempore pluuioso &

Quod hic dicit, s. ꝙ non est nauigandum per mare tempore hyemali, nequaquam est de arte Medicinali, sed potius ex arte Consiliaria. & similiter quod subiunxit, ꝙ volens per mare nauigare debet colligere aquam multam. hoc.n. ideo dixit, ꝙ timendum est, ne intrans mare moretur plus ꝙ̃ vellet. Ignoro aũt, cur dixit ꝙ propinanda sunt cibaria humida volenti mare ingredi, cum nauigantes sint in vltimo humiditatis. nisi forsan hoc dixit, & intellexerit ad minuẽdum potum aquæ. vnde non videtur esse ex operatione Medicinę. Est etiã possibile ꝙ intellexit ex hoc mollificationẽ ventris & naturæ faciẽdam. vnde ex hoc addidit, & est mollificanda natura eius cum mollificatiuis medicinis. Quãuis autẽ ipse dixerit, ꝙ si timeatur vomitus cholerae, ꝙ euacuetur per secessum, est nihilominus conuenientius ei, si per vomitum purgaretur. & hoc, quoniam humor cholericus est per vomitum expellendus. Quod vero iussit debentes ingredi mare, ponere secum succos accetosos, vomitum abscindentes & stypticos confortantes, est de canonibus huius artis. H

c * carminata redacta in modũ licinij aut chordæ, inuncta cum argẽto viuo extincto, & collo appensa, & applicata inter vestes,

57 *Et ad vitandum defœdantia, & sordes, præparet sibi mundas uestes.*

d. terrã, curetur & mundificetur ipsius corpus cum quiete, anteꝙ̃ iter incipiat,

Probabile quidem est hoc præceptum prodesse generaliter cuilibet iter agenti, siue iter agat per mare, siue per terram, cum nequeat ingredi balneum.

58 *Cũ autẽ in aliquo ex iter agentibus multiplicabũtur pediculi, quos nõ possit interficere: lana*[c] *[contorta, & mersa in oleo, in quo argentum uiuum fuerit extinctum, appẽdatur vestibus eius,] donec videatur cadere pediculi ab eo.* F

Hoc ingenium est laudabile iter agentibus pediculos habentibus: nam argentũ viuum necat pediculos. vnde quod de hoc dictum est, de se est manifestum.

59 *Iter autem agens per*[d] *[siccum regatur cum regimine frigoris.]*

Intellexit ꝙ consequenter referret de regimine euntis per eremum & siccũ, est sicut regimen, quod referret de eo in tempore frigido, & in locis frigidis.

e. iter agentium per terram, & proprie in

Regimen[e] [dictorum, & primo cum] frigore.

60 *Est ergo cauendum ne obuiet ei*[f] *[frigus, quoniam perdetur ratione algoris, & congelationis.]*

f nix, qm̃ ex hoc conseruabitur a cõgelatione, et a morte,

Intellexit ꝙ si obuiat nix alicui, ꝙ posset inde congelatio contingere, & per consequens mors.

61 *Et reficiatur vsque ad saturitatem, ne moriatur fame.*

Iter agens per siccũ & terram debet refici ad saturitatẽ, ne contingat ei accidens mortale ex fame, & hoc, quoniam frigiditas est fortis valde in faciendo

A actionem fortem, & immutationem in corporibus famelicorum.

Et si fuerit infrigidatus, ingrediatur balneum, & [a] *[vniatur cum habentibus] corpora pinguia, carnosa.* 62

a. amplectatur

Oportet quidem vt infrigidatus ponatur in balneo: & quod habentes corpora pinguia & suauia cubent secum.

Et si caligent oculi eius, visusq; ipsius disgregetur ex gelu, ponatur super faciem eius peplum nigrum. 63

Cum offendit gelu ex sui violentia oculos iter agentis, ponat super vultum suum orale, seu peplum nigrum, & intueatur res nigras.

Et eius extrema protegantur a frigore, & oleo [b] *[fomententur, vnde inuoluātur pedes eius multis coopertoriis, priusquam sotulares] calcientur.* 64

b * costino inuolutiões, & pedes inuo gantur, deinde pedes eius inuoluantur cũ multis coopertorijs ante quã coturnices seu bolzachini, seu calciamenta de corio

Extrema quidē eius a frigore sunt protegēda, & pręcipue pedes: quod fiet, si multipliciter cooperiātur, priusquā calciet sotulares. sic ēt cooperiēdæ sunt manus,

Vnde si cessante dolore extremorū nō recuperēt sensum, scito ea esse dissoluta & mortificata a frigore. pro tāto tunc iugiter sunt fricanda, & calefaciēda cū oleo de sinape calefacto, & consequenter fasciāda, [c] *[ ]* 65

B Si cessante dolore extremorū & pedum, non sentiant, scito quod frigus iā mortificauit, & dissoluit ea ratione corruptionis eorum. pro tanto dissolutis tūc coopertimentis ipsorum, sunt continuo calefacienda, & postea fricanda, vtpote cum oleo de sinape calefacto, & alijs ab eo calidioribus, si possunt reperiri.

Et si inde pedes fuerint nigri, aut liuidi, scarificentur: & si fuerit in eis putredo, mundetur: & si aliquid dissolutum fuerit, abscindatur illud ab eis. 66

Si pedes inde denigrantur, scarificētur cum instrumēto ferreo, donec sanguis corruptus emanet & egrediatur ab eis. & si fuerit in eis putrefactio, mundificetur ab eis. & si aliquid ex carne earum, aut aliud ab eo fuerit mortificatum, abscindatur ab eis.

c * & conseruanda.

Qui vero inde lassitudinem incurrerit, curetur cum oleo, & seruet regimen & diætam subtilem: fricenturq; & extendantur ipsius membra in balneo, & requiescat consequenter aliquibus diebus. 67

Inungendū est corpus iter agētis in balneo cū oleo subtili, cū accidit ei lassitudo ex violētia laboris: estq; fricādū corpus eius cū eodē. Nā fricatione corporis dissoluūtur superfluitates illaudabiles ex eis nociuę, quas īmoderatus labor efficit in eodē. De natura. n. immoderati laboris est quod dissoluat humiditates ex

C mēbris similes in natura seu cōplexione sua saniei. & ob hoc sunt causa doloris quē percipit vexatus & fessus. dissoluūtur aūt hmōi humiditates ab æquali temperata fricatione facta in sic fesso & vexato. Prohibuit aūt ibi cōsequenter laborē ad tollendā causam lassitudinē efficientē. hoc. n. est causa lassitudinis: nec est modus idoneus ad curandum nocumentum, nisi per ablationem eius.

Regimen iter agentis [d] [per siccum tempore calido, & sicco,] [e] [ ]

d * ______

e * in calore

ITer agens tempore æstiuo & calido sic est regendus, ut s. prohibeatur ei ne aggrediatur iter suū hora æstus & feruoris in meridie: estq; primo minuendus, ne supercalefiat ex labore itineris. pro tāto extrahātur sanguis ab eo ī [f] *[magna] quantitate. & sic efficietur securus ab apostemate, s. per phlebotomiam.* 68

f. cōuenienti

Phlebotomia quidem est vtilis & necessaria volenti iter agere: quoniam de natura motus est generare calorē, et de natura calidi est calefacere nimis sanguinē. Est ēt de natura caloris, cui obuiat iter agēs, idē facere in eo exterius. pro tanto si sanguis eius iam fuerit calidus, augebitur amplius eius calefactio, & tūc

venæ ipsius angustabuntur, sicut angustantur vtres ex musto bulliente. Cū aūt sic angustantur venæ ipsius, ꝙ non possint ipsum tollerare, cōstat ꝙ infundetur sanguis iste ad aliquod ex membris, generabitque in eo apostema. veruntamen post minutionem sanguinis in tali, per phlebotomiam, calefit residuum in venis aliquantulum, sed nequaquam sic angustantur venæ ex eo. Et ob hoc quidem minuunt homines animalia sic sanguine in fine veris & in principio æstatis. ad hoc tamen ipsi sola experientia sunt edocti. sed Galenus hoc roborauit ratione. vnde minutio est in habente multum sanguinem in æstatis principio facienda. D

69 *Verum si cholera in eo dominetur, educatur ab eodem,*[a] [*et sic sitis malitia alleuiabitur, aut tolletur, estq; ante aggressum itineris succis cōuenientibus extinguenda:*[b] [*alias uerendum est, ne calore ipsius periculo exponatur.*]

Alia litera a. cū timueris sitim, b. qm̄ timenda est caliditas eius.

Si dominetur in eo cholera magni acuminis & violentiæ, euacuetur per eductionē choleræ rubeæ vice phlebotomiæ, & cum succis infrigidantibus: puta succo vuæ acerbæ, cotoneorum, & malorum granatorum acetosorum calor corporis eius ante egressum itineris extinguatur.

70 *Et fiat ut comedat aliquantulum ex herbis frigidis, & simul et semel saturetur aqua, et quiescat cum poterit, nec irascatur fortiter*[c] [*aliquatenus, et moretur in locis umbrosis,*] *et uitet seu dimittat clamorem et sermonem, necnon etiam bellum et iurgium, nec moretur in loco nimis calido, & sumat in potu syrupum ex succo uuæ acerbæ cum succo portulacæ et aquæ.* E

c. & vtatͬ rebus facientibus vmbrā, & his quæ nares, & os cooperiunt a puluere.

Hoc quidem totum est de se manifestum. nam hoc præceptum est ad vitandū ea quæ calefaciunt, & ad vtendum eo, quod frigiditatem ministrat. Et voluit ꝙ saturetur potu aquæ simul semel: sic enim mitigat sitim amplius.

71 *Et si sitiat in*[d] [*meridie,*] *teneat in ore suo pilulam unam ad quantitatē lupini factam ex trochiscis camphoræ. Et si timeat ne facies alteretur a sole, et nigrescat eius cutis, dissoluat seu liquefaciat rector eius oleū cum cera*[e] [ ] *simul iuncta, præsertim in mulieribus.*

d. hora vehementis caloris, e. alba

Quod hic dicit, s. ꝙ teneat quis in ore suo trochiscum ex camphora, dixit quidē eo ꝙ ipsa abscindat sitim, & infrigidet complexionem. Quod etiam præcepit, s. ꝙ oleum & cera extendantur super vultum, ne immutetur & alteretur a sole: est quidem præceptum de se notum. attamen cera liquefit, & dissoluitur a calore solis: propterea melius est vt eius sit linitio seu inunctio absque cera. Et dixit: præsertim in mulieribus: quoniam actio & immutatio solis in facie earum est fortior, ratione decoris & passibilitatis ipsarum. F

Regimen Infantis, dum adhuc est in vtero.

72 *CVstodiatur taliter infans in utero, ne contingat corpori eius aliquod nocumentum.*

Intellexit quidem oportere vt mater caueat sibi, ne percutiatur venter eius. corrumperetur enim inde aliquod ex membris infantis.

73 *Et eligatur nutrix, quæ cibabit et potabit eum, ut sit boni nutrimenti apud eum.*

Nutrix, quæ cibabit, & potabit puerum, eligatur boni nutrimenti, & habens lac bonæ complexionis: si intelligatur de nutrice lactante ipsum. Si vero intelligatur de nutrice non lactante ipsum, intellexit quidem ꝙ debet esse instructa In regimine puerorum, s. in nutriendo & balneādo eos, & alia faciendo ex eis, quibus indigent tales infantes siue pueri.

74 *Talis est etiam apponenda intentio super stomachum prægnantis, ne contingat corruptio in desyderiis seu appetitibus eius.*

A Quoniam accidit magna submersio stomachi prægnantibus,& hoc in principio impregnationis earum,acciditq; eis innaturalis appetitus: ideo inquit quod ponenda est intentio super earum stomachum. pro tanto ministranda sunt eis quę confortant earum stomachos: & quę auferunt illaudabiles appetitus earum.

Rectificatur etiam sanguis eius [a] [ ], *&* [b] [*ipsius*] *superfluitatibus offendantur.*] *Verum si sanguis excitaretur in eis, minime tamen minuatur: sed vice prædictæ euacuationis infrigidetur sanguis, seu eius feruor extinguatur.* 75

a. ex quo infans generatur & nutritur.

Intellexit quidē quod prægnanti offeratur in potu quod sanguinē eius rectificet, & clarificet, seu quod educat superfluitates & corruptionē ipsius, quatenus ex materia munda nutriatur. non tñ minuatur, quamuis et excitaretur, seu in quantitate augeretur: sed propinentur ei sanguinem infrigidantia loco eius. hoc autem sic iussit fieri, timens quod per phlebotomiam prægnans habeat abortire.

b ———
c ———

Si etiam [d] [*phlegma*] [e] [*in ea*] *excitetur, minime tamen euacuetur secessiuis: utatur nihilominus tunc conuenienter subtiliantibus.* 76

d. humor
e * ———

Si excitetur aliquis humor in prægnante, minime tamen ei erit pharmacia offerenda: erit nihilominus vtendum in ea eo quod ipsum subtiliet & scindat,
B & breuiter eo quod ipsum ad laudabilem dispositionem reducat. timendū enim est, ne aborsum ex pharmacia patiatur.

Regimen tempore partus.

CVm autem instabit tempus partus, vtendum est partum facilem efficientibus. vnde fricentur in balneo ex omni parte cum oleo ilia ipsius, & [f] [*quod coniungitur uentri eius,*] *ut sic nerui eius & musculi mollificentur, ne partus eius laboriosus efficiatur.* 77

f. partes circa uuluā existentes.

Vtendum est efficientibus partum facilem appropinquante tempore partus: & hoc fricando in balneo ilia ipsius, & loca membris imprægnationis confinia, & propinqua, quatenus mollificatis neruis, & ligamentis & musculis eius, partus ipsius alleuietur, & facilis efficiatur.

Vnde vtatur oleo in cibis eius: & sorbeat brodium seu ius pimgue. 78

Hoc quidem ideo dixit, quoniam pinguia leniunt, & per consequens partum facilem efficiunt.

Et protegatur a clamore, saltu, timore, pugna, & percussione, et in [g] [*agone, & uiolentia*] *eius offeratur ei decoctio dactylorum, & fœni græci.* 79
C

g * violētia, & difficultate

Prægnans quidem est a percussione extrinseca protegenda: eo quod aborsum ab inde sepius patiatur. & cum erit partus difficilis et violentus, detur ei in potu decoctio dactylorum, & fœni græci.

Expedit etiam vt in partu habeatur obstetrix discreta: quæ circunscripta omni pusillanimitate trahat fortiter pedes eius, & [h] [*imprimat*] *ventrē eius, caute tamen & discrete, postquam subito eam surgere fecerit.* 80

h. cōprimat

Congruit quidem vt in hoc casu obstetrix perita habeatur: quę s. trahat pedes eius violenter, & faciat vt consequenter surgat, & subito erigatur: & cum surrexerit, pręmat, & constringat cum vitta & sibi similibus ventrem eius.

Et si fluat ab ea sanguis multus, offerantur in potu trochisci & karabe. si vero ratione alicuius impedimenti non egrediatur ab eo sanguis in conuenienti quantitate, sumat in potu trochiscos de myrrha. 81

Quod hic dicit, est de se notum, s. quod excedente fluxu sanguinis, in hoc casu propinentur in potu trochisci ex charabe. Si vero retineatur quod debet egredi, ministrentur in potu trochisci de myrrha, sunt etiam ministrandi trochisci de myrrha ad alleuiandum partum.

82 *Et vtatur fumigiis dissolutis ex myrrha, kytram, sauina,*[a] [ ] *sul-* D
phure, & colocynthide factis, si secundina non egrediatur.

a. seu granorum abel

Hęc quidem omnia procurant descensum & egressum secundinę: procuratur etiam egressus & descensus secundinę cum sternutatorijs. Dicitur autem secundina panniculus, quo voluitur fœtus in vtero materno.

Electio nutricis.

83 *Est ergo nutrix eligenda mediocris ætatis & carnosa, non tamen laxæ carnis, per complexionem suam appropinquans æqualitati, et tēperiei,*[b] *[alti & erecti] corporis, & magnarum mammillarum: habens caput mundum & sanum, & oculos, immunis ab omni nocumento intrinseco, & ꝙ sit sana breuiter in membris, & iuncturis suis.*

b. pinguis, & sani

Hoc per se notum, s. ꝙ electa nutrix debet esse mediocris ętatis, vtpote a viginti annis vsq; ad triginta. Debet esse etiam ęqualis seu temperatę complexionis, aut propinquę ei: & debet habere corpus pingue & sanum. Per hoc autem, quod dixit: appropinquans ęqualitati, &c. potuit intelligere cęteras conditiones, quas explicuit, seu addidit consequenter. E

84 *Et habeat multum lac, cuius color sit albus, nec sit nimis subtile, nec nimis grossum, & sit sapor eius dulcis,*[c] *[sine horrore aliquo,] sitq; coniunctum in partibus, & non fluidum*[d] [ ].

c. bonū habēs odorem non fœtidū, d. cum super aliquod tersū effundit.

Hoc quidem est notum de genere, & modo lactis. notum enim est ꝙ electum lac debet esse mediocre inter subtile & grossum, albi coloris, & dulcis saporis, similium, & non diuersarum partium.

85 *Congruit autem vt dulcibus*[e] *[pinguibus,] & piscibus recentibus*[f] *[cum olei] nutriatur.*

e * vnctuosis, f. & pinguibus, s. carne pingui

Et decet ꝙ ordinetur cibus eius talis, qui habeat sanguinem generare, qualis est dulcis, & vnctuosus, & pinguis temperate: vnde intellexit ex dicto suo cum oleo pinguia oleaginosa. deceтq; vt nutrix attenta sit in exercitio, & bonitate digestionis: hoc nanq; est necessarium in hoc capitulo, & omnibus alijs.

Regimen proprium infantis, cum exit ab vtero.

86 *Vngatur ergo & liniatur stypticis cum fasciabitur, donec manifeste induretur cutis eius &*[g] *[calefiat] & ab humiditatibus eius mundetur: & mediocri ligatura fascietur.*[h] [ ]. F

g. balneet, h. nec ei est tribuendum lac multum, quod nausea tuā satietatē inducat.

Cum ligabitur & fasciabitur ipse infans, vngatur prius oleis stypticis, & calefiat aqua temperatę caliditatis, ad mundificandum ipsum a sordibus, & ligatura eius stringatur temperate. Et Galenus quidem iussit ꝙ puer natus superaspergatur sale trito. Non tamen permittatur multum suggere lac, quoniam corrumpetur inde ipsius digestio.

87 *Nec est ēt ei longo tempore prohibendū lac, quoniam supercalefieret inde.*

Puer est lactandus mediocriter & temperate, non autem excessiue, quoniam corrumpetur inde lac assumptum. non est etiam paruum lac dandum, quoniam supercalefieret, & consumeretur inde.

88 *Suntq; tolenda & vitanda omnia ipsum ad iram excitantia, et ipsius somnū impedientia. si enim velit quis somnum prouocare, ponatur stratus eius*[i] *[capax, & latus satis] in loco opaco: & imponatur papauer in cibis suis, si ex ablatione somni seu vigiliarum instantia contingeret ei aliquod nocumentum.*

i. planus & mollis

Decet nutricem attentā esse de esse & dispositione infantis, ne, s. aliquid aliud

A ledat ipsum, aut stricta ligatura, aliudue ab istis, vnde faciat ipsum dormire super stratum planum & extensum in opaco. ꝙ si ratione alicuius nociui ledatur in somnietare, papauer in cibis & ferculis eius misceatur.

Vtilius tamen esset multum, magisq́, necessarium, ne alicui infantium daretur aliquid ad comedendum, excepto lacte solo, donec habuerit dentes suos. 89

Nam cum datur eis alius cibus, dum adhuc lactantur, quemadmodum faciunt nunc homines regionis nostre in regimine suo, hoc quidem existit causa morborum in eis: adeo ꝙ etiam contingit inde mors frequenter.

Et cum surget a somno, & excitabitur, [a] *[necessitetur] ad videndum lucē: taliter etiam ꝙ inspiciat astra in cælo. videat etiam in die colores varios & diuersos, quatenus* [b] *[in hoc excitetur.]* 90

a. & exercitetur

b. delectetur & diligat videre.

Hoc quidem preceptum est ad excitandum & exercitandum visum, necnon etiam & confortandum ipsum ex ipsius exercitatione. & hoc, quoniam omne membrum roboratur, & confortatur cum exercitatur, & in operatione est attētum. pro tanto cum excitabitur a somno, congruent ei magis loca luce & claritate informata. Idem etiam docet ꝙ teneatur extra domum in via, vt cœlum, et astra eius inspiciat: & ꝙ videat in die colores plurimos, & diuersos.

B [c] *[Et loquatur semper alte quicunq; aut quæcunq; habebit accessum ad ipsum, cum voluerit quis ipsum instruere & assuescere] ad loquendum.* 91

c. & ante ipsum sint cantantes cū vocibus conuenictibus, vt delectet, & inclinetur

Hoc etiam preceptum est ad excitandum organum auditus ipsius, & disponendum ipsum ad loquendum. & hoc, quoniam de natura puerorum est, ꝙ quem sermonem audiuerint assimilant: sicut etiam facit auis, cum recepit doctrinam sermonis hominis.

Et ponatur mel in ore eius, liniendo & fricando ex eo palatum, gingiuas, & linguam eius, & addatur cum eo aliquantulum thuris, & [d] *[ ] liquiritie.* 92

d. succi

Hoc quidem totum est ad hoc, vt sit facilior ortus dentium, & ad iuuandum eum ad loquendum.

Et prouocetur ei sternutatio, quatenus ipsius nasi oppilationes aperiantur & mundentur. hoc enim rectificat & clarificat vocem suam, omnes etiam sensus eius, & cum hoc dilatat pectus, & anhelitum bonum facit. 93

Quia iusserat leniri os & palatum ipsius, precipit nunc ꝙ in eo sternutatio prouocetur. & ait ꝙ sternutatio prodest sensibus, & hoc, eo ꝙ cerebrum mundificat. ex hoc etiam confert voci, & anhelitum mundificat, eo ꝙ meatus eius mundificet.

C

Et vitet phlebotomiam, & pharmaciam, donec ad ætatem adolescentiæ peruenerit: nec resistatur apostemati variolæ seu exituræ eidem contingenti [e] *[ ] cum attractione.* 94

e * seu non fiat diuersio ad contrariū

Non quidem decet minuere ac pharmacare puerum, etiam si occurrat exigentia ex natura morbi, donec transiuerit in eo etas pueritie: quod contingit anno xiiij. aut xv. Cum autem dixit: nec resistatur apostemati variole seu exiture eidem contingēti cum attractione: ignoro proculdubio quid intellexit per hoc, quod dixit cum attractione. Nam si per attractionem intellexit, ꝙ non procuretur tractus & diuersio materie ad partem aliam, & oppositam membro apostemoso per phlebotomiam illius partis opposite: hoc quidem iam includebatur & continebatur sub prima cantificatione generali, quam de phlebotomia fecerat. Si vero intellexit per hoc, ne superponantur membris predictis medicine attrahentes: hoc etiam est preceptum generale tam in pueris quam in aliis ab eis: cum contingunt eis apostemata & variole dicte quidem Arabice alæbud, immo forsitan hoc est vtilius & magis conseruandum in pueris quam in adultis, ratione superflue humiditatis complexionis ipsorum.

Regimen conualescentium.

95 *LIcet conualescentes ab ægritudine sani existant, eorum tamen corpora non sunt fortia, sed debilia, sicut sunt* [a] *[debiles immunes a morbo, quorũ virtutibus accidit fatigatio, & sanguinis priuatio in eorum corporibus.*

Quod dixit de conualescentibus a morbis est per se notum. & hoc, quoniam ipsorum corpora sunt debilia, & parui sanguinis: & virtutes quidem sequuntur dispositionem ipsorum corporum, quorum sunt.

96 *Si autem macies & extenuatio corporum ipsorum fuerit longi temporis, & chronica, reducantur paulatim ad consuetudinem propriam, nec fiat hoc subito & festinanter. si vero emacerati fuerint, & extenuati in tempore breui,* b [ ] *reducantur celeriter ad solita: est nihilominus gradatim subtiliandus, donec euasio corporis ipsorum sit manifesta.*

a * domus antiquatę aptę cadete, in quibus remanserũt animę debiles, & corpora ipsorũ sanguine sunt priuata.
b. cum multo cibo

Hoc quidem pręceptum est de modo, qualiter reducantur conualescentes ad solita. vnde inquit ꝙ si macies corporum ipsorum fuerit longi temporis, &c. & est, ac si diceret, ꝙ si passus est morbum chronicum, est paulatim & gradatim reducendus ad cibum solitum: estq; per longum tempus in hoc augmento gradatim incedendum, donec redierit ad consuetudinem solitam. Qui vero breui temporis spatio passus est, sit translatio eius maior, & in breuiori tempore: ita ꝙ reducatur citius ad solita, quam conualescens ex chronica passione. & in summa sit tempus eius in reducendo ipsum ad solita in sanitate ęquale ad motum factum tempore morbi. Sunt tamen necessarij gradus in reductione conualescentis ab ęgritudine ad solitam sanitatem, siue fuerit morbus chronicus, siue acutus. & hoc intellexit, cum dixit: est nihilominus gradatim, &c.

E

97 *Detur ergo ei parum ex cibo, qui tamen laudabilis sit virtutis & chymi.*

Sit ergo cibus conualescentis in ęgritudine in parua quantitate sumptus: sitq; virtutis laudabilis, & boni chymi, cuiusmodi sunt vitelli ouorum, & testes gallorum. habetur enim opinio ꝙ tantum pondus sanguinis generetur ex eis, quantum ipsa sunt.

98 *Et sit in quiete et tranquillitate, eo ꝙ eorum membra tenera sint & mollia, rectificenturq; eorum animæ bono* [c] *[consortio] & laudabili sede, & ministrentur eis aromatica, & omnes flores laudabilis odoris, &* [d] *[gaudeant & lætentur, & ipsos exhilarantibus rectificentur,] & vitent meditationem, & tristitiam. & ingrediantur tinas in balneo: nec tamen ibi diu* [e] *[sedeant: & vngantur ibi membra eorum oleis conuenientibus: non tamen cum forti fricatione. nã hæc efficiunt in eis calorem innaturalem.]*

F

c. et laudabili colloquio
d * administrẽtur eis lętificantia & cantilenę,,
e. morentur. nec forti exercitẽtur exercitio, neque fricentur vehemẽter. nã ista faciũt in eis accidere debilitatẽ. et sedeãt ĩ aqs tepidis, & mẽbra ipsorũ oleis conuenientibus inungantur,

Hoc quidem totum est per se notum. comprehenditur quidem hoc totum in tribus pręceptis seu canonibus vniuersalibus. Quorum primus est, ne fortiter exercitentur, sitq; intentio eorum potius ad quietem quam ad motum. Secundus est, vt eorum animę seu virtutes saluentur, & confortentur cum omni eo, quod erit possibile per auditum, & odoratum. Tertius est, vt eorum corpora rectificentur cum oleis lenitiuis, & per ingressum balnei in pillis, vel tinis, aqua tepida plenis.

Regimen senum.

99 *VIres & virtutes senum retrocedunt omni die, & etiam minuuntur.*

Quicquid est in senibus, existit in diminutione & cõsumptione. & ob hoc dixerunt, ꝙ senex sit homo corruptus, hoc est ꝙ sit in via corruptionis: & iuuenis est homo, qui generatur, hoc est in via generationis.

A *Unde detur eis fortis cibus in parua quantitate sumptus: qui s. non aggrauet membra ipsorum.* 101

Hoc quidem præceptum positum in regimine senum similatur præcepto posito in cibis conualescentium ab ægritudine: & est quod sit cibus illorum ille, qui in parua quantitate sumptus nutriat multum. et hoc, quoniam commune est vtrisq; necessitas multi nutrimenti cum debilitate virtutis. Et super hoc ingeniauerũt se duobus ingenijs: quorum vnum est, quod sit cibus eorum ille, ex quo parua quãtitas multum nutriat: & secundum est, vt comedant parum, & hoc pluribus vicibus. vnde melius est quod senes comedant ter inter diem & noctem: & sic etiam faciant pueri. & est, sicut diceretur quod cibum, quem consueuerunt sumere vna vice vel duabus, summat tribus vicibus.

Et si euacuatur, nequaquam cholera educatur: sed potius dimittatur, cum sit in eorum corporibus medicina. 102

Hoc quidem est notum. nam cum super complexionem senum frigiditas dominetur, timendum quoq; & opinandum est quod super ipsum humor frigidus dominetur, & humor quidem calidus huic contrarietur: & est medicina humoris prędicti in senibus. hoc autem verum est vt plurimum. Vidimus nihilominus B quamplures ex senibus, in quibus fuit morbus ex citrina cholera generatus.

Nec prohibeatur eis totaliter phlebotomia, si iam vsi fuerint ea: immo minuatur etiam in hoc casu sexagenarius, si corpulentus fuerit & carnosus, bis in anno, nec abutatur hoc in duobus anni temporibus. prohibeatur tamẽ ei omnino phlebotomia ex cephalica, & sic erit eius regimen bene ordinatum. 103

Minime quidem est minutio sanguinis prohibenda in ętate senili ei, qui vsus est ea in adolescentia & iuuentute sua: immo est bis in anno minuendus etiam sexagenarius, si vsus fuerit sanguineus: estq; minuendus vere & autumno. non tamen minuatur de cephalica. quod ideo iussit, quoniam senum capita sunt debilia & frigida. Est autem quod hic dicit, magnum apud me, s. quod sexagenarius bis in anno minuatur, & potissime in autumno. & hoc. quoniam phlebotomia non exigitur hoc tempore ad conseruationem sanitatis, nec etiam est tunc facienda. vnde in illo ex eis facienda est phlebotomia ad conseruationem sanitatis, cui soliti sunt contingere morbi ex sanguine in fine veris, & principio ęstatis. Et in summa minime congruit, vt sic vtantur phlebotomia bibentes aquã, sicut bibentes vinum: nec habitantes in climate calido, sicut habitantes in frigido, & temperato. Regiones enim, quę sunt in climatibus temperatis, sunt magis C conueniens ex eis ad hoc, vt habitatores earum vtantur phlebotomia. Talia autem climata sunt illa, in quibus ver est longius ex quatuor anni temporibus. ex quo patet, quod * quartum clima minime sit temperatum: eo quod autumnus in eo producatur. quod quidem est signum, quod eius habitatio declinet ab ęqualitate, & temperamento, sicut inquit Galenus. * 2.1. quintũ

Cum etiam peruenerit ad septuagesimum annum, minuatur semel in anno, nec secundetur in eo etiam in corpulentis. nec etiam est ex tunc de mediana minuendus, etsi fuerit corpus eius quasi plenum. vnde cum processerit in ætate amplius quinq; annis, minuatur bis de basilica in duobus annis. 104

Inquit, vt minuatur semel in anno ille, qui ad septuagesimum annum peruenerit, de basilica tamen, non de mediana, eo quod colligantiam habeat cum cerebro: ipsa enim componitur ex cephalica, quę est superior in brachio, & ex basilica quę est inferior in eodem. Pręcepit ergo vt septuagenarius minuatur semel in anno etiam vsq; quo consequatur septuagesimumquintum annum, hoc tamen totum est contra rationem, & transgressio pręcepti seruandi in arte de phlebotomia. Ego nihilominus concederem ei, si morbo eidem contingenti esset necessaria: verum in regimine conseruandi sanitatem eorum prohibeo eis ipsam absolute.

105 *Post hanc autem ætatem est eis omnino phlebotomia prohibenda. nam obest* D
a repercutiēda: *multum senioribus, & decrepitis. Nec etiam sunt eorum apostemata* [a] *[mitigandæ] nec est etiam attractio in apostematibus eorum fortificanda.*

Hoc totum est ratione debilitatis corporum ipsorum. Est etiam verenda fortis attractio in apostematibus ipsorum: quoniam augerentur inde in tãtum, ꝙ ducerent membra apostemosa ad mortificationem: & pro tanto non est minuendus quis post annum septuagesimumquintum.

106 *Sunt nihilominus mundificandi cum fricatione & sudore, denturq́; eis* b [*pingues, s. ficus per interualla,*] *& mundificentur etiam cum cibis mollificantibus. Destructio autem eorum cum medicinis est omnino prohibenda.*

b xolea, partiendo s. vices post vices.

In corporibus autem senum augentur superfluitates rõne debilis digestionis ipsorum. pro tãto est eis necessaria euacuatio eius, qđ ex eis in tertia digestione existit, cũ magna fricatione, & balneo tẽperato. Docet ẽt ꝙ vẽter eorũ mollificetur, continuando esum ciborũ mollificantiũ, sicut dixit: non tñ cum medicinis solutiuis, eo ꝙ nõ bene ferant & transferant eas. Galenus aũt iussit, vt in hoc casu sumantur ficus pingues in ieiuno. Iussit tñ vt vsus earũ minuatur: eo ꝙ oppilationes faciant. & hoc intellexit, cum dixit, denturq; eis pingues per interualla. Aut forsitan intellexit, ꝙ dentur eis in potu pinguia, per hmõi ficus pingues. E

c † corporis neutri, s. qđ in vno membro ẽ sanũ, & ĩ alio nõ,

Regimen [c] [eius, cuius sanitas est diminuta in aliquo ex membris, & non in aliis] aut in aliquo tempore, & non in aliis.

107 *QVi ergo patitur in aliquo tempore determinato, curetur prius quã incurrat morbum.*

Siquis aliquo tempore patiatur determinato, curetur, priusquã perueniat ad illud tempus: & hoc tandiu, donec liberetur ab ęgritudine sua illo tempore.

108 *Et curetur cum contrario eius, de quo conqueritur illo tempore, & commuta tempus pro tempore.*

Curari debet qui patitur aliquo tempore cum contrario eius, quod generatur in illo tempore: quasi dicat ꝙ cum quis pręcurabitur sic tempore pręcedẽte morbum, erit quidem securus, ꝙ nõ generetur morbus in eo illo tempore. vnde est, ac si dixisset, ꝙ non est differentia inter ambas curas, nisi ꝙ faciat tempore pręcedente morbum illud idem, quod etiam faceret tempore morbi. hoc quidem intellexit, cum dixit: & commuta tempus pro tempore.

109 *Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex membris suis, attendatur & recipiatur cura eius ex his quæ colligam in curis morborum, donec liberetur, & mundetur ab illo morbo.* F

Quia fecerat mentionem de cura eius, qui patitur in aliquo tempore, & non in alio, cœpit referre curã eius, qui patitur in vno ex membris eius, & non in aliis. Vnde inquit, ꝙ cura huius est sumenda ex cura ipsorũmet morborũ: nec est differentia in hoc, sicut referemus consequenter in curis ipsorũmet morborũ.

Regimen eius, in quo apparent signa futuri morbi.

110 *ET si appareat in alicuius corpore signũ significãs sup morbũ futurũ,* [d] *[prohibeatur attente aduentus] eius, qm̃ occulta est cã in corpore eius: pro tãto auferatur, priusquam detegatur. iam aũt retuli quid significat accidens apparens in corpore, & de qua ægritudine timendũ sit ex eo. vnde attente curandũ est de eo, faciendo cessare causas eius ex his quæ retulimus in capitulo suo.*

d tunc ingenietur ĩ abscisione

Quia retulerat regimen eius, qui patitur in vno tẽpore et non in alio, & illius qui patitur in vno ex membris suis, & non in alio: incœpit nunc referre regimẽ

A sani, in quo apparet aliquod ex signis prognosticis super futuram morbi generationem. Pro tanto inquit: prohibeatur attente aduentus eius, &c. ac si diceret tollatur causa eius a corpore, quę s. parata est facere ipsum. & iam quidem retuli signa, quæ cum apparent in corpore sani, significant super morbum futurũ: propter quod non oportet ea iterare in hoc loco. Differentia autem de ablatione harum causarum reponitur sub specie ablationis causarum ipsorum morborũ. hoc autem speramus ponere in subsequentibus. & ob hoc vtendum in ablatione cuiuslibet causæ, cuius apparent propria signa in corpore, his quæ referemus in parte curationis horum Canticorum.

Tractatus secundus [a] [Practicæ. De reductione sanitatis in ægris cum cibis, & medicinis.]

a × de cura ęgritudinum

Ostquam [b] [*ergo seruaui contenta sub genere*] *conseruationis sanitatis, nunc incipiã loqui de cura ipsius morbi. & hoc quidem est vnũ ex generibus practicæ. Hoc aũt fit obuiando ei cũ suo contrario: vt si fuerit morbus ex caliditate, curetur cum frigiditate, & e* 1
B *conuerso: & si fuerit ex humiditate, curetur cum siccitate, & e conuerso.*

b × ordinari genus

Postquam locuti sumus de regimine, & conseruatione sanitatis, nunc quidem loquimur super ingenio curationis morbi. Dicta autem in hoc capitulo sub vno genere comprehenduntur: quod est, vt obuietur contrario cum suo contrario. Vnde dixit ꝙ canon in hoc capitulo est, ꝙ incedatur in hoc genere, sicut iussit Hippocrates, curando s. vnum contrarium cum suo contrario: ita ꝙ si fuerit morbus ex caliditate, curetur cum frigiditate contraria, & e conuerso: & si ex humiditate, cum siccitate: & e conuerso.

Curetur ergo cerebri repletio cum euacuatione, & sic fiat de membris aliis: & in patiente obturationem ex oppilatione fiat apertio, [c] [ ] *donec eius malitia fuerit rectificata: & lenitas corporis nociua exasperetur, et similiter asperitas leniatur.* 2

c † & diminuatur qd in numero additum est, & oppileł qd est apertum,

Quia vnum contrariũ est cura alterius cõtrarij, fuit quidẽ necessariũ ꝙ sit cura repletionis cum euacuatione, & cura oppilationis cũ apertione, & e cõuerso: & cura augmenti cũ diminutione: & cura asperitatis cuũ lenitate, & e cõuerso. Et summa quidẽ in hoc capi. est, quoniã oportet ꝙ numerus contrariorum, quæ sunt velut radices in curatione, sit secundũ numerum specierũ morborũ, causarum, & accidentiũ. Iam autẽ sunt notę species, quæ continẽtur sub istis ex cibis,
C cõplexione, & operatione. & hæc quidẽ sunt velut radix ĩ ingenio curationis.

Rememoratio specierum medicinarum.

HIc quidem faciam mentionem medicinarum humores educentium per secessum. 3

Quia vna species morborũ appropriatorũ membris similiũ partium est morbus cũ materia, aut sine materia: & quia cura morborũ cum materia fit cũ euacuatione humoris peccantis, quæ fit cum medicinis eductiuis alterãtibus, s. cõtrarijs eius: ille vero, qui est sine materia, curatur solum cũ alteratione malę cõplexionis ægritudinẽ facientis: fuit quidẽ necessitate coactus, vt in hac operatione referret medicinas hoc facientes, & etiã medicinas curantes morbos officiales, i. efficientes, quod est contrariũ eius. Incœpit autẽ in hoc a medicinis eductiuis. vnde inquit. Hic quidem faciam mentionẽ medicinarum humorẽ educentium.

Vnde referam illam, super quã dominatur aliqua complexio, et habentem potentiam educendi aliquẽ humorem, et habentem vim aperitiuam, aut mollificatiuam, & habentem potentiam vrendi, [d] [*vel*] *putrefaciendi,* [e] [ ] 4

d † & e † digerẽdi, aut indurandi, &

claudendi, [a] *[& aperitiuam oppilationis, & attractiuam]* [b] *[& exiccatiuam, aut sanatiuam carnis generatiuam, aut sigillatiuam, & his similes in uirtutibus secundis, & tertiis.* D

†vel oppilandi, qđ est apertum, aut virtutē attrahendi
b† aut abster siuā, aut rarificatiuam. et qđ hēt virtutem gñandi carnē & cōsolidādi, & his similes sunt quę hñt tertiā absq; secunda.

Refert ex his medicinis illam, quę sic malę complexioni dominatur, donec alteret ipsam: & si de natura sua non educat aliquem humorem, sunt huius medicinę notę in primis virtutibus. Ex his etiam refert mollificantes, aperientes, vrētes, & putrefacientes, claudentes, oppilantes, exiccantes, & facientes nasci carnem. hę autem, & his similes notę sunt in virtutibus secundis. Si autem habentes operationem in toto corpore habeant & specialem in vno & determinato membro, dicuntur habere virtutes tertias.

Rememoratio solutiuarum cholerae.

5 *EDucit autem fortiter choleram rubeam scammonia, cuius dosis est a tertia vnius drachmae, usq; ad vnum kirat. habet etiam potentiam super alios humores. cuius quidem rectificatio fit cum cotoneis, ne laedat stomachum, & hepar.*

Hęc quidem medicina est ex fortioribus & notioribus choleram rubeā educentibus. & cum hoc ꝙ educit choleram rubeam, valet etiam dominium super alios humores. & est ac si diceret, ꝙ si poneretur aliquantulum ex hac medicina cum eductiua aliorum humorum, augeretur & confortaretur operatio & virtus illius eductiui. Et dosis eius est, sicut dicit a tertio vnius darhan, vsque ad darhan semis. Eius autem rectificatio communis & nota est cum ęqua quantitate & pondere sui ex mastiche. Cotonea tamen, quorum ipse fecit hic mentionem, sunt perutilia in hoc casu. nam frangunt & remittunt malitiam, quam ipsa inferret stomacho, & hepati: & etiam tollunt & remittunt calorem, & inflammationem ipsius. Laudabilius autem est, ꝙ aliquantulum rectificetur ex omnibus lateribus suis, i. in virtutibus eius primis & tertijs: ita ꝙ non intendatur ex ea superfluus fluxus, sicut habetur ex dicto suo. Et nenufar facit idē. nam ipsum frangit & remittit calorem & siccitatē ipsius: & sua aromaticitate resistit nocumento stomachi, & hepatis. Et mastiche etiā est laudabilis huiusmodi ratione. E

6 *Detur autem ex aloe* [c] *[solidum] vnum, & si fuerit necesse* [d] *[duplicetur pondus illud] cum speciebus* [e] *[conuenientibus:] & si detur multum ex eo, rectificetur cum bdellio, gummi, & tragacantho.*

c † aur.
d. rectificetur
e * ———

Hęc quidem medicina laudabilior est inter omnes medicinas choleram rubeam educentes a stomacho: & hoc, quoniam cum hoc ꝙ educit & euacuat eā abinde, confortat etiam ipsum sua stypticitate, & ipsum abstergit sua amaritudine, & expellit & educit humorem infra substantiam, & tunicas eius imbibitū. Est autem multum melius si cum speciebus conuenientibus misceatur: & pręsertim si humor cholericus vergat ad grossitiem aliquam. Laudabilior autem compositio ipsius cum speciebus est, quam retulit Galenus sub auctoritate priorum: & est hiera picra, quam ipse reseruauit & notificauit: in qua est magis quā medietas aloes ex speciebus, & minus quā duo tertia ipsius. Sunt autem sex species notę in hoc, s. mastiche, cinnamomum, spica nardi, & casia ligni, carpobalsamum, & oxylobalsamum. Verum Moderni ponunt de speciebus quantum de aloe. & hoc intellexit, cum dixit: & si fuerit necesse, duplicetur pondus illud cum speciebus. Est autem rectificatio ipsius, sicut dicit, cum gummi arabico, & tragacantho, & bdellio. ipsum tñ est solutiuum: est tñ nihilominus ipsius correctiuum. quoniam infert frequenter mordicationem in intestinis, & tinesmum. F

7 *Et ex myrobalanis citrinis offeratur in potu unc. i. & tantundem offeratur de violis. sic etiam fiat de medullis casiae fistulae, & tamarindis, & non amplius.*

Myrobalani

A Myrobalani quidem citrini sunt debiliores, aloe sunt nihilominus de laudabilioribus medicinis stomachi: ratione stypticitatis ipsorum. Dosis quidem eorū est a drach. 5. vsque ad drach. vnā. Et post ipsos est medulla casiæ fistulæ, cui associantur post ipsam tamarindi. violæ autem in hoc cæteris sunt debiliores.

Rememoratio soluentium phlegma.

DEntur ad hoc danic. ii ex pulpa colocynthidis mūdæ, & rectificatæ bdellio. & similiter fiat cum cucumere amaro, quod est ei simile in hac operatione, rectificato cum pondere sui ex conuenienti ad hoc. 8

Colocynthis quidem est fortior ex medicinis phlegma educentibus: infert tamen tinesmum: & ideo rectificatur cū bdellio & tragacātho. Dosis eius danic. ij. & danic quidem est pondus. 3. granorum. Quidam medici ratiocinati sunt ꝙ non debet multū teri, & plures sunt huius opinionis: & quidam opinātur ꝙ debeat bene teri. Ratio dicentium ꝙ non debeat multum teri, est quia tunc, vt dicunt, est minor ardor & molestia, quam infert in intestinis, eo ꝙ inuoluatur & profundetur minus in intestinis. Sed ratio opinantium ꝙ debeat bene teri, est quoniam tunc est minus nocumentum ipsius, vt aiunt: & hoc ratione paruitatis B partium eius. tutius aūt est in hoc inniti experientiæ, q̄ rationi.

Detur autem vnc. 5. ex sale nitro & sale, nam expellūt phlegma. sed dentur ex turbit[a] *[darhan ii. cum datur in potu, ponantur in decoctione sequali ii.]* 9

[a] a. drach. ij. & cū datur i potu i decoctione dētur aur. ij.

Turbit quidem est medicina bona & laudabilis: cuius actio & proprietas est educere phlegma a stomacho. eligatur tamē sincerum, nō ex corruptione ipsius cauernosum, & perforatū. & rectificādum est cū zingibere & mastiche. Sequali secundum Medicos est pondus. 2. darhan Medicorum Antiquorum.

Et dentur ad minus ex agarico.[b] *[darhan. 1. & quatuor ex granis.]* 10

[b] b. drach. ij. & similiter detur ex granis nil.

Agaricum est valde laudabile: neq; indiget rectificatione, quantū ad aliquā proprietatem eius illaudabilem. educit aūt humores grossos. & in summa est securior omnibus alijs medicinis. Cuius dosis est per se ab vno darhan vsque ad duos: sed in decoctionibus ponuntur darhan tres. Et ipsum quidem curat aquas descendentes ad oculū sui proprietate in principio descensus earum, estq; melior & securior q̄ sit turbit. Granum aūt est medicina fortis potentiæ, inferens angustiam magnam: nec decet Medicum vti talibus medicinis, cum potest securas inuenire.

C Rememoratio educentium aquam citrinam.

HAE quidem medicinæ educunt aquam citrinā, s pondus. ii. danic[c] *[laureolæ,] & pondus vnius danic euphorbii non antiqui, tantundem ex*[d] *[tithymallo] rectificato, sicut rectificaui ipsam aloem, & etiam pondus*[e] *[darhan. i.] ex centaurea. hæc igitur extrahunt aquam citrinam.* 11

[c] c. de mezereon

[d] d. febram

[e] e. drach. ij.

Verendum quidem & periculosum est offerre omnes istas, seu aliquas ex eis in hydrope, & præsertim si fuerit de causa calida: & ex eis magis euphorbium. & centaurea quidem videtur laudabilior inter eas.

Rememoratio soluentium melancholiam.

DEtur ergo in potu ex sene, polypodio, epithymo, myrobalanis indis, & etiā ex fumo terræ, & buglossa secundum quantitatē quam ex ea educere intenderis. vnde si æqualiter & temperate eam velis educere, da vnc. 5. & ex lazulo[f] *[darhan quinque. ipse tamen est signanter periculosus, & verendus.]* 12

[f] f. drach. 5. hoc enim est propriū ad ipsam educendam.

Fortior ex his medicinis est lazulus:& post ipsum epithymus: & post ipsum D polypodiũ:& post ipsum myrobalani indi,& kebuli. Sene aũt,& fumus terræ educũt humores adustos. Ego nõ repono buglossam inter educẽtes melãcholiã: dico nihilominus ꝙ ipsa est ex resistẽtibus ei. Et vt sit ad vnũ dicere, nequaquã est rectũ vt dosis oĩum horũ per se sumptorũ sit ęqualis. vnde ex polypodio est sumendũ in potu. v. darhan vsq; ad vnciam. ʒ. sed in decoctionibus ponatur ex eo ʒ. 1. & ponatur ex epithymo in decoctionibus a quinq; darhan vsq; ad ʒ. ʒ. sed ex myrobalanis ponatur ab vncijs. ʒ. vsque ad vnciam vnam.

Rememoratio compositionis medicinarum.

13 *Radix autẽ veridica esset, vt si posset fieri, ministraretur semper vnica et simplex medicina in omni morbo, donec eius operatio panderetur: fuit nihilominus necessaria earũ cõpositio propter illud quod nunc dicam.*

Radix veridica esset, ꝙ vteremur medicinis simplicibus, quarũ operationes iam sunt expertæ & approbatæ in cura cuiuslibet morbi: nisi cogeretur Medicus componere eas, propter ea, quæ referam consequenter.

24 *Scilicet propter morborũ compositionẽ adinuicem, & propter medicinarum adæquationẽ, & dulcorationẽ mali saporis & amari ipsarum, & ad iuuandũ* E *earũ transitum, si fuerit difficilis & tardus, & rectificandũ difficilẽ glutitionem ipsarum*[a] *[ventris soluentium.*

a. & qđ adiuuat ad ventris solutionem

Causæ quidẽ, præter quas fuit necesse cõponere medicinas in hac arte, sunt cõpositio morborũ diuersorũ & cõtrariorũ ad inuicẽ. & ꝓpter hoc fuit necesse cõponere medicinã ex simplicibus & specialibus cuiuslibet ex morbis illis, ex quibus componitur cõpositus: sicut exẽpli gratia, sunt febres cõpositæ ex humoribus calidis & frigidis. Interdũ ẽt est necesse cõponere duas simplices medicinas: & hoc, qm̃ medicina simplex, cuius exigẽtia erit in cura alicuius morbi nõ est in eodẽ gradu cũ malitia complexionis illius morbi, sed erit citra eã diminuta; aut aucta vltra eã. Si ergo fuerit aucta qualitas vltra malitiam morbi, erit miscenda cũ ea alia medicina, quæ eã in hoc debilitet & remittat, quãuis cõfortet eã in alio. Quãdoq; ẽt cõponuntur diuersę medicinę simul ex hoc, qm̃ medicina specialis & ꝓpria in cura morbi erit horribilis, & saporis illaudabilis: & tunc erit miscẽda cũ alia, quę ipsam dulcoret. & ob hoc fuerũt cõpositæ medicinæ vtplurimũ cũ melle: & hoc ẽt cõfert ad conseruationẽ ipsarũ. Cum ẽt vult aliquis ꝙ medicina penetret & transeat ad aliquod ex membris corporis distantibus a visceribus & stomacho, erit miscenda cũ medicina speciali alia, quæ iuuet eã ad transeundum ad mẽbrum illud. Erit aũt interdum virtus medicinę facientis sic aliã transire contraria virtuti principalis seu principaliter intentę ad curationẽ. & ob hoc miscetur lepus marinus in cura vlcerum vesicæ: qm̃ de natura huius medicinæ est, ꝙ transeat celeriter ad vesicã, & ꝙ vlceret eã. Et medicinæ habẽtes potẽtiã curãdi prædictũ morbũ in hoc mẽbro, & quibus vtimur in cura ipsius, tarde quidẽ pertingũt & veniũt ad hoc mẽbrũ, s. vesicã. nam non perueniũt ad eã nisi post digestionẽ earũ factã in pluribus ex mẽbris nutritiuis. & ob hoc additur cũ eis quod festinat transitũ ipsarũ ad mẽbrũ illud. Sic ẽt faciendũ est in medicinis vlcerũ pulmonis. nã in hoc casu miscẽda sunt cũ consolidatiuis & cõstrictiuis, quæ vlcera mũdificẽt, abstergãt, & leniãt: alias non consequeretur pulmo vlceratus iuuamentũ ex prędictis medicinis. non. n. perueniũt ad ipsum nisi post digestionẽ earũ in corde, hepate, & stomacho. Cum ẽt medicina est difficilis glutitionis, erit alia medicina cum ea miscenda, quę disponat & prępara eã ad faciliter glutiendũ. Sunt tñ multo plures causæ cõpositionis medicinarum, quam sint istæ, quas scilicet non retulit in hoc loco. Componuntur autẽ vt plurimum medicinæ ratione contrarietatis morborum, causarum, & accidentium adinuicem cum* membro. & est ac si diceret ꝙ in eodẽ membro congregantur morbus, causa, & accidens: quæ interdum omnia significabunt super contrariam dispositionem, seu naturam ipsius.

* a. l. morbo

A Quæ dosis debet dari ex medicinis.

CVm ergo fueris attētus in cōpositione solutiua, [a] *[pone debitū ordinē, et numerū earū in cōpositione. Accipe ergo cū propriis dosibus, & determinato numero medicinas solutiuas, sicut volueris rectificatas, & diuide conseq̄uēter certis portionibus doses earū: & detur in potu ex ea secūdū numerū cōponentium ipsam, & sic fiat, cū sic componentur, quod totum compositum propinetur, & sic compositæ seruentur necessitati tempore opportuno.* 15

Necessitas quidē componendi diuersas medicinas solutiuas est cū est necesse humores diuersos educere: sicut cum est necesse oēs tres humores educere, s. melācholiā, cholerā, & phlegma. vnde dicemus ꝙ officiū in huius operatione est vt de qualibet medicina quemlibet ex prędictis humorē educente sumatur dosis cōpleta: nisi habeatur medicina propria, & sit composita proportionabiliter ex numero cōponentium. Si ergo perfectę doses earum fuerint tres, sumatur tertium totius: & si duæ, dimidium, vnde cum quis voluerit exēpli gratia educere cholerā, phlegma, & melancholiam, accipiat dosem completā scammonię, pulpæ colocynthidis, & lapidis lazuli rectificatorum, & decenter repressorum: &

B dabit consequenter ex toto tertiū, hæc. n. erit dosis completa illius totius.

[b] [ ]

Huiusmodi sunt myrtus, sumach, [c] *[berberis, et fæx ferri, myrobalani,] acacia, coralli, & emblici lutū armenicum* [d] *[vel terra, &* [e] *[rumex, seu aurius.]* 16

Myrtus quidē est cōposita ex substātia styptica & amara: styptica tñ est maior q̄ amara. & hoc est, ꝙ frigiditas in ea amplius dñetur q̄ caliditas. est ēt maior eius siccitas, q̄ ipsius frigiditas. nā prędicti duo sapores attestātur sup ipsius siccitatē: & ideo ipsam ponemus frigidā in principio secūdi gradus, & siccā in tertio. Est aūt medicina vētris cōstrictiua purius cęteris stypticis. et hoc, qm̄ nulla virtus solutiua miscetur cū ea: cuius cōtrariū contingit in plurimis aliorū stypticorū. De sumach aūt asserit Gal. ꝙ exiccet valde. vnde est possibile ꝙ eius exiccatio sit in tertio, aut ēt in principio quarti, eius aūt frigiditas est forsitā i tertio. Sapores aūt berberis, & mirobalanorū sunt cōpositi ex styptico & amaro: est tñ maior stypticus q̄ amarus. & ideo eorū frigiditas est in primo, siccitas vero in secūdo. In rumice, & emblicis est stypticas fortis. & ideo vr̄ ꝙ frigiditas eorū sit in scdo, siccitas in tertio. Acacia est frigida & sicca: cuius virtus est similis virtuti sumach. Et corallus frigidus est & siccus. frigiditas tñ ipsius est debilior & minor siccitate ipsius. & cōsimiles sunt bolus armenus, & terra sigillata.

C Et [f] *[cuppæ glandiū, sanguis draconis, & gallia muschata,] & balaustia cū spodio mista, & auellana indica, coriandrum siccum, &* [g] *[folium] cum plantaginæ. hæc enim styptica sunt in actione sua.* 17

Per cuppā quidē glandiū intellexit coppertoriū seu velamen glandiū, & est cortex subtilis existēs infra glādē: cuius virtus prima frigida est & sicca, & secūda est cōstrictiua vlcerū. Gallia ēt muscata est frigida & sicca, & sui potētia stringēs ventrē, & abscindēs fluxū humorū, qui effundūtur à corpore. Spodiū aūt est maioris frigiditatis prędictis omnibus, ac si esset frigidā in tertio: et sic est de auellana indica. Est autem coueniens mixtio balaustij cum spodio in fluxu

a †accipe dosim vniuscuiusq; solutiui, & numera ea ita, vt nō erres, & permisce cū ipsis illud, quod vis de his, quæ rectificant, & aggrega pōdera ipsorū cū bona cōputatione, deinde diuidatur pōdus secundū portiones, & similiter fiat in compositionibus, & permistionibus medicinarum solutiuarum.

b. Et medicinę habēt virtutē primā; & similiter virtutem secundam; & quædā medicinæ habēt virtutem tertiam, a q̄bus fluunt operationes. Virtus autē prima medicinarum est sicut calefactio, et infrigidatio, & desiccatio, et humectatio. Et hic incipiemus adducere medicinas, quę infrigidant.

c. bellirici, scoria ferri, myrobalani chebuli.

d * ———

e. alhausegi. i. rubus

f. cortex interior glandium subrufus, & sanguis draconis, & sicut ramech, & gallia, & altharathit, quæ omnia sunt constrictiua.

g. folium indum.

Alia litera, hæmatites.

ex cholera citrina, sicut dixit. Coriandrũ aũt est æquale et temperatũ, aut in primo gradu frigidũ. sapor.n. eius est compositus ex insipido & amaro. Sed folium est calidum & siccũ. simile est in natura sua spicæ: eius tñ caliditas non est magna. & ideo dixit, ꝙ mixtum cum plantagine est stypticũ. & hoc, qm̃ plãtago quælibet est tota frigida & sicca in primo: cuius virtus secũda est carnis regeneratiua: & tertia, qm̃ sistit fluxum sanguinis in corpore, & in matrice maxime. D

18 *Et gallæ,* [a] *[lapathium,] ribes, berberis sunt frigida, & constrictiua.*

a * et herba, quæ dicitur acetosa, Alia litera. & granata acetosa.
b * ———

Hæ medicinæ sunt frigidæ & siccæ. gallæ tñ sunt fortioris siccitatis ratione fortis stypticitatis earum. Et de proprietate quidẽ ribes, & berberis, & lapathij est, vt sistere faciant motum choleræ rubeæ.

De simplicibus medicinis calefacientibus, [b] [præter quòd educant.]

19 *Scito ꝙ calefacientes medicinæ, secundum ꝙ retulerunt & expertum est, sunt condysi, thus, piper, cardamomum, & piper longum.*

Hæ omnes medicinæ sunt calidę & siccę. Ferunt aũt ꝙ condysi sit calidũ & siccũ in quarto. & piper ẽt longum est quale piper nigrũ, nisi quia est citra ipsum. Et videtur ꝙ cardamomum assimiletur ei in calore. E

20 *Et cartamum, menta, schœnanthum, & cinnamomum, &* [c] *[passæ montanæ. i. staphisagria,] & capparis.*

c. mahaleb

Et cartamũ, i. semẽ croci hortulani est calidũ in scdo gradu. Et ferũt ꝙ menta sit calida in tertio. Et de schœnãtho inquiũt ꝙ sit in primo gradu caliditatis, & scdo siccitatis. & ꝙ cinnamomũ sit calidũ, & siccũ in tertio. & sic ẽt de capparibus retulerũt. Est aũt capparis medicina, q̃ manifeste cõfert spleni. et mẽta ẽt manifeste cõfert ori stomachi. Et passę mõtanę seu staphisagria est calida et sicca.

21 *Et* [d] *[centonica, vrtica, & melissa,] styrax, & ambra.*

d. sceha, & vrtica, et origanũ, & vsnen, &

Centonica est calida et sicca in tertio gradu, & vrtica in secundo. Et ambra quidem confortat cerebrum manifeste. Et styrax est in fine secundi, et in principio tertii gradus.

Et lignum aloes, acorus, melilotum, cuscuta, & zingiber.

e. badoard

22 Lignũ aloes, & acorus sunt calida & sicca in tertio: & mellilotũ, & cuscuta in primo: & zingiber in tertio. Confert autem lignũ aloes manifeste stomacho, & acorus hepati: & cuscuta ponitur vice absinthij, cum nequit absinthium inueniri. Et zingiber est de conferentibus ad confortãdum digestionem in senibus, & frigidis per naturam. F

Et gentiana, [e] *[basilicon,] pæonia, lacca, & rheubarbarum.*

f. & cyperi,

23 Hæc quidem oĩa, s. gentiana, lacca & rheubarbarũ sunt calida & sicca in tertio gradu. Et lacca quidẽ, & rheubarbarum sunt ex specialiter confortantibus hepar. Et gẽtiana quidẽ subtiliat fortiter, & incidit, et alterat humores illaudabiles & pnitiosos. et ob hoc fuit vna ex quatuor medicinis diatessarõ. Et de ꝓprietate quidẽ pęonię est, ꝙ curet pueros ab epilepsia suspẽsa ad collũ eorũ, sicut retulit Gale. ꝙ tñ sit rosa canina, sicut dixit, est dubiũ apud nos, cũ non sit ita.

24 *Et folium, laudanum, & bacæ lauri, & ameos,* [f] [ ]

g. blatte bizantię, & alcãna, & fuet myrrha, & andacocha.

Baccæ, & ameos calida sunt in tertio, & laudanum in secundo, & folium in primo.

Et anethum, & cataputia, & [g] *[alcanna, rubia, & myrrha.]*

25 Alcanna, & myrrha, & rubia sunt calida in tertio, sed anethum est calidum in primo: cuius virtus secunda est maturatiua.

Prassium, * *serapinum,* [h] *[acorus,] & anisum.*

* sagapenũ,
h * ———

26 Sagapenum, & anisum sunt calida in tertio. prassium autem est calidum in fine secundi, aut in principio tertij.

A *Et carui, cyminum,*[a] *[& ſemen apii campeſtris.]* 27

Hæ omnes ſunt calidæ & ſiccæ in tertio: de quarum natura, & proprietate eſt expellere ventoſitates.

a. & ruta, & ſemen apii ſylueſtris

Et ſpica, capilli veneris [b] *[ſatureia, & darſaan.]* 28

Spica, & capillus veneris ſunt calida in primo. habet aũt ſpica proprietatem manifeſtam confortandi hepar. ſatureia aũt & darſaan ſunt in tertio gradu.

b. haſce & darſi ſahan

Et caſia lignea, galanga, chelidonia, & aſſarum, pix, hyſſopus, et alchitran, pyrethrum, & balſamum. 29

Hæ omnes ſunt in tertio, excepto balſamo: ipſum.n. eſt in ſecundo: cuius quidem iuuamentum eſt in venenis necantibus manifeſtum. vnde eſt vnũ ex fundamentis in theriaca magna manifeſtis.

Et maiorana,[c] *[ ] & papauer rubeũ, &*[d] *[cœlicerta,] calamus aromaticus, & chamæmilla.* 30

Maiorana eſt in tertio. & ſic etiam eſt de floribus papaueris rubei. & cœlicerta eſt in primo aut ſecundo: & fœniculum eſt in ſecundo. & chamęmilla quidẽ, & calamus aromaticus ſunt ex ſpeciebus aromaticis calidis, ĩ quo eſt aliquãtulum ex virtute maturatiua. & ideo caliditas ipſius, & ſiccitas non eſt magna.
B & ipſe quidem eſt ex ſpeciebus thæriacæ manifeſtis. nos autem non habemus ipſum in hac regione.

c. & aniu dẽ
d. ſuchaha et feniculus &

Et nigella, aſſa fœtida,[e] *[terebinthina, & ſulphur, ammoniacum, ſinapis,*[f] *[ ] & allium, cubebæ, coſtum.* 31

Sulphur quidem eſt calidum & ſiccum in quarto gradu. & ſic eſt ẽt aſſa fœtida, aut forſitan eſt in principio eius. nigella aũt eſt in tertio gradu caliditatis. & ſic eſt de ſynape. ammoniacũ eſt in fine ſecundi, aut in principio tertij, & non eſt in quarto. & alleũ eſt infra tertium. & ſimiliter eſt de coſto, & cubebis.

e. granũ viri de
f. naſth

Doctrina, quæ ſiccum ab humido diſtinguit & gradum medicinarum ſimplicium.

OMne autem frigidũ, & calidum erit ſiccũ, vel molle ſeu humidũ. & ex ſtypticitate quidẽ ſiccitas cognoſcetur, ex lenitate vero humiditas. 32

Proculdubio omne frigidum vel calidum ſiccum eſt, vel humidum. Siccitas quidem ex ſtypticitate cognoſcitur: & humiditas ex lenitate & laxitate.

C *Eſt autem apud Medicos nota graduũ diuerſitas.*[g] *[ ] Nã immutatio & alteratio ſolo intellectu & ratione percepta eſt in primo gradu.* 33

Apud Medicos eſt omnium graduum diuerſitas nota, cum dicunt ꝙ hæc medicina eſt in primo gradu, ſecundo, aut tertio: quæ quidẽ diuerſitas fuit iã apud eos determinata. Vnde quæ ex medicinis imprimunt in corpore immutationẽ, nõ ſenſu ſed intellectu & ratione perceptibilẽ, calefaciendo ipſum, infrigidãdo, exiccando, aut humectãdo, ſunt quidem medicinæ quæ dicuntur egredi ab ęqualitate, & temperie ad primũ gradum inæqualitatis: quod Galenus innuit, cum dicit, ꝙ prima diuerſitas non percipitur ſenſu.

g * & iã talis diuerſitas reſecatur

Omne aũt, cuius immutatio ſenſu percipitur ſine violentia, habet manifeſtã ſignificationẽ, ꝙ ſit in gradu ſecundo.[h] *[Omne autẽ, cuius immutatio ſenſu percipitur cum læſione, ſed non deſtruit,] eſt in gradu tertio.* 34

Omne autem, cuius immutatio non ſolo intellectu, ſed etiam ſenſu percipitur ſui fortitudine, non tamen membrum, quod immutat corrumpendo, eſt in ſecundo gradu: & ſi elongetur multum a temperamento, eſt in tertio.

h * Et oẽ, qđ vehementer immutat, ſed corruptio eius eſt lõginqua, & non eſt corrũpẽs illud, cũ quo permiſcetur,

Omne autẽ, quod ſui violẽtia, vſtione, aut ſtupefactione, ſeu narcotizatione corrumpit quod immutat, exiuit a temperie vſque ad quartum gradum. 35

Intellexit quidem ꝙ omne corrumpens membrum, cui ſuperponitur, ita ꝙ

Intellexit quidem ꝙ omne corrumpens membrum, cui superponitur, ita ꝙ D
vrat ipsum, si fuerit calidũ aut ipsum stupefaciat, si fuerit frigidum, est quidẽ calidum, aut frigidum in quarto gradu.

Rememoratio virtutum secundarum medicinarum simplicium, & primo medicinæ [a] [attractiuæ.]

a † maturatiuæ.

36 *SCito ꝙ in omni maturatiuo est viscositas cum calore mediocri, et tẽperato, & proportionali cũ calore mẽbri, in quo maturatio intenditur: cuiusmodi sunt adipes, pix, & gummi pini, & oleũ cum cera simul mista, & oleũ* [b] *[cum cera bene mistum, & agitatum,] & frumentum in oleo coctum.*

b † cõquassatum vel permistũ cũ eo quod calefacit

Sciendũ, ꝙ natura medicinarum apostemata maturantiũ est ꝙ habeant calorem temperatum, & vim oppilandi poros cutis: & ꝙ calor earũ æqualis sit & proportionalis calori membri, in quo est humor, ad cuius maturationem intẽditur: & sunt sicut adipes, pix, & gummi pini arboris, & cera, cum miscentur hęc omnia cũ oleo. Ex his etiã est oleum cum calida agitatum, & frumẽtum cũ oleo coctum. Est aũt intentio Galeni, ꝙ maturatio fiat ex calore naturali. vnde si ca- E
lor naturalis infrigidetur aliquantulum ratione humoris in membro existẽtis, erit quidẽ necesse vt sit medicina maturatiua, cũ intenditur ipsius humoris maturatio, quę reducit ipsum mẽbrum ad suum calorẽ naturalẽ. ꝙ si sic est, oportet quidem ꝙ medicina maturatiua complexioni caloris naturalis similetur. Et ob hoc ex maturantibus est pro certo farina in oleo cocta. fortius tñ eo est frumentum decoctum in eodẽ. Et ob hoc ẽt variamus maturatiua in pueris, & senibus, & in rusticis habitantibus in castris, & in villis, & in ciuitatibus, & in quolibet ex membris secundum diuersitatem complexionum suarum.

37 *Omnis medicina mollificatiua est fortioris caloris, quã sit mẽbrũ, in quo mollificatio intenditur: nõ tamẽ est tãtæ virtutis & potentiæ,* [c] *[ꝙ sui dissolutione, & subtiliatione manifestetur in corpore nocumentum:] cuiusmodi sunt galbanum, bdellium, ammoniacum, styrax, & medulla tibiæ ceruinæ.*

c. in calore, ita vt subtile dissoluatur grosso remanente

Medicinæ quidẽ mollificatiuæ sunt, cũ quibus intendũt Medici dissoluere duritiẽ ex chronicis apostematibus in corpore generatã: aut ẽt ex illis, quæ a principio ex grossis humoribus generantur. Et quia intentio in medicinis his est, vt cũ eis dissoluatur qd est in aliquo mẽbro inuiscatum, aut congelatũ: fuit quidem necessariũ, vt calor earum sit maior calore corporis illius: & sic ẽt est de siccita- F
te earum: non tñ multum: quia si calor earum esset valde magnus, subtile quidẽ ex prędictis humoribus ex apostematibus dissoluerent & resoluerent, grossum quoq; eorum cõpingerẽt, & schirrhosum efficerent. vnde intẽtio in his medicinis est, ꝙ dissoluant quod est inuiscatum & congelatum in membro, præter ꝙ subtile dissoluãt, consument, & resoluant. Et hoc quidem intellexit cum dixit: mollificatiua est fortioris caloris q̃ sit membrum, in quo mollificatio intenditur. Nã eius virtus, & potẽtia debet esse propinqua cõplexioni mẽbri, taliter. s. ꝙ dissoluẽdo subtilius ex humore, cuius mollificatio intẽditur, nõ putrificet eũ. De hmõi medicinis inquit Gale. ꝙ earũ caliditas & siccitas extẽdatur a principio secũdi gradus vsq; ad finẽ eiusdẽ: & sunt, sicut dicit, galbanũ, bdelliũ, ammoniacũ, styrax, medulla tibię ceruinę. Quędã tñ ex istis sunt fortiores quibusdã ex eis. nam ammoniacum proculdubio est fortius bdellio in calore.

d * Et medicinæ quidẽ frigidę et humidę indurãtes mẽbrum sunt sicut solatrũ, & lentigo aquæ,

38 [d] *[Indurantes quidem medicinæ frigidæ sunt, sicut solatrum, lentigo uallorum, & similes his.]*

Medicinæ quidem membrum indurãtes frigidæ sunt, & ipsum seu partes eius vnientes & congregantes. Et quia earum operatio est contraria operationi mollificantium, decet quidem, vt earum complexio complexioni mollificantiũ opponatur, erunt ergo frigidæ & humidę in secundo gradu.

A *Omnis medicina oppilatiua est* [a] [*caliditate, & siccitate expoliata manifesta,*] *non* [b] [*mordicans membrum cui coniungitur, & cum hoc terrestris est, aut viscosa.*] 39

a illa quæ si uę calida, siue frigida sit
b * est

De natura quidem medicinarum oppilantium est, vt non calefaciant, nec incidant mẽbrum, cui obuiant. qm̃ hæc duo habent mẽbrum mordicare: & omne mordicans habet aperire. & quia cum hoc necesse est ꝙ inuiscentur aut adhæreant mẽbris ipsis, i. poris & foraminibus cutis, fuit quidem necessarium ꝙ huiusmodi medicinæ sint terrestres: sicut coralli, cornu ceruinum, capreolinum, & similes his: aut viscosæ, sicut gummi, & similes his.

Est aũt notũ, ꝙ omnis medicina oppilationis aperitiua, incisiua est, & subtiliatiua: cuius sapor est salsus vel amarus: cuiusmodi sunt [c] [*cepæ marinæ.*] *& radix lilii, radix,* [d] [*prounchæ, sal nitrum,*] *capparis, &* [e] [*faba lupina.*] 40

c. cepe squilliticum, & amygdala amara
d. narcisci, et baurach
e. lupini

Medicinę vero oppilationũ generatarum in meatibus mẽbrorum aperitiuæ, incisiuę quidẽ sunt, & subtiliatiuę: suntq; amarę & salsę aut acutę, vel ex his cõpositę. hic ergo est modus, & dispositio harum medicinarum. Ponit autem exẽpla multarum in hoc genere existentium.

B *Et stypticum quidem potest esse aperitiuum, sed nullo modo aperiet exterius applicatum: nihilominus in potu assumptum oppilationem aperiet in membris existentem.* 41

Medicina quidẽ aperitiua, amara, & styptica minime aperit, exterius corpori applicata. aperit tñ membra interiora ratione latitudinis meatuũ ipsorũ mẽbrorum: immo stypticitas iuuat talẽ aperitiuam, vt efficacius exerceat operationẽ suam in membro. Et Gale. quidẽ dedit exemplum in huius medicinis absinthium. ipse enim intellexit ꝙ ipsum sit in vltimo deoppilantium oppilationes hepatis: nec tñ aperit poros cutis, cum superponitur exterius corpori, ratione stypticitatis ipsius, & constrictionis seu stricturæ pororum cutis corporis.

Medicina quidẽ mũdificatiua & abstersiua est minoris subtilitatis, quã sit ꝓcedẽs, sicut fabæ. [f] [*fortius tamẽ eis est dulcæ*] *sicut mel, et dulces amygdalæ.* 42

f. & sicut reperitur in re dulci.

Medicinæ quidem abstergentes sunt medicinæ subtiles, minus tñ quam sint medicinę aperitiuæ. & ob hoc, qm̃ medicinę ad hoc perueniunt, ꝙ mundificent & abstergant sorditiem super cutem existentem, pręter ꝙ aperiant poros cutis. vnde calor harum medicinarum debilis est, & paruus: & sunt sicut fabæ, mel, & amygdalæ dulces: verum amygdalæ amaræ aperiunt.

C *In omni quidẽ rarificatiuo,* [g] [*& resolutiuo*] *existit calor tẽperatus, sicut est oleum cataputiæ, & chamamillæ, & oleum* [h] [*radicum fœniculi.*] 43

g * ——
h. rafani. & fœniculum.

Medicinæ rarificantes, & resoluentes habent calorem temperatum, seu in principio secundi gradus: sicut chamæmilla, & anethum.

Omnis quidẽ medicina orificiorũ venarũ aperitiua, [i] [*mundificatiua est habens calorem mistũ cum grossitiæ,*] *cuiusmodi sunt allia, cepæ, & fella.* 44

i † est sicut vlceratiua seu vulneratiua, operãs cũ grossitudine substantiæ, et caliditate forti,

Medicinæ quæ aperiunt orificia venarum, sunt quidem medicinæ grossæ substantiæ, valde fortes.

Quicquid confert ad obturandum & constringẽdum meatus, debet esse stypticum & mordicatione priuatum. 45

Intellexit ꝙ hæ medicinę sunt cõtrarię his, quę venas aperiũt, styptice s. & carentes mordicatioue & calore: cuiusmodi sunt hypocisthis, balaustia, & similes.

Omnis medicina vstiua est magni & fortis caloris, et vltimatæ grossitiei. 46

Medicinæ quidem vrentes sunt vltimati caloris, & grossitiei.

Omnis medicina putrefactiua est [k] [*perfectæ*] *caliditatis, & subtilis substantiæ.* 47

k, superfluæ

Medicinæ quidem putrefactiuæ sunt abundantis caliditatis, & subtilis substantiæ,& corrosiuæ. D

48 *Medicinæ autẽ carnis diminutiuæ sunt debiliores prædictis: sed sigillatiuæ vlcerum abstersiuæ sunt & desiccatiuæ.*

Medicinæ diminuentes carnem innaturaliter auctã & generatã in vlceribus sunt debiliores medicinis notis putrefactiuis,& carnem corrodentibus in vlceribus. verum medicinæ sigillatiuæ vlcerum sunt medicinæ exiccatiuæ.

49 *Medicina quæ a tota specie attrahit humorẽ seu humiditatem aliquam, est bezahar,* [a] [ ] *medicinæ laxatiuæ seu eductiuæ.*

a† q̃ s. attrahit venenũ, & sicut

Medicinæ attrahentes a tota substantia sunt sicut lapis, qui appellatur bezahar: qui s. attrahit medicinas necantes exequentes ex veneno: & sicut medicinæ laxatiuæ seu eductiuæ: quarum quælibet educit aliquid ex humoribus vel humiditatibus earum.

50 *Omnis autem actio medicinæ attrahentis ratione qualitatis notæ fit a calore ipsius naturali & subtilitate substantiæ, cuiusmodi sunt ammoniacum, bdellium: aut a putrefaciente, sicut in egestionibus, & stercoribus.*

Medicinę quidẽ attrahẽtes nõ a tota sui substãtia, sed a caliditate, sunt medicinæ calidæ & subtiles. quarũ sunt duę species. nã ex eis sunt quædã, quarũ calor naturalis est subtiliatiuus, cuiusmodi sunt bdellium, & ammoniacũ: & ex eis sunt quarum calor est putrefactiuus, sicut fermẽtum, & stercora, seu egestiones. E

51 *Bezahar aũt confert cũ superat, aut ratione qualitatis cõuertẽtis, & immutantis, aut ex sui natura propria, aut eo ẽt ꝙ confert educendo* [b] [*per modum qualitatis necantis a veneno.*] *Vsus autem harum* [c] [ ] *non est conueniens tempore sanitatis: ideoq́;* [d] [*qui vtitur frequenter eis, incurrit inde nocumentum.*]

b† aut resistẽdo, & cõtrariãdo ꝓportionabiliter virtuti pnecanti

c† bezahar

d: medicus ignorans errat

Nequaquã intellexit in hoc loco per bezahar, lapidẽ ꝓprio noĩe sic nominatũ, sed oẽm medicinã theriacalẽ, & huic similẽ lapidi. Dicimus ergo ꝙ hę medicinę liberãtes, seu euadere faciẽtes a venenis ex medicinis necãtibus, faciunt hoc aut rõne qualitatũ primarũ ipsarum, vt caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis: quæ quidẽ qualitates prædictarũ medicinarum cõuertunt ad se, & transmutant operationes medicinarũ necantiũ: quẽadmodũ medicinę calidę cõferẽtes medicinis necãtibus frigidis, & ecõuerso: aut ẽt ratione qualitatũ, seu virtutũ secũdarum. Hę igitur medicinę ideo cõferũt in proposito, qa cõuertũt qualitates medicinarũ necantiũ per qualitates suas. Ex his ẽt medicinis sunt, quę faciunt hoc ex tota sui substãtia, hoc est ex sui ꝓprietate. vnde est ac si diceret ꝙ hę medicinę obuiãt medicinis necãtibus ex tota sui substantia. hoc ergo intellexit secũdũ opinionẽ meã, cũ dixit: aut ex sui natura ꝓpria. Ex eis ẽt est species tertia: & est illarũ medicinarũ, quæ per secessum, vel vomitũ medicinã necãtẽ, vel venenum extra ducunt: sicut dixerunt de ammoniaco, & alijs ab eo in morsu canis rabidi. Quod aũt dixit, has educere per modũ qualitatis necantis, fabricatũ est, scdm ꝙ mihi vr̃, super illud, qđ dixit Gale. s. ꝙ medicinę faciẽtes euadere & liberãtes a venenis, & medicinis necãtibus, sunt in parte necãtes & venenosę: & est ac si diceret ꝙ sint media inter corpora nostra, & venenosas medicinas. Sunt ergo hę medicinę secundum hoc de genere medicinarũ necãtiũ. & ex hoc sequitur ꝙ, cũ peruenerint in corporibus sanorũ, ꝙ faciant in eis qđ facerẽt medicinę necãtes, & venenosę. cõferunt tñ nihilominus corporibus, in quibus medicinæ necantes prædictæ iã sunt operatæ. Et hoc quidem intellexit cum dixit: ideoq; qui vtitur frequenter eis, incurrit inde nocumentum. F

52 [e] [*Hæc medicina calida est, & aperitiua, & incisiua, & mollificatiua*]. *ex ea etiam est quæ stupefaciendo confert, sicut opium, & cæteræ narcoticæ.*

e Medicinæ remouet dolorem

Medicinarũ quidẽ dolorẽ curantium & sedantium duę sunt spẽs, Quarũ vna

A eſt illa, quę efficit in membro, & operatur contrarium eius, quod efficit dolor in eodem, ac ſi diceretur ꝙ delectat ipſum membrum, & placet eidem: & tales ſunt curantes dolorem ſecundum veritatem. facit autem hoc ex ſimilitudine ſui, quam habet cum corpore. & huius quidem ſpeciei ſunt aſſungię gallorum, gallinarum, & anatum. Secunda autem ſpecies eſt illa, quę ſedat & remouet dolorem, tollendo & abſcindendo cauſam eius. & hoc quidem facit, alterando cauſam dolorem efficientem. & hę quidem medicinę ſunt incidentes, & ſubtiliantes, & aperientes. Tertia quidem ſpecies eſt illa, quę dolorem ſedat & tollit, ſtupefaciendo, & narcotizando membrum, in quo eſt dolor. vnde hęc medicina ſedat dolorem per accidens, & quandoq; auget cauſam eius. & interdum efficit, & cauſat mortificationem membri patientis, ſicut facit opium. Et ob hoc cantificauit, & prohibuit Gale. vſum eius niſi in tempore magnę & vrgentis neceſsitatis. Intellexit autem ſpeciem primam, cum dixit: calida eſt, & ſecundam cum ſubiunxit: & aperitiua, & inciſiua, & mollificatiua. vnde eſt ac ſi diceret ꝙ ſecunda abſcindit cauſas eius.

quędā eſt calida aperitiua, inciſiua, mollificatiua.

Rememoratio virtutum tertiarum medicinarum ſimplicium.

B

POſt relationem quidem prædictorum reperietur relatio tertiarum virtutum ſuper his quæ contingunt, & generantur, ex quibus eſt comminutio lapidis in renibus: quæ quidem fit ex omni eo quod diſſoluit, incidit, ſubtiliat, & mollificat, dum tamen calorem non habeat manifeſtum: cuiuſmodi ſunt radix aſparagi, & radix arundinis, & vitrum vſtum, & [a] [paſſæ montanæ, ideſt ſtaphiſagria.] 53

a. mahaleb.

Poſt relationem dictarum operatiuarum medicinarum, referēdę ſunt hic operationes tertiarum virtutum earundem. Ex his autem virtutibus ſunt medicinę, quę ſine calore manifeſto calculum minuunt, & earum eſt calor in primo gradu: ſicut aſparagus, radix arundinis, vitrum vſtum, & paſſę montanę, ideſt ſtafiſagria.

Et ſimiles iſtis, habentes ſ. aliquam caliditatem & humiditatem, faciunt egredi quod eſt in pectore per ſcreatum. 54

C Ex his etiam medicinis ſunt alleuiantes ſcreatum a pectore: & hę ſunt paruę caliditatis & humiditatis: cuiuſmodi ſunt amygdalę dulces, et butyrum cum zuccharo, & eis ſimiles.

Quæ etiam ſunt temperatæ caliditatis, generant lac. 55

Medicinę quidem lactis generatiuę & effectiuę, ſunt caliditatis temperatę.

Et omnis medicina iuuans ſcreatum, prouocat menſtrua, [b] [ ] dum auctam habuerit caliditatem præter quod [c] [fortius] exiccet. [d] [ ] 56

b * ———
c. &
d. tunc eius operatio eſt ſubtilior

Medicinę quidem, quę prouocant menſtrua, ſunt de natura medicinarum, quę efficiunt facilem ſcreatum: ſunt tamen calidiores eis, ſed non valde, & hoc, qm̄ operationes harum medicinarum facilem ſcreatum facientium. Et ob hoc inquit Gale. ꝙ prouocantes menſtrua ſunt de genere prouocantium lac: ſunt tamen fortiores eis.

Et hæ quidem omnes prouocant vrinam: [e] [acutæ tamen ſunt in hoc certiores, & magis conuenientes.] 57

e * et omne acutum iſtis eſt fortius

Intellexit quidem ꝙ hę omnes medicinę, ſ. comminutiuę lapidum & calculi, & prouocatiuę menſtruorum, & iuuantes ad ſcreandum, prouocant vrinam: acutę tamen ſunt in hoc certiores.

* De speciebus, & modis medicinarum.

D

58 *Postquam ergo retuli vires & virtutes complexionum medicinarum, incipiam nunc referre modos medicaminum, & antidotorum. referam ergo omnes modos earum, quibus vtuntur Medici tam in interius assumptis, quam in exterius applicatis. Et sunt velut* [a] [*decorationes,] pilulæ, syrupi,* [b] [*lohoc, linimenta, cerata, ablutiones, fomentationes, fricationes, stuffæ vel pyriia, balnea, trochisci, electuaria, suppositoria, licinia, clysteria, stillæ seu stillicidia, iniectiones, magdaleones, dentifricia, sternutatoria, acuatoria, syringa, emplastra, & vnguenta, pulueres oculorum, & sinapismi, & sunt caputpurgia, collyria, nastalia, decoctio, colatura, opiata, & fumigia per traiectorium, & fine, fricatoria, saccellationes, infusiones, trazeæ, confectiones.*]

Constat intentionem eius fuisse in hoc capi. referre modos medicaminum, quibus vtuntur Medici in curis ęgrorum, & practica, & eorũ nomina propria. vtimur autem medicaminibus vniuersaliter, aut interius, aut exterius. Et interius, aut ministrantur a parte superiori per os: aut ab inferiori, scilicet per viam, ex qua egreditur superfluitas sicca: aut per illam, ex qua egreditur superfluitas liquida. Ex assumptis autem per os quędam dicuntur electuaria, & quędam syrupi, & quędam lohoc, & quędam drageę, id est compositę & confectę sola trit-tura, & quędam pulueres, & quędam trochisci, & quędam potiones, & quędam dicuntur pillulę: quarum vsus est in quibusdam ex medicinis eductiuis interius per os sumptis. Cuius autem vsus congruit in egressu vrinę, dicitur iniectio seu stillatio per syringam. Quod autem imponitur ad expellendum superfluitatem siccam, vocatur iniectio per clystere, cum illud fuerit liquidũ. Sed si non fuerit liquidum sed solidum, dicitur suppositorium, vel tenta. Quę etiam fiunt ex coto filato, & ponuntur in vulneribus seu vlceribus profundis, dicuntur tentę. Et si sternutatoria ponantur in hoc genere, bene quidem. Et sunt medicinę, quę imponuntur naribus ad euacuandum superfluitates capitis. Hęc ergo sunt medicaminum nomina, quę interius assumuntur. Eorum autem, quę exterius applicantur, quędam dicuntur inunctiones, & quędam fricationes, ablutiones, decoctiones, balnea, cerata, & emplastra, infusiones, saccellationes, & spongię, & sinapismus factus cum pulueribus. & quod ex eis ponitur in oculis, dicitur collyrium: magdaleones seu trochisci: & stillatorium, ex quo mundificatur os, dicitur abstersiuum, & dentifricium. Et hęc quidem sunt communia etiam vulgaribus nota, & multo fortius sapientibus. Ex his etiam omnibus alterum duorum intenditur, s. alteratio sola cum contrario, cum erit mala complexio sine materia: aut rectificatio & immutatio conueniens humoris ęgritudinem facientis, & expulsio ipsius a corpore.

E

F

a vmedicamina pro decoratiōe capillorum

b * suffuf, & olea seu vnctiões, & fricationes, & embrocationes, & ea q̃ remouẽt tincturā nigrā frigidā in cute, et ea q̃ tingũt manus, & ablutiones, et sief, & electuaria, & sitile, & suach, & dẽtifricia, et linimẽta, & vnguẽta, & pulueres, & alcohol, & caput purgia, et distillationes, & pessaria, & q̃ dantur in potu ex decoctionibus, et emplastra et fomẽtationes, & gargarismata, et clysteria, et suffumigia

c [Rememoratio rectificationis corruptionis, & significationis ipsius.]

c * De cura

59 *Omnis morbus, quem sumus relaturi, existit vniuersaliter in toto corpore, aut specialiter in aliquo ex membris eius. Qui si fuerit sine materia,* [d] [*erit quidem cum complexioni suæ contrario eius cura.*] [e] [ ]

Omnis morbus, siue fuerit in corpore toto generatus, siue in vno ex membris eius, aut pluribus, & fuerit ex morbis membrorum consimilium et sine materia, erit quidem eius cura cum contrario illius malę complexionis sine materia.

60 *Discernitur autem morbus repleti corporis a morbo prædicto, sumendo experientiam ab eo per inuestigationem artificialem, si non adsit cum eo aliquod ex signis super repletionem corporis significantibus.*

Malitia autem complexionis sine materia cognoscitur & discernitur ab illa,

d * tunc cura eius erit cũ conuersione seu permutatione.

e † neq; procede cũ euacuatiōe, sed pcede in curatione cum gradatione.

A quę est cum materia, si s. non appareat in corpore aliquod ex signis significanti bus illud, quod rettulimus in his, quę pręcesserunt.

Si autem contingat nocumentum ex operatione in cura morbi, erit quidem 61
medicamen simile, s. morbo in complexione, et recipiet iuuamentum ex eo, quod contrariatur causæ efficienti corruptionem, [a] *[& morbum.]* a *

Cum dubitamus de specie malę complexionis peccantis, ignorantes an sit frigida vel calida, sumemus tunc significationes super hoc, vtendo medicinis contrarijs in cura eius. Si ergo ex operatione accidat patienti in principio aliquod nocumentum, sciemus complexionem istius morbi esse conformē cum complexione illius medicinę sibi ministratę: constabitq; nobis tunc, ꝙ curā eius fiat cū eo, quod contrariatur illi complexioni. Si etiam si in principio operationis sic rectificetur operatio, ꝙ patiēs consequatur inde in manibus nostris adiuuamen, sciemus qdē ꝙ medicina illa contrarietur illi morbo: & iō fiet cura eius cū illa.

Pōt ēt sumi significatio sup morbū ex sensu tactus, et debilitate operationū. 62
Sumitur quidē significatio super naturā morbi ex ipsomet tactu: & ex specie seu modo debilitatis & corruptionis operationis sumitur significatio sup morbū patientis: & interdum significatur inde super speciem, s. ipsius morbi.

B *Et etiam ex eo quod apparet ex illaudabilibus* [b] *[ ] secundum spe-* 63
cies & modos suos: et etiā ex eo quod videtur de superfluitatibus exeuntibus.
Accipitur etiam significatio super morbos, & causas eorum, & membra patientia ex eo, quod est illaudabile, & corruptum secundum dispositionem membri patientis. Sumitur etiam prędicta significatio ex egestionibus, & alijs superfluitatibus a corpore exeuntibus.

Si ergo patientis urina fuerit sine hypostasi, & residentiis, & pulsus inæ- 64
qualis, nequaquā ex repletione patietur, sed morbus eius reponetur potius sub b. dispositio
genere morbi inanientis & consumptiui. nibus.

Ex significantibus morbum de mala complexione sine materia sunt pulsus egredientes ab ęqualitate: pręter ꝙ in vrina appareat aliqua hypostasis & residentia. cum ergo apparebunt hęc, nequaquam erit morbus de genere morborū repletionalium, sed potius de genere morborum sine materia, cum qua non est corpus plenum, sed potius inanitum.

Et si dolor sit in aliquo loco specialiter, significabit super passionē illius loci. 65
Sumitur quidē significatio ex dolore alicuius mēbri super morbū ipsius. vbi est. n. dolor in corpore, ibi est morbus. Cum. n. exempli gratia est dolor sub stomacho a parte dextra, significatur ꝙ hepar sit membrum ęgrum. Si sit in illis
C ventris, significatur ꝙ renes, aut gracilia intestina patiātur. Sed si fuerit vtrūq; in ambobus lateribus, significatur esse passio in velamine, seu in panniculo descente a pectore: & pręcipue, si fuerit dolor pungitiuus.

Sumitur ēt significatio sup ipsum ex ætate, et cōplexione corporis, & ipsius 66
colore, & quatuor anni temporibus, & eorum constitutionibus, & ipsius propria habitatione, & ciuitatibus eius, & ex eo quod præcessit de regimine proprio. ex his enim fit iuuamentum super cognitionem, & præcognitionē morbi.

Sumitur aūt significatio sup naturā morbi ex ętate, & cōplexione naturali & ex colore corporis patiētis, necnō ex cōstitutionibus anni, et quatuor tēporū, anni, & habitatione ipsius, i. ex domo, q̄ inhabitat, & ciuitatibus eius, & ex ipsius regimine. hęc. n. nominata habēt in corporibus humores spāles, & sibi similes generare. Aetate. n. iuuētutis eius, exēpli grā, cōplexione calida, tēpore ęstiuo, et habētibus officia corporis calefaciētia, colligit qdē in corporibus cholera rubea. sic ēt cōtingit ex cibis calidis, & parua q̄titate assumptis, & labore, & exercitio supfluo, et īmoderato. Iā aūt egressi sumus ab eo qd intēdimus ī hoc loco. Per hoc aūt, qd dixit: ex his. n. fit iuuamētū, &c. ītellexit ꝙ ex relatione patiētis de accidētibus sibi cōtingentibus assumitur significatio sup naturā morbi.

a†De signis significantibus malā cōplexionē calidā, et de cura ipsius.

a [Rememoratio morborum significantium supra morbos ex mala complexione calida.] D

67 *SI ergo corpus patiatur de caliditate, lædetur quidem ab omni calido, & tactu calidum reperietur, eritq; eius vrina rubea, & pulsus velox & inquietus, cum siti, & labore seu angustia, & vigiliarum instantia, cum motu inordinato, habitudine extenuata, & colore citrino, & habitatione meridionali ciuitatis, & ætate iuuenili,* b [ ] *et discursu eorum quæ calorem efficiunt. Pro tanto curetur cum infrigidantibus febrem urentem, &* c [*omne quod laborem infert curantibus:*] *& sit cibus eius secundum quantitatem virtutis, & quantitatem eius, quod apparebit ex appetitu ipsius.*

b. & æstate,

c†oēm ægritudinē facientē angustiā seu inquietudinem

Hęc quidem omnia, quę hic retulit, sunt signa febrium ex cholera rubea generatarum. Et sunt, sicut inquit, cum lęditur vsu medicaminum calidorum, & est tactu calidus, vrina eius rubea, & pulsus subtilis velox, cum siti, angustia, & vigiliarum instantia. Et si cum his vniantur quę choleram rubeam multiplicāt, sicut ętas similis, regimen, ciuitas, & tempus: erit quidem decretum certum apud Medicos, ꝙ febris sit cholerica. Est autem sciendum ꝙ febris cholericę sunt duę species: aut enim paroxismus eius affligit continue: aut vna die interpollat, & alia die affligit. Est autem continua fortior & magis violenta, cum sit materia intra vasa. & cum cholera rubea, ex qua generatur febris ista, s. continua, egreditur multum a natura, contingit tunc febris vrens. eius autem afflictio contingit vna die, & alia die non. Est quędam vera, cuius paroxismus producitur duodecim horis, & ad plus in septem periodis terminatur. Est autem harū omnium cura, sicut inquit, cum frigidis & humidis, secundum dominium & abūdantiam supradictorum, vt secundum dominium caloris febris huius generis. Et radix quidem in curatione harum febrium est ptisana hordei mensurata secundum distantiam & propinquitatem status eius, & secundum virtutem patientis. tamarindi etiam, & eis similes sunt ex calorem extinguentibus. Oportet etiam vt mollificetur natura in his febribus. Et ex fortius infrigidantibus est succus cucumeris & cucurbitę. & ex debilius infrigidantibus est iulep factum ex aqua & zuccharo. & inter hęc sunt multa media. Oportet autem Medicum esse attentum super gradum dyscrasię febrilis, ita ꝙ possit ei obuiare cum contrario dyscrasię illius gradus. E

De signis malæ complexionis frigidæ. F

68 *SI vero ex mala complexione frigida patiatur, constat ꝙ infrigidantia oberunt ei, & omnia calida proderunt eidem. eius etiam frigiditas percipietur sensu tactus, & color eius signanter albus reperietur, pulsusq; tardus, nec patietur sitim, nec vigiliarum instantiam. ꝙ si pateretur* d [ ], *non tamē inde molestaretur. & si cum colore albo adsit laxitas, & mollities corporis, ætas senectutis, & locus quem inhabitat, fuerit septentrionalis. & tempus anni hyems, & vsus fuerit in præterito infrigidantibus, erit quidem significatio certa super isto. Pro tanto, si medicetur & curetur in aliquo, curetur cum calefacientibus, & breuiter intendatur in cura eius secundum curam, qua curatur spasmus.*

d. vigilias,

Hęc quidem significant super dominium humoris phlegmatici: & sunt, quoniam iste patiens lęditur a frigore, & consequitur a calido iuuamentum. & sentitur eius corpus actu frigidum: quod quidem est verum, nisi huius humor collectus fuerit, & putrefactus & febrem generet, & talis quidem febris nequaquam

A est morbus simplex, sed compositus cum apostemate magno viscerum & intestinorum. Alia autem signa sunt iam intellecta ex his, quę dicta sunt in capitulo, in quo facta est relatio de signis dominij humoris phlegmatici. Sunt autem febris phlegmaticę duę species: Quarum vna est interpollata, & habet paroxismum suum omni die: Et alia est continua, cuius materia est intra venas. & hęc quidem febris est longi temporis, cuius paroxismus attingit tempus decemocto horarum. Et febris etiam melancholica est quędam interpollata, & quędam cõtinua: & paroxismus quartanę est de quarto in quartum. Cura huius febris & aliarum etiam putridarum est duplex. Quarum vna est, cum intenditur ad curam febris formaliter cum infrigidantibus & humectãtibus: forma enim cuiuslibet febris calida est & sicca. Sed cura causę efficientis ipsam fit per apertionẽ oppilationum, incisionem humorum, & eorum euacuationem: quod quidem nequit fieri cum medicinis calidis. Et pro tanto curationes febriũ putridarum perficiuntur ex compositione harum duarum specierum medicinarum. Ingeniatur autem sic Medicus, ꝙ altera ex eis dominetur in composita secundum maiorẽ potentiam alterius ex prędictis duobus. Decet autem magis attentum esse Medicum in cura causę febris phlegmaticę quam in cura ipsius febris in se. & sic etiam congruit in cura quartanę. Verum in febre continua debet esse intentio contraria: ac si diceretur ꝙ maior est intẽtio necessaria inter naturam febris

B formaliter, & pręsertim in principio ipsius, donec appareat, & manifestetur ipsius digestio. Et similiter dẽcet ꝙ in febre acredinis, & hectica sit Medicus magis attentus quam in prędictis tribus. Et Gale. quidem videtur dicere ꝙ febris generata ex sanguine putrefacto sit de genere febris cholericę: & probabilius tamen est ꝙ cum putrefit sanguis, generentur inde tres febres putridę & continuę. Quoniam ex putrefacto sanguine & egressu eius ab ęqualitate sua, ita s. ꝙ augeantur & fortificentur calor & siccitas ipsius ratione augmenti cholerę super ipsum, generatur inde febris de cholera citrina. Si vero augeantur & fortificentur eius frigiditas & humiditas ratione augmenti phlegmatis in eo, generatur inde febris phlegmatica. Et si ipsius frigiditas & siccitas intendantur ratione melancholię auctę in eodem, contingit quidem inde febris melancholica. Febris autem, quę secundum veritatem ex sanguine generatur, est febris continua, quę synocha dicitur: quę secundum Gale. est media inter febrem putridam & ephemeram. vnde est ac si diceretur ꝙ sit febris generata in spiritibus, cuius tamen causa est oppilatio, & magnitudo sanguinis. Et sermo quidem febrium exigit prolongationem minime conuenientem huic compendio, & breuiatio huius artis.

De febre sanguinis.

C

De signis ex mala complexione [a] [calida &] sicca.

HI quidem duo morbi non priuantur altero ex duobus. vnde si fuerit morbus siccus, videbis patientem siccum: & si fuerit humidus, videbis patientem laxum, & spongiosum [b] [ ]

a ✱ humida aut

69

b. vel mollẽ.

Duo quidem morbi sunt speciales & proprij caliditati & frigiditati, neq; priuantur altero prędictorum duorum. Cum ergo coniungetur vni ex eis siccitas, accipietur quidem significatio super eam ex macie, siccitate & ariditate corporis. sed si alteri ex illis vniatur humiditas, sumetur quidem significatio super ipsum ex laxitate & mollitie ipsius. Exemplum autem caliditatis cum siccitate est hectica, in qua calor innaturalis vnitur, & coniungitur ipsismet membris radicalibus. Exemplum vero frigiditatis cum siccitate est febris consumptiua senum, & decrepitorum. Sed exemplum caliditatis cum humiditate est hydrops, cuius causa est caliditas. Verum exemplum frigiditatis cum humiditate est hydrops, cuius causa est frigiditas. Sunt enim tres species hydropis, s. carnosa, quę fit ex phlegmate: & vterina aquosa: & tympanites, q̃ ex ventositate generatur, Et quandoq; fiunt ex duabus causis simul, s. ex caliditate, & frigiditate.

70 *Humidum ergo exiccetur subtilietur, siue fuerit cum caliditate, siue cum frigiditate: & siccum cum sibi contrario rectificetur. & in omnibus sunt prius auferendæ causæ efficientes, si fiat recta curatio.* D

Cum apparebit humiditatis dominium in aliquo, curetur cum siccitate subtili, siue coniungatur humiditas caliditati, siue frigiditati. Prius tamen quam curetur complexio in se, & formaliter cum suo contrario, sunt eius causę abscindendę. cura nanq; ipsius formaliter est inutilis, nisi prius causę eius auferantur. Causę vero efficiẽtes malitiam illius complexionis manifestę sunt. vnde exempli gratia nequaquã potest exiccari complexio patiẽtis hydropem carnosam, nisi prius educatur ab eo aqua citrina. verũtamen si fuerit mala complexio sine materia, attendatur solum ad curam eius cum contrario: sicut contingit in hectica.

a * De cura morbi repletionalis, & conditionibus euacuationis.

a [Capitulum morborum de Repletione, & conditiones quę obseruandæ sunt in euacuatione, & est totum de phlebotomia.]

71 *Cum ergo erit morbus ex repletione, nequaquam curabitur nisi per euacuationem.* E

Cum quidem erit morbus de repletione, non curabitur nisi per euacuationẽ. Sic tamen, quando augebitur sanguis in quantitate, erit cum phlebotomia euacuandus: sed cum corrumpitur in qualitate, cum pharmacia, seu cum medicinis eductiuis. Ipse tamen intellexit hic per euacuationem ipsam phlebotomiam.

b * fuerint, tunc nõ intẽdas ad ipsas euacuationẽ

c * cõsyderatio

72 *In omni euacuatione sunt decem obseruanda: quæ si non* b *[possint seruari, reguletur tamen quantitas, et mensuretur secundum exigentiam eorum.] Quorũ primum est* c *[laudabilis dispositio] accidentium. Et secundum, vt sint morbi de repletione. Et tertium, ætas a iuuentute vsq; ad senectutem. Et quartum, consuetudo euacuandi. Et quintum, consistentia virtutis. Et sextum, tempus veris, vel autumni. Et septimum, ꝙ locus quem inhabitat, æqualis sit in omnibus, & temperatus. Octauum, similiter tempus præsens. Et nonum, ꝙ patientis complexio sit calida & humida. Et decimum, vt corpus bonæ habitudinis sit, & bene carnosum.*

In omni euacuatione facienda & maxime sanguinis sunt decem conditiones obseruandę. Vnde si non possunt oẽs decẽ congregari in aliquo, & per consequens obseruari, decet quidẽ vt quantitas euacuationis facienda minuatur secundum illud, quod ex prędictis conditionibus minuetur. nã interdũ quędam ex his conditionibus tollent & impedient euacuationem faciendã, sicut ętas senectutis & decrepitas. Prima ex his conditionibus est, vt dispositio accidentium morbi attendatur. nam interdum quędam ex eis prohibebunt, et auferent phlebotomiã faciendã, sicut debilitas stomachi, aut syncope frequens & continua, rõne raritatis & relaxationis totius corporis, & subtilitatis spũum ipsius: palam.n.est. Secũda, morbus de repletione. quia cã morbi de repletione necessitate euacuationẽ: alię vero ab ista possent necessitare augmentũ vel diminutionem euacuationis faciendę. Tertia vero est tẽpus, a iuuentute vsq; ad senectutẽ, & est ętas secũda, & tertia. Quarta est consuetudo. non.n.est minuendus inassuetus, nisi vrgente necessitate: tunc.n.est minor quantitas sanguinis extrahenda. Quinta est dispõ virtutis. hoc.n. prohibet frequenter & tollit euacuationem: cuius tamen exigentiã significat natura & dispõ morbi. pro tanto in hoc casu oportet ꝙ minuatur quantitas euacuationis eius, quod natura morbi iudicat euandum. Sexta est tempus anni. nam autumnus quidem est inconueniens in faciendo phlebotomiam, & ver conueniens, Et septima, silr congruit ad hoc ipsa regio, & locus tpatus, & ęgrediens ab ęqualitate & tẽperie cõtrarius. Octaua, cõplo calida cõuenit in F

Deficit expositio octauę conditionis, in textu positę.

A phlebotomia faciēda, & frigida & sicca cōtraria, & existēs inter has est medio cris. Nona, pinguedo, et habitudo corporis dēt attēdi inter condōnes antedictas.

De speciebus euacuationis fiendæ, & modis.

CVm ratione eius quod generatum est in aliquo ex membris corporis volueris ipsum trahere ab inde, trahe ipsum [a] *[per euacuationem ab ipso membro, aut per attractionem ipsius solum ad alia membra contraria, siue eis æquipollentia. & interdum fiet eius attractio ad membrum habens colligantiam cum membro patiente:] & sic fiat attractio cum ventosis positis super mamillas in constrictione menstruorum matricis.* 73

a× ex membro mādāte, aut trahe ex reliquis mēbris scdm diuersitatē, aut scdm ęqualitatē. & qn̄q; fiet attractio ex membris cōicantibus:

Intellexit quidem vt cum voluerit quis euacuare sanguinem ratione eius, quod erit generatum in aliquo ex membris corporis, ꝙ euacuetur a membro magis propinquo eidem, cum intenditur ad euacuationem ipsius. verum cum intenditur solum diuersio & attractio sanguinis ad contrarium ipsius, ad quod infunditur, sine ipsius euacuatione fiat ipsius diuersio ad partem existentem a directo membri, cuius euacuatio intenditur, aut collateralem eidem, aut habentem conuenientiam cum membro infirmo. Et sic faciunt Medici in superfluo fluxu sanguinis menstruorum, cum ponunt ventosas super mammillas mulieris. mammę. n. colligantur cum matrice mediantibus quibusdam vijs seu venis inter ipsas existentibus et ad vtrasq; peruenientibus. mammillę etiam contrariantur in situ matrici. Sic etiam faciunt in fluxu sanguinis narium, ponentes ventosas super hepar, cum est fluxus a nare dextra: & super splenem, cum est a nare sinistra. Interdum etiam coniugit Medicus euacuationem & attractionem simul ad contrarium partis, in qua est morbus: sicut expli gratia, facimus in principio pleuresis corpore repleto existente, phlebotomiam a parte contraria. verum cū cessabit fluxus materię, & rectificatio ipsius, minuatur si possibile fuerit pars, in qua est apostema sine mora.

B

Iam quidem præmisimus signa repletionis, & medicinas eductiuas. 74

Ipse quidem iam posuit signa repletionem significantia, & notitiam medicinarum humores euacuantium seu educentium.

Cura morborum [b] [ex sanguine] per phlebotomiam.

b× ———

C

GAlenus quidem aperiebat venam, & sanguinem minuebat, cum erat chymus auctus, & magnificatus. 75

Galenus quidem minuebat sanguinem per apertionem venę, cum quatuor humores augebantur vltra & supra proportionem ipsorum naturalem.

Fiat igitur minutio sanguinis in corpore, apparentibus signis, & potissime cum apostemate, seruatis conditionibus: non autem in aliis humoribus. 76

Gal. quidem faciebat phlebotomiam dominio sanguinis apparente in corpore, & presertim cum apāte. Cum autem dixit talem esse minuendum istis conditionibus seruatis, intellexit per hoc, conditiones in euacuatione seruandas, quarum relationem prius fecit: aut forsitan intellexit per hęc signa dominium sanguinis in corpore significantia. Et cum dixit: non autem in alijs humoribus: intellexit minutionem esse solum faciendam in morbis sanguineis, non autem in morbis aliorum humorum.

Fiat ergo phlebotomia in his, que intellexit in hoc tractatu, & in morbis illis etiam, in quibus ipse fecit eam. 77

In hoc cannone cantificauit, & suasit ꝙ incedatur in his rebus, i. in ipsa phlebotomia post intentionem Gale.

78 *Inchoetur ergo a phlebotomia in omni phlegmone, habito testimonio certe super ipso.* D

Postquam constabit testimonijs patulis & manifestis ꝙ apostema generatũ in patiente sit phlegmonicum, inchoetur in hoc casu a phlebotomia. apostema autem sanguineum vocatur phlegmonicum.

79 *Fiat ergo, siue sit in* [a] *[capite] interius vel exterius, necnon etiam in tali facto in iuncturis. fiat etiam in apostemate facto sub auribus, & ophthalmia oculorum, & in apostematibus linguæ,* [b] *[meri, gingiuarum, & synanchiæ, & in apostematibus intestinorum, & crurium, & splenis: & testiculorum, renum, & vesicæ, necnon in apostemate matricis, & vmblici, & iussari, et aliis speciebus rubedinis.]*

Hoc quidem totum est de se manifestum. verum phlebotomia amplius est necessaria in apostematibus interioribus quam exterioribus, nisi cum essent magna apostemata illa. Et febris quidem concomitatur phlegmones interiores, pręsertim in membris principalibus existentes. pro tanto est phlebotomia in talibus amplius necessaria. & hę quidem phlegmonę fiunt in capite, diaphragmate, & stomacho, & hepate, & iuncturis, & vniuersaliter in omnibus panniculis pectoris, pulmone, renibus, vesica, matrice, & intestinis. Apostemata vero sub auribus facta sunt de genere apostematum, quę Arabice caozan dicuntur: & sic sunt illa in inguinibus generata, & ascellis; in quibus quidem phlebotomia est prę aliis necessaria. & iussaria est apostema * vlcerosum super totum caput & faciem, cum tument valde simul. & decollatio dicitur apostema meri. & synanchię sunt apostemata gutturis, & vuulę. Et cum dixit: & aliis speciebus rubedinis: intellexit omnes alias collectiones, & apostemata sanguinea. E

80 *Fiat etiam in vlceribus capitis, et oculorum, et* [c] *[rubigine aurium scabiosa.]*

Phlebotomia nequaquam curat hęc vlcera secundum intentionem primam: & hoc, quoniam vlcera generantur ex sanguine malę & illaudabilis qualitatis. nihilominus tamen est phlebotomia facienda, quando cum malitia qualitatis est sanguis excedentis quantitatis.

81 *Est etiam facienda in* [d] *[volatilibus,] et ulceribus pulmonis, et oris, et* [e] *[rasuris, et excoriationibus.]*

Vlcera quidem volatilia ex cholera fiunt rubea. pro tanto euacuatio facta cum medicinis melior est in eis quam sit phlebotomia: nisi tamen causa eorum esset composita. Phlebotomia etiam est in vlceribus pulmonis facienda, dum tamen in principio existant, s. dum patientes adhuc nihil saniei expellunt per os. postquam autem eorum tempus prolongabitur, minime minuantur. nam minutio, fit solum in eis ratione attractionis & diuersionis. vnde est cura per accidens: ipsa enim est abscissio causarum euacuationis cum euacuatione. omnis autem actio, quę est huius speciei in hac arte, indiget quidem magna consyderatione, & speculatione, nec debet fieri nisi magna vrgente necessitate. F

82 *Et fiat in passione intestinorum: cum tamen constabit de notitia ipsorum, et* [f] *[cum erit in eis carnis augmentum innaturale.]*

Per hoc autem hic intellexit apostema intestinorum, apostema, s. ex quo fit colica, quę fortis appellatur. Et inquit: cum tamen constabit de notitia ipsorũ: eo ꝙ colica pluribus de causis contingat, nec est facienda phlebotomia pręterquam in apostemosa solum. Et cum dixit: & cum erit in eis carnis augmentum: intellige secundum opinionem meam vlcera calida. & hoc, quoniam carnis augmentum fit in eis ex multitudine sanguinis, aut alterius humoris.

83 *Est etiam facienda in* [g] *[variola] vbicunque fiunt, et scabie humida,*

postquam

a * corpore

b * et gingiuarũ, & apate gulę p̃focatiuo, & apate vuulæ & amygdalarũ, & ĩ synãchia, & ĩ catarrhis, et in pleuresi, & peripleumonia, & ĩ apate mamillarũ, & inguinũ, et ĩ apate hepatis, et stomachi, et ĩ apatibus ĩtestinorũ, et ani, & splenis, & testiculorũ, & renũ, & vesicę, necnõ in apate matricis, & vmbilici, & ĩ masera, & ĩ speciebus crysipelatis.

* a.l. vl'e

c * safati et vlceribus aurium.

d * ambulatiuis vlceribus,

e * ĩ variolis

f * in vlceribus, in qbus vis vt caro nascatur: uel & in eius vlceribus, in qbus nascitur caro superflua.

g * bothor

A *postquam fuerit notum et manifestum, sicut in* [a] *[variola] oris et oculorum, & sicut* [b] *[in variola in hypochondriis generata.]* — a * bothor; b * illud q̃ gñatur ĩ duobus laterib'.

Per variolas quidem intellexit quædam granula, cum quibus est fortis dolor & tumor membri: per humidam scabiem intellexit sanguineam.

Est ergo facienda in repletione venarũ, & egressu sanguinis ab eis, sicut in fluxu sanguinis nariũ, & in [c] *[ ] manante a dentibus & gingiuis, & etiam in egrediente ab auribus,* [d] *[& ab ore matricis,] & in hæmorrhoidibus ani, & in fluxu menstruorum, & in* [e] *[sanie rubicunda.]* 84 — c * hæmorrhoidib' nasi, & in sanguine; d * & in hæmorrhoidibus ĩ ore & labijs existẽtibus, et ĩ his quę egrediũtur apud matricem, e * manatione saniei

In his quidẽ omnibus fit phlebotomia, vt fiat attractio ad partem oppositam, vnde hæc cura est similis cum simili. hoc autem est, ac si diceretur cura euacuationis cum euacuatione. talis autem cura est per accidens: quoniam cura per se fit cum morbi contrario.

Fiat etiam in dolore capitis, vertigine, & fœtore oris: necnon in dolore dentium, & casu capillorum seu alopecia. 85

Phlebotomia quidẽ congruit in dolore capitis, cum fit ex sanguine: & sic ẽt conuenit in vertigine, & dolore dentis, qui vt plurimum est ex calore, licet interdum sit de materia frigida. Alopecia vero seu casus capillorum contingit ex

B prauo sanguine & illaudabili. pro tanto euacuatio cum medicinis laudabilior est in hoc casu: nisi tamen adesset sanguinis multitudo. Ignoro etiam, qualiter phlebotomia habeat locum in fœtore oris ad iuuamentum: nisi ex alia intentione hoc fuerit positum, vt si diceretur conuenire ratione impletionis humorum infra corpus existentium, ex qua contingit fœtor oris.

Et etiam in membri [f] *[dissolutione,] & spermatis egressu, vel expulsione, & dolore artuum, & rheumate.* 86 — f * cõtusiõe,

In omnibus quoque percussionibus & contusionibus congruit phlebotomia, eo ꝙ ex eis generãtur apostemata. Et per egressum spermatis ĩtellexit eius multitudinẽ. dicit ergo phlebotomiã esse necessariã cũ augetur: hoc. n. intellexit secũdum opinionẽ meã. Verũ in dolore artuũ, & catarrho (seu reumate) phlebotomia cõuenit per accidens. vnde est ac si diceretur ꝙ, cum sanguis est auctus in his duobus magis ꝙ̃ debeat secundum naturã, tunc cõpetit in eis phlebotomia.

Competit etiam in epilepsia, & in sebel, vngue, & moro; necnon etiam in casu, & ablatione appetitus. 87

Sebel est quædam textura venarum innaturalium super coniunctiuã oculi facta: sed morũ est quoddã apostema vlcerosum & factum in facie. & in his quidẽ

C fit phlebotomia per se: verum in epilepsia fit phlebotomia per accidens: & sic etiam fit in casu appetitus. hic tamen non faciam aliam mentionem.

Est etiam vena incidenda in passionibus ani, & [g] *[sedis, ancharum,] schiatica, & dolore stomachi.* 88 — g * cõmissurę exñtis inter anũ et testiculos, & ĩ

Phlebotomia quidem est facienda in dolore stomachi ratione apostematis contingente.

Sic etiam in dolore hepatis pungitiuo, & in oppilationibus eius. 89

Fiat etiam phlebotomia, si dolor sit in hepate cum apostemate, aut etiam si generatio eius timeatur in eodem: necnon cum sunt oppilationes in eo.

* De cura ægritudinum sanguinearum, per alia a phlebotomia.

Intendatur ergo cum regimine, & cura horum morborum, sicut in cura, & regimine synochi cum eductione choleræ rubeæ, post phlebotomiam: & vsu ciborum infrigidantium, & [h] *[fuga] calefacientium, & quod sanguinem auget, & magnificat: & quod eis affertur declinet ad stypticitatem, & propinentur eis acetosa.* [i] *[ ]* 90 — h * alienatione; i * & muza.

In cura quoque morborum ex sanguine contingentium est procedẽdũ, sicut D
in cura synochi. Synochus autem est febris continua nota, ex sanguine genera
ta: in cuius cura est a phlebotomia inchoandum. & consequenter ab euacuatio-
ne cholerae rubeae. Estq; feruor & calor sanguinis extinguendus cum cibis con
uenientibus simplicibus, & medicinis, qualia sunt acetosa, sicut acetositas pomi
citri, & tamarindi, & similia his. Est etiã vitandum illud, quod auget sanguinis
quantitatẽ, sicut omnes carnes, quemadmodũ omne calefaciens. Et Gal quidem
extrahebat sanguinẽ in hac febre, cum erat sanguis immunis a putrefactione,
donec contingebat inde syncope. Haec tamen cura non est artificialis: quoniam
vt plurimũ putrefactio est ei coniuncta: eo q cholera rubea sit vbique & vni-
uersaliter cũ eo coniuncta. & ob hoc etiam inquit ipse Gale. quod qui minuitur
ex istis passionibus, &c. ac si diceret q interdum accidit sanitas istis patienti-
bus, postq̃ affellauerunt semel, aut bis ex cholera. Et ob hoc iussit hic sapiens
secundum opinionem meam, q in hac febre cholera educatur.

91 *Sumantur autem signa super hanc passionem significantia, ex capitulo san-
guinis dominium significantium. Et in summa declinare ad infrigidationem, et
exiccationem est actus Medici expediti & ingeniosi.*

Signa super hos morbos significantia sunt sumenda ex signis dominium san- E
guinis significantibus, quorum iam relationem fecimus. & quia in summa san-
guis calidus est & humidus, & cura fit contrarij cum contrario, fuit quidem ne-
cessarium q Medicus procedat in cura & regimine huius morbi cum infrigi-
dantibus & exiccantibus.

a ✶ choleri-
cis.

De morbis[a] [ex cholera citrina contingentibus.]

92 *Morbi qui ex cholera rubea generantur, sunt sicut vlcera in lubricitate
intestinorum contingentia, & permistio rationis, suffocatio matricis, ter
tiana, schiatica, & fluxus sanguinis per secessum.*

Vlcera quidem in lenitate intestinorum contingentia sunt vlcera in stoma-
cho generata: vnde ex nocumẽto eis ex cibis illato expellũt cibũ a stomacho
indigestũ ante tempus debitum. vnde haec est vna ex speciebus causarum mor-
bi noti, s. lubricitatis & lenitatis intestinorũ. & haec quidem vlcera sunt qñq;
ex materia calida & acuta. Contingit nihilominus lenitas intestinorum interdũ
ex multitudine sanguinis in stomacho: lubrificantur. n. tunc ex multitudine hu-
miditatis cibi ab eo, debilitaturq; inde virtus retentiua, & per consequens egre
ditur cibus indigestus. & hoc quidem est fortior & maior causa huius morbi. F
Permixtio autẽ rationis & vaniloquiũ contingunt ex apostematibus cerebri,
& diaphragmatis: necnon etiam in statu febrium acutarum. Et quia huiusmodi
apostemata fiunt vt plurimum ex cholera citrina, ideo posuit ea sub hoc genere
morborũ. Verũ suffocatio & syncope matricis contingens mulieribus, adeo vt
videantur esse mortuae, contingit ex spermatis corruptione, & putrefactione in
earũ matricibus. vnde tale sperma necessitat super se cholerae rubeae dominiũ,
& ob hoc ẽt posuit morbum istum in hoc genere. Esset tñ conuenientius vt ap-
propriaret ipsum frigiditati: eo q vniuersalis operationũ ablatio frigiditati ap-
proprietur, sicut malitia operationũ, & earum magna intensio in fortitudine ap-
propriatur caliditati.

93 *De tertiana iam fecimus mentionẽ in his, quae praecesserunt: & in summa,
febris est calor extraneus per totum corpus dispersus, nocẽs operationibus suis.*

Et haec quidẽ febris est vna ex eis, quae sub ea reponuntur. nã quaedã ex eis
fiũt in spiritibus, quaedã in humoribus, & quaedã in membris radicalibus. Quae
fiunt in spiritibus dñr ephemerae, quae non transeunt diem tertiam. Quę aũt fiũt
in humoribus, sunt putridae notae, quae quidẽ in cholericas, phlegmaticas, melan
cholicas, & sanguineas diuiduntur. Quae vero fiunt in mẽbris radicalibus sunt
hecticae notae. Iã aũt pręmisit istã rememorationẽ, deficit nihilominus in his cã-

A ticis perfecta relatio febriũ & apostematũ, tñ fuisset cõueniẽs ꝙ posuisset super 39
hoc capitulũ speciale. & nos forsitã ponemus super hoc, si nobis licuerit capitulũ breue in fine horũ cãticorũ. Et schiatica quidẽ bene fit ex alio humore, quã ex cholera, vt plurimũ tñ fit ex ea. Fluxus aũt sanguinis per secessum est ex cholera rubea, qui scilicet cessat. Si aũt fluxus prædictus sit ab hepate, sciendũ ꝙ ex eo est duplex: vnus, s. qui ex vstione sanguinis contingit: alius vero, qui contingit ex hepatis debilitate. Et differentia quidẽ inter eos est, qm̃ in contingente ex vstione est sanguis niger: sed in contingente ex debilitate hepatis est similis lotüræ carnis, hoc est ad albedinem vergens & declinans.

Et tussis, & dolor capitis, & apostema,[a] *[quod secundum latum & longum in corpore dispergitur.]* 94

a * ambulatiuũ ĩ corpe.

Quædã species doloris capitis contingit ex specie choleræ rubeæ, sed non omnes. Et tussis quidem contingit ex choleræ rubeæ fluxibus, & reumatismis acutis. Sed apostema dilatans se in corpore hic inde est formica nota, nec fit vnquam nisi ex cholera rubea.

Et fortis & acutus dolor aurium, & multitudo scabiei palpebrarum. 95

Addidit in hoc dolore conditionaliter fortitudinẽ: qm̃ dolor fortis et violẽtus non cõtingit nisi ex cholera rubea. Et similiter videtur esse de multitudine scabiei palpebrarum.

B *Et vlcera, & apostemata in iuncturis, & dolor pũgitiuus & mordicatiuus in eisdem, & fissura digitorum, &* * *panaritium vnguium, & maculæ apparentes in corpore lentibus similes, & morbus cum citrinitate dentium, & vesicæ dolor fortis.* 96

* paronychium

Dolor quidẽ fortis iuncturarũ dominiũ choleræ significat. Et fortis dolor vesicæ significat apostema ipsius ex cholera citrina generatum. Et similiter citrinitas dentium significat choleræ dominium, & eius excessum.

Et [b] *[amor ereos,] & fluxus sanguinis, &* [c] *[apostema existens in extremitate oculi,] & citrinitas cutis, &* [d] *[variola.]* 97

b * ilischi seu amor vehemens.
c * fistulæ
d * bothor

Fluxus quidẽ sanguineus cõtingit interdum ex acumine ipsius sanguinis, & interdũ propter aliud. Amor vero ereos est morbus aĩalis cõtingens cum complexione corporis. vnde patiẽtes hunc morbum sunt valde cholerici. Verũ nescio qualiter apostema existẽs in extremitate oculorum approprietur choleræ.

Et maculæ subtiles, & nigræ, & oppilationes hepatis, & apostema matricis, & pleuresis, &[e] *[casus,] & ablatio appetitus.* 98

e * excoriatio.

C Apostemata quidẽ matricis fiunt vt plurimũ ex cholera: similiter apostemata diaphragmatis. & hoc, qm̃ matrix est neruosa: talia autem corpora neruosa & panniculosa nõ põt humor penetrare, nisi subtilis fuerit & calidus: talis aũt est cholera. Ablatio appetitus contingit ex cholera rubea. nã frigiditate & siccitate viget appetitus. vnde est ac si diceretur vigere ex eo quod delegatur a splene ad os stomachi, ex humore scilicet frigido & sicco.

Et vertigo, & fissura labiorum, & dolor vuæ,[f] *[& fortis fluxus vẽtris.]* 99

f * aut chollerica passio

Quædam quidem vertigo est, quæ fit ex cholera, quædam vero non fit ex ea. Et sic est de dolore vuę. Fortis tamen fluxus ventris dictus Arabice aboelda non fit nisi ex cholera.

Et vlcus quod dilatatur, & dubelet, & tumor existens in ano. 100

Vlcus, quod dilatatur, fit ꝓculdubio ex cholera: sed dubaylet, i. apãta intrinseca fiunt ex grossa materia & corrupta. & grossities ani fit vt plurimũ ab alio ꝙ ex cholera: & cum etiam fit ex ea, fit ex cholera grossa.

Et pruritus, & variola, aut formica, et erysipelas, & pulmonis vlcera. 101

Scabies aũt sicca, cũ qua est magnus pruritus & fortis, contingit quidem ex cholera: et sic etiam est de variola. est nihilominus possibilę ꝙ cum ea sit & dominetur sanguis. Verum formica fit vt plurimum ex cholera: & similiter con-

tingit in eryſipelate. Ex vlceribus autem pulmonis fiunt quædam ex cholera, D
& quædam ex alio humore infuſo ad ipſum.

102 *In cura quidem horum morborum eſt ſicut in cura febris tertianæ procedē dum. Educatur ergo cholera abſque phlebotomia, & attendatur ad infrigidationē ipſorum, ſicut in morbis ſanguineis, verum morbi cholerici ſpecialiter humectentur: nam prædicti ambo morbi* [a] *[vniuocantur, &] conueniunt in caliditate, necnon etiam in* [b] *[omni] eo, quod per eam infertur patientibus nocumētum, ſumantur autem ſigna ſuper hos morbos ſignificantia ex capitulo ſignorū dominium choleræ ſignificantium.*

a *——
b *——

Procedatur in omni cura horum morborum ſecundum methodum curę febris tertianæ, hoc eſt in eis educatur cholera, præter ꝙ fiat phlebotomia: & attendatur qualiter infrigidetur, ſicut in morbis ſanguineis. Eſt tū ſpeciale in iſtis, et nō in alijs, ꝙ humectentur. nam hi morbi aſſociantur cum ſanguineis in caliditate. ſiccitas tamen in iſtis eſt propria, ſicut humiditas in ſanguineis. Maior etiā debetur infrigidatio in iſtis quā in ſanguineis. Signa autem ſuper cauſam horū morborum ſignificantia ſunt ex ſignis dominium choleræ ſignificantibus aſſumenda: quorum quidem relatio iam præceſsit. E

De morbis ex humore phlegmatico.

103 *Omnis quidem morbus ex humore phlegmatico generatus eſt ſicut apoſtema tumidum, & laxum, paralyſis, & relaxatio; dolor capitis* [c] *[de frigida, & epilepſia.]*

c * frigidus, et deſtructio rationis

Morbi quidē, quorū cauſa eſt humor phlegmaticus, ſunt ſicut apoſtemata humida & laxa, & paralyſis, ſ. relaxatio alterius ex partibus corporis cū priuatione ſenſus & motus ipſius. Per epilepſiam vero intellexit morbum caducum, ſeu oppilationem, ex qua patiens cadit ad terram.

104 *Et ſicut ſcabies magna, & groſſa, &* [d] *[ipſius conſtipatio, & retentio, & tumores colli, ideſt glandulæ, &] ſquamæ capitis, & obliuio, & dolor aurium* [e] *[de frigida, & borat, & macula]* [f] *[alba ſeu morphea.] & apoplexia, tuſſis* [g] *[ſicca, & tortura oris.*

d * zair ſeu tineſmus, & apā colli, qđ ē ſcrofula, et furfur ſeu
e * frigus, et baras alba, & macula
f *——
g * humida

Palam quidem eſt ꝙ phlegma eſt omnium horum morborum cauſa. Apoplexia. n. eſt morbus, in quo fit ſubito ſenſus & motus priuatio in toto corpore: quæ quidem aut nunquā curatur, aut in paralyſim transfertur, & terminatur. Sed tortura oris eſt mollities & relaxatio vnius ex duabus partibus faciei, & ſpaſmus F ſeu tenſio alterius: quæ quidem duabus de cauſis exiſtit, ſ. humiditate relaxante, & ſpaſmo. & cum contingit ex ſpaſmo, tunc eſt ſpaſmata pars ægra: & cum cōtingit ex relaxatione, tunc pars ægra eſt relaxata.

105 *Et ſicut elephantia pedum, caſus appetitus, & pediculi, & tumor ani, & ancharum, & aqua oculorum, & ipſorum dilatatio, & fœtor aſcellarum.*

Morbus, qui elephantia dr̄, eſt tumor pedū & tibiæ præter naturam, qui ex humore, ſeu ex materia illuc infuſa generatur. generatur autem vt plurimum ex humore melancholico: generatur ēt interdum ex humore phlegmatico. Interdū aūt generatur caſus appetitus, ſicut dixit ex humore phlegmatico, ſicut ex humore cholerico. Et per aquam quidem oculorum intelligit deſcenſum aquæ ad ipſos oculos. & ipſorū quidē dilatatio eſt extenſio foraminis vuæ in eiſdem, ex qua viſus debilitatur. & hæc quidē dilatatio cum contingit ex relaxatione, efficitur ex humore phlegmatico: interdum etiam contingit ex ſiccitate.

106 *Et ex paſsionibus ventris, ſicut lubricitas inteſtinorum, & vermes.*

Lubricitas quidē inteſtinorum gñatur ex humore phlegmatico in ſtomacho exiſtente, aut in inteſtinis, aut ambobus ſimul, ſicut etiā generatur ex vlceribus membrorum prædictorum.

A [a] [*Vermes etiam ex humore phlegmatico generantur:*] *Et difficultas partus, & secundinæ retentio in eodem.* 107

a *———

Nequeo bene imaginari qualiter humor phlegmaticus sit causa difficultatis partus, neq; retentionis secundinæ: nisi tñ per humorẽ phlegmaticũ magnã pinguedinẽ intellexerit. cum. n. mulier est multùm pinguis, coarctantur & angustantur meatus matricis ipsius, & inde partus difficilis efficitur. Non *etiã esset multum absonum rationi, ꝙ virtus expulsiua debilitaretur ex dominio humoris phlegmatici. Veruntamen humor phlegmaticus existens in matrice est potius causa aborsus, ꝙ̃ causa retentionis fœtus. †a.l. enim

Et dolor renum, & febris quotidiana, & frigiditas splenis, & hepatis, & egressus seu eminentia vmbilici, & passio cum egestione saniei. 108

Per febrem quidem quotidianam intelligit febrẽ de humore phlegmatico generatam, & omni die affligentẽ. Et intelligit per frigiditatẽ splenis & hepatis, ꝙ hæc mẽbra duo fuerint ex humore phlegmatico infrigidata. Dolor ẽt renũ interdum ex humore phlegmatico generatur. Et intelligit per eminentiã vmbilici rupturam ipsius. hæc autem ruptura contingit ratione intestinorum: humor tamẽ phlegmaticus est causa huius per apertionem & dilatationem illorũ meatuum. Et per egestionem saniei intelligit egestionem humoris phlegmatici.

B *Et dolor artuum, & nigredo* [b] [*corporis, & viror cutis*] *superficiei, aut ipsius fuscedo, & morbus hydropicus, sicut vterina, carnosa, & tympanites.* 109

b * & viriditas cutis &

Hydropis, sicut dicit, tres sunt species, s. aquosa, in qua colligitur aqua sub velamine & pãniculo in ventre existẽte: quę quidẽ ex sono & gurgulatione cognoscitur, quę auditur, cũ hinc inde mouetur. vt plurimum causa huius hydropis est impotẽtia attractionis aquositatis a renibus: aut talis est dispositio prędictę aquositatis, ꝙ renes refutant ipsam, eo ꝙ sit innaturalis. Et carnosa, in qua quidẽ specie hydropis non sic perfecte transmutatur cibus, ꝙ ipsis membris assimiletur, sed mutatur & cõuertitur in humorẽ phlegmaticum & aquosum: & ideo tumẽt membra, & relaxantur. idcirco ẽt hęc species hydropis est facilioris curationis cæteris. & hoc, qm̃ humor phlegmaticus est seminutrimentum. Tertia vero est ventosa, quæ tympanites dr̃: cuius causa est deprauatio & destructio caloris naturalis, adeo ꝙ non immutet cibum ad hoc, vt sit similis mẽbro nutrito, sed solũ ad ventositatẽ & fumositatem. vnde non superest ei nisi actio caloris solius & absolute & hoc, quoniam iã est in hac specie hydropis forma caloris naturalis in tantum destructa, ꝙ effectus calor absolutus peruenerit ad hoc, ꝙ non agat nisi opera caloris, inquãtum est calor solum. & ob hoc ẽt species hæc hydropis non recipit curam.

C *Procedendum est in cura huius speciei, sicut proceditur in cura cõplexionis frigidæ & humidæ. Super cuius* [c] [*cõplexione*] *vtendũ ex signis positis in capitulo de signis dominiũ humoris phlegmatici significãtibus. Estq; vtendũ in euacuatione horũ morborũ eo, quod retulimus in cura, per quã euacuatur phlegmaticus humor Estq; consequenter vtendum in his corporibus, his quæ corpus calefaciunt & exiccant, & cibo calido & subtili: & in summa curentur calefacientibus intus & exterius, sicut fit in paralysi cũ pilulis fœtidis,* [d] [ ] *& similibus eductiuis.* 110

c * cognitione

d * & decoctionibus

Quoniã cura speciei malæ cõplexionis materialis perficitur ex duobus: quorum vnũ est alteratio, & immutatio illius materiæ cũ medicinis eã ad se cõuertẽtibus cũ suis qualitatibus primis: & rectificantibus ẽt quod reliquũ est ex malitia illius cõplexionis materiæ, cum non sufficiunt prædictæ medicinæ in ipsius conuersione & transmutatione: ob hoc quidẽ iussit. vt in cura morborũ ex humore phlegmatico generatorum prædicta duo obseruentur. vnde inquit: Procedendum est in cura huius speciei, &c. Et postquam prædictus humor eductus fuerit cum medicina propria, immutetur & alteretur consequenter re-

dum ipsius cum medicinis & cibis calefacientibus & exsiccantibus. & hoc, quoniam complexio humoris phlegmatici frigida est & humida: quod in summa faciendum est intus & extra. Induxit autem ad hoc, exemplum in paralysi, & in medicinis habentibus ex sui natura humorem phlegmaticum educere, cuiusmodi sunt pillulæ notæ Medicis, s. fœtidæ, & aliæ medicinæ compositæ in libris ad humorem phlegmaticum educendum. D

De morbis ex melancholia generatis.

111 *OMnis morbus ex cholera nigra generatus in corpore est sicut verruca, et febris quartana, hæmorrhoides, epilepsia, polypus, & spasmus.*

Omnes morbi, qui ex cholera nigra generātur in corpore, sunt illi, quos nūc referimus, s. verruca, febris quartana. hi. n. ambo morbi non nisi ex cholera nigra generantur. Verum epilepsia fit tam ex phlegmate, qui ex cholera nigra. Apostema etiam in naso generatum, quod nomine animalis plures pedes habētis nominatur, s. polypus, generatur ex cholera nigra. Spasmus vero fit vel ex humiditate phlegmatica, vel ex innanitione ex siccitate. quoniam quemadmodum Gal. inquit sicut chordæ his duabus causis adeo tenduntur & spasmantur, donec rumpuntur, sic etiam & nerui similiter rumpuntur ex spasmo.

112 *Et dolor ventris, & cancer, et morphea, et dolor capitis, et vigiliarum instantia.* E

Dolor quidem ventris compressiuus, i. tinesmus, generatur ex ventositatibus melancholicis, & etiam aliis ab eis. Tumor etiam existens sub hypochondrijs est vt plurimum melancholicus. Cancer vero & morphea fiunt ex melancholia. Dolor etiam capitis interdum fit ex melancholia. Et similiter vigiliarū instantia contingit ratione siccitatis ipsius.

113 *Et apostema durum, et lepra, et quod ex cibo in corporibus corrumpitur, et tussis sicca, et splenis durities, et ventositas.*

Intelligit ꝙ cibus, qui corrumpitur ad acetositatem fortem, sic corrumpatur ex melancholia. Certum autem est & notum, ꝙ apostema durum fit ex ea: & splenis etiam similiter durities, & ventositas.

114 *Et melancholica passio in capite, et retentio vrinæ in ea.*

Contingit forsitan ꝙ melancholia sit causa retentionis vrinæ, ratione verrucæ melancholicæ existentis in meatibus vrinæ.

115 *Et passio colica, alopecia, et morsus canis rabidi.*

Interdum contingit colica passio ex oppilatione melancholica in intestinis facta, sicut contingit ex phlegmate, & etiam ex ventositate, & apostemate. alopecia enim contingit ex quatuor humoribus. F

116 *Et* [a] *[ficus,] et lac coagulatum in corpore, et algor hepatis.*

a × impetigo

Reor ipsum intellexisse ꝙ lac coaguletur in corpore ratione melancholiæ, & ꝙ etiam infrigidetur hepar interdum ex eadem.

117 *Et caninus appetitus, et rimulatio seu ruptura in anchis facta, et lapis factus in renibus, et vesica, et tumor ancharum dolorosus, et tumor in duobus lateribus, seu hypochondriis factus: necnon etiam tumor in capite, auribus, palpebris, et pedibus generatus.*

Intellexit ꝙ lapis renū & vesicæ interdū ex cholera nigra gn̄etur. Tumor aūt cōtingit vt plurimū ex eadē: qm̄ *semp fit ex humore grosso & vētoso.

† a. l. nō semper

118 *Procedatur in hac specie morborum secundū ꝙ proceditur in cura, et regimine lepræ. accipianturq; signa super ipsam ex capitulo signorum dominiū melancholiæ significantium. Euacuetur ergo cum epithymo vel polypodio, et cum aliis quæ retuli. Si autem vtatur quis calefacientibus et humectantibus, prosperabuntur ipsius opera in eisdem.*

A In hoc cap. inquit, sicut in præcedentibus, ꝙ sumantur signa supra dominium melancholiæ significantia ex signis iam positis inter signa dominium choleræ nigræ significantia, incedaturq; in cura horum omnium secundam curam lepræ, euacuando primo humorem istum, & consequenter alterando & immutando quod remansit ex eo cum medicinis ipsum ad se conuertentibus, calidis scilicet & humidis, eo ꝙ humor sit frigidus & siccus.

Tractatus tertius [a] [Practicæ, &] est manualis operatio [b] [quæ in tres diuiditur partes.]

a * ——
b * ——



Ostquam iam perfeci primum regimen curationis, incipiam nunc in operatione manuali: ex qua faciam primum regimen in venis magnis et paruis: et secundum faciam in carne: et tertium in osse. 1

Postquam iam perfecit opera practicæ cum cibis & medicinis, incipit ex nunc loqui de opere manuali: quod in partes tres diuiditur, quoddam enim fit in venis, & quoddam in carne, aliud in osse.

B *Ex genere venarum sunt quædam, quas aperimus, et quædam quas ligamus, et [c] [in parte scindimus et sequestramus.]* 2

Venæ non pulsatiles sunt, quæ minuuntur & aperiuntur. sed quas ligamus, & in parte sequestramus, sunt pulsatiles: q̄m cū minuuntur & inciduntur, nō cō solidantur, acciditque morbus inde, qui mater sanguinis appellatur.

c * quasdam incidimus, et ex toto secamus.

Est autem mediana aperienda in omni morbo capitis et pectoris, sicut in apostemate ipsius. 3

Mediana est aperienda in morbis capitis & pectoris, sicut in apostematibus in ipsis generatis, & hoc quoniam hæc vena habet colligantiam cum venis capitis & cum vena * cordis.

* a. l. hepatis

Et cephalica superior aperienda est in forti dolore capitis, et fluxu sanguinis narium. 4

Vena superior, quæ cephalica applicatur, & est vena capitis, minuenda est specialiter in forti dolore capitis atque morbo.

Et [d] [inferior] in medicatione nocumentorum pectori et pulmoni contingentium. 5

d * basilica

C Inferior quidem vena dicitur basilica, & est vena * corporis, cuius duę sunt species. quarum vna appropinquat ascellæ: & est illa, quam hic intellexit. & idcirco aperitur in omni pasione pectori contingente, & toti ei quod eidem supponitur.

* a. l. hepatis

Et quæ dicuntur [e] [almerina arabi in malitia] morborū splenis, et hepatis. 6

Hæ quidem venæ ambæ sunt duæ basilicæ inferiores: quæ etiam venæ corporis nominantur, & existunt super basilicam ascellarem.

e almadiā in mala dispositione.

Et in absentia basilicæ debet funis brachii aperiri. 7

Hoc quidem fit ratione colligantiæ huius venæ, quæ funis brachij dicitur, cum ipsa basilica.

Venæ quoque temporum sunt in continuo dolore ipsorum aperiendæ. 9

Hoc fit ideo, quoniam euacuatio ex loco propinquiori patienti necessitatur ex morbi antiquitate.

f * ambobus oculorū angulis.

Et existens post aures in hemicrania, et antiquo vlcere capitis. 10

Hoc etiam fit ratione affinitatis & colligantiæ.

Sed quæ sunt in [f] [ambabus oculorum extremitatibus,] in morbis [g] [eorū] aperiantur. 11

g * ipsorum oculorum.

Intellexit quoque hoc eſſe faciendum in antiquis & chronicis paſsionibus eorum: & hoc, quia tunc intendimus locum magis propinquum eis in euacuatione facienda. D

11 *Et minuatur exiſtens in ſuprema capitis in vlceribus, & apoſtematibus ſeu puſtulis in ſuperficie & cute generatis. Venæ autem* [a] *[colli ſunt] in lepra aperiendæ.*

a * guidegi ſunt pcipue

Hæ duæ venæ aperiuntur in lepra vtiliter, ſicut patet experimento, & ita forſitan eſt inuentum, & forte ipſæ habent colligantiam cum ipſo ſplene.

12 *Et vena frontis eſt aperienda in paſsionibus oculi, & in continuo dolore capitis, &* [b] *[tinea: aperiatur etiam] in parte poſteriori* [c] *[ ] exiſtens in continuo dolore capitis* [d] *[ ]* [e] *[Et exiſtens inter nares, meatus naſi ratione puſtulæ ſeu variolæ faciei]. Et exiſtens ſub lingua in* [f] *[ ] ſynanchia.*

b * ſafati. Et vena iter nares exñs qñque phlebotomatur, cũ vids boihor in pomis maxillarum, & vena

c * capitis

d * & ſcotomia

e * ______

f * apate, &

g * ſub poplite

h * in cturibus ĩ morbo coxarum.

In his quidem omnibus intendimus extrahere aliquid ſanguinis ex locis magis propinquis parti patienti: quod minime faciendum eſt, niſi cum morbus antiquatur, & poſtquam conſtat ꝙ non infundantur humores ad locum patientem. E

Et aperiatur vena [g] *[cauillæ] in morbis inteſtinorum ſub vmbilico exiſten-*
13 *tium. Et ſaphena* [h] *[exiſtens in tibiis in morbo crurium.]*

Saphena quidem eſt vena propinqua cauillæ a parte hominis intrinſeca.

Et minuatur ſchiatica in ſchiatica: & vena pedis in accidentibus eius.

14 Schiatica eſt in morbo ipſius aperienda, i. in dolore ſchiaticæ, cum antiquatur, & conſtat ꝙ humores non infundantur amplius: & cum intenduntur eius accidentia, i. dolor, aperiatur pedis vena.

Venæ quoque pulſatiles ſunt in dolore capitis incidendæ, & ſequeſtrandæ.
15 *Et in dolore oculi, cum etiam timueris ex violentia morbi, ex fluxu, et deſcenſu aquæ ad oculum.*

Hoc quidem fit, quoniam quidam dolor capitis eſt, cuius materia exiſtit infra venas pulſatiles: vnde quia nos non poſſumus eas aperire, ſicut non pulſatiles, incidimus eas & ſequeſtramus omnino, & ſic ligamus eas primo cum filo de ſerico, ambas eius extremitates & latera, & conſequenter incidimus, & diuidimus eam omnino. Et ſecundum hoc videtur quod materia, quæ deſcendit & egreditur ex ea, ſit aliqua portio aquoſitatis poſitæ & exiſtentis in vena pulſatili. F

16 *Cum etiam generabitur apoſtema ex apertione ipſius, præter ꝙ fluat ſanguis ex ipſius ſuperficie, incidemus, et ſequeſtrabimus eam, vel cauterizabimus ipſam: aut ſi quis maluerit, minuatur, aut omnino abſcindatur, et ſiſtatur fluxus ſanguinis ab ea cum ligatura vel cauterio: deinde curetur cum medicinis, quibus uulnera curantur, donec ſanitati fuerit reſtitutus.*

Diuidatur etiam, & ſequeſtretur vena pulſatilis in apoſtemate ipſius facto ex ictu ratione alicuius rei cadentis ſuper ipſum. generatur enim inde apoſtema ex ſanguine, & tumet membrum, in quo eſt vena pulſatilis aperta, cum non exiuerit ſanguis a ſuperficie ipſius. & hoc eſt quod intellexit, cum dixit: Cum etiam generabitur apoſtema ex apertione ipſius. & eſt ac ſi diceret quod ſi ſuperponeretur ei medicina conſolidatiua, tumeſceret amplius membrum, & augeretur ipſius apoſtema, donec corrumperetur & putrefieret. Cum igitur generabitur tale quid in venis pulſantibus, curetur ſic, ꝙ ſcilicet incidatur tota vena in loco tumoris, aut pars, in qua eſt apertio fluere permittatur, & cauterizetur. incidatur tamen vnum extremum ab alio, poſtꝙ ligata fuerint ipſius extrema, aut fiat eius abſciſio cum igne.

A * Pars secunda manualis. De operatione in carne cum scarificatione, aut ventosis.

Ex operibus autem in carne, faciendæ sunt scarificatio, incisio, & cauterizatio. [a] [ ] *sunt ex scarificationibus quædam, ex quibus fluit sanguis* [b] [ ] *a superficie* [c] [*cum ventosis:*] *& hoc in corporibus patientibus vlcera, &* [d] [*variolas.*] 17

Intellexit q; in quibusdam scarificatis superponimus ventosas post eorũ scarificationem: vnde fluit tunc sanguis membri scarificati in ventosis. hoc autem fit ideo, vt malus sanguis exisiens corruptus prope cutem corporis extrahatur. Pro tanto inquit, & hoc, supple est faciendum in corporibus patientium vlcera, & variolas: quoniam materia horum morborum consistit in cute corporis.

Ponimus autem ventosas sine scarificatione in eo, quo intendimus solũ euulsionem, & diuersionem materiæ. 18

Quandoq; ponendę sunt ventosę sine scarificatione, sicut cum intendimus attrahere & diuertere sanguinem ab vna parte corporis ad aliam. & sic ponuntur ventosę sub mammis, cum est superfluus fluxus menstruorum in mulieribus: & B super hepar, & splenem in fluxu sanguinis narium superfluo.

Et interdum coniungimus eas vacuas: & interdum cum coto [e] [ ] *vrente ad consumendum illius loci ventositates, & ad rectificandum membrorum malitiam cum caliditate.* 19

Intellexit q; interdum fit appositio ventosę sine scarificatione cum igne, nõ tamen ratione suctionis: sed fit appositio huius ventosę ad consumendum ventositates fortes dolores in stomacho, & in intestinis generantes, & etiam ad calefacienda membra infrigidata.

a * & aptio seu perforatio, &
b * & ex eis sunt, ex quibus fugit sanguis cũ ponunt sup eas vẽtosę, et cũ eis fluit sanguis
c ———
d * bothor.
e * vel stupa

* De operatione incisionis carnis.

Quòd scinditur est sicut claui, & altazar. 20

Intellexit per altazar secundum opinionem meam apata in palpebris per inuersionem palpebrarum patientia.

Et omne quod superfluit & putrefit in extremitatibus, sicut besbeia nasi, & digitus [f] [*superfluus, aut inseparabiliter coniunctus, & coniunctio palpebrarum.*] 21

C Intellexit hoc faciendũ esse, cũ nascitur infans cũ aliquotũ horũ accidentiũ. Et intellexit per besbeia nasi carnẽ generatã similem reptili pluriũ pedũ, idest polypo, aut porcellino. & hoc est verum, cum non est * magis cancerosa.

Et vua eminens, & præputium claudens canalem virgæ. 22

Vua quidem eminet ratione variolarum & pustularum pręcedentium. & pręputium claudit virgam ratione vlceris, quod in eo natum fuit, aut quia puer sic natus fuit.

Et caro in vlcere innaturaliter aucta, & putrefacta, & vlcus ex contusione putrefactum. 23

Abscisio quidem huius cum ferro congruit amplius quam ipsius extirpatio cũ medicinis putrefactiuis. & qm̃ cum medicinę putrefactiuę corrodunt carnẽ malã & illaudabilem, lędunt & corrumpunt etiam aliquantulum ex carne sana, & sic remanet corruptio, nec etam curatur vlcus tali modo perfecte & omnino.

Est etiam abscindendum quod innaturaliter augetur in lingua, & quod cadit in auribus. 24

Intellexit q; nodus in lingua generatus abscindatur, & pars aurium posterior abscindatur ad extrahendum, quod cecidit in eis.

Est etiam caro incidenda super vitrum in membro fixum, & profundatum, 25

f * additus vel supflu', & digiti cõiũcti adhęrẽtes, & palpebra oculi, q non separatur, sed est adhęrens.
† a, l, nigra

a vel sagittam

spinam, aut festucam [a] [ ] *vt inde prædicta extrahantur. Mammæ etiam hominum abscindantur interdum, & varices in tibiis apparentes.*

Abscinduntur quidẽ mãmillę hoĩum, cũ mammillis mulierum similantur. Varices aũt sunt quędam venę valde grossę in tibijs apparentes, plenę humoribus grossis & melancholicis: & accidunt vt plurimum valde laborantibus.

b * hemorrhoides, & qd' putrefit ex fistulis.

26 *Et* [b] *[boaissar, & noaissar]*

Boaissar est caro innaturaliter aucta in ore ani: sed noissar sunt fistulę apostemosę cum labijs & tunicis duris, quę sine incisione & euulsione prędictarum pellicularum minime curantur. Decet autem ꝙ earum abscisio fiat vt plurimũ cum ferro: quoniam medicinę non sunt potentes in hoc, aut augent & magnificant membri nocumentum.

c * zirbi

27 *Et quod fuerit iam denigratum ex pinguedine* [c] [ ] *aut putrefactum ex carne.*

Per pinguedinem intellexit zirbum intestina velantem, & hoc, quia inter dũ egreditur zirbus, & denigratur, si quis fuerit negligens in repositione ipsius.

28 *Et ẽt oẽ illud quo elongatur vuula, & omne quod augetur super gingiuas.*

In extremitate quidem vuulę contingunt interdum apata chronica, quibus ipsa relaxatur, nec curatur ab eis absq; incisione. Et interdum etiam generantur fistulę in gingiuis, quę etiam non curantur nisi cum incisione.

d * medeni

29 *Abscindantur etiam caro venæ* [d] *[madan,] & omne quod nobis aures claudit & obturat.*

Vena, quam madan dicit, est morbus quidam, qui in regionibus calidis generatur. interdum enim nascitur in tibia quędam vena magna, cuius extremitas egreditur foras, nec cessat sic egredi a corpore & augeri. Et Medici quidem inuoluunt ipsam, & ligant cum plumbo aut alia re graui, donec cesset eius pullulatio, & consumatur, & cadat. Et Gal. quidem refert se eam nunquam vidisse.

e exest additũ sup vuluã, et qđ additũ ẽ in vngue: f * in ano, &

30 *Et omne quod* [e] *[existit super visum, & velat ipsum:] & quod denigratur in nobis ex præputio: &* [f] *[quod claudit anum, & tussea, & satera, & tussar, & non habens sexum manifestum, & ruptura] vmblici.*

Tussea est apostema durum. Sed satera est inuersatio palpebrarum, & tussar est vnguis. Et ruptura vmbilici contingit ex intestinis, aut zirbo.

31 morũ, et alsethar, uel altezar, & ungula oculi, & hermaphroditę, & eminentia

31 *Et vulnus, quod contingit ex omni eo quod scinditur, vniuersaliter cura cũ sutura, & omne membrum vulneratum consolidando ipsum.*

Intellexit ꝙ cura vulneris magni contingentis ex abscisione cuiuscunq; est sutura. sic etiã curatur vulnus magnum cum consolidatiuis, donec consolidetur.

Ars cauterii faciendi in carne.

g * sectione

32 *OMne corpus cauterizatur ad sistendum hæmorrhagiam sanguinis a vena pulsatili: aut* [g] *[apertione] venæ magnæ fatigante Medicum in sistendo fluxum sanguinis ab ea.*

Cauterio quidem vtimur ad sistendum fluxum sanguinis pulsatilibus, aut ab alijs venis magnis, cum non cessat per vsum medicinarum.

Fit etiam in corporibus humidis ad exiccandum ea: & in carnibus laxis ad indurandum eas: & ad calefaciendum corpora infrigidata: necnon ad tollendum humiditates egredientes a natura.

Vtimur etiam eo in membris humidis ad exiccandum ea: & sic fit cauteriũ in capite ratione stillicidij a cerebro contingentis: & ad indurandũ membra laxa: & pp hoc vtimur eo in rupturis. & similiter vtimur ad eo ad calefaciendum membrum pręter naturã infrigidatũ; inde ẽt abscindimus humiditates nociuas.

A

Ars perforationis.

Vtimur quandoque perforatione ad extrahendum humiditatem nociuam, sicut saniem, quam sic extrahimus ab apostemate, & sanguinem alicubi corruptum, & aquam ab oculo vel grandinem, & aquã a capite, & nodum. 34

Extractio quidem aquę ab oculo est de genere perforationis. grando etiam debet perforari. Intellexit autem per aquam capitis humiditates, quę generantur in tunicis capitis puerorum.

Et sicut in hydrope, & hernia aquosa, & carnosa. 35

Hydrops, in qua dixit fieri perforationem, est vterina. Hernię etiam sunt plures species: ex quibus carnosa, & aquosa perforari debent, non autem intestinalis, aut zirbosa.

[a] [Pars tertia manualis in ossibus, cuius principium debet esse in consolidationibus fracturarum ipsorum.]

a * De cura fracturę, & dislocatiõis in osse.

B

Qvicquid fit per operationem in osse, est sicut in fractura, aut dislocatione ipsius. Curabimus autem quancunq; fracturam cum consolidatione ipsius, & reductione ipsius fracturæ in osse, donec inde ad proprium situm reducatur, & ablatione cuiuscunq; pungentis & mordicantis ipsum, & ligatura manu facta, quæ neq; laborem, neq; molestiam inferat, scilicet non nimis forti, aut debili. Inchoetur autem fasciatio a medio ipsius, & fortificetur strictura super amplius, & ligetur, & superadantur puluilli, & desuper hastellæ coniunctim. 36

Cura quidem fracturę cuiuslibet in ossibus factę fit cum cõsolidatione ipsius, quę sic est procuranda. Reducantur partes vnius duarum extremitatum ossis fracti in partes alterius secundum formam & conditionem ipsius fracturę, taliter ꝙ inde redeat os ad figuram propriam. Et si aliqua particula vnius extremitatis fracturę non queat ingredi in extremitatem aliam, auferatur in instrumento radente. Tollatur etiam quod capi poterit & astringi manu, ex eo ꝙ frangit & molestat patientem. Deinde fiant ligaturę conuenientes super locum fracturę: inchoando ligaturam fascię a medio fracturę versus duo latera prius dicta, non autem inchoando prius a superiori parte membri, & descendendo post & appropinquando ad locum fracturę. notum est enim quod hic modus ligandi tollit, & prohibet infusionem materię, & humorum ad locum fracturę. Docet autem ꝙ ligatura non sit adeo violenta, ꝙ comprimat & lędat os: neq; adeo debilis & laxa. ꝙ infundantur humores ad locum prędictum. Post autem ligaturam sunt superponendę hastellę ad conseruandam rectitudinem ambarum extremitatum ossis fracti. Consolidatores autem mei temporis ponunt statim hastellas in principio: melius tamẽ est differre appositionem ipsarum, donec de generatione apostematis in loco prędicto securetur: deinde superligandę superligandę sunt fortiter astellę aliis inuolutionibus.

C

Subtiliabimus quoq; diætam eius a principio, & in fine ingrossabimus eã, quatenus bene restauretur. 37

Vtiq; dięta, cuius os est fractum, a principio subtilianda erit, eo ꝙ apostematis generatio timeatur: est tamen consequenter ingrossanda, quoniam ossa, eo ꝙ sunt terrestria, cibis terrestribus proculdubio nutriuntur.

b * repercutiendo quod effunditur

Est autem cauendum a principio, ne apostema calidum generetur, diuertendo, & [b] [attrahendo ad locum fracturæ, quod infunditur] ex sanguine 38

a•ita vt phi tote posse, [a] [pribendo,donec curatus fuerit,motum patienti. Cura enim eius D
beat fluxus sine longa quiete non perficitur.

Hoc,quod dixit,s. q̄ prȩseruetur os, ne fiat in eo apa cum vsu medicinarum frigidarum & stypticarum a principio,est vtiq; per se notum: necnon etiam q̄ patiens debet vitare motum, donec generatum fuerit quod locum fracturȩ repleat,& restauret. Quod autē sic generatur in loco fracturȩ,licet sit simile ossi, non tamen est os:& est illud,quod vocant Medici porum sarcoidem.

39 *Cura autem dislocationis est cum eo,quod trahit ipsum os dislocatum,donec ipsum ad locum proprium redire faciat.*

Cura quidem dislocationis ossium est, vt quodlibet ex duobus membris versus duo contraria latera attrahatur,& paulopost eorum parum per tractus relaxetur, donec vnum ex eis infra alterum ingrediatur,s. iunctura infra iuncturā. Et priores quidem habebant instrumentum ad hoc determinatum, per quod pficiebant operationem intentam moderate,& sine difficultate.

40 *Postquam autem reductum fuerit sic,ligetur stricte, & fiet sic* [b] *[quanto tempore dicemus. & vtatur stypticis medicinis,] & comedat patiens cibo acetosos,donec fuerit securus ab apostemate,nec timeatur de collectione sanguinis.* [c] *[continuetur autem cura ista ad minus per mensem vnum & interdum amplius per decem dies.] Iam ergo perfeci curam omnium morborum:& ex nūc abscindam sermonem meum,ex quo iam perfeci librum istum.* B

b * determinato tpe, & applicētur ei stypticȩ medicinȩ, c * minus aūt tempus, quo sanatur, est tēpus vnius mensis, aut dierum quadraginta,

Postquam membrum reductum fuerit ad proprias iuncturas,permittatur,sicq; ad tempus prȩfiniendum.& donec constet & securus sit de generatione apatis, quod fit spatio trium dierum vel circiter, superponatur medicinȩ stypticȩ: cum hoc enim euadet a generatione apostematis.& quiescat seu in tranquillitate maneat membrum patiens ad minus per mensem vnum:& interdum est necesse q̄ moretur sic amplius per mensem & per decem dies. Et in hoc terminatur termo noster super expositione horum canticorum sufficiente secundum intentionis nostrȩ exigentiam in eisdem. A

Canticorum Auicennæ cum commento Auerrois

F I N I S.

AVERROIS CORDVBENSIS

TRACTATVS DE THERIACA NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

Cur inuenta sit theriacæ compositio, & quis eius vsus. Cap. I.

A NQVIT magnus Medicus Amech Auerrois. Postquã deo gratias egero, dicam, ꝙ quidam de amicis meis, cuius amore teneor, me rogauit, vt eius dictis satisfacerem via experimenti, & rationis de ista medicina, de qua medici dixerunt in loco suo, quę dicta est Theriaca: & de eo ꝙ dixerunt de operationibus eius. Et dicam, ꝙ causa, quę prius excitauit velle antiquorum, vt componerẽt theriacam, fuit, vt sanarentur per eã accidentia mala, quę accidunt a potu venenosarum medicinarum, quomodocunq; lędantur ab illis, & absq; potu. et istę medicinę sunt, quę sumuntur ex animalibus, & plantis: quę si specialiter experientia perfecta notę fuerint tempore, quo lędant, & fuerint immediate notę specialiter, sic & specialiter in curatione istarum: accidit tamen interdum nobis, ut non esset nobis nota, quę ex omnibus illis esset, quę corpus ingressa fuerit: & si nobis nota esset, contingit tamẽ, B vt non esset apud nos medicina particularis nota opposita illi medicinę venenosę. ob hanc ergo causam visum est illis, qui antiquos secuti sunt, vt componerent medicamen vnum ex medicinis simplicibus: vt per hoc opponeretur ex qualibet ipsarum cuilibet ex venenis: & vt ex illo opponeretur cuilibet veneno, siue sit nobis scriptum particulariter, siue non: & apud nos sit medicina nobis nota particularis opposita illi, aut non. Et illud, quidem, quod incitauit velle eorum, est, quoniam curatio hoc modo facilior est & medico, & infirmo. Vtilitas autem, quam ex hoc consequitur medicus, est: quoniam postquam id habuerit, non oportet inquirere de causa particularis ęgritudinis: tollitur ergo de labore quantitas magna: quoniam quicquid consequitur ex rectitudine curationis, & cuiuslibet sui operis, non est nisi ex cognitione causę. Et hoc quidem est vnum ex magnis fundamentis in medicina. Et ꝙ ista sit ex magnis vtilitatibus inuentis in theriaca, communiter est per se notum. Sed vtilitas, quę ex compositione theriacę prouenit quo ad medicum, & infirmum, est, quoniam si medicus cognoscit particularis ęgritudinis causam, non tamen est apud eum

Hic tractatus citatur ab ipso Auerroe. 7. col, cap. 2.

parata medicina propria singularis illi tempore, quo auxiliabatur egro: & cum prolongatur terminus in inueniendo istam, morietur interim eger. ergo hęc sunt iuuamenta theriacę simul, de quibus nullus dubitat. Et postea quęram si operatio medicinę, quę est dicta theriaca, est efficax in qualibet ex medicinis venenosis, si detur in quantitate medicinę proprię illi veneno, an virtus eius sit ęqualis, an fortior, an debilior ea, & hoc quidem indiget studio subtili, profundo multum. Et res, quę ad hoc nos commouet, est, quoniā possibile est, ꝙ aliquę ex medicinis proprijs, & specialibus alicui ęgritudini, ex quibus composita est theriaca, permutentur ab aliquibus alijs ab ipsis: quare debilitata sit virtus medicinarum, quę erat specialis illi ęgritudini, & non curet per hanc causam. Amplius id, quod ex medicinis singularibus proprijs ingreditur theriacam, est pars modica. Et propterea dixerunt quidam medicorum, ꝙ si tu pones in hoc medicamine quantitatem modicam, medicinę proprię, huic accidenti non confert sui quantitate, minus confert theriaca, si de ea administretur modica quantitas, quę est composita ex contrarijs debilitantibus virtutem medicinę proprię illi accidenti: nam si accipias ex illis quamlibet per se, non proderit ex sui paucitate, quomodo ergo proderit theriaca, quę ex contrarijs est composita? Dicimus ergo ex hoc, ꝙ in qualibet quantitate ex minimis partibus theriacę inuenies omnes species virtutum medicinarum singularium, quę ipsius summam ingrediuntur. s. ꝙ in qualibet parte eius, inuenies, verbi gratia, virtutem opij & euforbij, & aliarum medicinarum, ex quibus est ipsa compositio, sicut est inuentum in qualibet parte pomi calor, sapor, & odor: sicut sunt inuenta quatuor elementa in quolibet composito ex eis: quoniam esse elementorum istorum, quando sunt in via mixtionis, & ipsorum virtutes in his, quę sunt composita ex eis, videntur esse debiliores virtutibus ipsorum extra mixtionem, tunc, si res theriacę se habet, sicut est dictum, videtur ꝙ omnes medicinę, ex quibus ipsa componitur, sint in qualibet parte eius, & ꝙ debiliores sint in ea quęlibet ipsarum, quā extra eam: & crederetur ex hoc, ꝙ virtus theriacę esset debilior in qualibet ex ęgritudinibus simplicibus virtute medicinę singularis proprię illi ęgritudini.

Dubium. (margin)

Solutio. Sed hoc credibile est falsum: quoniam est manifestum, & declaratum medicis, ꝙ theriaca curat fortes ægritudines, & experimento theriacę est res, quę non verificatur de alijs compositis, nisi parum & raro. Quod autem inueniatur in composito virtus maior virtute singulari, declarabitur. Inuenitur enim, ꝙ generatur ex terra & aqua res durior, & grauior quolibet illorum: & est istud plumbū: & iterum inuenies in igne ignem fortioris calefactionis, quā sit ignis in sphęra sua: sicut in ferro ignito. Verum res theriacę, quę sic est, non est scita nisi via experimenti, non per viam rationis. Et possibile est, ꝙ sit hęc in aliqua ex medicinis singularibus theriacę, pręter ꝙ sit in sit in oībus earū. i. ꝙ aliquid sit fortius eius virtus, quam virtus medicinarum, ex quibus virtus est composita. Et p hoc dicam, siue sit ita, siue non, non est dubiū, ꝙ theriaca prodest contra venenū: & vr̄ etiam, ꝙ sit potus secundum mensuram propriā, vel congruam speciei veneni: & ꝙ etiam sit secundū mensuram fortitudinis, & debilitatis eius: & istę quidē mensurę non sunt notę per viam rationis, sed non nisi experimento. & iā quidem hoc scripserunt antiqui in libris suis. Nunc aūt dicā in hoc, quod est credibile, & rationi propinquum: & prima cā, propter quā inuēta fuit theriaca, fuit vt curarentur per ipsam nocumenta venenorū, quę sunt in animalibus, sicut in lacerto, & cane rabido, et venenorū. quę inuenta sunt in plantis: sed non cōfert ei, quod dicunt abroys. i. napello. Sed iuuamentum eius, quod est in ęgritudinibus, proculdubio confert ęgritudinibus generatis ex humoribus corrumpētibus complexionē, & formam corporis, sicut malitię humorū, ex quibus fit lępra, & malitię cōplexionis, quę adęquatur ex paralesi: & confert apoplexię maiori, et epilepsię, & ventositati generatę in corpore hominis ex superfluitatibus naturam egredientibus, non omni tamen ventositati, sed illi tantum, quę est, sicut illa, ex qua generatur dolor colicus, & dolor stomachi violentus: & qn̄ istę egritudines factę sunt ex melancholia existente in fine maliciei, & flegmate, quod multū elongatur a flegmate naturali: sed ęgritudinibus, quę factę sunt ex fleg.

A mate & melancholia nõ existentibus multum extra rem naturalẽ, si confert theriaca, vel non, ad hoc inquirendum studium est necessarium durum multum. Et hoc quidem dicimus propterea, quia concordant omnes in theriaca, quia non confert ęgritudinibus generatis ex sanguine, & cholera. Restat ergo certificare, quod dictum est, si theriaca confert ęgritudinibus, quę generantur ex flegmate & melancholia egredientibus terminum naturalem exitu, scilicet multo, et vtrum curentur a theriaca, sicut curat ea quęlibet ex medicinis siccis, vel non.

Vtrum theriaca conferat corporibus sanis: et quid in hoc Auerrois sentiat. Cap. II.

IN principio tamen eius, quod dicturi sumus, hic est videndum: vtrum theriaca conferat corporibus sanis ad sanitatem conseruandam ita vt non fiant in eis ęgritudines aliquę, vel non conferat, nisi tantum ad pręseruationem corporis ab ęgritudinibus magnis: & vtrũ generaliter pręseruet corpus ab ęgritudinibus, quę generantur ab humoribus duobus factis, siue sint fortes, siue B sint debiles: siue a venenis, & si non confert generaliter ad hoc, fortasse si confert quibusdam ęgritudinibus, quę non sunt magnæ: vel si fortasse non confert. Et dicam ꝙ iuuamenta theriacæ in conseruatione sanitatis ingreditur studium difficile ad intelligi: nos enim inuenimus omnes medicos, & non solum Gale. immo omnes alios ab ipso, qui dicunt: ꝙ ad hoc, quod dictum est, confert, & ꝙ nobiliores ex nobilioribus sui tẽporis homines vtebantur, & singulis diebus: et & quidam ex eis vtebantur ex ea bis in die: & iste qui vtebatur ea continue, põt eam securius bibere, ꝙ̃ ille qui non bibit eam nisi ter vel quater sine nocumento. & hoc quidem scripsit Gale. in lib. suo, quẽ fecit de theriaca. Et dixit Aboali, ꝙ theriaca confortat a tota specie calorem naturalem, & dat ei multitudinem virtutum illarum, per quas curantur oẽs ægritudines, & dat sanitatem omnibus membris. Radix tamen verborum Gale. est in his multum contraria: & est, ꝙ medicinę, quę conferunt venenis, sunt medię inter medicinas, & venena, & hoc dixit in libro suo quinto de Simplici medicina: si enim nutrimentũ est, quod conseruat sanitatem perfectã, & medicina sanitatẽ lapsam: venena vero sunt, quę auferunt sanitatẽ, & medicinę dominãtes in theriaca sunt medicinę inter medicinas, & venena: & omne cõpositũ declinat in virtute sua sua versus latus medicinarũ vincentium in compositione eius: videtur ergo ꝙ theriaca sit media inter medicinas, & venena, & si est media, est fortior medicinis, & debi- C lior venenis. ergo non conseruabit sanitatem, quam conseruant medicinę, nec curabit ęgritudines, quas ipsę curant, quoniam est fortior omnibus eis. & si cõseruat sanitatem aliquam, erit sanitas illius, qui paratus est cadere in ęgritudines humorum similium venenis, & si iterum curabit, non curabit nisi illam, quę ex illis est. Et manifestum est, ꝙ species minimarum ęgritudinum in homine non sunt, nisi paucę. Item dicimus, ꝙ conseruat sanitatem eorum, qui timent, ne cadant in ęgritudines similes istis. Et dicunt quidã, ꝙ illum, qui continuat vsum theriacę, non oportet timere, vt operetur in eo virtus medicinę venenosę, sicut dicit Gale. de illis regibus, qui composuerunt mytridatum, & conseruatur cum ea complexio eius radice naturali. Et hoc quidem est, quod non creditur: q n cũ medicina venenosa sit cõtraria corpori, homines non euadunt ab ipsa, ꝙ õ operetur in lesum, nisi postꝙ̃ factum est simile veneno. qm̃ id quod in alio non agit, est tale, quale id proculdubio, & ei simile: & res quę in aliam agit, est ei cõtraria, & iam quidem declaratum est in libris Antiquorum, & inter eos non est diuersitas, & si corpus hominis, in quo, dixerunt, non operatur venenum, simile est veneno, & venenum est contrarium corpori humano, tunc est manifestum, ꝙ corpus hominis illius per vsum theriacæ factum est diuersum a corpore aliorum hominum, & id, quod est diuersum a corpore humano nõ est homo, & ille, cuius complexio est diuersa a compl̃one aliorum hominum, non est possibile,

vt remaneat homo, & si remanebit, non remanebit, quin in tempore pauco tran D
facto redeat eius complexio ad complexionem illorum, qui habent humores
Dubium. venenosos. Si vero dicat aliquis, quod corpus hominis non patitur ab operatione venenosorum, vt ab eis offendatur, nec ex hoc dicendum est simile esse venenis, sed hoc est, quia complexio illius est in vltimo contraria medicinarum venenosarum, & est fortior venenis intantum quod in ipso non operatur, & vincet
Solutio. homo venenum istud ita, quod non vincitur ab ipso. Ad hoc dicimus si sic est, videtur quod corpus hominis redeat in hoc simile medicinis vincentibus venena, et esset hoc corpus medium inter medicinas, & venena. & videtur quod non remaneat eius complexio in termino naturali, & ille qui permutatur a termino naturali ea permutatione, quam diximus, possibile est, vt corrumpatur, & hęc corruptio proculdubio est ęgritudo, & si reperiatur, eius complexio vt redeat secundum modum, quem diximus, simile est ei, quod quidam dicunt, quod inueniuntur quidam, qui fuerunt vsi veneno tantum; quod conuertebatur eis in nutrimentum, & hęc est res, quę egreditur viam naturę. Et de consuetudine quidem artis medicinę non est, vt res exerceatur in corporibus naturalibus, quę egrediuntur viam naturalem. Et corpora, quibus non confert secundum plurimum sanitatis vsus theriacę, sed egrotare facit ista, non iuuantur etiam per istam in curatione ęgritudinum, & si ęgritudines etiam istę debiles essent, & ex humoribus similibus venenis. Et hoc est, quod diximus nos in hac re. Et ego qui- E
dem iam pręcepi sociis meis famosis in arte medicinę, qui curabant filios regum, vt prohiberent eis vti theriaca in regimine sanitatis, & non vterentur ea continue. & quia non consenserunt, mihi damnificauerunt eos multum: quia continuare vsum theriacę non est multum debitum in conseruatione sanitatis, cuius complexio, est sicut complexio, quę reperta est vtplurimum hominibus: & si sic est, nec etiam meliori complexioni, quam considerant medici, quę raro reperitur, vt dicunt: sed super eam rememoratus sum, vt sit eis statera ponderis, quodcunq; ex corporibus ab ęqualitate lapsis fuerit: sic etiam non inuenimus complexionem, in qua generentur ęgritudines similes venenis, nisi parum, & si sic est totum quod dictum est, oportet quod non vtatur aliquis theriaca in conseruatione sanitatis, quę est reperta in pluribus hominum, & maxime in illis, qui in eis sunt iuuenes. ista enim sanitas, quę secundum plurimum est reperta in omnibus, dignum est quod dicatur naturalis, quia res naturalis est in ea secundum maiorem victoriam. sanitas enim quę est in fine perfectionis, non est inuenta, nisi parum, sic & ęgritudo quę est in fine malitię non est reperta nisi parum, & hęc sunt duę extremitates quę sibi inuicem contrariantur. & id quod est inter eas, est medium, quod est inuentum secundum plurimum. & si sic est hęc, & illa species sanitatis, ad cuius conseruationem factę sunt medicinę, quę ab ęgritudi- F
ne futura descendunt, & ad cuius etiam ęgritudinis curationem factę sunt medicinę, quę curant ęgritudines, quę secundum plurimum reperiuntur in ijs temporibus: quoniam medicinę quibus curamus istas ęgritudines, sunt genera alia medicinarum a medicis, quibus curantur venena. Medicinę vero cum quibus curamus venena, sunt medię inter medicinas & venena: & radix est vt non vtatur medicus in curatione ęgritudinum medicinis, cum quibus curantur venena. hęc enim genera medicinarum sunt in nomine & natura diuersa.

Quibus ægritudinibus conferat theriaca, & quibus non. Cap. III.

SEd, quoniam ęgritudines, quę exeunt naturam aliarum ęgritudinum, sunt similes venenis. & similantur etiam medicinę, quę curant venena sua operatione, operi medicinarum, quę curant istas ęgritudines. ideoq; theriaca est composita ex duabus speciebus medicinarum, & generatur in ea complexio media inter medicinas, quę sunt medię inter medicinas, & venena. & propter hoc est possibile vt curet aliquas ex ęgritudinibus alijs ab ijs, quę similantur ve-

A lantur venenis. Et id, quod mihi videtur in hoc, est, φ medicinæ, quæ curant ægritudines generatas ab humoribus, adiuuant medicinas, quę curant venena, sed non econuerso, nisi ægritudines similentur venenis: illas enim adiuuant. vel id quod est minus eis parum, & melius in eo quod diximus, est, vt propinentur medicinæ curantes ægritudines ægritudinibus tantum, & curantes venena venenis tantum. Sed, quoniam theriaca est composita ex duabus speciebus, ideo resultat hæc medicina aggregata ex ægritudinibus & venenis, sed non omnibus ægritudinibus generaliter, sed tantum illis duabus speciebus, s. prædictis, vel illis, quæ sunt eis proximæ. sed, quia distinguere has duas species ægritudinum est quandoque difficile medico, ideo necesse est vt bene prouideat in dando theriacam in cura ægritudinum. Et propterea subtilizant medici in mensuratione potus theriacæ in ægritudinibus, plus φ̄ in alijs medicinis compositis. quoniã in theriaca sunt medicinæ curantes venena. & si vtuntur eis in ægritudinibus, necessarium est, vt hoc fiat cum cautela magna. & ideo in ægritudinibus fit minor potus eius potu contra venena, & diuersificatur potio theriacæ in venenis secundum fortitudinem veneni & eius debilitatem. Et similitudo, quæ est inter medicinas, quæ curant venena, & illas, quæ curant ægritudines quas iam diximus, est, φ omnes operationes, quas efficiunt medicinæ in ægritudinibus, sunt eædem cum eis quas complent medicinæ propriæ venenis, idest curantes venena. quoniam sicut quædam ex medicinis proprijs ægritudinũ sunt, quæ

B curant ægritudines suis qualitatibus, idest calido, frigido, sicco, & humido, quoniam ægritudines fiunt ab illis, & est vt quælibet curetur suo contrario. i. calido, & frigido, et econuerso: similiter etiam sunt ex medicinis venenosorum, quę operantur ex suis qualitatibus prædictis. & sic sunt ex medicinis ægritudinum quædam quæ curãt primis suis virtutibus & tertijs, sicut dissoluendo, aperiẽdo, leniendo, & faciendo totum id quod purgat membrum ab humoribus, & attrahit eos a corpore. i. a membris nutritionis, & motus & sensus, & membris virtutum extimatiuæ potentiæ animæ: similiter sunt ex medicinis venenosorum quædam medicinarum, quæ id faciunt suis virtutibus secundis, & tertijs. Amplius sicut sunt ex medicinis quædam, quæ curant eas per id, quod sequitur in compositis mixtione qualitatum. 4. & quod vocat Gale. totam speciem: similiter etiam sunt ex medicinis venenosorum, quæ id faciunt a tota specie earum, si venenum sit operans a tota specie, & hęc enim venena sunt deteriora omnibus alijs, sicut ægritudines, quæ a tota specie earum sunt mortiferæ vel pestiferæ, sunt deteriores omnibus alijs, in tantum, φ non inuenitur in eis cura nisi accideret φ inuenirentur medicinæ, quæ eas curarent a tota specie. & si totum hoc est sicut dictum est: φ theriaca in se vnit duas species medicinarum simul, videtur mihi φ curet venena curatione perfecta, & curet etiam ægritudines similes ve-

C nenis. sed in ægritudinibus, quæ non sunt huiusmodi plus nocet, φ̄ prosit, sicut nocent medicinæ fortes propinatæ ægritudinibus debilibus: & sicut etiam nocent medicinæ curantes in conseruatione sanitatis: sed medicinæ conseruantes in curatione ægritudinum non imprimunt effectum, de quo sit curandum, & istę medicinæ sunt cibus, & medicina simul. Et ego quidem intellexi de antiquis medicis, quod ipsi non curabant, nisi cum cibis, qui erant cibi & medicina. & hoc erat, quia homines illius temporis prohibebant per leges & decreta eorum ab vsu malorum nutrimentorum & malis cogitationibus, & cogebantur exercitari a magistris exercitio conueniente complexioni cuiusque illorum: & secundum hoc videtur mihi quod theriaca non erat eis necessaria, nisi contra venena: & si forte erat eis necessaria ad euacuationem ægritudinum non sumebant de ea, nisi modicum. quoniam Gale. & post eum, & multi ex antiquis dicunt, φ plurimæ ægritudinum, quæ currunt tempore nostro, sunt nouellæ sicut pleuresis, & apostema membrorum principalium, vt cordis, hepatis, cerebri, & similium eis. & præter istas sunt multæ ex ægritudinibus exeuntibus naturam aliarum exitu multo, & quę interficiunt subito. & si totum est, ita istę qui vtitur illo tempore theriaca vel percepit alias, necesse est vt sit sapiens in fine sa-

pientiæ perfectæ, præcipue cum voluerit vti ea in curatione ægritudinum, vel in conseruatione sanitatis particularis secundum eum, qui paratus est labi in ægritudines humorum similium venenis. & hoc quidem dixi, sicut intelligere poteris ꝙ genus idem medicinarū curat ægritudines aliquas & præseruat corpus ab eis: sed melius est vt dicamus, ꝙ ægritudinem curantes sunt fortiores medicinis, quę ab illis præseruant. Oportet etiā ꝙ sint medico medicinæ scitæ & fortitudine & debilitate secūdū gradū morborū ęgritudinis, ad quā parati sunt labi, sicut etiam oportet scire medicū medicinas, cū quibus curat secundū gradum timoris ægritudinis in fortitudine & debilitate, cum sciuerit totum genus ægritudinum, quæ fiunt ex humoribus, & quæ ex venenis & genus medicinarum, & oppositionem cuiuslibet speciei illorū, & esse theriacæ, & eius cōpositionem ex duabus speciebus medicinarū, & propter quā causam inuenta etiam fuit a primordio eius compositio, & quæ sit eius cōpositionis causa, possibile erit ei vt sciatur quando homo vtetur ea, & quando non vtetur. Et ego narrabo tibi vbi est licitum vti ea & vbi non. & dicam etiam illud, ꝙ dixerūt homines & quod expertum est de ea, & ꝙ verificatum est de natura eius in hac re, & eius operationibus in corporibus humanis. Et dicam, ꝙ consuetudo medicorum est diuidere ægritudinem in simplicem & compositam, & iterum diuidunt simplicem in malam complexionem, quæ est cum materia, & illam quę est sine materia: in complexione autem mala sine materia non vtuntur, theriaca, siue illa sit calida siue sicca, & cum fuerit in fine violentiæ suæ, sicut est febris ethica, siue ægritudo sit vniuersalis, siue propria in membro. in mala complexione cum materia vtuntur ea, quando fuerit ex flegmate & melancolica existentibus in fine malitiei, & non vtuntur ea in ægritudinibus sanguineis, nec colericis: nisi quando colera fuerit exiens terminum naturalem: & in ipsa est multum cautela iterum necessaria, sed si cum ea sit fe. non vtuntur ea parum vel multum. si vero non est febris, & fuerit cholera eruginosa vel prassina, ex quibus fit vomitus & fluxus ventris fortis. In alia autem etiam oportet, vt sit cautella maior, alia minor, & est quoniā cum cholera sit calida non est licitum vti ea in peccato eius. Sed quoniam hæc species choleræ non recipit digestionem nec alterationem medicinis ei contrarijs & theriaca inualescit super eam, & eius substantiam destruit & extrahit & ideo videtur vt in ea conferat si detur, & ordine naturæ & euacuationis. & est in hoc vt medicus aspiciat ad duo mala & quod fortius est curet & fortius eius est periculum deueniendi ad mortem subitam. In fluxu aūt diuturno cāto ab humoribus frigidis, & humidis vr̄ mihi, ꝙ conueniat theriaca, & sit cōueniēs ad curam: et iam dixerunt medici ꝙ theriaca curat fluxus vētris diuturnos, quorum causa ignoratur, & vr̄ mihi ꝙ hoc dixerunt, quoniā sicut in theriaca sunt ex medicinis venenorū, quorū causa ignoratur. sic etiā in ea sunt ex medicinis ægritudinū, quę similātur venenis. Ego tamē fluxū vidi diuturnū qui erat ex cholera & melancholia adustis, & prçceperunt patienti vti theriaca, & mortuus est. & propter hoc laudabile est apud me vt non vtatur aliquis in fluxibus theriaca, nisi in eis qui sunt de materijs frigidis, & membris frigidis: si autem fuerit de humoribus adustis ęqualitatem exeūtibus, non vtuntur ea, nisi exitus esset per adustionem similem venenis. si vero fuerit adustio pauca, theriaca adustionem augebit, tamen in fluxibus & vomitibus, quibus timetur aduentus mortis subitaneę, sicut in illis, in quibus propter magnam comestionem accidit, dicunt, ꝙ multū confert in hoc. & cū dixerunt ꝙ confert in fluxu diuturno, nō dixerunt, si fluxus sit ex humoribus calidis aut frigidis: & hoc sic dictum esse non potest. & vtuntur theriaca in fluxu sanguinis narium, & in constringendo fluxum sanguinis per anum et mestruorum, quando superfluunt, quoniam theriaca. s. noua quandoque confert multū, nā per eā ingrossatur sanguis propter id qd̄ est in ea de opio, & cōfortat virtutē continentē sanguinē in venis ꝓpter id qd̄ est in ea de medicinis stypticis. qm̄ est ostēsum nobis, & manifestū, ꝙ sanguis naturaliter est in eis: & Gal. dabat eā illi, qui spuebat ex pulmone propter solutionem continuitatis accidē-

A tem ex vlceratione rerum acutarum descendentium a cerebro: & eius quidem iuuamenta in hac ęgritudine sunt multa, & cum illa quandoque sedat & tollit tussim illi, qui habet eam propter opium, quod est in ea, & desiccat vulnus propter medicinas desiccatiuas humiditatis accidentalis, quę est in ea: & prouocat somnum: & maxime quando est recens & * alopharlo, quia secundũ ꝙ mihi videtur non est melius sanguini exeunti a pulmone, & confert etiam alijs membris a pulmone, quoniam est efficacius in congelatione sanguinis augendo somnum, & sedatione tussis: & iterum contingit, ꝙ theriaca conueniat morsibus animalium, ex quibus causatur fluxus sanguinis: similiter ergo prodest in consolidatione vulnerum pulmonis. & dictum antiquorum est quod theriaca confert in principio hecticę, & confert vulneri pulmonis in principio, & in fine, & confert etiam omnibus ęgritudinibus neruorum, quę ęgritudines neruorum sunt ex membris frigidis, & curat apoplexiam, & paralysim, & curat torturam faciei & spasmnm, & tremorem quando sunt ex materia, quę non est calida. Et quia dixerunt quidam medicorum ꝙ conuenit alicui ex speciebus spasmi, scilicet, ei qui est ex calore, videtur mihi quod si acciderit non est, nisi per viã accidentis, non per se scilicet quia in neruis fiat ęgritudo: & dixerunt ꝙ confert venenis medicinarum corrosiuarum, super quas tempus est prolongatum. et videtur mihi ꝙ si sic est prodest quia ipsa incidit & frangit materiam illius veneni, quod est in fine illius maliciei, & quãdoq; exsiccat vulnera, quę acciděť
B post tenesmon. Caue ne des eam, quando sunt ex cholera, & ꝙ sint antiqua, qm̃ quando sunt antiqua vtimur in eis medicinis fortibus ad mundificationem vlceris in tantum ꝙ quandoque intromittuntur trocisci de arsenico. & hęc vlcera consumunt carnem, quando fiunt in membris maxime, quę velociter sumunt putrefactionem, & quando sunt in membris calidis & humidis, & quando sunt in locis vel membris expulsionis: sicut in testibus vel vesica. & dare theriacam in principio lęprę est valde vtile: & hoc est manifestum. & etiam in ęgritudinibus inficientibus cutem, & similibus illis. Et dixerũt, vt homo vtatur in principio hydropisis: & hoc incedit via rationis, si cum ea non sit febris, & non sit ex causa calida: sed dixerũt ꝙ in hac ęgritudine detur cũ aceto, et hoc quidem est accidentale, qm̃ acetũ lędit hepar, sed miscetur ipsum, qm̃ videtur, ꝙ acetum acuat siccitatẽ, & diureticitatẽ: melius tñ est, vt hoc fiat in hydropisi, quę est causa splenis: vel possibile est vt acetũ detur in duritie hepatis, quę est propter hydropisim, postq̃ profecerit sic ꝙ hydropisim diminuat, vel detur propter aggregationem medicinarum, mollitiuarum, & dissolutiuarum, quę sunt in theriaca ad dissoluendum duriciem: & acetum confert in hoc multum admixtum medicinis mollificatiuis. & possibile est ꝙ hoc sit verificatũ per expertentiam, qm̃ ratio
C non transgreditur hoc, nec hoc debet immutari a solutione, quoniam vtile, inquantum vult ratio. nunc est ratio vti eo donec videatur id propter experientiã: istæ quidẽ sunt plures ex ęgritudinibus cum materia, in quibus secundum plurimũ confert theriaca, quę est ex melãcholia & phlegmate, & ex illis ex eo ꝙ est compositum ex eis, & vtuntur ea in doloribus, quorum est causa ventositas naturam egrediens, sicut vẽtositas cholerę. Caue tñ ne des theriacã in ęgritudine cholerica, cuius causa est sanguis, vel cholera, vel apostema, & vniuersaliter non detur in aliquo dolore, qui generatur ex apostematibus, quia apostemata, quę fiunt cum dolore secundum plurimum sunt de genere apostematum calidorum. & da eam in dolore stomachi, renum, & vesicę, si cum eo non est apostema, nec expectetur post ipsum. Et dixerunt quidã, vt detur theriaca in dolore lateris: sed non detur, nisi dolor fuerit prolongatus propter humorem ventosum, vel si non est se, & detur in potu in difficultate fœtus, vel partus, sicut narrauerunt medici. et hoc tamen indiget cautela, qm̃ scdm plurimũ interficit embrionẽ & qñ moritur partus, fit difficultas pariendi scililicet maior. & possibile est, ꝙ non conferat in difficultate partus, nisi difficultas partus sit ex difficultate virtutis expulsiuę, vel propter mortem embrionis, & quia theriaca expellit sanguinem mẽstruum, expellit embrionem. In ęgritudinibus aũt compositus, quę sunt

De ægritudinibus compositis.

sicut apostemata,& febres duarũ specierũ,dixit Gal. quod confert,si febris fue-
rit quartana, & post apparitionem digestionis: sed ante digestionem facit cre-
scere febrem: & causa huius est, quoniam humores post eorum digestionem
ad expulsionem mouentur secundum motum naturæ, quoniam natura immu-
tat in illo tempore humores corruptos, & si detur in principio, mouentur mo-
tione violenta, & corrumpuntur & expanduntur per corpus,& crescit materia
febris: & causa huius est, quoniam digestio naturalis mouetur in tempore de-
terminato scito. Et iam narrauit Gal.ꝙ iam accidit * Audino philosopho, su-
per quem conuenerũt medici ratiocinari,vt daretur ei theriaca in principio suę
febris, cuius causa erat melancholia, & crescebat eius feb. ex ea. & conuene
runt,quod confert febribus diuturnis,in quorum paroxysmorum principio agit
frigus, & confert febribus quę incipiunt cum tremore forti: sed secundum ser-
monem Gale. impedit digestionem, quoniam fortitudo tremoris & frigoris
non accidit secundum plurimum,nisi ante digestionem. nisi intelligamus, quod
digestio,quam nominauit Gale.sit tantum digestio in fe. melancholię,quoniam
ille humor non digeritur, nisi in tempore longo : & propterea illa fe. prolon-
gatur: febres autem phlegmaticę secundum plurimum sunt minus longę, quam
melancholicę, & recipiunt citius digestionem.& etiam theriaca in his ęgritu-
dinibus non ponit timorem de morte ęgri, & violentia illorum accidentium, E
quoniam medicinę istę sunt similes venenis. In apostematibus autem,& ma
xime calidis non datur,maxime si cum eis est febris, sed in apostematibus du-
ris prodest, si detur in potu. similiter quando sunt in principalibus membris. &
eadem est ratio in melancholia,quę generata est ex humoribus grossis. Et me-
dici conueniunt,vt detur in potu in qualibet ęgritudine cum re conueniente, si-
cut pręceperunt in dolore lateris cum decoctione assiar,& in dolore renum cũ
decoctione granę,& in hoc est necessaria pręuisio, si detur cum decoctione gra
nę,vel non. In anno vero cuius aer est totus calidus,dari prohibetur, quoniam
tunc calida multa accidunt apostemata.

Quomodo theriaca corpus iuuet,& quomodo non. Cap. III.

ET dicam nunc modum,secundum quem ponitur nunc theriaca curare
istas ægritudines,& generaliter quomodo curat eas quęlibet ex medi-
cinis alijs in anno tali. Et non dixerunt medici causam sufficientem:
illud autem quod inuenit in hoc dictum ex principijs naturalibus,est,ꝙ F
totum quidem, quod speramus de medicis in earum operationibus ex virtuti-
bus primis & secundis & tertijs,& generaliter in hoc,quod dictum est,tota spe
cies est propter operationem caloris innati existentis in corpore: & totum hoc
est ex pręcepto dei,& hęc virtus quę digerit & expellit humores corporis est
ex calore naturali,sed attribuitur medicinis, quoniam medicinę mutantur ad
calorem naturalem,sicut mutantur ligna ad ignem, qui redditur in his duobus
fortior, sicut medicinę.& hęc virtus si non esset ex principio naturali,& ex ca
lore naturali,non conferet illa medicina,sed medicina est,quę dat hanc virtu-
tem calori naturali:sicut inuenimus species eius, quod combustibile est ꝙ scili-
cet mutatur ad opera ignis.& hoc quidem manifestum est opificibus, qui ope-
rantur cum vna combustibili specie. Et in hoc errauit. Auicen.qui dixit quod
theriaca dat calori naturali generalitatem virtutum,quę sunt in ipsa,& conser-
uat sanitatem corporis, & adiuuat etiam caloris naturalis virtutem in cura-
tione ęgritudinum, sicut ipsum iuuat in curatione venenorum propter genera-
litatem virtutum,quæ sunt in ipsa, & non est, vt Auicen.videtur, quoniam vir
tus caloris, cum quo conseruatur sanitas corporis, iuuatur in hoc tantum per
vsum bonorum ciborum ex his,quæ comeduntur. & res quæ per ipsum adiu-
uant in curatione ægritudinum, quæ accidunt, sunt medicinę, quæ adiuuant,

A inquantum est eis virtus propria contra illam ęgritudinem, & res quę ipsum adiuuant contra venena, sunt medicinę quę sunt dictę contrarię venenis. Theriaca autem, vt diximus, quia adiuuat calorem naturalem, qui operatur in veneno, adiuuat etiam in operatione ęgritudinum, quę sunt similes venenis, & propter hanc eandem causam conseruat sanitatem etiam, quę est propinqua vt mutetur ad ęgritudines contrarias. & in hoc etiam assimilatur calori naturali, quoniam inquantum ipsa sensibilis est, & ad oculum est res vna, & si eam consideres, inuenies in ea operationes plures: & similiter est esse caloris naturalis, quoniam cum ipsum inspexeris, inuenies ipsum vnum, sed cum eius operationes consideraueris, inuenies ipsas plures, & theriaca quidem est in fine iuuamenti, quæ operatur in rebus distinctis & determinatis † & temporibus. Et postquam iam deuenimus ad hunc locum, non remanet aliquid de eo quod loqui volumus, de quo nullus eorum, quos nominauimus præter nos, locutus est. Firmaui tamen hoc dictum meum ex dictis antiquorum, & hoc solo quis meretur laudem, & honorem, & non solum ipsi, qui iam præfuerunt verumetiam ex hominibus, qui futuri sunt, nec remansit hic loqui nisi in quantitate, & mensura potus eius. istę tamen mensurę sciuntur per rationem, sed verificantur experimento, sicut accidit in operatione theriacę, & operatione aliarum medicinarum nobilium, & numerabilium. quoniam illę prius sunt compositę B per rationem: & propter hoc omnes sunt verificatę per experimentum. & propter hoc omnis medicina, quę est composita per rationem, nisi prius q̄ detur alicui, vt verificetur per experientiam, est dubia & diminuta. & propter hoc, res medicinarum, quas medici daturi sunt alicui nobili, experiantur prius in aliquo rustico habenti complexionem effrenem, siluestrem, & post dent illi eam: quia cum certificatus fuerit medicus per rationem, quod est bona & vtilis: & post hoc approbata fuerit experimento, quod virtus eius est contra rem, ad quam intendit, idest dirigens ad finem, quem quęrit, tunc quidem potest vti ea, vbi voluerit.

De Quantitate theriacæ exhibendæ. *Cap. V.*

ILlud autem, quod coegit antiquos inquirere quantitatem potus theriacę, est id quod coegit eos vt ponderarent, & mensurarent medicinas in quantitate, & qualitate, & dicunt, medicina est in hoc gradu, & datur in hoc pondere, cum potatur: quoniam ipsi sciunt q̄ oportet, ne virtus medicinarum sit fortior ęgritudine, sed non vt operetur in corpore operationem similem medicinę magnę & fortis virtutis idest facientis corpora egredi terminum C naturalem, quoniam si sic essent illa curata, curarentur alia: & propter hoc oportet vt diuersificetur quantitas in medicina secundum diuersitatem virtutis patientis, & complexionem, & regionem, & ętatem, & particulam patientem, si ęgritudo est particularis. & quanto medicina est fortior tanto eius operationes in corpore sunt fortiores, quoniam omnis medicina est contraria corpori, sed confert ipsi inquantum contrariatur ęgritudini, quę est in ipso: & propter hoc oportet, vt virtus medicinę sit fortior ęgritudine, sed non multum: quoniam superfluitas forte faciet ęgritudinem nouam illa remota, & quia medicinę non conferunt vniuersaliter non tempore ęgritudinis, ideo impossibile est vt conseruent sanitatem perfectam, conseruant tamen sanitatem lapsam. & ideo medicina diuersificatur in hoc secundum ęstimationem futuri lapsus, & secundum species ęgritudinum antiquas, ad quas paratum est labi. & sic est manifestum iam quod diximus, quod theriaca confert sanitati, quę parata est labi in ęgritudines magnas, vel ad ęgritudines, quę vadunt, & redeunt: & ista est sanitas decrepitorum, quorum virtus est debilis, & ideo plus confert decrepitis, quam alijs hominibus, quoniam ab eis non recedit debilitas, & post decrepitos confert magis senibus. Iuuenes autem non oportet, vt vtantur theriaca, nec parum, nec multum nisi eis acciderent ęgritudines, quas iam diximus,

& est quia medicina, inquantum medicina, est cõtraria corpori humano. s. sano. Et oportet, qui ea vtitur ꝙ aspiciat in quantitate eius, & maxime cum medicina est fortior, & quia virtus theriacę est contraria corpori humano in fine contrarietatis, oportet vt sit quantitas, quę datur de theriaca minor alijs medicinis, & oportet, quod sit eius quantitas scita. In medicinis autem quę purgant, oportet vt inquirant per rationem, & aspiciant quantitatem, quam dant in qualibet ęgritudine, vt post hoc verificetur per experientiam: & oportet, vt sit scita quãtitas medicinę, quę experitur: & possibile vt diuersificati sint medici in aliquibus earum diuersitate iusta. Nunc autem narrabo quod Gal. dixit in hoc secundum Democritum. Inquit Democritus, da in potu de theriaca illi, qui timet, ne in suo potu ponatur venenum, & illi, cuius cibus est venenum, & maxime quando vomuerit totum, quod de isto comedit, & da istis ter vel quater, & non facias, donec testimonia sint vera, ꝙ venenum sumpserit, & detur illi quẽ momordit animal, post cuius morsum inuadit cum sitis. Et detur morso a cane rabido, quoniam morsus istorum est morsus malus, & detur morso ab animalibus marinis habentibus venenum, & illi, quem pungit aliquod ex animalibus paruis sicut vespæ, & sicut animal quod est dictum rutella, & id interficit. & possibile est, vt sit aranea siluestris, vel aranea, & sit mensura, quæ datur albendatorum cum pondere. xv. ℥. vini lymphati & non sufficiat cum vna vice ad attrahendum malum morsum, immo si vis timorem abijcere oportet eã multotiens sumere, vt theriaca vincat dolores, a quibus dubitatur corpus periclitari perpetuo, & detur in febre, quæ inuadit vna die & dimittit alia: & tremori, & maxime cum ægritudo est cum dolore, & in qua dubitaueris apostema futurũ in aliquo membrorum abundantium multum, vel in membris principalibus, vel in matrice, vel quando est inflatio intestinorum quæ dicta est cholica, in qua continuatur dolor in renibus, vel vesica, & si dolor est propter ægritudinẽ quæ dicta est a sanguine, & lapis in vesica: & detur multotiens illi, qui habet apostema hepatis sui. Et illi qui habet fluxum sanguinis exhibeatur noua theriaca multotiens, vndecunque sit, vel si sit ex pulmone, & habenti in ventre suo dolorem & torsionem, quoniam cum datur ei antiqua statim cessat torsio & dolor. Et conueniens est vt illi detur, qui non digerit cibum suum intantum, ꝙ eius appetitus diminuitur, & illi, in cuius stomacho accessit cibum, & nauigantibus, de quorum consuetudine est, vt bibant aquas malas, & detur eis pondus duorum vel trium denariorum cum duabus corillis, vel quatuor aquæ calidæ: & hæc mensura est instrumentum vitreum paruum, & bibant eam ante cęnam & cibum, & detur in potu illi qui habet dolorem in vesica cum vino dulci & temperato, & illi qui spuit sanguinem, & illi ad cuius pectus descendit reuma. & sic dabis in potu cum ea aquam decoctionis pulegij & melius est ꝙ de ea portatur de terra * Morchij vel de Scanoma, vel de Tibantis. quoniam theriaca quando datur cum eo, prohibet descensum istorum humorum, & sic dabis in potu de ea cum tribus coadic eius, & sunt qui curant cum ea dolores aurium fortes, quando miscent cum ea modicum vini dulcis, ꝙ portatur de Morchio. et melius in hac ægritudine est vt sumatur modicum lanæ & infundatur lana in ipsa, & distilletur in bucinium auris. & hoc est illud quod generaliter dixit Galen. super Democritum in illis in quibus datur hæc medicina, & quantum datur de ea, & in quo commiscet. & hoc, quod est dictum, incedit via profunda. i. nõ manifesta. antiqui tamen non tantum inquirebant medicinas profunde. & hoc, quoniam loquebantur cum hominibus qui sciebant medicinas perfecte, & ille qui legerit quod dixi, & quod sum dicturus, & intelliget bene vt sciat naturam theriacę, & operationes eius, & quõ sunt eius operationes, & cũ quo operatur, poterit declarare res istas declaratione vera, v. g. dictum suum in febribus, quæ inuadunt vna die & interpolatis alia, & tremore maxime, sed si sunt cum dolore, non potest intelligi in febribus simplicibus, quę inuadunt vna die. et interpolatis alia, nisi de febribus indeficientibus diuturnis de materia, frigida, & per dictũ suũ ægritudinibus, quæ fiunt cum dolore, oportet vt intelligatur dolor for-

A tis,& alia accidẽtia fortia,quę assimilantur venenis, & in dicto suo qđ dicitur ꝙ apostema futurum adhuc sit in membris principalibus,vt in matrice,nō oportet intelligi apostema calidū.& hoc est totū quod Gale. dicit super Democritū vbi datur & quantum datur ex ea.& inuenies ex dictis suis dari contra venena pondus duorum denariorum,& pondus maius,hoc est albẽdaca, aliter albes lencas:sed hoc intelligitur ex dictis Gal.licet non bene sit declaratum. & vidi de aliquibus antiquorum,qui declinant esse theriacæ,& locuti sunt de ea ꝙ maior quantitas potus eius est quantitas albẽdaca,& minus, quod de ea sumitur est quantum ægyptiaca faba.Author tamen illius libri,qui dicitur almathi,declaratione sufficienti dicit,vt detur in potu quātitas albendaca illi, qui morsus est à lacerto,cum.ʒ.iiij. aquæ decoctionis mirrhæ vel mentæ,& est communior & conuenientior & præcipit dari habenti caninum appetitum,cum,iiij.ʒ.vini,& in hydropisi tribus diebus,cum aceto lymphato, & habenti lapidem in renibus,cum aqua apij, & habenti apostema durum in hepate vel in splene , cum oxymelle squillitico,& cum simplici tribus diebus in colica: & ponit in gradu superiori pondus albendaca.i.pondus.4.granorū hordei, & ponit in gradu secundo post ipsum pondus,qđ dixit metheala,& præcepit vt eius pondus detur illi,quē canis rabidus momordit,cū pondere vnius denarij de pinguedine picis, detur & illi qui sumpsit euphorbium in potu,& opium,& ijs similia ex medici B nis venenosis,& ponit gradū tertium pondus danich vsque ad obolū & pręcepit illi,quē momordit scorpio in potu dari cum vino,& habenti inflationem stomachi,& intestinorū,& habẽti tremorem,sicut in febribus. Et præcepit dari quātitatē vnius faseoli,aut lupini vna cum vino & aqua & * mesaat tremescit, & etiam icteritiæ quæ est ex genere hepatis & ẽt splenis, & difficultati partus cum ʒ.i.oxymellis squillitici,& præcepit in potu dari pondus vnius danich cum aqua vel succo malorū illi,qui patitur iliacā,qn̄ accidit ex peccato phlegmatis,vel quando accidit vertigo,detur quātitas vnius lupini,cū aqua satyriæ, & habenti paralysim vel torturā detur cum decoctione radicum, & contra lępram cum decoctione mentæ & contra albaras detur cum aqua.v.radicum,vel cum aqua mellis,& præcipit vt detur in potu contra venena magna, quando visa fuerint accidentia magna terribilia & manifesta, quātitas metheali. Verū hæc est quantitas multa:& ideo melius est vt detur in potu non tota ista quantitas simul,sed diuidatur in vicibus multis.& hoc est, quod dicit author hic de potus eius quantitate, & dicitur ꝙ reprobatur in quibusdam & cum præcepit dari in morsu canis rabidi metheala,& in apostemate hepatis & splenis, & cōtra appetitum caninum quantitatem albendaca.Et Auic.ponit quantitatē maiorē potus eius theriacæ fortis pondus methealas siue methealt,& dedit in potu pluribus ægritudinibus quantitatē lupinorum cum medicinis quæ pro sunt ęgritudinibus.& C dant in potu quantitatem vnius fabæ illi,qui patitur defectum vocis,& in ijs discordant plurimi alij,sicut alius alter afferit.& hæc quantitas quā dicunt non confert omnibus hominibus tantum,sed oportet vt relinquatur æstimationi medici,quia theriaca diuersificabitur in quantitate potus eius secundū fortitudinem,& debilitatem infirmi,& debilitatem,& fortitudinem veneni, & secundum fortitudinē,& debilitatem theriacæ in ætate sua, & secundum complexionem infirmi,& regionem,& tempora anni, & secundum aerem corruptum in substantia & qualitate. quoniam isti aeri conuenit solum, & maxime cum aggregatur aliqua ex speciebus qualitatum venenosarum . & secundum locum morsuræ quæ accidit in corpore oportet diuersificare quātitatem potus, quoniam omnia membra,vel loca non sunt æqualia.& hæc quidem manifesta sunt illi,qui vidit alabor. & melius quod potest fieri in hac re , est, vt sciatur vniuersale particularis eius,quo indiges.& illis quibus est melius vt eis detur theriaca,sunt decrepiti,quorū virtus est valde debilis, & post hos sunt senes, sed iuuenes nō vtantur ea multū nec parū nisi magnis casibus,& nisi apud magnā necessitatē,& ille cui pręcipitur potus eius,bibat eā vino cocto,cuius tertia pars per decoctionem diminuta est:hoc est, propterea quod vinum crudum

prohibetur eis, scilicet Saracenis ex toto, & hęc necessitas introduxit eū ad hoc & probauit se multū in hoc. Sed ego hic abbreuiaui, quod non est proficuum. D

Quęnam, & qualis theriaca bona sit.
Cap. VI.

NVnc autem dico, quod theriaca quę est quatuor annorum non, habet virtutem theriacę, quę est in summo bonitatis, sed eius operatio est operatio aliarum medicinarum fortium: & possibile est quod conferat, quę est vnius anni: quoniam super ipsam iam transiuerunt quatuor tempora: & possibile est vt conferat quę est sex mensium apud magnam necessitatem. & theriacę operationes non mutantur, nec separantur ab ea spacio viginti annorum, & est in virtute sua. xl. annis, & minuit operationem suam vsque ad xl. annum, & non potest proficere nec complere operationes suas. & mutatur ętas theriacę secundum medicinas, ex quibus est composita, quoniam si bona fuerit, tenet suam virtutem bene, & si sunt malę minus seruant eam. Et oportet vt mel, quod cum ipsa perficitur sit bonum, & vas etiam vbi recondita fuerit, & regio, vbi facta fuerit. Nunc autem quiescat postulatio, & sufficiat satisfactio secundum tempus. Laus sit Deo qui me comprehendi posse largitus est, Amen.

Auerrois tractatus de Theriaca.

F I N I S.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS PROBLEMATVM SECTIONES DVAE DE QVADRAGINTA,

Theodoro Gaza interprete.

SECTIO PRIMA,

Eorum, quæ ad medicinam pertinent:

Cuius quæstiones. LIX.

A

VR exuperantiæ nimiæ committendi morbi vim habeant? An quia vel excessum, vel defectum efficiant: qua quidam re morbum consistere certum est. 1

Cur morbi sæpe curari possunt, vbi quis abunde excessit? equidem nonnulli Medici eam artem exercent, vt non nisi per excessum agant vel vini, vel aquæ, vel salsuginis, vel cibi, vel inediæ. An quoniam caussæ, quæ morbos committunt, aduersæ inter se sunt: atq; ita efficitur, vt genus alterum duci per excessum alterius in medium possit. 2

Cur * temporum, flatuumq; mutationes morbos intendant, tollant'ue, iudicent, vel committant? An q aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut siccæ sunt, morbosq; qualitatum huiusmodi excessus cõ mittit. Secunda etenim valetudo mediocritas quædam est. Quòd si per humidam, frigidam 'ue materiam morbus constiterit, tempus accedens contrarium tollere illum poterit. Sed si minus cõtrarium subsecutum sit, qui similis status temporis subuenerit, intendet sane, atq; 3

* ὡρῶν, & ita deinceps, vbi legitur tẽpus,

interimet. quo etiam fit, vt qui bene valent, ægrotare tempore mutato incipiant: corporis enim proinde temperamentũ soluatur necesse est, quippe q̃ nõ nisi tẽporum, ætatum, locorumq́; statu idoneo aptũ sit augeri, seruariq́;. Quamobrem cùm tempora euariant ratio tunc valetudinis habenda diligentius est. Idem autem illud pro causa particulatim etiam adest, quod in vniuersum proposui de temporibus: mutationes etenim flatuum, ætatum, atq; locorum, pro temporis cuiusdam mutatione accipi debent. Quapropter hæc etiam intẽdendi, vel tollendi, vel iudicandi, vel contrahendi morbum vim habent, quemadmodũ tempora, & syderum ortus, orionis, arcturi, vergiliarũ caniculæ, qui flatus imbresq́; excitant, qui serenitates, frigora, tepores'ue solent adferre. D

4 Cur vomitus, cum tempora immutantur, citari maximè debeat? An ne conturbatio redundet, cum varia excrementa materiæ inutilis ex mutandi ratione proueniant: vnde fit, vt cibum alii parum concoquant, alii parum cupiant. E

5 Quamobrem qui vel cibo vitioso vescuntur, vel fame diutina laborant, pedibus intumescere soleant? An vtrisq; per tabem, consumptionemq́; illud accidat. Tabescunt enim & qui esuriunt, quia nullũ penitus capiunt alimentum: & qui vitiose vescuntur, quia quod assumpserint, perfrui nequeunt.

6 Quamobrem cum vitia bilis per ęstatem contrahi debeant,* morbi acuti, qui certe ex bili consistunt, per hyemem potius vrgeant? An quia febribus illi comitati, acuti propterea sunt, quia violenti. violentia vero contra naturam est. locis enim quibusdam in corpore humescentibus, feruens oritur inflammatio, quæ cum non nisi caloris exuperantia sit, febres vtiq; accendere potest. Aestiuo igitur tempore arida calidaq́; vitia male homines habent, hybberno autem humida calidaq́; perinde acuta. celeriter nanq; interimunt, cum propter humoris supercrescentis abundantiam concoqui nequeant. F

*codex grę cus hęc addit: (febriũt enim in ęstate maxime,)

7 Cur morbus pestilens solus ex omnibus vitiis præcipue afficiat eos, qui ad laborantes eo morbo prope accesserint? An q̃ is solus omnium morborum communis omnibus hominibus est. itaq; pestem facile omnibus infert, qui scilicet deprauato iam habitu sunt. fit. n. vt morbo cubantis veluti quodam fomite succendente, vitium illud protinus exultet, concipiaturq́; in aliis.

8 Cur si venti septentrionales hyemem occuparunt, ver autem autem austros, pluuiasq́; exhibuit, æstas proxima grauis tam febribus, quã lippitudinibus sequi soleat? An q̃ æstas corpora nostra multum humoris alieni continentia excipit, & terra madet, & habitandi locus perhumidus est, talisq́; redditur, qualis qui * grauis perpetuo cõstat. Primum itaque lippitudines subeunt, cum excrementa humoris in capite delinquere incipiunt, dein febres. Ita enim intelligendum est, vt res eadẽ & calidissima, & frigiddissima reddi possit, ceu aqua,

* νοσώδης morbosus, et ita sepius.

A vel lapis: feruet etenim illa, vrit hic vehementius. Fit igitur, vt aer suæ crassitudinis causa, calorem pleniorem suscipiens, exardescat, & corpora pari ratione, anxietate, æstuq; vexentur: æstus vero in corpore febris, in oculis lippitudo est. Deniq; mutatio quæq; calida corpus peruertit, cum e cœlo adhuc madente, æstas protinus sicca, & calida occupauit. Vitium etiam augetur, si pluuia æstate accessit. Ita.n. vis Solis materiam late obtinet, quam feruescere tum in corporibus, tum in terra, tum etiam in aere faciat: qua de causa febres oriuntur, & lippitudines.

Cur si hyems austrina & pluuiosa fuit, ver autem siccum & aquilonium est, corpora tam vere, quam æstate morbi exercent? An q hyemis tepor, & humor faciunt, vt corpora tempori eiusmodi proxima in qualitate reddantur. humida enim, laxaq; fiant, & soluta, necesse est. quæ cum ita se habeant, vere frigido atq; sicco facile concrescere possunt, & indurari. Itaq; grauidæ, quibus tunc adest partus, abortu periclitantur, videlicet incalescendi, crudescendiq; ratione quæ res *syderatio appellata est, quam sicca illa committit frigiditas, impatiens omnino excernendi humoris. Infantes vero, quos gerunt, imbecilles, læsosq; immodicam ob frigiditatem edunt. accidit.n. vt qui tunc cœlo sereno nascuntur, iidem pluuio benigne, & constiterint, & nutriti fuerint intra parentem. Cæteris vero, cum pituita vitio suæ nimietatis *purgata non est (quod fit, vbi tepidum se exhibuit) sed coacta a frigore constitit, cum tepor occupauit, æstatis vi colliquescit: si biliosi, sicciq; sunt, q eorum corpora minime humidam, sed squalibundam sortiuntur naturam, excitantur quidem humores, sed tenues: quamobrem eos lippitudo arida male habet. Si vero pituita redundant, raucitates distillationesq; in pulmonem oriuntur: mulieres extorquent difficultates intestinorum, quia natura sunt humida, frigidaq;: seniores stupor attonitos reddit, vbi vniuersus resolutus humor incubuit, exq; imbecillitate caloris natiui concreuit. 9

B

C

* sphacelism'. De sphacelismo, & syderatione vide Theo. 5. de Causis plantarũ capite.11.

* in vere

Cur si æstas sicca, & aquilonia fuit, autumnus ex aduerso humidus atq; austrinus, hyeme, quæ proxima est, dolor capitis, raucitas, tussisq, oriantur, atq; in tabem demum euadãt? An quia hyems multum materiæ excipit, itaq; humorem cogere, atq; pituitam inde conficere magnum ei negotium est. [Ergo difficile est humorem densari, conficiq; inde pituitam.] Quod si in capite humor cõstiterit, grauitatem committit: & si nimius, frigidusq; est, crudorem vtiq; mouet, cui syderatio nomen est: necnon si ob nimiam cui copiam concrescere minus potuit, in locum defluit proximum, atq; ita tussim, raucitatem; & tabem contrahit. 10

Hęc superfluunt.

Cur si sicca æstas, siccusq; autumnus aquilones habuerint, mulieribus, & omnibus pituita abundantibus secunda valetudo contingat? An quia natura vtrorunq; in alteram exuberat partem: itaq; tẽpus in partem trahendo contrariam ad medium habitum, bonumq; 11

* Cod.Grę. leg.& nõhu midi

perducit. Eo igitur ipso tempore optime valent, nisi quid vltro ipsi perperam agant, *aut humidi ad hyemem ita deueniant, vt fomitē quendam, & incitabulum frigori subministrent. D

12 Cur si sicca æstas & aquilonia, & autumnus siccus iisdem aquilonibus perflatus morbo biliosos infestet? An quoniam ad idem, corpus eorum, ac temporis habitus vergunt: itaq; veluti ignis igni adiicitur. Cum enim corpora exiccentur, quantumq; in his dulcedinis erat, euaporatum fit, vehementerq; incalescant, necesse est, vt dum humor consumitur, aridæ lippitudines oriantur: residuoq;, quod biliosum remanserit, eodemq; recalescente, febres acutæ, vtpote ex bili syncera, inuadant. Nonnullos insania * rapit, quorum scilicet natura atrabile abundat: hæc etenim large superest, cum eius humores contrarii resiccescant.

* mania

13 Cur mutationem aquarum grauem, aeris vero non grauem esse affirment? An quod aqua corporibus alimento est, quo iam habito complexoq; peregrinemur. aer autem nullo se exhibet alimento Aquarum item genera multa, & varia per se sunt sed aeris minime. Itaq; hoc etiam causæ esse potest, quippe cum peregre etiam profectis in cœlo quidem prope eodem, in aquis autem variis versari eueniat: quapropter aquæ mutationem grauem esse recte putandum est. E

14 Cur ciborum mutatio minus, quā aquæ, grauis occurrat? An quia plurimum aquæ consumimus. nam & in pane, & obsoniis, & in potu, aquæ vsus plurimus est.

15 Sed cur cibi, & aquæ mutatio grauis fit? An quod omnis mutatio ēt temporis, & ætatis motu facilis est. Extrema nanq; generis cuiuscunque moueri facile possunt, quomodo & principia, & fines. Ergo & cibi, qui inter se distant, corrumpere se inuicem queunt, quippe cum aut nuper, aut nondum adhæserit, qui præcesserat. Ad hæc vt varius cibus grauis est, (turbulenta enim, nec æqualis concoctio eius agitur,) sic in iis accidit, qui aquam mutarint, scilicet vt variæ potionis vtantur alimento. estq; id alimenti genus, quam siccum valentius: quoniam plurimum est, exq; cibis ipsis non nisi quantum dilutum est, vim habet enutriendi. F

16 Cur mutationes aquarum faciunt, vt pediculi, in quibus haberi possint, multi habeantur? An quod humoris cruditas, quam perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario vsu in crebra commutatione redundat, humoris creare copiam potest, præsertim in loco humori opportuniore. Cerebrum autem natura humidum est: quare caput maxime perpetuo humet. cuius rei indicium est, quod pili in hoc potissimum exeunt. Huius autem loci *uis ad progenerandos pediculos apta est. Patet hoc in puerili ætate. caput.n. puerorum madet abūde, & sæpe aut grauedine conflictatur, aut sanguinis profusione. Quinetiam pediculos plures illa ætas habere solet.

* humor

17 Cur a vergiliarum occasu ad fauonii vsq; flatus hi potissimum

A pereant, qui morbo longo laborant, & senes quam iuuenes potius? Vtrum summæ illæ intereundi causæ duę adsint, frigus, atq; excessus. Vita enim calore fouetur, seruaturq;. tempus autem illud ambo illa sortitur. frigidum enim, & hyems tum acerrime vrget. subsequens enim tempus ver est. An quòd qui vitiis laborant diuturnis, non secus ac senes effecti sunt. longus etenim morbus, quasi senecta iam adesse videtur. Ea nanq; corpora sicca, & frigida sunt, altera scilicet ob ætatem, altera ob languorem: hyemem vero & gelu, frigoris atq; siccitatis esse excessionem certum est. Quare fit, vt cum vel paruo momento corpora pateant, hyemis rigor quasi ignis igni iniungatur, atq; ita interimat.

Cur * [in plenis impurisq; corporibus] vlcera capitis non magno negocio sanentur, tibiarum autem ægre? An humor eorum, quia terrenus, grauis est: graue autem omne deorsum tendit. ergo superiora B curari facile possunt, quoniam seorsum humor decesserit: inferiora propterea nequeunt, quòd admodũ excrescant, & putredini pateát. 18

*a.l. palustribus. a.l. vlcerosis

Cur si post hyemem aquiloniam, & ver austrinum ac pluuium, æstas sicca admodum fuit, perniciosus omnibus autumnus accedat, & pueris præsertim? nam & cæteris difficultates intestinorum, febresq; quartanæ longe eo tempore solent euenire. An quod, si aqua mediocris per æstatem incessit, quantum * humoris collectum est per ver humidum, in nostris corporibus refrigeratum quiescit. sed si non ita contingit, pueri, qui suapte natura humidi & calidi sunt, vehementer eo ferueſcunt affectu, quoniam refrigerati minime fuerint. Et si per æstatem restiterint, autumno certe, quorum humor vltra modum ferbuerit, corripientur. Excrementa vero nisi confestim peremerint, orta videlicet circa pulmonem, atq; arteriam: (supra enim primum consistunt, eo scilicet quòd aeris tempori nostra corpora pateat: hinc enim * lippitudines quoque prægressis febribus in graui æstate se- C qui consueuerunt:) ergo si non locis superioribus excrementa humorum exorta (vt dictum est) protinus interemerint, descendent cruda ad ventrem, atq; ita difficultatem creabunt intestinorum. At si præ nimia sui copia humor excerni nequiuerit, quartanæ iis orientur, qui euadere mortem potuerunt, etiam si illud intestinorum vitiũ omnino quieuerit Quod enim crudi humoris subtersedit, stabile, firmumq; vehementer modo atræ bilis adhæret. 19

* humoris ferueſcentis

* & lippitudines priusquam febris in morbosa æstate fieri cõsueuerũt.

Cur si æstas, & autumnus imbres austrosq; habuerunt, hyems grauis consequi soleat? An quòd hyems corpora præhumida excipit, mutatio etiam ingens occurrit. Non enim paulatim, sed repente ex calore immodico ad frigoris acerbitatem venitur, quãdo autumnus quoq; tepidus extitit. Itaq; qui denso corpore sunt, hos morbi ex torqueant acuti, necesse est: his enim humida excrementa supra potius colliguntur, cum partes superiores humoribus huiuscemodi opportunas, inferiores inhabiles illi habeant. Ideoq; qui tali textura 20

corporis sunt, non multa excrementa sibi admittunt. Cum igitur qui locis superioribus corporis humor excreuerit, infrigescere incipit, fit vt prędicta vitia oriantur, quemadmodum vinolentis prope accidit, cum algent. At quibus laxius corpus est, iis febribus orsis euenit, vt quæ summa de cruditate febres constiterint, transeant in ardores, quoniam his magis totum corpus ab humoribus occupatur, quam densa illis mole constantibus, exq; vi frigoris coacto eorum corpore humores incalescentes febres accedunt. superans enim calor totius corporis, febris est: & si idem nimio intendatur humore, ardor effici potest. D

21 Cur annus pestilens tunc inuadit. cum Sol multum vaporis de terra excitat? An tunc annus humidus, pluuiusq; significetur, necesse est, terramq; madescere necessarium. Fit igitur, vt quasi locis palustribus, grauibusq; proinde inhabitetur. & corpora quoq; multis tūc exerementis redundare necessarium est, ita vt ægrotandi materiam habeant in æstate. E

22 Cur grauis tunc adeat annus, cum copia est pusillarum ranarum, quæ rubetarum faciem repræsentant? An res vnaquæq; loco suæ naturæ idoneo abundare solita est. itaq; eiusmodi animantium genus cum natura humidum sit, humidum pluuiumq; annū ob eam ipsam causam indicat. Anni eiusmodi vero graues proculdubio sunt. quibus enim corpora facta præhumida fuerit, multis idcirco excrementis premuntur: quæ causæ sunt, vt morbi proueniant.

23 Cur austri sicci, & nihil humentes febres creare soleant? An quia calorem, humoremq; excitant alienum. Sunt enim suapte natura humidi, calidiq;: qua quidem re febris committitur, quippe quæ non nisi per excessum ambarum qualitatum illarum oriri soleat. Cum igitur imbre austri vacant, corpora nostra ita afficiantur, necesse est: at cum flatibus imber adest, nos aqua refrigerat. Austros tamen, quos mare miserit, prodesse stirpibus certum est. refrigerati nanq; beneficio maris, deueniunt contra æruginem, quæ humore, caloreq; alieno consistit. F

24 Cur corpora humana se tardiora debilioraq; sentiant, cum austri afflant? An quia multum ex paulo tunc redundat humoris, quem deliquescere tepor coegit, exq; leui afflatu grauis humor citatur. Adde ꝙ vires nostrę conditæ in articulis sunt, qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. Constat id ex eorum crepitu, quæ pridem conglutinata tunc remittuntur, ac resoluuntur. Tenax etenim humor, qui articulis inditus est, vt concretus nos moueri non patitur, sic nimis humefactus intendi minime sinit.

25 Cur per æstatem magis aduersa valetudine laboretur, per hyemē vero magis qui laborant, emoriantur? An quia calor, qui per hyemē intus propter corporum densitatem coercetur, parum adiuuat, neq labor operum, qui amplius per id tempus suscipitur, excrementa hu-

A morum potest concoquere, ideo validam esse mali originem necesse est. quod cum ita sit, pernitiosum morborum vrgere ratio est. Contra in æstate, quoniam corpus vniuersum rarum, refrigeratum, resolutum, atq; laborum impatiens est, idcirco morbos plures quidem oriri necessarium videtur, videlicet ob lassitudinem, cruditatemq; ciborum: noui etenim fructus tunc adsunt: non tamen ita validos esse naturę ratio patitur, quam ob rem facultas hisce succurrendi datur facilius.

Cur post vtrumlibet solstitium, per centum dierum spatium mori maxime accidat? An quòd eatenus vtraque vehementia, caloris & frigoris se dilatat, quæ morbos, pernitiemq; afferre infirmis potest. 26

Cur ver, atq; autumnus morbis infestent? An quia mutationes graues omnes occurrunt: sed autumnus vere grauior est, quia corpore calido refrigescente, quā frigido incalescente potius ægrotamus: B vt igitur vere frigidum recalescit, sic autumno calidum refrigescit. 27

Cur per hyemem minus quidem, quā per æstatē, sed pernitiosius ægrotetur? An quoniam in æstate morbi vel parua de causa existunt, quod in hyeme minime accidit ita: sumus enim tunc & ad concoquendum, & ad bene valendum aptiores. Itaq; ratione maiora, pernitiosioraq; mala sunt, quæ maiori de causa prouenerint. Quod idem in athletis, & omnino in iis, qui secunda valetudine esse solent, licet perspicere. aut enim nullo morbo premuntur, aut pressi celeriter e vita decedunt: quippe qui nisi magna cum causa ægrescere nequeant. 28

Cur per autumnum, ac hyemem febres ardentes potius oriantur, quæ tempora frigus prę seferunt: per ęstatem vero, cū ęstus adsunt, rigores magis infestent? An quia in corpore hominis bilis calida, pituita frigida est. Itaq; per æstatem quod frigidum est dissoluitur, diffusumq; horrores tremoresq; excitat, per hyemem autē quod calidum est, vi temporis pressum refrigescit. Febres tamen ardentes C per hyemem, autumnumq; potius conflictant, quoniam calor pulsus a frigore, introrsus se contrahit. ardor enim non residet in summis, sed intrinsecus se expandit, atque ita efficitur, vt ratione febres ardentes hyberno tempore oriantur. Melius id in iis intelligi potest, qui aqua frigida, quiq; calida se hyberno tempore lauerint. Qui frigida se infuderunt, ibi aliquandiu, dum diluerentur, friguerunt, reliquo toto die tuti a frigore sunt. at qui calida vsi fuerint, frigus diutius experiuntur. Caro enim spissescit, calorq; introrsus se colligit eorum, qui se aqua diluerint frigida. contra autem iis euenit, qui calidam admisere: caro quippe rarescit, calorq; ad exterum vsq; locum euocatur. 29

Quænam virtus sit cataplasmatis? An vt resoluat, vt moueat sudorem, vt euocet vaporem. 30

Quonā argumento constet abscessum iam purulentum esse? An si aqua pfusus calida immutatur, purulentus est: sin minus, nondū est. 31

32 Quęnam vrenda, quę'ue sint incidenda? An quæ ore sunt amplo, nec breui coagmententur, hæc vrenda sunt, vt crusta illic incumbat: sic enim nullum pus cicatrice inducta occultabitur. D

33 Quænam virtus medicamenti supprimentis sanguinem sit, quòd enæmum appellamus? An vt exiccet, & materiæ inutilis confluuiū compescat, sine crusta, aut carnis putredine. Ita enim efficitur, vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunum. ꝙ enim materia non superfluit, inflammatione carebit: ꝙ siccum est, vnitati opportunius. quandiu namq; præmadet, concorporescere nequit. Quamobrem quæ cruentis iniicienda censemus, acria magna ex parte sunt, quo acerbitate sua possint astringere.

34 Quænam incidenda, quę'ue vrenda, quæ contra non ita curanda sint, sed medicamentis? An quę in ala, aut in inguine abscesserunt, medicamentis curandum potius. diducta enim partim laboriosa, partim periculosa redduntur. Vrendi sunt illi abscessus, qui lati, processuq; multiplici eruperunt; quiq; venosis, non carnosis resident locis. Incidendi, qui in acutum se colligunt, quiq; non parte solida extāt. E

35 Cur si quis ære incisus sit, facilius, quàm si ferro, sanescat. Vtrum quia æs leuius est, itaque minus laceret, ictumq; faciat. An e diuerso, quòd ferrum acie adactiorem recipiat sectionem, idcirco faciliorem, tolerabilioremq; efficere debeat. At vero æs medicamenti vim obtinet, & principium quodcunque pars potissima rei est. Quòd igitur æs simulac fuerit incisum, medicamento præsentissimo adest, facit vt vulnus celerius coeat.

36 Cur ambusta ex ære sanentur celeriter? An quoniam a laxioribus, minusq; corpulentis effecta sunt. plus enim calor corpori inhęret sollidiori.

37 Vtrum ptisana ordeacea leuior, & ad morbos accommodatior, quam triticea sit? hanc enim nonnulli anteponunt, argumentumq; ex pistoribus capiunt, quòd multo coloratiores sunt qui * tritici, quā qui ordacei pisturam exercent; addunt etiā, quòd ordeum humidius est: quod autem humidius est, concoctionem desyderat pleniorem. Sed nihil prohibet, quo minus vt concoctu quid difficilius ordeum habeat, sic ad leuitatem quid vtilius præstet. hoc enim non humidius tantum tritico est, sed frigidius etiam: qualis certe sorbitio, cibusq; competit febrienti, vt parum alat, & satis refrigeret. quod ptisana ordeacea facere potest: quia enim humidior, vel corpulentior est, hinc alimenti parum, idq; frigidiusculum præstat. F

* triticei,

38 Cur dentium stuporem portulaca herba, aut sal tollere potest? An portulaca, quia lentum quendam habet humorem, qui vel manducanti, aut manu aliquantisper confringenti patescit; hæret enim, ac trahitur. Lentor igitur subiens ille, a corpore educit acorem: quippe qui affinitate quadā coniungi valeat, argumēto saporis, quē acidulū reddit. Sal vero macerat, liquefacitq;, atq; ita acorē quoq; extrudit.

Sed cur

A Sed cur lixiuium, nitrumve hoc idem facere nequeat? An quòd hæc suam ob acerbitatem astringunt, non liquefaciunt. 39

Cur æstiuis lassitudinibus balneo, hybernis vnctione mederi conueniat? An hybernis vnctio datur propter horrores, mutationesque vrgentes: per calorem enim laxandum est, qui membra tepescere faciat: oleum vero calidum est. At in æstate humefaciẽdum censetur, quoniam tempus id siccum est, nec metus interpellit horroris, eo ꝙ status temporis ad tẽporem ingenue vergit. Hinc etiam cibus parcus, potio liberalis per æstatem admittitur, ille magis, hæc omnino, potioni nanque per æstatem ob temporum siccitatem indulgendum ex toto est. Parsimonia vero cibi communis temporum omniũ est, sed magis æstati conuenit, ne ob habitum temporis feruentem corpus cibo immodico pressum exæstuet. 40

Cur ex medicamentis alia aluum soluant, vesicam autẽ minime: alia vesicam soluant, cum aluum nihilo moueant? An ꝙ ea, quæ natura humida sunt, atque aqua referta, si medendi obtinent facultatẽ, vesicam soluunt: subsident enim in ea humores, qui putredine immunes euaserunt: quippe vesica pro eius humoris cõceptaculo habetur, qui minime in ventre concoquitur, qui non manet, nec prius quam agat quicquam, aut patiatur, excernitur. At quæ terrenam sortiuntur naturam, si vires habeant medicas, aluum hæc fundere queunt: in hanc enim terrena quęque materia se prouoluit. itaque turbat, si mouendi obtinet facultatem. 41

B

Cur alia ventrem mouent superiorem, alia inferiorem, vt veratrũ superiorem, scammonea inferiorem: alia vero citant vtrunque, vt elaterium, & thapsiæ succus? An ꝙ ex medicamentis, quæ ventrem mouent, alia frigida, alia calida sunt. itaque alia propter suum calorem protinus vt in superiori ventre fuerunt, loca petunt superiora, ac inde liquefaciendo, maxime quæ aliena sint, minusque insidentia, sed etiam quæ insunt naturæ intima, medicamento scilicet vehementiori epoto, aut copiosiori quam natura patiatur, tã ea ipsa, quã quæ excrescentia adfuerint, in ventriculum deducunt: hic vero feruore excrementa perturbant, flatumq; excitant multum, qui obsistens vexansq;, demum vomitum mouet. Alia quòd natura frigida sunt, deorsum versus pondere suo labuntur, etiam priusquam quicquam vel afficiantur, vel agant, ac inde proficiscentia, idem actitant, quod superiora. vbi enim per abdita foramina illinc ascenderunt, atque materia agitarunt, eodem tramite secum quæ corripuerint, excremẽta, colliquamentaq; deducunt. At genus medicamenti, quod qualitatis vtriusque particeps, mistumq; ex calido frigidoq; est, hoc ob eam vtranque facultatem rem potest vtranque conficere. Hinc & Medici mistis sibi generibus sæpe medicinas componunt. 42

C

Cur medicamenta purgare valeant, cum alia pleraque amariora, cæterisq; eiusmodi qualitatibus insigniora id facere nequeant? An 43

quia non ob eiusmodi vires purgandi obtinent facultatem, sed quia concoqui nequeunt: etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis, quamuis exiguo corpore incoctilia sint, aptaq; vincere, nō vinci ab animantium calore, resoluiq; eadem facile a ventre vtrolibet possint, hæc medicamenta habentur. Vbi enim ventrem adierunt, resolutaq; sunt, statim ad venas per easdem ferūtur semitas, quibus permeat cibus: mox cū nihilo concoqui potuerunt, sed victrice perstiterint potentia, relabuntur, & quæ sibi obsistunt, secū detrahunt: quę res purgatio vocitatur. Aes vero, argentum, cæteraq; generis eiusdē, etsi concoqui a calore animalium nō possunt, sed resolui a ventribus nequeunt. Oleū, mel, lac, cæteriq; eiusmodi cibi, purgandi quidē vim obtinent, sed quantitatis, non qualitatis ratione. vbi.n. ob nimiā sui copiam concoqui minime potuerunt, tunc purgant, si quando id facere possunt. Duabus enim illis de causis aliquid cōcoqui nequeat, aut quia generis peruicacis est, aut quia modum excesserit. quamobrem nihil ex prædictis medicamentum est: quippe cum non ob aliquam sui facultatem purgare valeat. Acerbitas autem, acor, malusq; odor medicamenta comitantur, eo ꝙ genus medicamentorum cibo contrarium est, quod enim concoctum a natura accessit, id corporibus adhærescit, alimentumq; appellatur: quod autē conuinci, domariq; minime possit, sed venas ingressum per excessum caliditatis frigiditatis ve suæ perturbet, hoc naturā sane obtinet medicamenti.

44 Cur piper, si large sumatur, vesicam soluet: si parce, aluum: econtrario scammonea si large sumatur, aluum soluet: si parce, & quæ vetus est, vesicam? An quia singula magis a singulis mouentur: piper.n. magis vrinā ciet, scammonea aluum. Itaq; si piper sumptum copiosius est, ad vesicam defertur, nec se in aluum diffundit. sed si exiguū ceperis, retentum id aluū soluet, atq; ita medicamētum eius existet. Scammonea vero, quæ data copiosius est, retinetur, vt resoluatur: resoluta iam medicamentum efficitur, ob causam, quam superius proposuimus. at si exigua vna cum epoto humore per inuisibiles meatus imbibitur, ac celerius antequam perturbet, in vesicam defertur, qua pro sua facultate recrementa, colliquamentaq; residentia per summa abducit. sed illa multa, vt dictum est, quòd diu ex virium soliditate permanserit, large expurgat, sordesq; terrenas potissimum detrahit.

45 Cur inflammationes easdem alii frigefaciendo sanent, alii calefaciendo concoquant? An quòd illis per refrigerationem, his per externum calorem, caloris sui copiam colligere placet.

46 Cur mutari cataplasmata debeant? An vt plenius sentiatur. Solita enim, vt ea quæ ventriculo mandamus, non amplius medicamenta sunt, sed pro alimentis recipiuntur: sic etiam hæc fungi suo munere nequeunt.

47 Cur cibum imminuere, laborem augere salubre est? An quia cau-

A ſam ægrotandi excrementorum habet nimietas, quę tunc certe exultat, cum aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt.

Cur medicamenta, & res amaræ, aut fœdi odores magna ex parte purgare poſsint? An quoniam amara quæcunque, maleq́; olentia concoqui nequeunt: qua de cauſa medicamenta quoque amara ſunt, atque fœtida. Quòd enim concoctionem nullam ſibi admittunt, mouereq́; cum amaritudine poſſunt, hinc medicamenti ſortiuntur naturam. & ſi iuſto plus data ſint, perimunt. Quæ autem necant, etiam ſi exigua dentur, hæc non medicamenta, ſed toxica eſſe dicimus. Nec illa quidem medicamenta vocamus, quæ non ſui generis qualitate purgare queant. Sunt enim pleraque in genere cibi, quæ ſi large ſumantur, facere idem poterunt, ceu lac, oleum, muſtum. Sed hæc omnia, quòd minus facile concoquuntur, idcirco purgant: nec omnes, ſed aliquos. ſunt enim aliis alia concoctu facilia, difficiliave. quamobrem non eadem medicamento omnibus ſunt, ſed propria pleriſq; B comperiuntur. Denique medicamentum non ſolum a concoctione immune, ſed etiam motus efficiens eſſe debet: ſicut & exercitandi ratio extrinſecus, aut intrinſecus accedens, non niſi per motum alienā excernit materiam.

Cur odorata genera tam ſeminum, quā plantarū, mouere vrinā poſsint? An quia calida, cōcoctuq́; facilia ſunt: quo in genere ea collocamus, quę citant vrinam: horū enim vis inſita calefaciendi breui extenuatur. Odor quoque nullam corpulentiam gerit: nā & ea, quæ odorem pleniſsime reddunt, velut allia, caliditate ſua mouent vrinam, vel potius vim obtinent tabefaciendi. Semina vero odorata calida eſſe certum eſt.

Cur impuris, tetriſq; vlceribus, ſiccis, acribus, acerbiſq; medicamentis vtendum ſit: puris vero & ſaneſcentibus humida tantum imponātur? An quòd impuris detrahendum aliquid eſt, quo nō niſi C humor eſt alienus, qui adimi debet. genus autem medicamenti, quod mordax, acre, acerbūq; eſt, id efficere poteſt, & ſiccum magis quā humidum. At quæ pura ſunt, cicatricem tantum deſyderant.

Cur morbis, qui contrahuntur a pituita, libido immodica proſit? 51
An quòd ſemen genitale excrementi cuiuſdam detractio eſt, ideo naturam prę ſe fert pituitæ. quòd igitur multum pituitæ concubitus detrahit, iuuare idcirco poteſt.

Vtrum ergo inter initia mali cibum afferre melius ſit, an poſt? An 52
inter initia, ne iam penitus, debilitato febris occurſet. Igitur vel extenuandum protinus eſt, vel ita alendum. Sorbitionibus primum recreandum: hę nanque mitiores, leniores, colliquabilioresq; ſunt, & alimentum hinc capere infirmum corpus expeditius poteſt. Nihil enim cibum in ventriculo reſolui, perferuereq; ante oportet: quod non niſi labore cubantis fieri poteſt.

Cur intuēdum vrinā, an concocta ſit necne, profluuio intercepto 53

mingendi potius, quam perpetuo? An quòd signum concoctionis D
vrina exhibet russa, quod quidem melius intercepto profluuio depre
henditur. Genus enim quodq; humoris suum colorem plenius ostẽ
dit, cum exiguum est, quam cum multum: nam in multo figuræ, in
* guttis exiguo colores conspectiores sensui obuiant. quod etiam in rore, san
guine, *lachrimaq; palpebris adhærente patescet. Vrina igitur si
continue dimittatur, copiosior redundabit: sin intercipiatur, index
sui coloris certior erit. Quòd si iam ex concoctione colorem traxit
eiusmodi, talis profecto apparere et amplius pōt, cum lumen se re-
fringat, & tanquã speculum fiat propter intermissionẽ profluuii.

54 Quam ob causam corpus, cui secundã conciliamus valetudinem, non densum, sed rarum reddendum sit? An vt vrbs, locusq; quicunque salubris est, qui placide aspiratur: quapropter & mare quoque salubre est: ita etiam corpus, quod spiratius est, sanitati opportunius constat. Aut enim nullum recrementum existet, aut quod extiterit, quamprimum exercenatur, danda opera est: corpusq; est semper ita E regendum, vt simulatq; excrementum admisit, habeat qua parte illud excernat, sitq; motui deditum, non quieti. Quod enim manet, putrescit modo aquæ immotæ: putrescens vero morbum committit. at quòd excernitur, antequam vitietur, decedit. Hoc igitur vt corpore denso nũquam contingit, (fit enim propè vt inuisibilia foramina claudantur) sic raro, solutoq; accedat necesse est. Quamobrem in Sole, nudo corpore minime ambulandum est: spissatur etenim caro, & concalescit, corpusq; parte interiore humidius redditur, quantum enim humoris residet, abolctur, quantum intestinum est, manet intactum. Qua ratione quoque carnes assę lixis humidiores sunt. Nec pectore quidem nudo ambulandum est: ita enim vis Solis corporis optime partis conditę adimet, quæ nulla egeat demptione, sed inferna potius eam desyderant. Inde igitur vt & remoto non nisi cum labore sudor educitur, hinc facile ob loci opportunitatem digeri pōt. F

55 Quam ob causam * pernionibus, & ambustis frigore tam aqua frigida, quã calida prosit? An quoniã genus id vitii ex nimio humore cõsistit. frigida igitur humorẽ restringit, atq; ex aspera: calida in spiritũ vertit, carnemq; elaxans, libertatem effandi præbet spiritui.

* pternionibus le. in cõ. Al.

56 Cur frigus perniones, calor ambusta & facit, & tollit? An ꝙ eadẽ vis colliquefaciendo facit, exiccando tollit.

57 Cur potio febrientibus sæpe, & paulatim subministranda sit? An ꝙ potio multa præceps defertur, exigua lente incedens irrotat, madefacit, seseq; insinuat corpori. Sicut enim in humo, si æqua large accesserit, perfluet, si paulatim vero, madefaciet tantum: ita etiam in febribus agit. Nã & aquas fluentes si quis paulatim deducit, alueus humore totum ebibit: sed si tantundem aquæ vniuersum dimiserit, scaturigo velox vsq; eo profluet, quo deducere libitum est. Tum æger quiescere, immotusq;, quoad maxime fieri potest, iacere debet. im-

A motus inquam, quòd ignem quoq; emarcescere certum est, vbi a nul
lo mouetur. Nec aduersus flatui cubet, quoniam flatus excitat ignē,
solicitusq; per auram ignis ex paruo magnus assurgit. Obuelandus
æger, operiendusq; propterea est: quia si nullum igni concedatur spi
raculum, extinguetur. nec veste quidem exui debet, donec insudare
occeperit. Vt enim subiectum hunc ignem visui, sic & delitescentem
illum naturæ humor extinguit. Adde in genere febrium intermit-
tentium balneum, & fomenta pedibus admouenda, & vestem plenio
rem superponendam, & quietem agendam: quibus præparetur, vt cor
pus perquam calidum sit ante accessionem. Vbi enim multum su-
perest ignis, lucerna nequit ardere: exiguum quippe ignem multus
ille ad se trahit. ita fit vt multum ignis in corpore præparandum sit:
febris. n. exiguū cōtinet ignē, multusq; proinde ad se ducet exiguū.

Quartanis febribus ratio victus extenuanda non est, sed ignē cor- 58
B pori interferendum necnon exercitatione vtendum: & qua die acces-
sio instant, lauandum, somnumq; minime quærendum. Hic victus
calefaciens prodest, quia febris quartana imbecilla est: nam nisi im-
becilla esset, quartana nō fieret. Videsne lucernam, vbi multus ignis
perflagrat, suam asseruare flammulam minime posse? multus enim
ille exiguum ad se rapit. ergo multum ignis accendendum in corpo
re est, vt quod exiguum febris continet, restinguatur. Sit igitur vi-
ctus quotidiani ratio, quę partim ignē, partim rorē indat in corpus.

Morborum alii ab igne, alii a rore creantur. Curat morbos ignis 59
ros, roris ignis: hic enim exiccat rorem.

A R I S T O T E L I S
P R O B L E M A T V M
S E C T I O S E C V N D A:

C

Eorum, quæ ad sudorem pertinent:

Cuius quæstiones. **X L I I.**

CVR neque intento, neque cōtento spiritu, sed po 1
tius relaxato sudor proueniat? An quoniam reten
tus spiritus venas implet, itaque humorem exire
non patitur: vt in aqua fit vasis, quod in mare de-
missum, dulcem intra se colligit humorem, clepsy
draq; ob id nominatum est. nequit enim effluere,
cum quis pleno iam vase partem alteram obtura-
uit: sed vbi per spiritus libertatem sudorem prome
re licuit, multus certe erumpit, quoniam eo ipso retentu, copia humo
ris paulatim collecta est.

2 Cur membra aquæ immersa calidæ non sudent, etiam si ex se ipsa recalescant? An quòd aqua liquescere non finit, sudor autem res vitiose adiuncta corpori est, vt qui per calorem excerni debeat. D.

3 Cur sudor salsus sit? An quia motu efficitur, & calore secernente quãtum alienum per adhærentiam, intimationemq; inest in aliméto ad sanguinem carnesq;. id enim ocyssime segregatur, quoniam nec aptum nutritioni est, & foras demum euanescit. Salsus vero propter id est, quòd pars quidem dulcissima leuissimaque tota ad corpus nutriendum assumpta est. Pars autem alienissima, crudissimaq; tãtum absoluitur, quæ partim deorsum collapsa & subsidés, vrina vocatur: partim in corporis summa emergens, sudor est: ambo tamen salsa ob eandem causam prodeunt.

4 Cur magis parte superiore corporis, quã inferiore sudemus? Vtrũ quoniam calor sursum tendit, superq; manet, propterea humorem secum trahere potest. An quoniam sudorem spiritus moueat, qui sedem habet superiorem. An quia sudor non nisi humor est incoctus: quo certe humore pars humet superior: habitus etenim corporis supra potius innotescit. E.

5 Quam ob causam cum manus exercitamus, sudor maxime oriatur, modo cæteræ corporis partes positum suum seruent? An quoniã robur huic præcipue loco inditus est, hoc enim spiritum continemus, qui parti robustissimæ proximus est: dum vero laboramus, vires augemus: his auctis, magis spiritum continemus. Tum etiam cum hac perfricamur parte, magis, quam cum alia, laboramus. spiritu nanque retento simul & perfricamus, & perfricamur, dum ita exercemur.

6 Cur sudor capitis aut nullum reddat malum odorem, aut minus, quã reliqui corporis? An quia locus capitis opportunus spirationibus est, & quidem laxum se ipse demonstrat, argumento exoriendi capilli. Loca autem, & quæ in locis tenentur, grauiter olent, si spirandi careant libertate. F.

7 Quam ob causam, qui se lucta exercent, si interposita aliquantisper quiete luctentur, magis sudabunt, quam si continue? An quoniam humor data requie sese colligit, quem deinde luctandi exercitatio educit. Cõtinua vero illa, modo Solis corpora assiccare potest.

8 Cur magis sudamus, cũ non longo interposito tẽpore sudor euocatur? An quia non humor tãtum causa est vt sudemus, sed foraminum quoq; auditorũ apertio, & corporis raritas atq; solutio. His igitur, qui diu sudandi intermiserint vsum, foraminum iter clauditur: at iis, qui crebro vtuntur, patefactum semper habetur.

9 Quare cũ Sol nuda magis, quã induta calefaciat corpora, induta magis sudare soleãt? Vtrũ quia Sol corporis, deurẽdo, foramina cõprimat. An quia vapores exiccet, q̃ minus possunt accidere indutis.

A Cur facies maxime sudet? An quia quæ laxa, humida, solutaq; 10
maxime sunt, hæc sudori se peruia exhibent. Caput autem fons esse humoris videtur. & quidem pilorum lasciuia sedem hanc propter humoris copiam possidet: locusq; idem rarus, gracilentulq; est: igitur secundum naturam transitus agitur sudoris.

Cur igne neq; vniuerso, neque per diminutionem oblato, sed per 11
incrementa continua magis sudamus? qui enim in * caldariis ita se * sudatoriis
calefaciunt, magis sudant, quã si protinus tantundem ignis admiserint. An eo ꝙ se modice habeat, agat vnumquodque: ergo si tantum agit, plus si fuerit, non aget. An potius è diuerso, quoniam scilicet eo rem quodque efficiat, ꝙ se modice habeat. hac igitur de causa nihilo plus sudamus, vbi plus additum sit. Sed quoniam modi singuli singulis respondent, quodq; iam egerit, non amplius agit, hinc fit, vt modo aucto magis sudemus. neque enim quod præcedit ad singula, & præparat, vt res subdita apta sit, idem potest etiam opus efficere,
B sed aliud hoc fungatur officio necesse est. Parum itaque potius quam multum caloris præcessit, præparauitq; corpus ad sudandum: sed ad efficiendum alio certe, ampliorić; modo opus est. hoc enim effici ab eo non potest, quod prius agebat, sed aliud post desyderetur, quod modum obtineat conuenientem.

Cur detergenti magis profluit sudor, quam residere sinenti? Verũ 12
quoniam refrigerari extrinsecus contingat. An ꝙ sudor exterior, velut operculum foraminibus adhæreat corporis, ita ne inferior se promere possit.

Qua de causa ruta, & nonnulla pigmẽta sudores fœtidos moueãt? 13
An quia quorũ odor grauitatem præ se fert, hęc humoribus sordidis admista fœdum mouere odorem possunt.

Cur tergo magis, quã priore parte sudamus? An ꝙ in parte priore 14
locus sanę intus habetur, in quem humor deducitur, quod in posterio
C re non est, sed foras ibi excernatur necesse est. Hoc idẽ etiam facit, vt ventre minus, quã pectore sudemus. Addo quòd sudorem terga magis seruare possunt, & posterior pars magis, quã prior: quoniam prior magis, quã posterior refrigeratur. quod etiam causæ est, vt alæ citissime, atq; maxime valeant resudare, videlicet quia minime refrigerantur. Ad hæc posterior carnulentior pars est, quã prior, & proinde humidior. Causam vero, cur humidior sit, medulla habet, quæ per spinam tendens, multum humiditatis afferre posit.

Cur ea parte, qua iacemus, sudare nõ possumus? An quoniã pars, 15
qua tangimus, cum plus quã modicum sit incalescens, prohibet, ne permeet sudor: resiccat enim, atque absumit. Item comprimi eam partem sic euenit: hæc vero sanguinem compressa diffundit, quo diffuso satis refrigeratur. Argumento sane torpor est: quippe qui non nisi frigoris iniuria fiat, atq; effici vel afflictu, vel ictu soleat.

Quare qui dormiũt magis sudãt? An circũobsistendi ratione eue- 16

nit. calor enim parte interna collectus potest expellere humorem. D

17 Cur facie maxime sudemus, cum in ea minimum carnis sit? An quod expeditius illa sudare possunt, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autem tale est: continet enim suam plurimam humiditatem: quod vtiq; venarum ratione patescit, quæ hinc pertendunt. Distillationes quoque ex capite oriuntur, & cerebrum humidum est, & foramina per multa in capite habentur: quæ tam multa esse, ac foras vsque pertendere, capillorum indicio cõstat. igitur sudor non a partibus imis, sed de capite oritur. Vnde etiam fit, vt primmum, & maxime fronte sudemus: prima enim frons subdita est. *

* Cod. Græ. ad humidũ autem deorsum fluit, nõ aũt sursum.

18 Qua de causa qui sudant, si vel aqua, vel flatu refrigescant, nauseant? Vtrum quoniam humor, qui ex fluxu continuo minime quiescere possit, hic refrigescens in parte priore vniuersus cõstiterit. An quòd spiritus, qui foras versus proueniens, in sudorem ob frigoris occursum conuertitur, hic intus ante frigescens, quã exeat, transeat in humorem, atque in eam partem incumbens nauseam moueat. B

19 Cur in capite, pedibusq; incalescentibus sudores maxime excitantur? An quoniam humorem ad se membra incalescentia trahunt: humor autem partẽ, qua absumatur, nullam habet, cum ea loca ossibus scateant: itaque vt excipat foras, necesse est.

20 Quare qui laborant, vbi a labore destiterint, sudare incipiunt? nã si labor causa est, cum laborant, sudare debent. Vtrum quòd inter laborandum venæ spiritu inflatæ comprimi foramina cogant, data vero quiete laxæ considerant. itaque per ampliora iam facta foramina, expeditius humor peruadat. An quoniam, cum laboratur, spiritũ ex cohærente humore motus secernit, & calore qui a motu excitatur, humor in spiritum per summa corporis extenuatur. cum vero a labore cessatum est, simul & calor desinit, & ex spiritu spissescente humore qui sudor appellatur, consistit.

21 Vtrum per æstatẽ potius, an per hyemem sudor mouendus sit? An tunc opportune sudatur, cum humidiora corpora sunt, neglectaq; difficiliora redduntur: igitur per hyemem potius conuenit. An magna per id tempus mutatio fit, nec excrementa concoqui possint, cum cœlum contra naturam frigeat. igitur per æstatem potius mouẽdum, quippe cum humores per æstatem potius omnes putrescere soleant. quapropter exhauriendum tunc est, vt etiam veteres omnes authores hac eadem de causa censent. F

22 Quare cũ corpus assidue fluat, effluxusq; ipse de excremẽtis proueniat, corpus leuari non possit, nisi sudauerit? An quia minus excernitur, quàm satis sit. Cum enim ex humore mutatur in aerẽ, plus de minori existat, necesse est. humor enim quicunque copiosius, cum se discernit, redundat, diutiusq; ob eam rem profecto excernitur. Lenta item glutinosaq; excrementa, vt cum humore propter mistionẽ excerni possunt, ita cum spiritu nequeũt: quæ quidẽ res maxime

A officere potest. Hinc etiam vomitus magis, quã sudores, corpora leuant: quoniam ea ipsa excrementa educunt, vt qui crassiores corpulentioresq; sint, vtq; cum carni quidem procul is locus sit, qui lentam illam glutinosamq; materiam continet: itaq; non sine magno negocio dimouendi datur facultas. Ventri autem e vicino est: aut.n. in eo consistit, aut prope, quo fit, vt difficile queant aliter educi.

23 Cur minus inter laborandum sudamus, quam cum relaxati labore quiescimus? An quoniam cum facimus, laboramus: cum fecimus, laborauimus. igitur plus tunc ratione excernitur. Alterum enim fieri est, alterum esse. An quia cum laboramus, carnis foramina retento spiritu obseruantur: cum autem relaxuimus, aperiuntur. quo fit etiã, vt spiritu retento minus sudare possimus.

24 Quam ob rem non in currendo, agitandoq; corpus, sed posteaquam cessatum est, plus sudoris euadat? An riuus quemadmodum manu, vel aliquo fluens vndiq; aqua obstrusa se colligit, relaxataq; B demum copiosior profluit quam ante; sic etiam inhiberi eadem a spiritu potest: vt in vase, cui nomen clepsydra, atque etiam in vesica. coercetur enim, detineturq; intus humor a spiritu. Pari igitur ratione cum corpora motu vehementiori citantur, spiritus intus circumuenitur, coerceturq;: itaq; venæ etiam distenduntur, ac intumescunt, cum humor se educere nequeat. Quòd cum vniuersus coerceatur, spiritu post relaxato, vniuersus erumpat necesse est.

25 Cur si quis cum biberit, cibum sumat, minus sudet? An quoniam cibus ingestus humorem attrahit quasi spongia. est enim non parum, rei impetum retorsisse. quod vel fluentorum constat argumento: ita enim cibo quoq; ingesto, meatus apprehendisse plurimum valet.

26 Cur * trepidantes pedibus sudamus, nõ facie? Rationabilius enim tunc pedibus quoq; sudetur, cum corpore toto sudamus: locus hic enim frigidissimus est: quam ob rem pedes minime solent sudare. Et C quidem Medici in aduersis valetudinibus pedes potissimum operiẽdos pręcipiunt, quoniam frigus hi quam facillime sentiunt: itaq; rigoris initium reliquo etiam corpori expedite committũt. An quòd trepidatio non caloris de summis locis ad ima transitio est, vt accidit in metu, ex quo alui etiam metuentium sæpe funduntur, sed eius incrementum potius caloris accedit, vt in ira: quippe cum ira feruor cordi suffusi sanguinis sit, & trepidans ipse non metu, refrigerationeq; sit ita affectus, sed membris ipsius affectione.

* ἀγωνιῶντες, cum angore certantes.

27 Cur iidem facie non sudant, sed erubescunt? An quoniam amplius incalescunt, itaq; faciem calor assiccat errans per summa. Pedum tamen humorem propterea liquefacit, ꝙ vt minor est, quam vt exiccet, sic maior insito præconditoq; calore naturali est, vt sudorem ciere possit.

28 Cur dormientes, quam vigilantes sudare magis solemus? An ꝙ sudoris origo intrinsecus est: interna autem calidiora habemus: ergo

calor intimus humorem diffundens intimum, educit. An humoris D aliquid semper a corpore effluit:sed latet,quia nihil solidum est,cui humor occurrens se colligat. Argumentum cur ita sit,quòd partes ca uiores assidue sudant.

29 Cur in caldariis tum magis sudamus, cum tempus frigidum sit? An quoniam calor propter frigoris obsistentiam foras euadere non potest,arcetur enim.verum intus se peruoluens ac insidens, humoré soluit interiorem,sudoremq; ex eo producit.

30 Cur sudor vtilior est, qui corpore nudo currenti prodierit, etiam si minor sit,quam qui sub veste se prompserit? An quòd laborasse, quã non laborasse melius esse perpetuũ est:& sudor vero,quem labor præstiterit,eo melior est,qui sine labore prouenisset:& qui maiori cũ labore melior,quã qui cum minori Maiori aũt cum labore is est,qui nudo corpore currenti prodierit. Nam nisi admodum cursum intenderit,sudare non poterit,qui nudus est. vestitus contra, celeriter sudat,etiam si parum se concitarit,propter vestis teporem. Et vero co- E loratiores redduntur,qui nudi cursum æstiuo tempore agitant, quã qui cum veste.quia vt omnes qui loca libera aspirationaq; incolunt, melius colorantur, quam qui impedita & silentia tenent: sic etiam seipso quisque coloratior est, cum veluti spiritui afflanti placide patet,quam cum perstrictus,obductusq; a calore nimio angitur: quod certe iis accidit magis,qui vestiti percurrunt. Hinc etiam fit, vt qui nimis dormiunt,minus colore hilarentur,quam qui se modice somno recreant. nam dormiens quoq; ipse astringitur, & propemodum strangulatur.

31 Cur pedes in trepidatione sudant,& non facies,cum in muneribus vitæ omnibus, vt facie maxime, sic pedibus minime sudemus? An quia trepidatio metus quidam super re inchoanda est, metus autem refrigeratio partis superioris est. Quam ob rem facie quoq; pallent, qui trepidant:pedibus item solicitantur,& palpitant:sic enim trepi- F dantes homines faciunt,seseq; quodam modo exercent: quapropter ea ratione,parte sudare solent,qua laborant Manus etiam assolent perfricare, & se modo inflectunt,modo extendunt, etiam sæpe exiliunt,neq; etiam vnquam quiescunt.sunt enim exciti,propensiq; ad negocium,quoniam calor eorum se collegerit in pectoris loco, qui corpulentior est.quam ob rem vndiq; cum eo ipso calore, tum sanguine turgescente efficitur,vt motu vario, crebroq; agitentur. Sed pedibus maxime insudant, quoniam pedes perpetuo tenentur labore,cum cæteræ corporis partes quietem aliquam consequi per situs mutationem,motionisq; possint.

32 Cur in caldariis igne neq; vniuerso,neq; decrescente assiduo,sed per incrementa continua oblato, magis sudatur? plus enim ita educitur sudoris,quam si principio statim ignis tantundem affuerit. An quòd principio multum ignis adhibitum, carnem, cutemq; summã

A ſicciorem occupans vrit,atq; in modum teſtæ indurat: quæ cum ta-
lis reddita ſit,ſudorem arcet,obtruditq;. Parum autem contra carnē
relaxans rarefacit, ſeoſimq; inteſtinum humorem excitat, vt ſecer-
ni,educiq; poſsit. Carne autem rara plus ignis adhibitum,& corpo
ris ima facile ſubiens, humores iam inde præmollitos in vaporem
conuertit,partesq; eorum prætenues ſecernens educit cū ſpiritu.

Vtrum per æſtatem potius, an per hyemem ſudor mouendus ſit? 33
An hyeme calor intus ſe contrahens concoquit,extenuatq; in ſpiri-
tum humores interiores: quòd cum omnes, aut certe maxima pars
conſumantur,nullam ſui excretionem admonent faciendam. At in
æſtate,cum per raram,ſolutamq; carnem calor euadat, humores mi-
nus concoqui poſſunt inteſtini: qua de cauſa exhauriendum omni-
nò eſt. quoniam ſi permaſerint, temporis eius qualitate putreſcent,
morbosq; contrahent:putreſcit enim quodq; externo calore: nam vt
B ſuo quodq; calore concoquitur,ſic externo putreſcit. Igitur per æſta
tem externus præualet calor:ex quo fit, vt quæuis in æſtate putre-
dinem ſentiant.Per hyemem vero,quia calor ſuus ille,ac domeſticus
dominatur,hinc tempus hoc minime creare putredinem poteſt.

Quam ob cauſam cum ſudor calore,vel interno, vel externo fieri 34
ſoleat,euenit vt horror nonnullis ſudoribus poſsit excitari? An quò
niam ſudor,qui ex calore prodit interno,ſe ſcilicet de loco amplo in
breuem (corporis dico ambitum)contrahente,primum caloris mea
tus & circuitus patefacit: deinde horror,carne iam madefacta ex to-
to,caloreq; exeunte,citatur. Calor autem,qui extrinſecus mouet,pri
mum ſumma corporis aperit, rarefacitq;: tum calor naturæ inter-
nus profluens excitare horrorem poteſt.

Cur calidi ſudores frigidis meliores habentur? An quòd omnis 35
ſudor excrementi cuiuſdam ſecretio eſt. parum autem excrementi
amplius incaleſcere conſentaneum eſt: plus autem non æque,ſed mi-
C nus. Itaque ſudor frigidus excrementi multi indicium eſſe poteſt.
quocirca morbos quoq; is facit longiores.

Cur minus ad ignem multum ſudamus, cum tamen præ calore ſu 36
dor omnis moueri ſoleat? An quoniam humor, aut corpore vehe-
menter calente in ſpiritum diſſoluitur humidum, aut cum prouene-
rit, adeo cito calore nimio exiccatur, vt ſenſus ſudoris multus eripi
poſsit.

Cur ad ſolem acrius calefacientem corpora,quæ nullo indumen 37
to teguntur,nihil pene ſudant: quæ autem ſatis veſte intecta ſunt,
copioſiſsime ſudant? Eandem de hoc etiam,quam de ſuperiori, cau-
ſam reddendam cenſemus.

Quam ob cauſam cum motus acuti magis, hebetes minus ca- 38
lefacere poſſe videātur, ingreſſus tamē per accliuia, qui hebetiores
ſunt magis mouēt ſudorē,proſiſtuntq; ſpiritū,quaſi amplius calefa-
ciant, quam decliues? An quòd graui cuiq;, vt ferri deorſum ſecun-

dum naturam est, sic ferri sursum contra naturam est. Itaq; caloris natura, quæ nostra prouehit corpora, vt nihil per decliue laborat, sic per accliue pressa onere nititur, acriusq; ob eiusmodi motum incalescit, & sudorem mouet, & spiritum prosistit. Quin etiam corporis varius inflexus nonnihil afferre causæ potest, vt directa spirandi reciprocatio auferatur.

39 Qua de causa cum sudor moueri soleat, quo magis quis se operuerit, non ii sudant, qui vestem plurimam admiserunt? Eadem etiam de hoc ratio, quæ prius reddenda est.

40 Quam ob causam cum corpora ficciora magis per æstatem, quam hyberno tempore sint, sudori magis in æstate pateamus? An quòd per æstatem propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur, humoresq; proinde resoluere in spiritum potest. per hyemem autem parte exteriori densata, corporum calor frequens naturæ coercitus, humorem minime in spiritum resolui patitur. Adhæc, æstate humoris multum haurimus, hyeme autem e contrario agitur.

41 Cur sudores, qui corpori bene valenti sponte prouenerint, iis deteriores habentur, quos labores citarint? An quòd labores excrescentem humorem exhaurientes, carnem efficiunt ficciorem, vt cauernæ foraminum sanitati sint opportunæ, & per caloris transmissionem fieri nulla possit obseptio, siue oppilatio. Sudores autem spontini appellati, qui ex necessitate oriuntur, cum scilicet foraminibus naturæ ab immodico humore confusis, calor non omnino occupatur ac vincitur, sed repugnare adhuc, extrudereq; humorem potest: hi recte pro signis morbi habentur futuri. Nam etiam calor ipse a largiori humore, quam qui modicus secundum naturam sit, hebetatur: & caro plene madescens, pessimum ad secundam valetudinem concipit habitum.

42 Cur tempore hyberno minus oriuntur sudores, nec uos per id tempus sudandum æque censemus, quamuis corpora humidiora tum cõstent? An minus sudamus, quoniam humores per hyemem concreti, coactiq; sunt vehementer: quare minus dissolui tum queunt. Sudandum autem minime per hyemem censemus, quia corporis eiusmodi dispositio salubris est. Qui autem mouet sudorem, labefactat, confunditq; habitum corporis, atque etiam laxiorem quam conueniat eundem habitum reddens, simul & intimum calorem educit diminuitq;, vt non æquæ gelido cœlo possit resistere: & humor externus expeditius se corporibus iuserit, cum laxiora iam foramina propter sudationem habeantur.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO TERTIA.

Eorum, quæ ad vini potum, & vinolentiam pertinent:

Cuius quæstiones, XXXIIII.

A VAM ob causam vinum cum calidum sit, vinolenti non calent, sed frigent, & dolore laterum, cæterisq; huiusmodi vitiis excipiuntur? An quòd multum humoris cum refrigeratum est, multum frigoris concipit, ita vt calorem superet naturalem. Fit enim simile intrinsecus carni: vt si vestis nimio madefacta humore, rigorem proinde acris frigoris admittat. 1

Qua de causa, non qui vehementer, sed qui leuiter se ebriauerunt, delirant? An quòd neq; tam parum biberunt, vt similes sobriis sint: neq; adeo multum, vt soluantur & langueant, quomodo efficiuntur, qui multum hauserint. Adde, quòd sobrii ratione iudicant penitus, temulenti ne tentant quidem aliquid iudicare, leuiter ebriati iudicant, quoniam quidem vino non penitus detinentur: sed praue id faciunt, quia sobrii nō sunt: quo fit, vt mox & contemnāt alios, & contemni ab aliis se ipsi existiment. 2

B Cur magis crapulam sentiunt, qui dilutiusculum bibunt, quam qui merum ex toto? Vtrum suæ tenuitatis causa vinum temperatum expeditius loca plura, angustioraq; subeat, intemperatum autem minus facere id possit: itaq; difficilius educi potest quod dilutum est, An quòd merum minus bibitur, vtpote quòd multum bibi non possit, magisq; vomitu reiicitur. Ad hæc merum, vt cætera concoquit, quia calidius est, ita etiam seipsum consumit: diluto autem illo e cōtrario agitur. 3

Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum? An quòd habitus corporis eorum præhumidus est: semen autem nō quod humidum, sed quod constat, crassumq; est, hoc vim obtinet procreandi. 4

Cur ebriosi tremunt, & eo magis, quo liberalius merum hauserint? Absurdum enim id esse videri potest, quandoquidem vinum calefaciendi vim habeat, & tremor ex frigore præcipue soleat prouenire: itaq; qui rigent, maxime tremunt. Sed tamen multi cum mero 5

uarie cernitur, id securius occurrisse uideri potest. Quod enim cernitur, non nisi conspectus tactione sentitur. fieri autem non potest, vt idem pluribus simul attingatur. Quod cum nullum sensum admittat id tempus, quod interpositum tempori distinguat, quo rem conspectus attingit, & quo repetit, efficitur hinc, vt tempus vnum esse videatur, quo attingitur, quoq; repetitur. Itaq; cum plures aspectus rem eandem attingant eodem tempore, plura esse videtur, quod vnũ conspectui subiacet: quoniam fieri non potest, vt res eadem modo eodem attingatur. D

11 Cur vinolenti concumbere nequeant? An quoniam pars quædam magis caleat, quam reliquum corpus oportet: quod in his fieri non potest, ob nimium totius corporis feruorem: extinguitur enim calor motionis internæ obtentu caloris occupantis; quoniam multum in his inest, quod humidum, crudumq; officiat. Ad hæc, semen a cibo proficisci necesse est: cibus autem omnis concoquitur, quo satiati ad venerem plane incitamur. Vnde hac de re pleriq; prandere large, cœnare parce præcipiunt, vt cruda insint, quam concocta, pauciora. E

12 Cur si quis vinum dulce, ac merum, aut cyceonem inter potandũ hauserit, sobrius persistere possit? Et cur minus ebriantur, qui calice amplo, fœcundoq; hauriunt? An omnium eadem illa ratio est, quod superficialis calor ita supprimitur. Vinolentia enim cum oritur, cum calor sedem capitis totum occupauit.

13 Quam ob causam cum vinum dulce aptum sit fluitare, si quis temulentus dulce superadmisit, haustum vinum concoquitur, minusq; infestat? An quia vinum dulce lene, ac lentum est, itaq; foramina obfarcit, atq; interfepit: austerum contra, exasperans, rigidum est. Facile item ascẽsum calori hoc prestat, dulce aũt obstrusu foraminũ calorem arcet ac inhibet. vinolentiam vero parte concalefacta superna oriri dictum iam est. Addo etiam, ꝙ vinum dulce inodorum, austerum autem odorum est: odor autem omnis caput tentat, & ingrauat. F

14 Cur a vino diluto, meracius tamen, caput postridie magis dolemus, quam ex mero? An merum, quia crassius est, foramina capitis angusta subire ipsum non potest, sed vim suam, atq; odorem, & calorem tantum transmittit. Dilutum aũt illud, quoniam per aquæ admistionem tenuius factum est, facile ipsum subit, ac penetrat: cum tamen partem corpulentiæ, facultatisq; meri non mediocrem adhuc retineat, concoctu difficilius est: nam & humida, omnium difficillima concoqui, & corpora longe peruicaciora, quam facultates eorum persistere nouimus.

15 Cur inexercitati magis, quam exercitati ad vinolentiam vsq; potare, & vino facilius solui possint? An quoniam qui excrementa, humoresq; in se continent, vrinam copiose profundunt: quod facit, vt plus bibi & leuari facilius possit, quoniam non multum vinosi hu-

moris

A moris in ventre remaneat. At qui inexercitati humidi sunt, excremẽtisq; redundant. exercitati contra, sicci siticulosiq;, vt vini humor se se totum insinuare corporibus possit. Statim igitur hic vini impetus vrinam retractat, & post humor hic in corpore insidens grauitatem creare nimirum potest.

Cur vinum alios retardos, alios superbos reddit, atque insanibũdos? contrario enim affectu id agitur, quandoquidem alteri magis, alteri minus moueantur? An (vt Chæremõ ait) vinum sese pro moribus vtentium applicat. Contraria igitur reddit, non quæ eadem, sed quæ sunt dissimilia: vt ignis alia exiccat, alia humefacit, sed non eadem: & quidem glaciem liquefacit, salem indurat. Nam & vinum, vt quòd suapte natura humidum sit, homines tardiores incẽdit, redditq; mobiliqres: contra mobiliores dissoluit, atq; retardat, Vnde plerosq; * melancholicos penitus resolui, labiq; ĩ crapulis nouimus. 16 * natura.

B Vt enim balneum corpora perstricta duraq; relaxat, agilioraq; facit: humida vero, & mobilia dissoluit, atque infirmat: sic vinum quasi interna hominis diluens, ita afficere potest.

Quid est cur brassica sedet crapulam? An quòd succum dulcem, discutientemq; obtinet: vnde Medici eam aluo infundunt. frigida autem ipsa est. Argumentum, quòd ad alui vehementes deiectiones Medici ea vtuntur, excocta in plenum, & suo * callo purgata, refrigerataq;, Fit igitur detentis a crapula, vt eius succus humores in aluum detrahat, qui vinosi, crudiq; tenentur, & ipsa supra in ventriculo remanens corpus refrigeret: quo fit, vt tenues humores ad vesicam labantur. quòd cum humor vtrinque educatur, corpusq; refrigeretur, recte liberari a crapula possint. Vinum enim humidum, atque calidum est. Euenit ad hęc, vt cum humores deorsum se trahunt, atq; excernunt, flatum etiam secum deducant. qui si per vinum liceat, in caput se efferens grauitatem creat, & crapulam: sin autem deorsum se vertit, corpusq; ob causam prædictam refrigeratum est, dolor crapulæ omnis tollitur. Est enim crapula feruor quidam, & desinens inflammatio quæ plus conflictat, quã temulentia: quòd mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente sibi constante, dolorem admouet. Vt etiam qui febre vrgente ludunt potius, quã dolent: iidem vbi leuati malo fuere, atque ad se rediere, indolere occipiunt. Hoc enim idem in crapula, quoque, & in temulentia euenire solitum est. 17 al. l. caulę.

Cur vinum dilutius temperatum vomitum magis, quã merum, quam aqua prouocat? An quòd ea maxime vomitum mouent, quæ innatare solita, quæq; insuauia, fastidiosaq; sunt. Vinum autem reprimendi vim obtinet: aqua tenuis, nec insuauis est. Quòd igitur tenuis est, cito pro sui tenuitate descendit: quod non insuauis, stomachum non perturbat. Vinum autem nimis dilutum, nec ita tenue est, vt perfluere possit celeriter: & fastidiosum est, quòd parum obtinet vini: sensum enim conturbat, quia plures motus in eo excitat, scili- 18

cet quem virium, quemq; aqua efficere pōt: ambo enim sentiri queūt. D
Quod autem fuerit modice temperatum, id sensum penitus aquæ tollit, vinique mollis, delinientisque sensum accommodat, ex quo suauiter bibi potest. Sed cum vinum immodice dilutum ita insuaue est, tum innatare, redundareque solet. quod autem tale est, vomitum id facile ciet.

19 Cur vinolenti aquas salsas & vitiosas melius, quā sobrii sentire possumus? An quo nima dura, & tristia certius ab iis sentiuntur, qui nimie cupiunt. latent hæc enim cupientes, & sæpe fallunt. At vero qui læte se habet, is non cupienti similis est: qui autem in tristitia est, cupientis hic gerit affectum. Sobrius autem ita se habet: vinolentus cō tra satiatus repletusque est.

20 Cur penitus vinolentis res omnes circunferri videntur, & cum iam amplius vinum attingit, nequeunt quæ procul posita sunt, enumerare? quo circa nonnulli hinc vinolentiæ indicium trahunt. An quia cō E
spectus frequenter a vini calore commouetur. Quemadmodum igitur, si sub oculo presseris rem obiectam, geminari videbis: sic etiam vinolentis accidere illud potest. Nihil enim interest, vtrum suppresseris, an aspectum commoueris, nec vtrum extrinsecus, an intrinsecus: idem enim obuenire, vel accidere vtraque ratione conspectui potest. Itaque res obiecta minime constare videbitur, atque etiam magis quæ procul abest: nam eo obtinebitur minus, quo se lōgius aspectus deducat. Propinquitas etiam illa mouendi amplius ad extremum absoluere interuallum potest. Item si æquabili cum vehementia sursum deorsumque aspectus se agitet, res minus assequatur remotas necesse est. deducta autem circūferri omnia solent, velut sagittæ, & quæ appensa dimittimus. Igitur visus quoque suam ob imbecillitatem, quasi procul deferatur, idem hoc patitur. nihil autem interest, visum, an rem visui obiectam commoueas.

21 Quā ob causam, quod vniuersum raptimq; bibitur, vētrē id minus F
humectat, cum tamen ab humore copiosiore plus humectari conueniat? An quod humorem multum, ac vniuersum venter superare non potest, sed locum adire suum indomitum patitur. Locus autem crudi humoris vesica est. Exiguum vero facile vincit, & concoquit: ex quo moram hic diutius trahens, ventrem porro humificare potest.

Cod. Græ. add. idem. n. operatur ad videndum.

22 Quam ob rem qui ante extenuatus, merum inde multum hauserit, morte occumbat: & plerique vero bibaces, cum se nihil extenuarint, multo tamen, vniuersoque meri haustu sicci efficiuntur? Quærendum enim hoc est, quandoquidem vinum calidum suapte natura est, & vt vita calore contineri apparet, sic mors refrigeratione accidere. An, vt ex cicuta, sic ex mero intereundum est, videlicet dum proprius calor paulatim extinguitur, modo tamen diuerso. Cicuta enim calorem frigiditate sua extinguit, humoremque indurat: vinum autem sua caliditatę calorem macerat naturalem. Et quomodo ab igne nimio aut

A Sole exiguus ignis extinguitur, sic intimus corporis calor a vini calore, si minus est, superatur, atque extinguitur.

* Cur vinolenti sunt ad lachrymandum propensiores? An effectuum huiuscemodi omnium eadem causa est, quã represſio, quæ scilicet agitur, per summa afferre potest: vinolentiam enim locis consistere capitis certum est. 23

Co.Græ. & Lat. forte vtriq; manci. ita legas.

Cur vinolentis somnus oriri nequeat? An quod ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est: hic enim concoqui expedite potest. quod si deest, exiguusque humor, aut concoctu difficilis inest, somnus non oritur: qua de causa post cibum, ac * potum somnolentisſimi fieri ob calorem solemus. Melancholicos vero, & vehementer æstuantes insomnia tenent: alteros, quia refrigeratus humor penitus est: alteros, quia nullus, aut minimus extat. Ergo rationem vtriusque affectus inde esse petendam palam est. 24

Cur vinolẽti sunt ad lacrymãdum ꝓpẽsiores? An q̃a calidi humidiq; fiunt. debiles igitur sũt itaq; facile ex puis mouentur.

B Cur ebriosi tremunt, & eo magis, quo largius merum hauserint? cùm vinum calefaciendi vim habeat, tremor autem ex frigore maxime proficiſcatur: itaque qui rigent, præcipue tremant. Attamen plerosque, cum mero tantummodo cibi gratia vterentur, tremores acres adeo inuaserunt, vt homines comprimentes a se omnes eiicerent, & cum aqua calida perfunderentur, nullatenus sentire possent. Alii vero cum eo ipso agerent modo, perfrictioneque, & carnibus in cibo vterentur, in stuporem attonitum inciderunt: quos tremor quidem mitius, scilicet ob immobilitatem torquebat: dolor tamen acerrimus, & inquietudo iam inde exercebat asſiduę. Tremoris itaque causa frigiditas est. nam & qui rigent, ea re pati ipsa videntur, vt dictum est: & qui admodum senuere: quorum vtrorunque alteri ab affectu frigido, alteri a frigida ætate vrgentur. vinum autem calefaciendi vim præcipue obtinet: quocirca contrarius quidam vt proueniat effectus, ratio exigit. An nihil prohibet rem eandem a contrariis effici, dummodo non agant modo eodem, sed diuerso. Exempli gratia: vritur & a gelu, & a calore, vbi gelu calorem coegit vniuersum. itaque modo quodam a contrariis effectus proficiſcitur idem: & modo quodam * non nisi idem producitur. Tremor autem ob inopiam exci atur caloris, non cuiusque, sed proprii. Corrumpitur autem calor, aut marcore, aut extinctu: extinctu quidem a contrariis, hoc est, frigido atque humido: marcore autem, vel indigentia nutrimenti, vt lucerna cum fomite aut oleo caret: vel ab alieno calore, vt ignis in Sole, & lucerna apud ignem. Igitur qui ex frigore rigent, caloris extinctu obtremunt: ex quo etiam fit, vt aqua offusa calida horror exoriatur. frigus enim, cum intus includitur, atque circumobſistit, pilos erigit. Et in febrium quoque accesſione rigor ille eueniens simili de causa venit. In senectute autem calor alimento deficiẽte emarcescit: humor enim alimentum caloris est: senectus autẽ sicca 25

Cur minus ebriãtur, qui calice amplo, fœcundoq; hauriũt An effectũ, &c. ita vt duo sint problemata, nõ vnum.

a l. πόνους labores, laſsitudines.

C

est. Ebriosi vero, & si qui ita affecti sunt alii, suo prorsus emarcescente calore, obtremiscunt: sed non modo eodẽ, quo senes, sed tertio corrumpendi modo, vt proposuimus: Quòd enim vino vtuntur nimio, calor aduentitius superans, aut extinguit, aut debilitat proprium calorẽ, quo valemus. Fit.n. tum tremor, cùm mouẽs quicquã rẽ nequit superare, quã mouet: vt cũ lignũ quis longum, crassumq; obtinere, firmareq; non pollet, tremit extremum. quod ideo fit, quoniã aut suscepta res maior est, aut minor, quæ mouet. Ergo tremor, cum calor extinguitur, accidit. hic.n. dũ integer inuictusq; manet, causa animantibus esse videtur, cur mouere se valeant. Indicium autem ebriosos, senesq; ob frigiditatẽ affectos sic esse, quòd tremor his fieri sine vllo rigore solitus est. D

26 Quã ob causam, qui leuiter a vino tenẽtur, magis peccãt, vel delirãt, quã q aut grauiter sese ebriarint, aut sobrii manẽt? An ꝙ sobrius recte iudicat: qui aũt penitus vinolẽtus est, ꝙ sensibus interceptis, onus sustinere nõ põt, nihil diiudicat, atq; ita nõ peccat. at vero qui leuiter se ebriarit, iudicat quidẽ, quia nõ multũ hauserit: sed q̃m a vino detẽtus aliquatenus est, potestatẽ recte iudicãdi amisit: itaq; peccet necesse est. Queadmodũ ꝙ Satyrus Clazomenius propẽsus admodũ erat ad maledicendũ, eius aures, cũ accusaretur, penitus obstruxerũt, vt de re ageret, nõ in cõtumelias se prouolueret Postea tamẽ cũ cessante iã aduersario reserassent, & pauca dicẽte adhuc, ille audiuisset, nequaquã cõtinere se potuit, sed è vestigio maledicta effundere incœpit, quoniam sentire iam poterat, recte autem iudicare non poterat. E

27 Cur vini dulcis, quod suauius est, ebriosum neminẽ esse arbitramur? An quòd vinum dulce nullum saporem obtinet proprium vini, sed alienum penitus reddit. igitur dulcis rei, non vini auidus appellandus est, qui vini dulcis tenetur desyderio.

28 Cur ebriosi Solis calore gaudere maxime soleant? An quoniã concoctionem desyderant, atq; etiã ꝙ refrigerati admodum sunt: ex quo attoniti, stupidiq; mox fieri solent a potu. F

29 Cur vinolentis multa interdũ apparet quod vnũ est? An quia conspectus initia intrinsecus a vino mouẽtur, sic vt vel caput totum solicitari necesse est At cũ initia mouentur cõspectus idem sese applicare nõ quit, sed quasi partem rei obiectę vis vtraq; cõspiciẽdi attingit. Merito igitur res vna suspitionem recipit geminationis: quod idem vel oculo subter oppresso potest euenire. Conspectus enim mouetur initium, vt ei coire cũ altero nõ amplius liceat: sed hic motus extrinsecus est. vini autem ille intrinsecus oritur, nec quicquã interest. idẽ enim sequetur, qualitercunque aspectum commoueris.

30 Cur vinolẽtorum lingua oberret? Vtrum quemadmodum corpus totum in vinolentia titubat, ita etiã lingua labens oberrat, nec reddere articulatim vocabula potest. An quoniam caro linguæ mollis, & instar spongiæ est, ampliatur madescens, atque extollitur; itaque ob

A molem retardior fit, exprimereq; syncere non valet. An quòd vt in aqua ob absentiam aeris loqui non possumus, ita neq; cum nimium in nos humorem indidimus: igitur quòd vinolentorum lingua in nimio humore se voluit, idcirco exprimere syncere nō potest. An animus quoque vinolentorum compatiens errat. at si animus ita affectus est, linguā etiā pariter affici consentaneum est: inde enim omne loquendi initium ducitur. Quo fit, vt etiam sine vinolentia, vbi animus quenquam hausit affectum, lingua etiam sentiat, atque compatiatur, vt in metuentibus patet.

Cur ebrii omnes, & qui mari operam dant, libenter Solis tepori se dedunt? An quòd ebrii concoctionem desyderant, simulq; euenit, vt partes corporis quædam refrigerentur: itaq; stupidos, attonitosq; post potum fieri nouimus. Maritimi autem illi, quoniam in humore semper suam degunt ætatem, calorem porro desyderant. 31

Cur vinolenti concumbere nequeant? An quòd partem corporis quandam amplius, quā reliquum corpus incalescere opus est, quod vinolentis contingere præ nimio calore non potest. calor igitur, qui a motu naturæ interno præstatur, òbtentu caloris ambientis extingui tur. An quòd partes corporis imas recalescere opus est. vinum autē in sublime efferri aptum est. itaque calorem, quemadmodum illic excitat, ita hinc auocat, atque abducit. Post cibum quoque libido veneris minime incitatur. Vnde prandere large, cœnare parce præcipiūt. cibo enim cōcocto sursum crudo, deorsum fertur & humor, & calor; ortus autem seminis ex his est. Et fatigatis idcirco per somnum profluit genitura, quòd labor corpus humidum & calidum reddit. quòd si excrementum ea in parte substiterit, euenit certe, vt per somnum erumpat. Hæc eadem causa est, cur in aduersis quibusdam valetudinibus id eueniat, atque etiam metuenti, & morienti. 32

B

Cur iuuenes potius, quā seniores immingant, vbi vino sese ebriauere? An quoniā iuuenes humidi sunt, & calidi multum, idcirco excrementum humoris confluit in vesicam: exiguum.n.a corpore eorū absumitur, quam ob rem id effundi necesse est. senioribus vero, corpus pro sua siccitate humorem nimium attrahit, atque imbibit. An ꝙ iuniorum natura ad somnum propensior, quam seniorum est: quo circa grauiter iuuenes consopitos vrinæ sæpe excitatio latet, vt hæc prius erumpat, quā illi surrexerint. seniores autem latere minime potest, quemadmodum nec externorum motuum quisquam minus ab his percipi, quā ab adolescentibus solet. Constat autem quod modo diximus, quandoquidem iuuenes ipsi tum maxime immingunt, cum arcte, & grauiter dormiunt. 33

C

Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, sorbitūq; facultatem pręstat potādi? An quòd vrinā ciere pōt, vinoq; hausto iter regit. 34

nit. calor enim parte interna collectus potest expellere humorem. D

17 Cur facie maxime sudemus; cum in ea minimum carnis sit? An quod expeditius illa sudare possunt, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autem tale est: continet enim suam plurimam humiditatem: quod vtiq; venarum ratione patescit, quæ hinc pertendunt. Distillationes quoque ex capite oriuntur, & cerebrum humidum est, & foramina per multa in capite habentur: quæ tam multa esse, ac foras vsque pertendere, capillorum indicio cōstat. igitur sudor non a partibus imis, sed de capite oritur. Vnde etiam fit, vt primmum, & maxime fronte sudemus: prima enim frons subdita est. *

* Cod. Græ. ad humidū autem deorsum fluit, nō aūt sursum.

18 Qua de causa qui sudant, si vel aqua, vel flatu refrigescant, nauseant? Vtrum quoniam humor, qui ex fluxu continuo minime quiescere posit, hic refrigescens in parte priore vniuersus cōstiterit. An quòd spiritus, qui foras versus proueniens, in sudorem ob frigoris occursum conuertitur, hic intus ante frigescens, quā exeat, transeat in humorem, atque in eam partem incumbens nauseam moueat. E

19 Cur in capite, pedibusq; incalescentibus sudores maxime excitantur? An quoniam humorem ad se membra incalescentia trahunt: humor autem partē, qua absumatur, nullam habet, cùm ea loca ossibus scateant: itaque vt excipat foras, necesse est.

20 Quare qui laborant, vbi a labore destiterint, sudare incipiunt? nā si labor causa est, cum laborant, sudare debent. Vtrum quòd inter laborandum venæ spiritu inflatæ comprimi foramina cogant, data vero quiete laxæ considerant. itaque per ampliora iam facta foramina, expeditius humor peruadat. An quoniam, cum laboratur, spiritū ex cohærente humore motus secernit, & calore qui a motu excitatur, humor in spiritum per summa corporis extenuatur. cum vero a labore cessatum est, simul & calor desinit, & ex spiritu spissescente humore qui sudor appellatur, consistit.

21 Vtrum per æstatē potius, an per hyemem sudor mouendus sit? An tunc opportune sudatur, cum humidiora corpora sunt, neglectaq; difficiliora redduntur: igitur per hyemem potius conuenit. An magna per id tempus mutatio fit, nec excrementa concoqui posint, cum cœlum contra naturam frigeat. igitur per æstatem potius mouendum, quippe cum humores per æstatem potius omnes putrescere soleant. quapropter exhauriendum tunc est, vt etiam veteres omnes authores hac eadem de causa censent. F

22 Quare cū corpus asidue fluat, effluxusq; ipse de excremētis proueniat, corpus leuari non posit, nisi sudauerit? An quia minus excernitur quàm satis sit. Cum enim ex humore mutatur in aerē, plus de minori existat, necesse est. humor enim quicunque copiosius, cum se discernit, redundat, diutiusq; ob eam rem profecto excernitur. Lenta item glutinosaq; excrementa, vt cum humore propter mistionē excerni possunt, ita cum spiritu nequeūt: quæ quidē res maxime

A officere potest. Hinc etiam vomitus magis, quã sudores, corpora leuant: quoniam ea ipsa excrementa educunt, vt qui crassiores corpulentioresq; sint, vtq; cum carni quidem procul is locus sit, qui lentam illam glutinosamq; materiam continet: itaq; non sine magno negocio dimouendi datur facultas. Ventri autem e vicino est: aut.n. in eo consistit, aut prope, quo fit, vt difficile queant aliter educi.

Cur minus inter laborandum sudamus, quam cum relaxati labore quiescimus? An quoniam cum facimus, laboramus: cum fecimus, laborauimus. igitur plus tunc ratione excernitur. Alterum enim fieri est, alterum esse. An quia cum laboramus, carnis foramina retento spiritu obseruantur: cum autem relaxuimus, aperiuntur. quo fit etiã, vt spiritu retento minus sudare possimus. 23

Quam ob rem non in currendo, agitandoq; corpus, sed posteaquam cessatum est, plus sudoris euadat? An riuus quemadmodum manu, vel aliquo fluens vndiq; aqua obstrusa se colligit, relaxataq; B demum copiosior profluit quam ante: sic etiam inhiberi eadem a spiritu potest: vt in vase, cui nomen clepsydra, atque etiam in vesica. coercetur enim, detineturq; intus humor a spiritu. Pari igitur ratione cum corpora motu vehementiori citantur, spiritus intus circumuenitur, coerceturq;: itaq; venæ etiam distenduntur, ac intumescunt, cum humor se educere nequeat. Quòd cum vniuersus coerceatur, spiritu post relaxato, vniuersus erumpat necesse est. 24

Cur si quis cum biberit, cibum sumat, minus sudet? An quoniam cibus ingestus humorem attrahit quasi spongia. est enim non parum, rei impetum retorsisse. quod vel fluentorum constat argumento: ita enim cibo quoq; ingesto, meatus apprehendisse plurimum valet. 25

Cur * trepidantes pedibus sudamus, nõ facie? Rationabilius enim tunc pedibus quoq; sudetur, cum corpore toto sudamus: locus hic enim frigidissimus est: quam ob rem pedes minime solent sudare. Et C quidem Medici in aduersis valetudinibus pedes potissimum operiẽdos pręcipiunt, quoniam frigus hi quam facillime sentiunt: itaq; rigoris initium reliquo etiam corpori expedite committũt. An quòd trepidatio non caloris de summis locis ad ima transitio est, vt accidit in metu, ex quo alui etiam metuentium sæpe funduntur, sed eius incrementum potius caloris accedit, vt in ira: quippe cum ira feruor cordi suffusi sanguinis fit, & trepidans ipse non metu, refrigerationeq; fit ira affectus, sed membris ipsius affectione. 26

* ἀγωνιῶντες, cum angore certantes.

Cur iidem facie non sudant, sed erubescunt? An quoniam amplius incalescunt, itaq; faciem calor assiccat errans per summa. Pedum tamen humorem propterea liquefacit, ꝙ vt minor est, quam vt exiccet, sic maior insito præconditoq; calore naturali est, vt sudorem ciere possit. 27

Cur dormientes, quam vigilantes sudare magis solemus? An ꝙ sudoris origo intrinsecus est: interna autem calidiora habemus: ergo 28

calor intimus humorem diffundens intimum, educit. An humoris D
aliquid semper a corpore effluit: sed latet, quia nihil solidum est, cui
humor occurrens se colligat. Argumentum cur ita sit, quòd partes ca
uiores assidue sudant.

29 Cur in caldariis tum magis sudamus, cum tempus frigidum sit?
An quoniam calor propter frigoris obsistentiam foras euadere non
potest, arcetur enim. verum intus se peruoluens ac insidens, humoré
soluit interiorem, sudoremq; ex eo producit.

30 Cur sudor vtilior est, qui corpore nudo currenti prodierit, etiam
si minor sit, quam qui sub veste se prompserit? An quòd laborasse,
quã non laborasse melius esse perpetuũ est: & sudor vero, quem labor
præstiterit, eo melior est, qui sine labore prouenisset: & qui maiori cũ
labore melior, quã qui cum minori. Maiori aũt cum labore is est, qui
nudo corpore currenti prodierit. Nam nisi admodum cursum inten-
derit, sudare non poterit, qui nudus est. vestitus contra, celeriter su- E
dat, etiam si parum se concitarit, propter vestis teporem. Et vero co-
loratiores redduntur, qui nudi cursum æstiuo tempore agitant, quã
qui cum veste. quia vt omnes qui loca libera aspirationeq; incolunt,
melius colorantur, quam qui impedita & silentia tenent: sic etiam
seipso quisque coloratior est, cum veluti spiritui afflanti placide pa-
tet, quam cum perstrictus, obductusq; a calore nimio angitur: quod
certe iis accidit magis, qui vestiti percurrunt. Hinc etiam fit, vt qui
nimis dormiunt, minus colore hilarentur, quam qui se modice som-
no recreant. nam dormiens quoq; ipse astringitur, & propemodum
strangulatur.

31 Cur pedes in trepidatione sudant, & non facies, cum in muneribus
vitæ omnibus, vt facie maxime, sic pedibus minime sudemus? An
quia trepidatio metus quidam super re inchoanda est, metus autem
refrigeratio partis superioris est. Quam ob rem facie quoq; pallent,
qui trepidant: pedibus item solicitantur, & palpitant: sic enim trepi- F
dantes homines faciunt, seseq; quodam modo exercent. quapropter
ea ratione, parte sudare solent, qua laborant. Manus etiam assolent
perfricare, & se modo inflectunt, modo extendunt, etiam sæpe exi-
liunt, neq; etiam vnquam quiescunt. sunt enim exciti, propensiq; ad
negocium, quoniam calor eorum se collegerit in pectoris loco, qui
corpulentior est. quam ob rem vndiq; cum eo ipso calore, tum san-
guine turgescente efficitur, vt motu vario, crebroq; agitentur. Sed
pedibus maxime insudant, quoniam pedes perpetuo tenentur labo-
re, cum cæteræ corporis partes quietem aliquam consequi per situs
mutationem, motionisq; possint.

32 Cur in caldariis igne neq; vniuerso, neq; decrescente assiduo, sed
per incrementa continua oblato, magis sudatur? plus enim ita edu-
citur sudoris, quam si principio statim ignis tantundem affuerit. An
quòd principio multum ignis adhibitum, carnem, cutemq; summã

A siccioren occupans vrit,atq; in modum testæ indurat: quæ cum talis reddita sit,sudorem arcet,obtruditq;. Parum autem contra carnē relaxans rarefacit, sensimq; intestinum humorem excitat, vt secerni,educiq; posit. Carne autem rara plus ignis adhibitum,& corporis ima facile subiens, humores iam inde præmollitos in vaporem conuertit,partesq; eorum prætenues secernens educit cū spiritu.

Vtrum per æstatem potius, an per hyemem sudor mouendus sit? 33
An hyeme calor intus se contrahens concoquit,extenuatq; in spiritum humores interiores: quòd cum omnes, aut certe maxima pars consumantur,nullam sui excretionem admonent faciendam. At in æstate,cum per raram,solutamq; carnem calor euadat, humores minus concoqui possunt intestini: qua de causa exhauriendum omninò est. quoniam si permaserint, temporis eius qualitate putrescent, morbosq; contrahent:putrescit enim quodq; externo calore: nam vt suo quodq; calore concoquitur,sic externo putrescit. Igitur per æsta
B tem externus præualet calor:ex quo fit, vt quæuis in æstate putredinem sentiant.Per hyemem vero,quia calor suus ille,ac domesticus dominatur,hinc tempus hoc minime creare putredinem potest.

Quam ob causam cum sudor calore,vel interno, vel externo fieri 34
soleat,euenit vt horror nonnullis sudoribus posit excitari? An quoniam sudor,qui ex calore prodit interno,se scilicet de loco amplo in breuem (corporis dico ambitum) contrahente,primum caloris meatus & circuitus patefacit: deinde horror,carne iam madefacta ex toto,caloreq; exeunte,citatur. Calor autem,qui extrinsecus mouet,primum summa corporis aperit, rarefacitq;: tum calor naturæ internus profluens excitare horrorem potest.

Cur calidi sudores frigidis meliores habentur? An quòd omnis 35
sudor excrementi cuiusdam secretio est. parum autem excrementi amplius incalescere consentaneum est: plus autem non æque,sed mi-
C nus. Itaque sudor frigidus excrementi multi indicium esse potest. quocirca morbos quoq; is facit longiores.

Cur minus ad ignem multum sudamus, cum tamen præ calore su 36
dor omnis moueri soleat? An quoniam humor, aut corpore vehementer calente in spiritum dissoluitur humidum, aut cum prouenerit, adeo cito calore nimio exiccatur, vt sensus sudoris multus eripi posit.

Cur ad solem acrius calefacientem corpora,quæ nullo indumen 37
to teguntur,nihil pene sudant: quæ autem satis veste intecta sunt, copiosissime sudant? Eandem de hoc etiam,quam de superiori, causam reddendam censemus.

Quam ob causam cum motus acuti magis, hebetes minus ca- 38
lefacere posse videātur, ingressus tamē per accliuia, qui hebetiores sunt magis mouēt sudorē,prosistuntq; spiritū,quasi amplius calefaciant, quam decliues? An quòd graui cuiq;, vt ferri deorsum secun-

dum naturam est, sic ferri sursum contra naturam est. Itaq; caloris natura, quæ nostra prouehit corpora, vt nihil per decliue laborat, sic per accliue pressa onere nititur, acriusq; ob eiusmodi motum incalescit, & sudorem mouet, & spiritum prosistit. Quin etiam corporis varius inflexus nonnihil afferre causæ potest, vt directa spirandi reciprocatio auferatur. D

39 Qua de causa cum sudor moueri soleat, quo magis quis se operuerit, non ii sudant, qui vestem plurimam admiserunt? Eadem etiam de hoc ratio, quæ prius reddenda est.

40 Quam ob causam cum corpora sicciora magis per æstatem, quam hyberno tempore sint, sudori magis in æstate pateamus? An quòd per æstatem propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur, humoresq; proinde resoluere in spiritum potest. per hyemem autem parte exteriori densata, corporum calor frequens naturæ coercitus, humorem minime in spiritum resolui patitur. Adhæc, æstate humoris multum haurimus, hyeme autem e contrario agitur. E

41 Cur sudores, qui corpori bene valenti sponte prouenerint, iis deteriores habentur, quos labores citarint? An quòd labores excrescentem humorem exhaurientes, carnem efficiunt sicciorem, vt cauernæ foraminum sanitati sint opportunæ, & per caloris transmissionem fieri nulla posit obseptio, siue oppilatio. Sudores autem spontini appellati, qui ex necessitate oriuntur, cum scilicet foraminibus naturæ ab immodico humore confusis, calor non omnino occupatur ac vincitur, sed repugnare adhuc, extrudereq; humorem potest: hi recte pro signis morbi habentur futuri. Nam etiam calor ipse a largiori humore, quam qui modicus secundum naturam sit, hebetatur: & caro plene madescens, pessimum ad secundam valetudinem concipit habitum.

42 Cur tempore hyberno minus oriuntur sudores, nec nos per id tempus sudandum æque censemus, quamuis corpora humidiora tum cōstent? An minus sudamus, quoniam humores per hyemem concreti, coactiq; sunt vehementer: quare minus dissolui tum queunt. Sudandum autem minime per hyemem censemus, quia corporis eiusmodi dispositio salubris est. Qui autem mouet sudorem, labefactat, confunditq; habitum corporis, atque etiam laxiorem quam conueniat eundem habitum reddens, simul & intimum calorem educit diminuitq;, vt non æquæ gelido cœlo posit resistere: & humor externus expeditius se corporibus iuserit, cum laxiora iam foramina propter sudationem habeantur. F

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO TERTIA.

Eorum, quæ ad vini potum, & vinolentiam pertinent:

Cuius quæstiones, XXXIIII.

A
VAM ob causam vinum cum calidum sit, vinolenti non calent, sed frigent, & dolorę laterum, cęterisq; huiusmodi vitiis excipiuntur? An quòd multum humoris cum refrigeratum est, multum frigoris concipit, ita vt calorem superet naturalem. Fit enim simile intrinsecus carni: vt si vestis nimio madefacta humore, rigorem proinde acris frigoris admittat. 1

Qua dę causa, non qui vehementer, sed qui leuiter sę ebriauerunt, delirant? An quòd neq; tam parum biberunt, vt similes sobriis sint: neq; adeo multum, vt soluantur & langueant, quomodo efficiuntur, qui multum hauserint. Adde, quòd sobrii ratione iudicant penitus, temulenti ne tentant quidem aliquid iudicare, leuiter ebriati iudicant, quoniam quidem vino non penitus detinentur: sed praue id faciunt, quia sobrii nō sunt: quo fit, vt mox & contemnāt alios, & contemni ab aliis se ipsi existiment. 2

B Cur magis crapulam sentiunt, qui dilutiusculum bibunt, quam qui merum ex toto? Vtrum suæ tenuitatis causa vinum temperatum expeditius loca plura, angustioraq; subeat, intemperatum autem minus facere id possit: itaq; difficilius educi potest quod dilutum est, An quòd merum minus bibitur, vtpote quòd multum bibi non possit, magisq; vomitu reiicitur. Ad hæc merum, vt cætera concoquit, quia calidius est, ita etiam seipsum consumit: diluto autem illo e cōtrario agitur. 3

Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum? An quòd habitus corporis eorum præhumidus est: semen autem nō quod humidum, sed quod constat, crassumq; est, hoc vim obtinet procreandi. 4

Cur ebriosi tremunt, & eo magis, quo liberalius merum hauserint? Absurdum enim id esse videri potest, quandoquidem vinum calefaciendi vim habeat, & tremor ex frigore præcipue soleat prouenire: itaq; qui rigent, maxime tremunt. Sed tamen multi cum mero 5

tantum cibi gratia vteretur, tremores vehementes adeo exceperunt, vt homines præmentes reiicerent, & aqua perfusi calida, nihil sentirent. An quòd tremor tum oritur, cum corpus admodum friget, scilicet aut calore intus circumsistente ob externi frigoris violentiam, vt hyberno tempore fit: aut naturali calore extincto, quod fieri solet vel qualitate contraria, vel ætate, vel senectute, vel externi caloris excessu: quod iis sane accidit, qui vi Solis, aut ignis deuruntur. Igitur iis etiam idem obuenit, qui mero abutuntur. vinum enim calisica sua facultate amplificata, plus quam vires corporis patiantur, calorem proprium corporis se permiscens extinguit: quo extincto, refrigeratoq; corpore, accidit vt tremores oriantur. Quin etiam præter omnes refrigerandi modos, quos præposuimus, ille quoq; notatur, vt deleta materia, qua quisq; calor sustentatur & alitur, calor etiam ipse deleatur: quod lucerna inter res inanitas demonstrat, quippe quæ dempto oleo, lumen amittere cogatur. Senectus vero in animatorum genere illud idem efficit, & morbus longus diutino consumptu corpus in tabem redigens. alimento nanq; deleto, vel extenuato caloris, euenit, vt calor etiam ipse deficiat. calor enim humore alitur, non tamen quolibet humore, sed leni, & copioso. Quam ob rem tum iis, qui a prædictis tenentur vitiis, tum ætate profectis, exolescente, alterascenteq; tali humoris genere, (fit enim pro leni & pingui, acre & siccum,) euenit vt calor ipse deficiat. Patent hæc argumento auxiliorum, quæ iis impendimus, qui ob marcorem e vita abeunt. fit enim vt eorum virtus vitietur, cum aliquid nutrientis humoris instillatum est, vtpote cum eiusmodi humoris defectu resolutio illa eueniat. Mero igitur hominibus deditis, causæ id esse videtur: Vinum etenim calidum, corporis caliditati naturali coniunctũ, efficacius porro, quæ calor proprius sibi subdita pro alimento obtinet, consumit. Vnde fit, ut alios ex his aqua intercus præmat, alios fluctio, alios alia deiectio, & pleraq; alia uitia eiusdẽ alui exerceant. nã & reliqui humores acerbi, inептiq; remanent: & qui liquidi extrinsecus aduenerunt, crassari ob imbecillitatem caloris proprii nequeunt. Calor autem ipse imbecillis propterea manet, quoniam materia, qua contineri adhuc potest, imbecilla est: quo modo ignis, quẽ arundo reddiderit: hic enim propter materiæ imbecillitatem infirmior est, quam qui a ligno pręstatur.

6 Cur uinolenti cum uinum calidum sit, rigere tamen solent, citissimeq; laterum dolore, cęterisq; huiuscemodi uitiis excipiuntur? An quòd multum humidum, cum refrigeratum est, in multum frigidum se conuertit, ita vt calorem superet naturalem: quæ autem sunt humidiora, eadem omnia naturæ calidiora occurrunt. argumẽtum, quòd rebus externis calescimus, non humescimus. Verum si minus calida, quam humida sint, accedet profecto, vt suam caliditatem potius, quam humiditatem amittant. Humore igitur frigido rema-

A nente, non sine causa vinolenti amplius rigent, & vitia rigoris propria patiuntur.

Cur pueri, cum natura sint calida, vinosi non sint, cum Scythas, & viros robustos, qui certe omnes habitu sunt calidiori, constat esse vinósos? An quòd viri non calidi solum, sed etiam sicci sunt: virilis etenim habitus talis est: pueri calidi sunt, & humidi. Vinolitas autem humoris cuiusdam libido est: itaq; humiditas facit, vt pueri minus sitiant. Cupiditas quippe non nisi indigentia, siue desyderium quoddam est. 7

Cur temulenti aquas salsas vitiosasq; magis sentimus, sobrii minus? An quòd suum quodq; a suo nihil afficitur, simileq; indomitũ a suo simplici persistit: contraria vero a contrariis potius sentiuntur. Vinolentus itaq; quòd dulces intra se continet humores (nam vini naturam talem esse videmus) hinc vitiosi saporis sentiens magis est: 8
B sobrius autem, quòd acres sallósq; habet saporem eundem percipere non potest. Admisso itaq; cibo, excrementitii redundant illi, & fluitant, vt & ipsi a suis similibus affici nequeant, & hominem sensus huiuscemodi reddant expertem.

Cur grauiter a vino detentis omnia circumferri videantur, iamq; inter initia ebrietatis res semotas cernere nequeunt? itaq; inditium hinc vinolentiæ nonnulli deducunt. An quia conspectus frequenter a calore vini compellitur, atque commouetur. Nihil vero interest, conspectus moueatur, an res conspectui obuia, fit enim ratione vtralibet, vt id, quod modo dixi, videatur. Et cum propinquis etiam in rebus conspectum vinolentorum falli eueniat, multo magis idem in remotis accidat consentaneum est. quam ob rem illas videre penitus nequeunt, propinquas autem aspicere quidem possunt, sed non quo sunt posita loco. Circũferri autem tantum, non etiã prope proculq; vicissim agitari videntur: quoniam procul ob circularem mouendi 9
C rationem conspectus nequeat progredi: haud enim facile est contraria simul agitari. Apetitio autem, quæ profluit ad elongatiora, vehementior est; circularis vero, figura, quam nomen ipsum declarat, continetur. Prope igitur, ac procul vicissim conspectus deferri ea de causa non potest: & si ita feratur, rem tamen eandem contingere non queat: quippe qui vice alterutra temporis eodem in loco rem, quam intuetur, relinquat, cumq; reliquerit, intueri non possit: circulo aũt suæ figuræ causa videtur. Est enim conus, cuius basis circulus est, in quo se agitans ipse conspectus, rem quidem percipit eandem, quia nunquam sibi rem subiectam deserit. Fallitur tamen in loco, quia nõ eodem intuitu rem contingit. nihil enim interest, vtrum res ad aspectum, an ad rem aspectus moueatur.

Cur vinolentis res vna, plures interdum esse videatur? An quia (vt dictum est) iam aspectus, cum commoueatur, euenit, vt nullo tẽpore idem visus in eodem quiescat. Quod autem eodem tempore 10

varie cernitur, id securius occurrisse videri potest? Quod enim cernitur, non nisi conspectus tactione sentitur. fieri autem non potest, vt idem pluribus simul attingatur? Quod cum nullum sensum admittat id tempus, quod interpositum tempori distinguat, quo rem conspectus attingit, & quo repetit; efficitur hinc, vt tempus vnum esse videatur, quo attingitur, quoq; repetitur. Itaq; cum plures aspectus rem eandem attingant eodem tempore, plura esse videtur, quod vnũ conspectui subiacet: quoniam fieri non potest, vt res eadem modo eodem attingatur. D

11 Cur vinolenti concumbere nequeant? An quoniam pars quædam magis caleat, quam reliquum corpus oportet? quod in his fieri non potest, ob nimium totius corporis feruorem: extinguitur enim calor motionis internæ obtentu caloris occupantis; quoniam multum in his inest, quod humidum, crudumq; officiat. Ad hæc, semen a cibo proficisci necesse est: cibus autem omnis concoquitur, quo satiati ad venerem plane incitamur. Vnde hac de re plerique prandere large, cœnare parce præcipiunt, vt cruda insint, quam concocta, pauciora. E

12 Cur si quis vinum dulce, ac merum, aut cyceonem inter potandũ hauserit, sobrius persistere possit? Et cur minus ebriantur, qui calice amplo, fœcundoq; hauriunt? An omnium eadem illa ratio est, quod superficialis calor ita supprimitur. Vinolentia enim tum oritur, cum calor sedem capitis totum occupauit.

13 Quam ob causam cum vinum dulce aptum sit fluitare, si quis temulentus dulce superadmisit, haustum vinum concoquitur, minusq; infestat? An quia vinum dulce lene, ac lentum est, itaq; foramina obfarcit, atq; intersepit: austerum contra, exasperans, rigidum est. Facilẽ item ascẽsum calori hoc prestat, dulce aũt obstrusu foraminũ calorem arcet ac inhibet. vinolentiam vero parte concalefacta superna oriri dictum iam est. Addo etiam, ꝙ vinum dulce inodorum, austerum autem odorum est: odor autem omnis caput tentat, & ingrauat. F

14 Cur a vino diluto, meracius tamen, caput postridie magis dolemus, quam ex mero? An merum, quia crassius est, foramina capitis angusta subire ipsum non potest, sed vim suam, atq; odorem, & calorem tantum transmittit. Dilutum aũt illud, quoniam per aquæ admistionem tenuius factum est, facile ipsum subit, ac penetrat: cum tamen partem corpulentiæ, facultatisq; meri non mediocrem adhuc retineat, concoctu difficilius est: nam & humida, omnium difficillima concoqui, & corpora longe peruicaciora, quam facultates eorum persistere nouimus.

15 Cur inexercitati magis, quam exercitati ad vinolentiam vsq; potare, & vino facilius solui possint? An quoniam qui excrementa, humoresq; in se continent, vrinam copiose profundunt: quod facit, vt plus bibi & leuari facilius posit, quoniam non multum vinosi humoris

A moris in ventre remaneat. At qui inexercitati humidi sunt, excremẽtisq; redundant. exercitati contra, sicci siticulosiq;, vt vini humor se se totum insinuare corporibus posſit. Statim igitur hic vini impetus vrinam retractat, & post humor hic in corpore insidens grauitatem creare nimirum potest.

Cur vinum alios retardos, alios superbos reddit, atque insanibũdos? contrario enim affectu id agitur, quandoquidem alteri magis, alteri minus moueantur? An (vt Chæremõ ait) vinum sese pro moribus vtentium applicat. Contraria igitur reddit, non quæ eadem, sed quæ sunt disſimilia: vt ignis alia exiccat, alia humefacit, sed non eadem: & quidem glaciem liquefacit, salem indurat. Nam & vinum, vt quòd suapte natura humidum sit, homines tardiores incẽdit, redditq; mobiliores: contra mobiliores dissoluit, atq; retardat. Vnde plerosq; * melancholicos penitus resolui, labiq; ĩ crapulis nouimus. B Vt enim balneum corpora perstricta duraq; relaxat, agilioraq; facit: humida vero, & mobilia dissoluit, atque infirmat: sic vinum quasi interna hominis diluens, ita afficere potest. 16 * natura.

Quid est cur brasſica sedet crapulam? An quòd succum dulcem, discutientemq; obtinet: vnde Medici eam aluo infundunt. frigida autem ipsa est. Argumentum, quòd ad alui vehementes deiectiones Medici ea vtuntur, excocta in plenum, & suo * callo purgata, refrigerataq;, Fit igitur detentis a crapula, vt eius succus humores in aluum detrahat, qui vinosi, crudiq; tenentur, & ipsa supra in ventriculo remanens corpus refrigeret: quo fit, vt tenues humores ad vesicam labantur. quòd cum humor vtrinque educatur, corpusq; refrigeretur, recte liberari a crapula posſint. Vinum enim humidum, atque calidum est. Euenit ad hęc, vt cum humores deorsum se trahunt, atq; excernunt, flatum etiam secum deducant. qui si per vinum liceat, in caput se efferens grauitatem creat, & crapulam: sin autem deorsum se vertit, corpusq; ob causam prædictam refrigeratum est, dolor crapulæ omnis tollitur. Est enim crapula feruor quidam, & desinens inflammatio quæ plus confligat, quã temulentia: quòd mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente sibi constante, dolorem admouet. Vt etiam qui febre vrgente ludunt potius, quã dolent: iidem vbi leuati malo fuere, atque ad se rediere, indolere occipiunt. Hoc enim idem in crapula, quoque, & in temulentia euenire solitum est. 17 al. l. caule.

Cur vinum dilutius temperatum vomitum magis, quã merum, quam aqua prouocat? An quòd ea maxime vomitum mouent, quæ innatare solita, quæq; insuauia, fastidiosaq; sunt. Vinum autem reprimendi vim obtinet: aqua tenuis, nec insuauis est. Quòd igitur tenuis est, cito pro sui tenuitate descendit: quod non insuauis, stomachum non perturbat. Vinum autem nimis dilutum, nec ita tenue est, vt perfluere posſit celeriter: & fastidiosum est, quòd parum obtinet vini: sensum enim conturbat, quia plures motus in eo excitat, scili- 18

cet quem virium, quemq; aqua efficere põt: ambo enim sentiri queũt. Quod autem fuerit modice temperatum, id sensum penitus aquæ tollit, vinique mollis, delinientisque sensum accommodat, ex quo suauiter bibi potest. Sed cum vinum immodice dilutum ita insuaue est, tum innatare, redundareque solet. quod autem tale est, vomitum id facile ciet. D

19 Cur vinolenti aquas salsas & vitiosas melius, quã sobrii sentire possumus? An quo nima dura, & tristia certius ab iis sentiuntur, qui nimie cupiunt. latent hæc enim cupientes, & sæpe fallunt. At vero qui læte se habet, is non cupienti similis est: qui autem in tristitia est, cupientis hic gerit affectum. Sobrius autem ita se habet: vinolentus cõtra satiatus repletusque est.

20 Cur penitus vinolentis res omnes circunferri videntur, & cum iam amplius vinum attingit, nequeunt quæ procul posita sunt, enumerare? quo circa nonnulli hinc vinolentiæ indicium trahunt. An quia cõspectus frequenter a vini calore commouetur. Quemadmodum igitur, si sub oculo presseris rem obiectam, geminari videbis: sic etiam vinolentis accidere illud potest. Nihil enim interest, vtrum suppresseris, an aspectum commoueris, nec vtrum extrinsecus, an intrinsecus: idem enim obuenire, vel accidere vtraque ratione conspectui potest. Itaque res obiecta minime cõstare videbitur, atque etiam magis quæ procul abest: nam eo obtinebitur minus, quo se lõgius aspectus deducat. Propinquitas etiam illa mouendi amplius ad extremum absoluere interuallum potest. Item si æquabili cum vehementia sursum deorsumque aspectus se agitet, res minus assequatur remotas necesse est. deducta autem circũferri omnia solent, velut sagittæ, & quæ appensa dimittimus. Igitur visus quoque suam ob imbecillitatem, quasi procul deferatur, idem hoc patitur. nihil autem interest, visum, an rem visui obiectam commoueas. E

21 Quã ob causam, quod vniuersum raptimq; bibitur, vẽtrẽ id minus humectat, cum tamen ab humore copiosiore plus humectari conueniat? An quod humorem multum, ac vniuersum venter superare non potest, sed locum adire suum indomitum patitur. Locus autem crudi humoris vesica est. Exiguum vero facile vincit, & concoquit: ex quo moram hic diutius trahens, ventrem porro humificare potest. F

Cod. Græ. add. idem. n. operatur ad videndum.

22 Quam ob rem qui ante extenuatus, merum inde multum hauserit, morte occumbat: & plerique vero bibaces, cum se nihil extenuarint, multo tamen, vniuersoque meri haustu sicci efficiuntur? Quærendum enim hoc est, quandoquidem vinum calidum suapte natura est, & vt vita calore contineri apparet, sic mors refrigeratione accidere. An, vt ex cicuta, sic ex mero intereundum est, videlicet dum proprius calor paulatim extinguitur, modo tamen diuerso. Cicuta enim calorem frigiditate sua extinguit, humoremque indurat: vinum autem sua caliditate calorem macerat naturalem. Et quomodo ab igne nimio aut

A Sole exiguus ignis extinguitur, sic intimus corporis calor a vini calore, si minus est, superatur, atque extinguitur.

* Cur vinolenti sunt ad lachrymandum propensiores? An effectuum huiuscemodi omnium eadem causa est, quā represſio, quæ scilicet agitur, per summa afferre potest: vinolentiam enim locis consistere capitis certum est. 23

Co. Græ. & Lat. forte vtriq; manci. ita legas.

Cur vinolentis somnus oriri nequeat? An quod ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est: hic enim concoqui expedite potest. quod si deest, exiguusque humor, aut concoctu difficilis inest, somnus non oritur: qua de causa post cibum, ac * potum somnolentissimi fieri ob calorem solemus. Melancholicos vero, & vehementer æstuantes insomnia tenent: alteros, quia refrigeratus humor penitus est: alteros, quia nullus, aut minimus extat. Ergo rationem vtriusque affectus inde esse petendam palam est. 24

Cur vinolēti sunt ad lacrymādum ꝓpēsiores? An qa calidi humidiq; fiunt. debiles igitur sūt itaq; facile ex puis mouentur.

B Cur ebriosi tremunt, & eo magis, quo largius merum hauserint? cum vinum calefaciendi vim habeat, tremor autem ex frigore maxime proficiscatur: itaque qui rigent, præcipue tremant. Attamen plerosque, cum mero tantummodo cibi gratia vterentur, tremores acres adeo inuaserunt, vt homines comprimentes a se omnes eiicerent, & cum aqua calida perfunderentur, nullatenus sentire possent. Alii vero cum eo ipso agerent modo, perfrictioneque, & carnibus in cibo vterentur, in stuporem attonitum inciderunt: quos tremor quidem mitius, scilicet ob immobilitatem torquebat: dolor tamen acerrimus, & inquietudo iam inde exercebat assidue. Tremoris itaque causa frigiditas est. nam & qui rigent, ea re pati ipsa videntur, vt dictum est: & qui admodum senuere: quorum vtrorunque alteri ab affectu frigido, alteri a frigida ætate vrgentur. vinum autem calefaciendi vim præcipue obtinet: quocirca contrarius quidam vt proueniat effectus, ratio exigit. 25

Cur minus ebriātur, qui calice amplo, fœcundoq; hauriūt An effectū, &c. ita vt duo sint problemata, nō vnum.

a. l. πόνους labores, lassitudines.

C An nihil prohibet rem eandem a contrariis effici, dummodo non agant modo eodem, sed diuerso. Exempli gratia: vritur & a gelu, & a calore, vbi gelu calorem coegit vniuersum. itaque modo quodam a contrariis effectus proficiscitur idem: & modo quodam * non nisi idem producitur. Tremor autem ob inopiam excitatur caloris, non cuiusque, sed proprii. Corrumpitur autem calor, aut marcore, aut extinctu: extinctu quidem a contrariis, hoc est, frigido atque humido: marcore autem, vel indigentia nutrimenti, vt lucerna cum fomite aut oleo caret: vel ab alieno calore, vt ignis in Sole, & lucerna apud ignem. Igitur qui ex frigore rigent, caloris extinctu obtremunt: ex quo etiam fit, vt aqua offusa calida horror exoriatur. frigus enim, cum intus includitur, atque circumobsistit, pilos erigit. Et in febrium quoque accessione rigor ille eueniens simili de causa venit. In senectute autem calor alimento deficiēte emarcescit: humor enim alimentum caloris est: senectus autē sicca

eſt. Ebrioſi vero, & ſi qui ita affecti ſunt alii, ſuo prorſus emarceſcente calore, obtremiſcunt: ſed non modo eodẽ, quo ſenes, ſed tertio corrumpendi modo, vt propoſuimus: Quòd enim vino vtuntur nimio, calor aduentitius ſuperans, aut extinguit, aut debilitat proprium calorẽ, quo valemus. Fit. n. tum tremor, cùm mouẽs quicquã rẽ nequit ſuperare, quã mouet: vt cũ lignũ quis longum, craſſumq́; obtinere, firmareq; non pollet, tremit extremum. quod ideo fit, quoniã aut ſuſcepta res maior eſt, aut minor, quæ mouet. Ergo tremor, cum calor extinguitur, accidit. hic. n. dũ integer inuictusq́; manet, cauſa animantibus eſſe videtur, cur mouere ſe valeant. Indicium autem ebrioſos, ſeneſq́; ob frigiditatẽ affectos ſic eſſe, quòd tremor his fieri ſine vllo rigore ſolitus eſt. D

26 Quã ob cauſam, qui leuiter a vino tenẽtur, magis peccãt, vel delirãt, quã q aut grauiter ſeſe ebriarint, aut ſobrii manẽt? An ꝙ ſobrius recte iudicat: qui aũt penitus vinolẽtus eſt, ꝙ ſenſibus interceptis, onus ſuſtinere nõ põt, nihil diiudicat, atq; ita nõ peccat. at vero qui leuiter ſe ebriarit, iudicat quidẽ, quia nõ multũ hauſerit: ſed q̃m a vino detẽtus aliquatenus eſt, poteſtatẽ recte iudicãdi amiſit: itaq; peccet neceſſe eſt. Quẽadmodũ ꝙ Satyrus Clazomenius propẽſus admodũ erat ad maledicendũ, eius aures, cũ accuſaretur, penitus obſtruxerũt, vt de re ageret, nõ in cõtumelias ſe prouolueret Poſtea tamẽ cũ ceſſante iã aduerſario reſeraſſent, & pauca dicẽte adhuc, ille audiuiſſet, nequaquã cõtinere ſe potuit, ſed è veſtigio maledicta effundere incœpit, quoniam ſentire iam poterat, recte autem iudicare non poterat. E

27 Cur vini dulcis, quod ſuauius eſt, ebrioſum neminẽ eſſe arbitramur? An quòd vinum dulce nullum ſaporem obtinet proprium vini, ſed alienum penitus reddit. igitur dulcis rei, non vini auidus appellandus eſt, qui vini dulcis tenetur deſyderio.

28 Cur ebrioſi Solis calore gaudere maxime ſoleant? An quoniã concoctionem deſyderant, atq; etiã ꝙ refrigerati admodum ſunt: ex quo attoniti, ſtupidiq́; mox fieri ſolent a potu. F

29 Cur vinolentis multa interdũ apparet quod vnũ eſt? An quia conſpectus initia intrinſecus a vino mouẽtur, ſic vt vel caput totum ſolicitari neceſſe eſt At cũ initia mouentur cõſpectus idem ſeſe applicare nõ quit, ſed quaſi partem rei obiectę vis vtraq; cõſpiciẽdi attingit. Merito igitur res vna ſuſpitionem recipit geminationis: quod idem vel oculo ſubter oppreſſo poteſt euenire. Conſpectus enim mouetur initium, vt ei coire cũ altero nõ amplius liceat: ſed hic motus extrinſecus eſt. vini autem ille intrinſecus oritur, nec quicquã intereſt. idẽ enim ſequetur, qualitercunque aſpectum commoueris.

30 Cur vinolẽtorum lingua oberret? Vtrum quemadmodum corpus totum in vinolentia titubat, ita etiã lingua labens oberrat, nec reddere articulatim vocabula poteſt. An quoniam caro linguæ mollis, & inſtar ſpongiæ eſt, ampliatur madeſcens, atque extollitur; itaque ob

A molem retardior fit,exprimereq; syncere non valet. An quòd vt in aqua ob absentiam aeris loqui non possumus,ita neq; cum nimium in nos humorem indidimus:igitur quòd vinolentorum lingua in nimio humore se voluit, idcirco exprimere syncere nõ potest. An animus quoque vinolentorum compatiens errat.at si animus ita affectus est,linguã etiã pariter affici consentaneum est: inde enim omne loquendi initium ducitur. Quo fit, vt etiam sine vinolentia, vbi animus quenquam hausit affectum, lingua etiam sentiat, atque compatiatur, vt in metuentibus patet.

Cur ebrii omnes,& qui mari operam dant, libenter Solis tepori se dedunt? An quòd ebrii concoctionem desyderant,simulq; euenit, vt partes corporis quædam refrigerentur: itaq; stupidos,attonitosq; post potum fieri nouimus. Maritimi autem illi, quoniam in humore semper suam degunt ætatem,calorem porro desyderant. 31

B Cur vinolenti concumbere nequeant? An quòd partem corporis quandam amplius,quã reliquum corpus incalescere opus est,quod vinolentis contingere præ nimio calore non potest.calor igitur, qui a motu naturæ interno præstatur, obtentu caloris ambientis extinguitur. An quòd partes corporis imas recalescere opus est. vinum autẽ in sublime efferri aptum est.itaque calorem,quemadmodum illic excitat,ita hinc auocat,atque abducit. Post cibum quoque libido veneris minime incitatur. Vnde prandere large,cœnare parce præcipiũt. cibo enim cõcocto sursum crudo,deorsum fertur & humor, & calor; ortus autem seminis ex his est. Et fatigatis idcirco per somnum profluit genitura, quòd labor corpus humidum & calidum reddit.quòd si excrementum ea in parte substiterit,euenit certe, vt per somnum erumpat. Hæc eadem causa est,cur in aduersis quibusdam valetudinibus id eueniat,atque etiam metuenti,& morienti. 32

C Cur iuuenes potius,quã seniores immingant,vbi vino sese ebriauere? An quoniã iuuenes humidi sunt,& calidi multum,idcirco excrementum humoris confluit in vesicam: exiguum.n.a corpore eorũ absumitur, quam ob rem id effundi necesse est.senioribus vero, corpus pro sua siccitate humorem nimium attrahit, atque imbibit. An quòd iuniorum natura ad somnum propensior,quam seniorum est: quo circa grauiter iuuenes consopitos vrinæ sæpe excitatio latet, vt hæc prius erumpat,quã illi surrexerint. seniores autem latere minime potest,quemadmodum nec externorum motuum quisquam minus ab his percipi,quã ab adolescentibus solet. Constat autem quod modo diximus, quandoquidem iuuenes ipsi tum maxime immingunt,cum arcte,& grauiter dormiunt. 33

Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, sorbitũq; facultatem pręstat potãdi? An quòd vrinã ciere põt, vinoq; hausto iter regit. 34

PROBLEMATVM

SECTIO QVARTA:

Eorum, quæ ad rem veneream pertinent:

Cuius quæstiones. XXIII.

1 VAM ob causam, qui cōcumbit, & qui moritur, D
oculos attollit: qui autem dormit, submittit? An
quod de parte superiore calor exiens, eodem oculos
vertit, quo se deflexerit: per somnum autem deorsum se colligit: itaque eodem conuertit. Clauduntur vero propterea oculi, quia humiditas deficit.

2 Cur iis, qui rem veneream immodice agunt, oculi, & clunes manifeste subsident, partes quarum alteræ prope, alteræ procul a genitalibus absunt? Vtrū quod in seipso ēt coitu partes hæ perspicue collaborant, cum rem studiosius ipse persequantur, & se cogant, nitanturq; in semine emittendo. itaque quantū alimenti facile liquescere potest, id pressum extruditur. An quod obcalefactæ præcipue contabescunt. concubitus autem caloris agitur facultate, eaq; maxime sentiunt calorem, quæ in agendo commouētur. E
Oculi autem, partesque sedi proximæ perspicue collaborant. haud.n. fieri potest, vt semen profluat, nisi partes coagantur illæ, nisiq; oculi demittantur: quippe cum partibus his coeuntibus, humor quasi manu ex vesica prematur, oculisq; coactis cerebrum sua dimittat. Oculos vero, & locum his proximum, vim ad procreationem maximam obtinere docent illinimenta, quæ mulieres tam steriles, quā fœcundæ experiuntur, vtpote cum vis ad semen transmitti hinc debeat. Sunt autem & oculi, & renes omnium pingues, atque obesi. ergo quod partes hæ ré veneream efficacius adiuuant, caloris participes sunt, cuius tabifica vi extenuantur, multumq; sui succi ad semen excerni patiuntur. Calor enim (si corpus vel pingue non est, vel si pingue quid est, sed non tamē F
laborat) æque liquefacere nequit, vt late in venere patet. Renes tamen omnium maxime sentiunt, quia in vicino positi sunt. Et ipse quoque seminis trāsitus, cum per ea loca perspicue agatur, extenuare proculdubio potest: adimit enim, non addit per suam istam propinquitatem.

3 Quam ob rem & qui concumbunt, & spadones, qui re minime vtuntu, venerea, in acumine oculorum offenduntur? An quod alteris ob libidinem, alteris ob excisionem partes superiores plus iusto exiccantur: quod perspicuum in iis est, quorum opus exquisitius administratur. aspectus autem tale est. humoribus vero deorsum ductis, superiora siccari necesse est: id igitur nimirum concubitu fieri patet. Spado-

A num autem crura intumescunt, & alui faciles sunt; vtpote cum deor-
sum se humoris copia seuocet.

Cur homo, cum concumbere posse incipit, tunc pubescit: cæterorũ 4
autem animantium, quæ pilis teguntur, nullum tunc pubescere inci-
pit? An quod per ætates mutari animantes in contrarium solent. Vox
enim grauis de acuta efficitur, & nuda quæ ante fuerunt, hirta reddun
tur. Vnde etiam animantes a primo natali die hirsutas enudari debere
tunc, non densescere constat, cum semen habere incipiunt: sed ita eue-
nit, quia quæ semẽ effundunt, sicciora fiũt & laxiora: quibus de causis
pilus oritur: quod inde sane patet. Pilus.n.neq; cicatricibus, neq; pue-
ris, neq; mulieribus exit: cum.s.cicatrices spisso cõtextu, non raro indu
cantur: pueri, mulieresq; corpore humido sint, non sicco.

Cur nuditas pedum obesse in re venerea potest? An quoniam cor- 5
pus, quod concubiturum sit, calidum intus, atque humidum esse de-
bet, quale per somnum potius esse, quã per vigiliam solet: ex quo etiã
B celeriter, ac sine corporis agitatione semen dormientibus profluit: vigi
lantibus vero non sine labore prodit. Simul aũt fit, vt & reliquum cor
pus tale existat, & pedes humidiores sint, atque calidiores. Indicium,
quod cum dormimus, pedes obtepescere solent, vt qui vna cum inter-
nis partibus ita afficiantur. At nuditas pedum econtrario agit: siccat
enim atque refrigerat. itaque siue impossibile, siue difficile sit, vt res
agatur venerea, nisi pedibus calidis, eam tamen nuditatem in vsu cõ-
cumbendi incommodam esse necesse est.

Cur omnium maxime animantium homo, postquam concubuit, 6
dissoluitur, & languescit? An quod semẽ proportione sui corporis plu
rimum emittit.

Sed cur plurimum homo emittit? An quod minus cibum is cõficit, 7
& omnium maxime animãtium humidus natura, & calidus est: qua-
rum rerum altera seminis copiam reddit: altera naturæ vim efficit ad
C semen creandum. semen etenim tale est, quandiu seruatur.

Quam ob causam cum ratio concumbendi calore contineatur: ti- 8
mor autem, & mors refrigerandi vim habeant: plerisque tamen cum
ab ipsis tenentur affectibus, semen excurrit? An quod cum loca quædã
corporis refrigerantur, alia quædam intepescunt, cum & suum calo-
rem habeant, & pulsum de locis refrigeratis illum ipsa suscipiant.
quam ob rem frigentibus quidem id euenit, verum non quia frigent,
sed quia calent. Constat hoc etiam ipso aspectu partes enim superio-
res timentium sanguine priuantur, inferiores autem humescunt, &
aluus soluitur, & vesica. Calor igitur cum se per timorẽ deorsum, per
mortem sursum deuius agitat, madificare, & seminis excitare proflu-
uium potest.

Cur neque concumbere, neque euomere, nec sternuere, neque flatũ 9
emittere oportet, nisi res turgente corpore vrgeat? An quia cum non
turgemus, similes terræ stirpibus sumus, quibus euulsis, aut alienum

conuellitur quippiam,aut aliquid abſciſſum relinquitur.quod autem cum extrudi debet,minutum remanſerit,dolorem diutius id omne mouebit:& ſi quid alienum commotum ſit,id cum ſua ſede priuetur, dolorem creabit. Quæ certe iis vſu euenient,qui cum non turgent,aliquid faciunt ex iis,quæ modo retulimus. D

10 Cur ieiuni celerius cõcumbunt? An quòd foramina corporis ieiuno inaniora, repleto autem plena habentur:itaq; impediunt, ne humor ſeminis genitalis valeat permeare.quod latiſsime in veſica patet:hac etenim plena,nunquã celeriter cõcumbere poſſumus.

11 Cur adoleſcentuli cum primo cõcumbere incipiunt, quibus cum fuerint cõgreſsi,eas re peracta odio habeãt? An quòd mutatio ſumma extiterit,ſequentis triſtitiæ memores,eam fugiunt tãquam ſontem,ad quam ſeſe applicuerunt.

12 Quare qui equitant aſsidue,libidinoſiores euadunt? An caloris, agitationiſq; cauſa eodem afficiuntur modo , quo per coitum. quo circa ætatis quoq; acceſsione membra genitalia contrectata, agitataq; plenius augẽtur. Quòd igitur ſemper eo vtũtur motu,qui equitãt,hinc fluentiore corpore,pręparatoq; ad cõcumbendum euadunt. B

13 Quare cõcumbendi facultatẽ dari per ætatem cum cœptũ eſt,corpora male olẽt:prius aũt ante pubem non ita olent,nec viri, nec mulieres? An quoniã quę incocta ſunt,tũ ſapores habent deteriores:aut acidiores,aut ſalſiores,aut amariores:tum odores reddunt fœtidiores. Contra,quæ concocta maturaq; ſunt,ſapores aut dulces, aut minus amaros,& odores ſuauiores pręſtant, aut certe minus inſuaues. Patet hoc in omnibus tã terrę ſtirpibus,quã animantibus ipſis. Detractis aũt,quæ matura concoctaq; ſunt,cętera cruda relinquuntur: Vt & in cinere,portione dulci conſumpta,puluis amarus relinquitur. & ſudor quoq; ſalſus eadẽ de cauſa eſt. Calor aũt naturalis ſemen genitale concoquit:quod quanquam exiguum eſt, vim tamen obtinet maximã,quippe quod ex multo admodũ tam exiguum conſtitutum ſit. Quã ob rem vbi id ſeceſsit,reſoluimur magna ex parte vehementius,atq; refrigeramur:itaq; humores incoctiores redduntur,patefactis meatibus propter ſeminis excurſum:quo fit,vt ſudor ob cruditatem & ſalſior,& fœtidior tunc ſit,quã in puerili ætate. Quòd ſi cui forte talis natura ſit, vt partem ſubſidentem ſudoris fœtidã habeat, huic magis, magiſq; res innoteſcet, ac præſertim eiſdem in locis, quibus & cæteris maxime conſiſtit,velut in alis. F

14 Cur ſi ex noſtro ſemine procreatum animal eſt, prolem id noſtrã appellare ſolemus:ſed ſi ex aliquo alio noſtro vel excremẽto, vel parte prodiit,noſtrum id eſſe nũquam fatemur? multa enim ſemine putreſcente proueniunt. Quid igitur cauſæ ſit,vt ſi quales nos ſumus, tale fuerit,noſtrum id ſit:ſin diuerſum,id alienum ſit? aut enim omnia noſtra eſſe oportet,aut nulla An primũ,quoniam quod ex ſemine noſtro prodiit,id ex noſtro eſt:qđ ſecus,id ex alieno, ſcilicet quæ

D purgamentis, excrementiſq; enaſcuntur. Deniq; nihil ex omnibus, quæ animanti tribuimus, gignere animantem poteſt, niſi ſemen genitale. Quod autem nocet, quodq; malum eſt, id ſuum nullius eſt: nec qđ alienũ eſt, id ſuũ eſſe poteſt. haud enim idem illa ſignificant, ſuũ eſſe, & alienum eſſe, vel diuerſum, vel malum. Excrementa aũt, & putredines nõ noſtra, ſed diuerſa, alienaq; ſunt a noſtra natura. Non.n. quæcunque in corpore extiterunt, corporis hæc eſſe putandum. nã & papulæ ſæpe erũmpunt, quas tollimus, atq; excidimus. omnino quæ præter naturam conſtiterint, hæc aliena omnia ſunt: multa autem præter naturã, vel rebus coniũcta naturalibus prodeunt. Quòd ſi ex rebus noſtris ſolo ſemine natum animans ſit, recte quod ita prouenerit, prolem id eſſe noſtram tantum putabimus. ex ſemine vero ipſo ſi quid extitit aliud, vt vermis, vbi vel foris putruit, vel corruptum in vtero eſt, vt quæ monſtra appellamus, prolem id eſſe
B noſtram haudquaquam dicendum eſt. Cum enim corrupto creetur ſemine, non inſuper ex noſtro creatur, ſed alieno: quemadmodum quod excrementis conſtiterit, ut quod ex ſtercore. Omnia vero huiuſcemodi ex corrupto creari ſemine hinc indicatur, quòd ex non corrupto creari tale natura ſtatuit, quale illud eſt, de quo ſemen genitale prodierit: exempli gratia, ſi de equo equus, ſi de homine homo. Nec ſemen magnifacimus ipſum, nec aliquid, quod inter generandum confici ſolitum eſt. tunc enim humor, & corpulẽtia quædã, & caro conſiſtunt, quorum nihil nobile eſt: quoniam nondum naturam obtinent deſtinatam, ſed eatenus naturam attingunt, quatenus ita ſe habeant, vt ex illis tale creari poſſit, quale nos ſumus, modo ſeruentur. corruptis autem nihil tale enaſci poteſt. Cauſa eſt hæc, cur nec alia ex re noſtri corporis, nec ex ſemine ipſo corrupto, aut imperfecto prolem noſtram oriri arbitremur.

Cur minus in aqua homines concumbere queunt? An ꝙ res nulla in aqua liqueſcere poteſt, quæ ab igne liquefieri apta eſt, ceu plumbum, aut cæra. ſemẽ autem hominis igne plane liqueſcere videmus: haud enim prius fluere incipit, quam per attritum recaleat. Piſces tamen ſine attritu coire fatendum eſt. 15

C

Qua de cauſa res omnium ſuauiſsima concubitus eſt? Et vtrum neceſsitate impellantur ad concumbendum animantes, an rei cuiuſpiam gratia genus hoc libidinis datum eſt? An ſuauiſsime quidem concumbimus, quoniam aut toto ex corpore ſemen profluit, vt aliqui volunt, aut quia quamuis nõ toto ex corpore, tamen per eam partem ſe promit, in quam meatus omnes, venæq; omnes applicentur, & coeant. Cum igitur voluptas ſimilis in libidine, atq; in prurigine ſit, efficitur pariter, vt corpus geſtiat vniuerſum. Prurigo enim ſeceſsio humoris ſpirituoſi incluſi contra naturam eſt: & genituram vero ſeceſsionem humoris eiuſmodi eſſe ad rem naturalem conſtat. Suauis autem tum ex neceſsitate, tum rei cuiuſpiam gratia concubi- 16

tus est. Ex necessitate, inquam, quod via omnis pertinens ad rem naturalem suauis est, si modo a sensu percipi queat. Rei vero cuiuspiam gratia est, vt ortus sit animantium perpetuus. facit enim voluptas, vt animantes ad coitum ardentius excitentur. D

17 Cur venus immodica morbis pituitæ nonnullis commoda est? An quoniam excrementi quidam exitus est, ita vt multum vacantis materiæ cum semine detrahi possit: pituitam autem excrementum esse nulli dubium est.

18 Cur res venerea ventrem refrigerat, & siccat? An refrigerat, quoniã calor in concumbendo excernitur. & siccare quidem coitus venereus potest: quippe cum euaporari, dum calor exit, necesse sit: exit autem, cum refrigeratur. Adde etiam, quod feruor coeundi siccare nimirum potest.

19 Cur salaces hi sunt, quibus pili palpebrarum defluunt? An ob id ipsum, quo etiam calui: sunt enim hæc ambo partes rei eiusdem. Quicunque autem ex pilis congenitis ætate iam prouecta non crescunt, hi omnes decidunt libidinis vsu immoderato. Capillus enim & supercilium, & cilium genere congeniti pili continentur, exq; his supercilia tantum nonnullis ætate prouectis obdensantur. Quod cur ita sit, alibi rationem attulimus. Reliqua autem vtraque genera eadem illa de causa deficiunt, quod partes superiores sanguinis parum obtinentes libido refrigerat. Ita enim efficitur, vt locus hic alimentum concoquere non possit: cum autem pili alimento caruerint, defluant necesse est. E

20 Quam ob causam qui mingendi desyderio tenentur, concumbere nequeunt? At quod meatus implentur. quod autem plenum humoris est, id nullum præterea humorem potest suscipere.

21 Cur gignendi facultas iis tollitur, qui a varicibus tenentur, siue homo, siue aliquid ex cæterorum animantium numero est? An quod varix flatu translato fieri solet, quocirca in vitiis atræ bilis accommoda est. fit autem concubitus quoque, cum flatus excursu. quam ob rem, si impetus ille agitur, cum varix exercet, semen non insuper excitatur, sed refrigeratur. fit igitur inde, vt penis tentigo emarcescat. F

22 Quare qui concumbunt, resolui, atque languere magna ex parte solent? An quod semen omni ex parte corporis secretio est: itaque vt ædificii constructio, sic corporis compactio quatitur, dum semen decedit, quasi sanguinis multum, aut aliqua pars alia decedat. ita quod exit, peropportunum est, & quod exiguum ex multo alimento conficiatur, quemadmodum amylum ex farina.

23 Cur iis, qui concumbunt, si desyderio mingendi tenentur, penis intendi vehementius potest? An quod foramina plena redduntur humoris semen per angusta se promens, molem efficit ampliorem, atque extollit: penis etenim ad ipsos meatus est positus.

24 Quam ob causam tentigo, & amplificatio penis illa existere possit? An duplex causa est. Vna, quod pondus vrgens post testes facit, vt

A penitus erigatur: testes enim vicem fulmenti vectorii capiunt. Altera, quod foramina spiritu admisso implentur, ita vt genitale membrum intumescat, atque se erigat. An humor auctus, translatusque facit, vt moles amplior redundet: penis tamen, qui mensura insigni adoleuerit, minus se patitur efferri: fit enim, vt ita pondus a fulmento vectis remotius maneat.

Qua de causa qui rem agunt veneream, aut qui ea ætate sunt, quæ sufficiat veneri, male olent, virusque hirci reddunt: pueri autem non ita olent? An spiritus puerorum (vt dictum iam est) humorem, sudoremq; concoquere potest: virorum autem nequit. 25

Cur per æstatem viri minus, mulieres magis concumbere valeant? quod * Hesiodus quoque poeta inquit: 26

* quod poeta quoq; i scolymo iquit

" Fœmineo venus est vsu magis effera sexu:

" Mitior illa viris, & sæpe accita re languet.

B Vtrum quod testes eo tempore magis demittuntur, & flaccent, quam per hyemem, cum qui concubiturus est, retrahat, ac suscipiat illos, necesse sit. An quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æstiui temporis æstuant, collabunturq; : frigidæ vero refouentur, & vigent. est autem vir calidus & siccus, mulier frigida humidaque: ergo virorum tunc vires infirmantur, mulierum corroborantur, & vigent per compensationem qualitatis contrariæ.

Cur nonnulli rem veneream cum voluptate patiantur, & alii vel ipsi agere cupiant, alii pati tantummodo gestiant? An quod excrementis singulis locus determinatus a natura est, in quem instituto secerni naturali debeat, soli citataque natura spiritus excurrens tumorem admouet, excrementumque vna extrudere solet, verbi causa, vrinam in vesicam, cibum consumptum in aluum, lachrymam in oculos, mucorem in nares, sanguinem in venas naturæ deduci placuit: his autē proxime genituram quoque in testes, & penem deferri constitutum est. 27

C Quibus itaque meatus habitu suo naturali priuantur, vel quia obcæcati sunt, qui ad penem tendant, (quod spadonibus hisque similibus euenit,) vel etiam aliis de causis, his talis humor in sedem confluit, quippe qui hac transmeare soleat: quod eius loci contractio in coeundo, & partium sedi appositarum consumptio indicant: qui si admodum semine genitali abundant, excrementum illud large in eum locum se colligit. Itaque cum excitata cupiditas est, attritum pars ea desyderat, in quam confluit excrementum. Cupiditas autem excitari tū a cibo, tum ab imaginatione potest. Cum enim alterutra de causa libido commota est, spiritus eodem concurrit, & genus id excrementi cōfluit, quo secedere notum est. Et si tenue, spirituosum'ue est, cum difflatum id fuerit, requiescunt: quemadmodum pueris, & adolescentibus interdum nullo secreto humore cessare tentigines possunt. Sed si crassum, corpulentumq; est, nisi extruso quiescere nequeunt. Quod si neutrum eorum accidit, cupiunt, quousq; alterutrum accidat. Quo-

rum vero natura mollis, & fœminea eſt, ita ii conſtant, vt genitura vel nulla, vel minima conueniat, quo illorum ſecernitur, qui prædicti natura integra ſunt, ſed ſe in partem ſedis diuertat: quod propterea euenit, quia præter naturæ normam conſtiterunt. Cum enim mares crearentur, ita degenerarunt, vt partem virilem mancam, atque oblæſam habere cogerentur. Læſio autem alia rem omnino corrumpit, alia peruertit, & vitiat. At genus illud corrumpens, vt in his ſit, fieri non poteſt: ita enim mulieres, non viri crearētur. ergo peruerti, citariq; aliorſum, quam ſecernendum natura voluit, neceſſe eſt. Vnde fit, vt inſatiabiles etiam ſint modo mulierum: humor enim ſolicitans ille exiguus eſt, nec quicquam ſe promere conatur, refrigeraturq; celeriter. Quibus itaq; ſedem humor ex toto adiuit, ii pati tantummodo auent: quibus autem in vtranq; partem ſeſe diſpertiit, ii & agere, & pati concipiunt: idq́, amplius, quo tandem plenius fluxerit. Sed ſunt, quibus vel ex conſuetudine affectus hic accidat. fit enim, vt tā geſtiant, quam cum agunt, vtq́; genituram nihilominus ita emittere valeant. Ergo agere cupiunt, quibus hæc ipſa vſu euenerunt. & cōſuetudo magis veluti in naturam idcirco illis euadit, quibus non ante pubem, ſed in ea vitium patiendi inualuit, quoniam his recordátio rei, cum deſyderant, oritur. Vna autem cum recordatione geſtiēs exultat voluptas: deſyderant autem perinde ac nati ad patiendum. Magna igitur parte, vel ob conſuetudinem res exiſtit. ſed ſi accidat, vt idem & ſalax, & mollis ſit, longe expeditius hæc omnia euenire poſſe putandum eſt.

28 Cur homines rem agere veneream cupientes confiteri ſe cupere maxime pudet: bibendi, aut edendi, aut aliquid eiuſmodi faciendi deſyderio cum teneantur, confiteri non pudet? An quòd rerum plurimarum cupiditates neceſſariæ ſunt, & nonnullæ niſi expleantur, interimunt. Rei autē venereæ libido ſuperfluit, & abundantiæ index eſt.

Cur viri per hyemem, mulieres per æſtatem rei venereæ appetentiores ſunt? An quòd viris calidior natura, & ſiccior eſt: mulieribus autem humida, frigidaq;. Quam ob rem illis humor, & calor ſatis cupiditatem veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus rebus ſemen oriri certum eſt. mulieribus autem & calor minor, & humor concretus propter caloris inopiam tunc eſt. At per æſtatem contra mulieribus calor modicus, viris largior quam ſatis ſit: nimius enim vires frangit, atq; diſſoluit. Quapropter pueri quoq; per æſtatem teuiores redduntur: incidit enim vt igni coniungatur.

29 Cur quibus natura calida eſt, ſi modo robuſti, pleniq; ſint, niſi cōcumbant, iis ſæpe bilis profiſtit, & aluus amara ſecedit, & pituita ſalſa conficitur, & color corporis immutatur? An quòd ſemper cum ſemine vna excrementi aliquid exit. Vnde etiam nonnullorum excrementis abundantium, genitura lauamentum piſcium redolet: igitur excrementum quoq; illud concumbenti decedit: itaq; nihil eſt, quod

A possit affligere. abstinenti autem manet, & amarum, salsum'ue redditur.

Cur libidinosi sunt, qui melancholici? An quòd flatu redundant: 31
semen autem decessio flatus est: ergo quibus idipsum amplificatum, hos sæpe purgari appetere necesse est: sic enim efficitur, vel leuentur.

Cur aues, & pilosi homines libidine vehementer aguntur? Vtrũ ꝙ multum humoris continent. An non ea ratio est: fœmina enim, quæ humida est, pilis vacat: sed potius ꝙ genus illud vtrunq; naturę multi humoris concoquens propter caloris copiam est. Indicio pilus est, atq; penna. An quòd & multum inest humoris, & id a calore superatur. neq; enim si multum non esset humoris, neq; si non a calore vinceretur, pennæ auibus, pili hominibus possent vnquam oriri. semen autem vel loci, ac temporis portione, vel ratione creari plurimum potest, vt in aere, vt in vere: nam eius natura calida, & humi-
B da est. Fit etiam ratione communi, vt aues, & claudi homines sallaces nimirum sint, alimentum enim vtriusq; seorsum quidem exiguũ profluit propter vitium cruris: in sublime vero affatim effertus, atq; in semen conuertitur.

Cur homini, cum concumbit, oculi potissimum infirmantur? An 32
quòd humore deficiente id accidit. Argumentum vero frigidam esse genituram, quòd humida nunquam redditur, nisi calefiat, nec vllam desyderat liquefactionem: quandoquidem per vniuersum corpus expassa est, quemadmodum sanguis.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

C

SECTIO QVINTA:

Eorum, quæ ad laborem pertinent:

Cuius quæstiones. XXXVIII.

VR ambulationes prolixæ quidem per plana la- 1
boriosiores sunt, quam per incompta: breues autem leuiores? An ꝙ membra tum a multo, tum a vehemente motu frangantur. est autem vehemens, qui passim per loca inæqualia agitur: multus vero, qui continens, vnusq; est. Locis igitur inæqualibus tametsi longa motio acta est: tamen requiem mutatio præstat, facitq; vt longa non sit, ne ipsorum quidem equorum propter mutationem. Planis autem habitus

similitudo, & paritas nihil interpellat, nec membris vllam præstat quietem, sed efficit, vt mouedi ratio continuetur. At vero si breuis sit, nimietas quidem motus nulla in planis fatigabit: accliuibus autem, quoniam immutatio vehemens, & contraria corpus modo sursum, modo deorsum vexat, fatigetur necesse est. Talis vero motus, vt dictũ est, qui per ardua agitur: contrarius, qui per plana. D

2 Quam ob causam qui animo deficiunt, & qui præ nimio excitandi labore dissoluuntur, mole corporis cõtractiore existunt, vocemq; red dere acutiorem putantur? An quia voces minores mittuntur, ideo acu tiores esse videntur. Argumentum, quod qui clamantes a longe imitantur, acute proferunt. Moles autem corporum minores idcirco redduntur, quod sanguis a summis corporis partibus se vocat ad imas.

3 Cur venter tantummodo extenuatur eorum, qui se exercitationi dederunt? An quoniam venter pingue amplectitur plurimum.

4 Cur pingue eorum absumitur, qui se laboribus dedunt: caro autem nullatenus emaceratur? An quoniam pingue concalefactum liquescit: quod carni non euenit. motio autem concalefacit. E

5 Cur venter opimus admodum esse solet? Vtrum quod cibo propinquus est: dumq; cætera membra ex ventre hauriunt, venter ipse sibi sæpius ingerit. An quoniam minime venter laborat: flexibus enim hic nullis contorquetur.

6 Cur melius fatigationes tunc cessant, cum quis ex aqua oleo permi sta se perfricuit? An quoniam oleum magis subire cum aqua potest, quam si per seipsum est: ducitur enim suapte natura, vt innatet, & fluitet. vbi autem subiit, corpus subinde amplius emollitur. An quia oleum natura calidum est: calidum autem quodq; & siccat, & indurat at membris fatigatis, siccitas, & durities incommodæ omnino sunt: mistum igitur aquæ eo plus iuuat, quo minus siccat.

7 Cur lassis corporibus euomendum præcipuæ, cum tamen vomitus sit laboriosus? An quod lassitudo collisis ossibus, aut præssatis, aut fatigatis consequi soleat: quos quidem effectus patiuntur extrinsecus, intrinsecus: idq; bifariam: aut enim cum copia carnis vires exuperauit ossium, aut cum frequens corpus se cætero corpori miscuit, quo locum sibi obtinere apte non possit: quale genus excrementorum est. Pondera enim quæcunque extrinsecus corpori applicentur, laboriosiora sunt, quam ipsa corporis membra, etiam si pondere leuiora illis esse cõ tigerit. Argumentum, quod qui plus æquo vel ederint, vel biberint, hi minus quamuis laborarint, quam ieiuni, grauius tamen fatigantur: quoniam cibus locum suum nõ obtinet, vtpote qui adhuc maneat cru dus. Cum autem fatigatio maceret, atque colliquefaciat: colliquamen tum autem non nisi excrementum sit: hoc est, quod lassitudinem mouet, dum temere vagatur, occursatq; ossibus, & neruis, & intimis carnis, quæ rara, soluta, patefactaq; substant. Vomitus igitur cum id extrudat, quod fatigationem inducit, merito hominem recreat, liberatq; F

A a lassitudine: corpus enim quale principio fuerit, tale restituit. Elaxat autem vomitus non nimii motus ratione, sed si ita fuerit, vt non plene agatur. Copia enim ciborum, quæ in ventriculo remanserit, & excrementa, quæ his incidant cibis, faciunt, vt lassitudo vomitum consequatur, quemadmodum in corporibus nimium impletis dictum iam est. Quod si nec illis causam lassescendi labor inferat, sed cum ita sese haberent, laborarint, nec iis qui nō totum cibum eiecerint, vomitus causa foret lassescendi. Nam si hoc esset, haud erat, quod non omnibus euomentibus lassitudo incideret: nunc vero multi post, vbi euomuerunt, alacriores certe redduntur.

Cur laboriosius brachio est inanem iactasse manum, quam cum lapide? An quod inani iactura brachiū quasi conuellitur vehementius: nulla enim in re nititur, quemadmodum cum mittit, missili obdito, fulcire se potest. Huic proxime saltans quoque ponduscculis susceptis innititur. Et qui currit, manus ob quatiens, se sustentat. Quam ob rē B ille plus prosilit, halteres tenens, quam non tenens: hic velocius currit, manus obquatiens, quam non obquatiens. 8

Quam ob causam cursus velox tam in hominum genere, quam in cæterorum animantium facit, vt capita a morbo tenentur? quāquam cursus vnusquisque detrahere ad ima genus omne excrementorum putatur, vt ambulatio. quapropter crura eorum implentur, qui nimium ambulant, quoniam de parte superiori ad imam labitur, & alimētum omne, & excrementum. An motus quidem vbique agere idem potest. Verum motus velox, cum vires intendit, & spiritum retinet, caput cō calefacit, eiusque venas nimirum inflat, & attrahentes redit facultatis externæ, vt frigoris, vt caloris. adde quæ in pectore continentur: nam ea quoque attrahi, resorberiq; inde credendum est. Quibus rebus admissis, locum ægrotare illum necesse est. 9

Cur locis æqualibus, quam inæqualibus magis fatigatur: ocyus autem iter æquale, quam inæquale conficitur? An minus laboris tunc C est, cum motus non semper eodem habitu agitur, quod ingressu inæquali potius fit: ocyus enim ingredimur, vbi minus cōtra naturam mouemur. Ergo per locum æqualem parce, atque frequenter & ponitur, & attollitur, per inæqualem autem contra. Atqui ratio attollendi contra naturam est: vi nanq; omnem attollendi vsum exequimur. Quod autem per singulos gradus paulum redditur, id multum per multos demum exultat. 10

Cur in planis laboriosius accubamus, quam in concauis? An eadē ratio est, cur etiam in conuexis laboriosius, quam planis. Cum enim pondus corporis se eundem in locum, in sedendo, accubando'ue colligit, facit per afflictationem, vt laboretur. Incuruum igitur quam rectum, idq; quam concauum magis tale se exhibet: nostrum etenim corpus in orbem se colligit potius, quam dirigat in processum. quæ autem eiusmodi sunt, hæc per plura attinguntur a concauis, quā a pla- 11

nis. His eiſdem de cauſis etiam fit, vt quæ cedunt, minus quã dura, & retinentia fatigent, & in accubando, & in ſedendo. D

12 Cur breues deambulationes fatigationem mouere amplius ſoleant? An quia euariant, incõptæque ſunt: faciunt enim vt ſæpe ſubſiſtatur. De contrario autem in contrarium frequenter mutari laborioſum eſt: neutri nanq; aſſueſcere ſinit. quæ quidem aſſueſcendi ratio vacat fatigatione. vtrique autem ſimul vt aſſueſcas, fieri non poteſt.

13 Cur qui equo vehuntur, quo longius equus decurrerit, eo magis emittere lachrymas ſolent? Vtrum quoniam aer, qui ſe obiectat, ſubinde eo frigidior eſt, quo minus teporis corpus attigerit: quod iis etiam euenit, qui curſum nudo corpore agunt: frigus autem mouere lachrymam poteſt. An contra, res enim calida lachrimam ciet, velut Sol. motus autem nimirum calorem efficere poteſt. An propter ictum illatum ab aere illud accidit. quomodo enim venti aduerſi oculos perturbant, ſic aer occurſãs eo magis ferire poteſt, quo equus velocius agitatur. E

14 Cur cætera membra cum perfricantur, pleniora euadant, venter autem ſoleat extenuari? An perfrictione protinus vehementiore extenuatur, cum is etiam impleri ſoleat illa fricandi ratione, quam paulatim amplificando admouemus. ſed non æque proficit, atq; caro, qua de re quæritur: quippe cum omnino in exercitando, laborandoq; venter præcipue extenuetur. Ratio igitur, ꝙ opima queq; concalefacta liqueſcunt, & ea magis, quæ intenſa ſuapte natura ſunt: venter autem cuteus eſt, cutis vero ſua natura tenſionem habet. Sed enim ꝙ venter celerrime opimatur, ideo & pingue aliquid ſemper obtinet, niſi morbo laboret. Cuius rei cauſam dixerim, quòd cibo ex vicino poſitus eſt. Cum igitur omnino pingue res propria naturæ non ſit, ſed aduentitium, nec ita neceſſarium, vt caro adhæreat: ideo & exercitandi, & perfricandi agitatio ventrem concalefaciens, liquefacit, & macerat, alimentumq;, quod inde redundet, membris cæteris diſpertit. quam ob rem ſedile ventrem opimat, reliquum corpus extenuat. motiones vero, perfrictionesq; ventrem extenuant, reliquum corpus implent, & augent. F

15 Cur peracto longo itinere, aut curſu, ſi quis ſe ſuper ſummos conſtiterit digitos, calces pedum conquatiuntur, proniq; deorſum labuntur? An propter continuatum, vehementemq; motum concitati nerui nondum requieſcunt. Fit enim ſæpe, vt animus euincere corpus totum poſsit: membra autem ſingula inhibere non poſsit, vbi ſe quendam in modum commouere. non enim cor, non penem excitum reſidere animus cogere poteſt. Ratio autem rei, quam quærimus, eſt, quòd multum ſpiritus circa neruos deuritur, quòd non ſimul ac ſubſtiteris, refrigeſcere poteſt. Is igitur ſpiritus concutiens, veluti ſubtrahendo ſuo motu deducit, facitq; ut pars remotiſsima minime

A continetur. itaque calces tremiſcunt, quemadmodum imum labrum hominis irati.

Qua de cauſa qui non concitate admodum currunt, * numeroſe reſpirant? Vtrum quod numerus omnis menſuram certo recipit motu: talis autem motus eſt, qui per æquas agitur portiones, quemadmodũ agunt, qui currunt leuiter. Ergo ſimulatq; agere curſum incœperint, reſpirãt ita, vt cum ſpiratio per compares vices propter parem metiẽdi motum, reddatur, numerum ſiue modulationem poſsit continuare. An quod omnis ſpirandi ratio compari viciſsitudine cõfici ſoleat, modo quis non retineat, ſed tenori trahendi a natura determinato vtatur. Igitur cum ſedemus, aut ambulamus, quod motus corporis mediocris eſt, numerus palam nõ fieri poteſt. cum item curſum cõcitate agimus, quod ſenſus conſequi motum nequeat, numerum percipere reſpirandi haudquaquã valemus. At cum mediocriter nosipſi concitemus, motus ipſe mediocris modum reſpirandi ſenſibilem præſtans, explicare nu- B merum poteſt. 16 *ἐν τῷ ῥυθμῷ

Quare inter currendum aer in flatum conuerti nobis videatur? Vtrum quoniam dum per curſum agitamur, aerem corporibus noſtris continentem excitamus, quod non niſi flatum mouere profecto eſt. quocirca non ſolum videtur, ſed etiam vero in flatum aer conuertitur. An quod in currendo aerem impetu noſtro violemus: quo facto, ſenſu aeris per motum magis afficiamur. ergo recte in flatum aer ſe conuertere videatur: hoc enim ratione impetus poteſt euenire. 17

Quam ob rem currentes potius cadimus, quã ambulãtes? An quod magis, quã moueamur, attollimus. hoc enim inter curſum, & ambulationem intereſt. 18

Cur aſcendentes genibus, deſcendentes femoribus elaboramus? An quoniam dum aſcendimus, corpus ſurſum iactamus * diſtenſionemq; corporis, genuũq; mouemus, ex quo genibus laborandum eſt. procliuis C autem locis, eo femoribus laboratur, quod iis ipſis enixi crura ſubmouemus. Ad hæc omne, quod præter naturam fit, laborem, doloréq; mouet. eſt autem ſecundum naturam genibus, vt ante flectãtur: femoribus autem, vt retro. at locis accliuis genua retro flectuntur, nam inniti, firmariq; volumus: procliuis autem femora ante coguntur, corpus enim ſe pronum, propenſumq; ita defert. 19 *diſtenſioque corporis, & agentibus multa fit.

Cur in itinere media femoris parte potiſsimum fatigari ſolemus? An quod longi cuiuſq;, atque continui pars potiſsimum media laborat, cum ſcilicet ſtabilitum, fixumq; manet: quam ob rem hæc præcipue rumpitur: femur autem tale eſt. ergo partem potiſsimum mediam eius fatigare merito ſolemus. 20

Quã ob cauſam qui humida cõſtant natura, facile a labore, æſtuq; ſtrangulantur? An quòd humor concalefactus tranſit in aera, itaque acrius vrit. ergo cum ob nimietatem facultates ſubmouendi nõ datur, refrigeratio nulla ſubſequitur, atque ita celeriter homo calore inſito, 21

& aduentitio exardescit. Quapropter sudor, spiritusq; secessio eos iuuant, qui se exercent, qui denique laboribus se dederunt. Cum enim humor discernitur, atque extenuatur, spiritum inde enasci necessarium est. D

22 Quare corpora, quæ modice constant, temperataque sunt, in morbum sæpius incidunt, & facilius curantur? An vtrunque eadem de causa euenit. est enim æquabile, quod modicum est: quod autem æquabile, id compatibilius est. quam ob rem si qua eius pars laborauit, protinus totum collaborat. Immodicum autem contra, vtpote quod seiunctius sit, partium suarum vitia minus haurit, minusq; consentiens est. Ergo sæpius id in morbum hac de causa incidit. facilius autem curatur, quoniam malum partium commune omnium est: eo nanque debilius redditur, quo se in plura digesserit: itaque curabilius est. Immodicum vero illud, vt quod rem communem cum partibus non habeat, minus quidem ægrotat, sed difficilius curatur, quoniam malum vehementius vrget. E

23 Cur æqualibus, quam inæqualibus locis magis fatigari solemus: ocyus aũt iter æquale, quam inæquale expedimus? An quod minus laboris tunc est, cum non assidue habitu eodem mouemur, quemadmodum ingressu æquabili potius agitur: ocyus vero ingredimur, cum vbi minus pari tempore attollimus. Ergo per locum æqualẽ vsus attollendi exiguus est, atque frequens: per inæqualem autem ecõtrario. Quod vero per singulos gradus paulum redditur, multum id per multos demum exultat.

24 Cur femora in descendendo, tibiæ in ascendendo laborant? An labor in ascendendo est, qua corpus attollitur: fit enim vt totum corpus nobis oneri sit. Itaque cui totum incumbit, & quo totum attollitur, id præcipue premitur, atque laborat: hoc autem tibia est. postremã enim hæc longitudinem tenet, nec modo pedis latitudinem aliquam sortitur. vnde fit, vt hoc minus se valeat stabilire. Itaque vt humeris, ita tibiis pondus sustinemus, laboremq; ob eam rem, quo humerus maxime affici solet, tibia quoque patiatur, necesse est. At in descendendo, quoniam corpus deorsum se defert, propellitq; contra naturam, hinc labor, & vexandi ratio prouenit: itaque laborem huic præcipue admouet, cui incumbit, quodque vexat. Atqui tibia manet, thorax ponderi est, femur sustinet atque vacillat, eo quod & porrectum in longitudinem est, & superne versatur, qua scilicet thorax procumbit. F

25 Cur iter longius tunc esse videtur, cum ignari quantum sit ambulamus, quam cum gnari, si modo res cæteræ pares adsint? An quod nosse quantum sit, non nisi nosse eius numerum est, remq; non determinatam pluris quam determinatam esse perspectum est. Ergo quemadmodum, si nosti quantum sit, finitum id esse necesse est: sic etiam si ignoras, quasi reciprocetur, animus cauillatus oberrat, infinitumq; id esse videtur, quod finitũ est. Quam ob rem si quantũ quodlibet de-

A terminatum, nō esse putetur, velut infinitum id esse videbitur, eo quod aptum est, vt sit determinatum. at si determinatum. at si determinatū non sit, infinitum est: ergo id quoque infinitum quodammodo videri necesse est, quod determinatum esse nequaquam videtur.

Cur femora magis, q̃ tibiæ fatigantur? Vtrum quod prope absunt ab ea parte, quæ excremētū continet. itaq; vbi ea pars agitata nimium recaluerit, femora expeditius ac plenius attrahere possunt, q̃ tibiæ. An quod femora cōtinentiore cōstant natura: laboratur. n. præcipue propter cōtinui distractionē: quippe cum etsi nullo excremento substante fessi sumus, tamē femoribus, ac lumbis acrius laboramus. An qūo inguina per ictum oriri nouimus, propter venarū & neruorum societatē, ita etiam lassitudo potius in femur incūbit: quod quidē ab initio propius abest. An quod femur eadē habitus ratione fungitur suo munere magis, quā tibia: quæ quidē res laboriosior est. An quod femora carnis copiā sustinēt, itaq; res affatim ī his inest quā naturæ rōni tribuimus. 26

B Quā ob causam tubercula, & vlcera nōnullis ex labore proueniūt? An corpore impuro motus cōcalefaciens, excrementa alia etiam cum sudore vaporatim destringit, quæ crassa & humoré prauo, hoc est acuto, aut amaro, aut salso contenta, secerni penitus suam ob concretionē non queunt: itaque per carnem intumescunt, atque exulcerantur propter amari humoris violentiam. 27

Cur non protinus ab exercitatione, aut a medicamēto e poto cibus assumi debeat? An quod adhuc corpus purgatur, nec dum a labore quiescit, excrementaque excitata redundant. 28

Quam ob rem currere, quā ambulare difficilius est? An quod plus oneris fert qui currit: is enim elatus, ac pendens, onus super se totum sustinet. At qui ambulat, parte insistente vicissim sustentatur, quasi pariete admotus requiescat. 29

Cur non protinus ab exercitatione esurire incipimus? Vtrum propter colliquefactionis residua, dum penitus concoquatur. An propter spiritum, quē labor ex humore subdito mouet. An propter sitim, quā laboris calor inducit. hæc enim accidunt omnia. 30

C

Cur genitura ī somnis iis profluere solet, qui aut labore lassescūt, aut tabe cōsumūtur? An quod oīno ita * incōtinētes sunt, qui natura calida & humida cōstāt: semē. n. tale natura est. Quod aūt tale est, ex iis, qui tali halitu sunt, potissimū profluit, cū calor somni accessit. quippe cū corpora tātisper* exiguū momentū desiderent, idque intrinsecus, non extrinsecus. Lassi aūt, & tabescētes ita affecti sunt. redūdant. n. & elassati colliquamentis calidis propter fatigationem, & motum, & tabefacti propter distillationem, & calorem, quem inflammatio mouet. 31

in nocte polluuntur,

exigua propensione egeant, eaq;

Quam ob causam crus suum sinistrū diutius perfricare cuique difficilius est, q̃ dextrum? An quod parte dextra laborare valemus: rebus autem præter naturam proficiscentibus, annumeranda cruris sinistri frictio est: fit enim dextra transuersa in partem obiectam. Quæ 32

autem præter naturam fiũt, hæc factu sunt difficilia. Sinistra vero manu parte perfricando dextram, nil tale percipimus: quoniam hæc neutram in partem apta potensq; est. D

33 Cur breues deãbulationes laboriosiores sunt? An quod crebro subsistimus, neque æquabili incessu mouemur, cum flectimus: quod certe laboriosum est.

34 Cur in Sole cum stamus, amplius recalescimus, quã cũ mouemur: cum tamen motus omnis vim calefactoriam habeat? An nõ omne mouendi genus calefacit, sed est etiam quod refrigeret. quod etiam in ollis feruentibus patet, quoties eas afflamus, aut versamus. An quia cum stamus calor permanet: is aũt cum permanet, amplius calefacit, quã cum mouetur. Corpus etenim nostrum vaporem de se quendam mittit assidue tepidum, qui proximũ aerem tepefacit, quemadmodum initio. Cum igitur quiescimus, aer nos circũfundens, calidus ob prædictam causam redditur. At cum mouemur, flatus excitatur, qui refrigerare nos potest. flatus enim quisque frigidus est. E

35 Quam ob causam qui equo currat, quo contentius cursum arripit equus, eo magis lachrymas mittunt: & qui pedibus, eo magis, quo intenderint vehementius? Vtrum quoniam aer occursans frigidus est. frigus enim lachrymas mouet, quippe quod contrahendo, cõdensandoque carnem, humorẽ exprimat. An potius contra. calor enim sudorẽ elicit: lachryma autem sudor quidã est. quapropter a concalefactione vtrunque mouetur, & sudor, & lachryma, salsaque pariter ambo sentiuntur: calorem autem efficere motus potest. An propter aeris ictum. quomodo enim flatus aduersi oculos perturbant, ita etiam aer, qui se obiectat, quo quis contentius equum agitat, aut ipse currit, eo magis ictu quodã molli obuerberat, & ferit. quo fit vt se lachrymæ promat, scilicet meatibus oculorũ relaxatis appulsu eiusmodi. Omnis etenim ictus vim aut secandi habet, aut collidendi, & contundendi.

36 Quam ob rẽ qui cursum concitate agunt, conuulsis maxime corripiantur, vbi quis inter currendum eis substiterit? An quod ea potissimum diuelluntur, quæ in partem cõtrariam vehementer trahimus, atque mouemus. Cum igitur homini currenti, vehementerq; membra vltra propellenti, quis obuiam factus obstiterit, accidit vt in partem retorqueantur contrariam, quæ adhuc ante pertendunt, atque proripiunt. Itaque diuulsio eo vehementior incidit, quo cursus contentius agitur. F

37 Cur ambulationes minus laboriosæ sunt, quæ inæquales, quã quæ rectæ aguntur? An quod elatio erecta secundum naturam corporis vniuersi est. ideo ambulationes, quas loca æquabilia præstant, laboriosiores, quam inæquabiles sunt, quod in easdem partes laborem admouent, quod inæquales illæ non faciunt: dispertiunt enim magis in omnes corporis partes. Calidis vero temporibus arctæ ambulationes plus valent, quam frigidis: quippe quæ partibus externis laboris plus

A afferant,& quidem sudorem ob eam rem euocando extenuent. Frigidis contra carnem reddunt constã tiorem,& stomachum excitent, ciborumq; faciunt auidiorem.Partibus enim internis calorem augent, membrisq; ad frigoris appulsum torpeatibus,locum intimum calore amplificato efficacius purgant.Carnem vero solidiorem efficiunt, vt quæ per eam vniuersam nequeant superare.Accliues etiam ambulatio nes laboriosiores sunt, quã decliues, magisque extenuant. Faciunt.n. accliues, vt lumbi potissimum laborent,decliues vt femora: põdus.n. totum femoribus incumbens grauissime premit:quod item,cum præter naturam sursum efferri a calore cogatur, maiorem in modum cale facit.Itaque efficitur,vt arduum ambulandi genus sudores moueat, spiritum suspendendo extenuet,lumbis dolorem infligat: crura enim magna cum difficultate se in sublime recipiunt,lumbos inflectunt,frã gunt,euellunt:quibus de causis labor præcipuus sequatur necesse est.
B Locis autem duris,ac renitentibus habitæ ambulationes musculos, & * neruos crurium effatigant:quippe quæ contentiones tam neruis quã musculis moueant,cum enixu agantur violento.Mollibus vero & cedentibus locis facta ambulatione,articuli potissimum sentiunt.flexus enim articulorum percrebescit,cum solum succumbat,dilabatur,& cedat.Eadem autem quæstio est. * tendines.

38 Cur locis * arduis difficilius ambulemus? An quoniam omnis ingressus attolentia,& positione conficitur.attollere igitur præter naturam est,ponere secundum naturam,proponere medium tenet.In ambulando autem locis arduis,multnm sortis illius auersæ a natura proculdubio est. * simls

39 Quare qui cursum ex quo arripiunt minus decidunt? An quod * magis cauent,quam timent. * timet, magis cauent.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

C

SECTIO SEXTA:

Eorum,quæ ad sessionem,accubitũ & habitum corporis pertinent:

Cuius quæstiones. VII.



VR sedile alios impleat,alios extenuet? Vtrũ habitus corporum distent inter sese,vt alii calidi,alii frigidi sint. ergo si ita est, calidi implentur:cibum enim corpus vi sui caloris exuperat.frigidi autem, quod aduentitium calorem desyderant,quem ex mouendi ratione potissimũ corpus acquirit,concoquere nequeunt,dum quiescunt. An quod aliĩ

excrementis redundant, & ob eam rem motum, qui ea consumat, desiderant, alii non. D

2 Cur partes corporis distendendæ sint, quod qui se exercitant, facere consueuerunt. An quod meatus spiritu suo perpurgari oporteat.

3 Cur inflexo corpore cubare melius est, quod etiam Medici plerique præcipiunt? An quod venter cum recalescit, cõcoquere celerius potest: sic autem fit, vt recaleat. Ad hæc, locum flatibus dare, in quem incumbant, & innitantur oportet: ita enim minime infestabunt. hinc enim & varices, & cæteri abscessus iuuant, quod ventriculos continent, in quibus flatum recipere queunt. Ergo corpore extento, cauerna nulla eiusmodi adigi potest: locum etenim omnem viscera occupãt: inflexo autem, singula laxantur, & sinuantur.

4 Cur vertigo surgenti potius accidat, quã sedenti? An quoniam quiescenti humor* vniuersus vnum in membrum se colligit: ex quo cruda etiam oua nequeunt circũuerti, sed protinus decidunt: mouenti autem humor se æque expandit. Surgimus igitur a quiete, qua ita affecti sumus: sedemus vero a motu, quo humor æquabili modo quaque versus se porrigit. E

* confertim vniuersus

5 Quam ob causam cum parte corporis dextra cubamus, somnus magis accedit? Vtrum quod vigilantes contra, quã dormientes habemus: ergo cũ vigilando parte accubemus sinistra, cõtrarium sequetur in dormiendo, initio, cum id contrarium sit. An quod somnus priuatio motionis est. partes igitur, quarũ mouere interest, quiescãt oportet: dextrarum autem partium mouere interest. Cum autem ita accubamus, velut initium quoddam resurgendi detentum, obligatumq; habemus.

6 Cur torpeamus, & cur manus potissimum, & pedes? An quod torpor refrigeratio est: fit enim propter sanguinis priuationem, translatio nemq;. Manus autem, & pedes, omnium maxime partium carnis inopes, nerui vberes sunt, sed præcipue pedes. itaque ad refrigerationem celerem sua natura nimirum habiles redduntur. F

7 Cur libenter in latus accubamus sinistrum, in dextrum autem potius dormimus? Vtrum quoniam conuersi ad lucem, minus dormire possumus, somnus enim in tenebris ocyus obrepit. An quod dum in latus accubamus sinistrum, vigilare magna ex parte consueuimus, & operum functio sic nobis expeditior est. Itaque ad contrarium opus contrarius habitus, siue situs requiritur. inuitatur autem quisque magis ad opus fungendum habitus sui ratione.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO SEPTIMA:

Eorum, quæ ad consensum naturæ animantium pertinent:

Cuius quæstiones. V.



VR a morbis nonnullis ægrotant, qui appropinquarint, a sanitate nemo sanari potest? An quoniã morbus motio est, sanitas autem quies. ergo ille mouere potest, hæc non potest. An quod alterum non voluntarie, alterum voluntarie accidit: res autem non voluntariæ a voluutariis, consultisq; plurimum differunt. 1

In duabus sequentibus sectionibus in quęstionum numero, ac ordine Græcus codex a Latino valde dissentit.

B

2 Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus: & cum mingentem quempiam videmus, ad mingendum mouemur? quod iumentis præcipue accidit. An propter memoriam: mouemur enim ea ipsa parte, quoties meminerimus. hominibus tamen, quia sensu præditi sunt faciliori, statim vbi viderint, euenit, vt moueantur, reminiscanturq;: iumentis autem vidisse non satis est, sed alio quoque sensu opus est. Quamobrem addito etiam olfactu, mouentur: quoniam sensus hic in brutis mobilior est. Vnde fit, vt eodem in loco sequentia mingant omnia, quo primum eminxerit. tum enim præcipue mouentur, cum olfaciũt: olfaciunt autem, posteaquam appropinquarunt.

C

Quam ob rem cum secari quempiam, aut vri, aut torqueri, aut aliqua re terra affici videmus, animo vicẽ eius doleamus? An quod omnium communis natura humana est. ignolcimus ergo, cum tale quippiam inspeximus, propter naturæ consortionem, & familiaritatem. An quomodo nares, & aures delibationes quasdam rerum obductarũ pro sua facultate concipiunt, sic etiam aspectus afficitur, & a re delectabili, & a tristi. 3

Cur a tabe, & lippitudine, & scabie capiuntur, qui appropinquarint: ab aqua autem intercute, aut febre, aut stupore attonito, aut aliquo ex numero cæterorum malorum capi nequeunt? An a lippitudine, quoniam oculus pars nostri corporis mobilissima est, cæterarum maxime omnium rei sibi obiecte similis reddi potest, quippe qui facile moueatur ab eo quod moueat: itaque fit, vt cum perturbatum obspicit oculum, facile ipse etiam perturbetur. Talis autem contagio ideo fit, quoniam spiritum vitiat, grauemque reddit. celerrime autem oẽs morbis arripiuntur iis, qui spiritu corrupto proueniunt, quale est 4

omne peſtilens genus:qui autem appropinquarit, talem profecto ſpiri D
tum trahit,qualem æger ille reddiderit. Aegrotat igitur, quia morbiſe
rum eſt,quod ſpiritu trahitur:ab vno autem morbum excipit, quoniã
vnus ille ſic ſpirat,cæteri ſecus·eundẽ vero, quia quo ægrotarit, hoc
non aliter ſpirat,quam fuerit affectus. Sed ſcabies magis, quam lepra,
cæteraq; vitia generis eiuſdem, afficere poteſt: quoniam per ſumma
corporis errat,& humore manat glutinoſo:genus nanque prurietium
omne tale eſt. Itaque idipſum quia per ſumma oritur, glutinoſumq;
eſt,nimirum idcirco attingere poteſt. cætera nequeunt, vel quia non
per ſumma proueniunt,vel quia perſiſtere ſuam ob ſiccitatem nõ poſ-
ſuat,quamuis per ſummam cutem oriantur.

5 Quid eſt,quod nonnulla ex iis,quæ auditu triſtia nobis occurrũt,
vt inhorreſcamus,efficiant? vt ſerra cum exacuitur, & pumex cum ſe-
catur,lapis cum mola frangitur. Quæ autem notæ affectionũ patent
aſpectui,hæc genera affectionum ipſa in nobis creant? dentes enim ſtu E
peſcunt,cum aliquos rem acidam edentes aſpicimus. Et pleriq; cum ho
mines laqueo ſuſpẽdi, vel aliter ſtrangulari viderent,ipſi defecerunt?
An quod vox omnis,genuſq; omne ſtrependi ſpiritus eſt, qui noſtrũ
ſubiens ſenſum, mouere nos ſolet:cumq; ſuum motum vel magnitu-
dine, vel pulſu vehementiore amplificauit, aliquid ex iis, quæ noſtro
in corpore latent,immutat,& ſæpe interimit. Ergo ſpiritus,qui quam-
uis magni,lenes tamen adierunt,ii ſedem ipſam commouent ſentien-
di,& lætitia ob eam rem nos afficiunt. Aſperi autem, quoniam ictum
inferunt vehementiorem,ſedem vtique illam cõcutiunt,longeque pro
ictus ſui facultate ſe porrigunt:quod idem res quoque frigidæ faciunt.
Frigiditas enim vis quædam eſt:ſed hanc horrorem inuehere poſſe, di
ctum iam eſt. Aſperitas vero, quod pulſu frequente initium pilorum
concutiens,in partem pellit aduerſam, efficit, vt pili ſe erigant. pulſo
nanque initio,cacumen pilorum ſe transferat in partem aduerſam,ne-
ceſſe eſt.itaque fit, vt pili exurgãt:omnes enim deorſum procumbunt. F
Et ſpiritus quoque, qui per aures corpori ſe inſinuat, de ſummis ad
ima ſe defert. Ergo cum ſoni,quos modo diximus, aſperi ſint, horror
vtique ob cauſam prædictam moueri poteſt. Sed euenit, vt cæteris par
tibus potius,quam in capite moueatur: quoniam vt pili partium cæte
rarum imbecilliores ſunt, ſic affectus hic imbecillus occurrit. Cum ve
ro ſenſus audiendi,quam videndi obtuſior ſit, affectus quoque hebe-
tiores per ſumma errant, qui ab eo ipſo proficiſcuntur. horror autem
talis eſt:quamobrem multis, ac variis cauſis exiſtit. Senſus videndi ve
ro,cum omnium exquiſitiſsimus certe ſit,euenta quoque ipſa pro ſua
præſtantia ſolet ingerere. quo circa efficitur, vt ipſi veri affectus profi-
ciſci ex eo poſsint,quamuis vero leuiores. At in ſenſu audiendi,vt ip-
ſos minime, ſic eorum expectationem nimirum horremus. rei enim
triſtis, & anxiæ expectatio exiſtit.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO OCTAVA:

Eorum, quæ ad rigorem, atq; horrorem pertinent:

Cuius quæstiones. XIX.

VA de causa liuidi, qui rigent, efficiuntur? An quo niam sanguis appulsu frigoris gelascit, gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam: albedo nanque igni tribuitur. Quapropter iis maxime, qui ætate processerunt, caro liuescit, eo quod calorem minimum obtinent. 1

B

Cur extrema corporis maxime rigent? An propter angustiam. foramina enim, quæ in his insunt angusta, parum obtinent sanguinis, & ob eam rem parum caloris sortiuntur: sanguis enim calidus est. 2

Cur pedes magis tunc rigent, cum suspensi tenentur? Vtrum quod frigus amplius ad eos aspirat. An quod sanguis in breuiorem se contrahit partem: itaque reliquum frigori opportunius redditur, cum calor desit. 3

Cur tempore frigido maxime vis illa famis intolerabilis incidat, qui caninus * appetitus vocatus est, & hyberno potius, quam æstiuo? An quod vitium hoc ob inopiam alimenti sicci solet accidere. tempore autem frigido & hyberno, cum calor in angusta se contrahit, ocyus interdum deficit alimentum: quod cum defuerit, vitium id esuriendi accidere consentaneum est. At si in ea cibi vitiosa cupiditate resolutio, imbecillicitasq; secuta est, materia statim interna corporis a collecto calore colliquescit. quæ si ad locum cibo a natura destinctum influxerit, pro cibo seipsam corpori applicabit: sed si spirandi sedem adiuerit, obmutescere, atque languescere necesse est. obmutescere inquam, quoniam spirandi meatus intersepitur, atque obsidetur: languescere autẽ est propter inediam, consumptionemq; corporis. Celeriter tamen, paucisq; remediis subuenitur, eo quod eius mali ortus extrinsecus est. frigus enim calorem corporis nostri intro compellens, ac contrahens, insatiabilem edendi illam cupiditatem iniicit, atq; intendit. Quamobrem quo modo, qui in metuendo tremebant, pallebantq;, periculo demum liberati, subito ad priorem redeunt statum: sic etiam esurientes illi, vbi parum sumpserunt panis, citissime recreantur: vt qui vi paulo a naturæ ratione summoti aberrent, non qui penitus corrupti 4 * βούλιμος

C

desciscant. quod enim naturæ tenorem in partem aduersam violat, idē D
suæ naturæ eundem restituit. Ergo dimisisse tātummodo sat est, quē-
admodum tum aduersi inter se pueri funem enixi retrahunt: quippe
qui funem dimisso, resupini protinus decidant.

5 Cur homines pleni admodum rigent, cum tamen pingue omne ca-
lidum sit? An propter amplitudinem molis, vt longe a calore interio-
re distāt partes extremę corporis, sic prope ab extremo frigore absunt.

6 Cur exercitati frigus vehementius sentiunt, quam inexercitati?
Vtrum quoniam pingue consumptum laboribus est, quod vtiq; tepo-
rem præstare potest: calidum enim opimum est. An quod spiratior,
solutioraq; corpora eorum ideo sunt, quoniā pingue, excrementumq;
omne detractum est, ita vt frigus arcere nequeant. An quod meatibus
per sudationem patefactis veluti ostia complura aperiuntur. habitum
autem non eundem sanitati, & robori esse idoneum manifestum est:
alteri nanq; pinguis, alteri laxus videtur plane conuenire.

7 Cur vt aqua frigida, sic etiam calida infusa horrescimus? res enim E
contrarias inter se idem efficere posse absurdum est. An frigida infusa
calor interior extinctus horrorem mouet: calida autem frigus exter-
num circumobsistens in vnum, seq; profugum intercolligens efficere
identidem potest. Quamobrem vtrunq; ab eodem agitur: verum alias
ab interiore, alias ab exteriore, vt dictum iam est.

8 Cur pili in cute inhorrescunt? An vbi cutem contraxerunt, merito
eriguntur. contrahunt autem & rigore, & aliis plerisq; affectibus.

9 Cur ad extremam vrinæ missionem inhorrescere solemus? An dū
humor calidus ille inest, vesica, & meatus qui circa eam positi sunt, ple
ni, expertesq; frigoris subsistant: post vero, vbi effluxerit, aere fri-
gido replentur: quippe cum inane nihil esse naturæ ratio patiatur,
sed aut aeris, aut corporis plenum esse vnumquodq; necesse sit. Quod
igitur aer se induxerit frigidus recte vt inhorrescamus, euenire soli-
tum est. F

10 Cur lingua rigentium, quemadmodum vinolentorum errare so-
leat? Vtrum quod a frigore concrescit, ac indurescit, mouenti diffici-
lis redditur, itaque explanare non potest. An quia partes exteriores
appulsu densantur frigoris, humor intus collapsus linguam madifi-
ficat, ex quo suo fungi officio lingua nequit, vt de vinolentis etiam di
ximus. An quod per tremorem a rigore inductum motus temere agi-
tur, articulate vocabula lingua edere non potest, itaque oberrat, &
hæsitat.

11 Cur pili rigentium eriguntur? An quod ex refrigeratione calor in
partem interiorem se colligit: vbi autem carni caloris beneficium de-
fuit, magis coagitur: quod cum fit, pili erectiores effici coguntur.

12 Cur hyeme cum currimus, magis rigemus, quam cum stamus? An
quod aer nostra ambiens corpora, cum stamus, vbi semel concalefa-
ctus est, nullam præterea molestiam infert: cū autem currimus, alius

A subinde frigidus occurrit: itaque facit, vt magis rigeamus. Ad hæc, aer
cum mouetur, frigidior redditur: quod quidem in currendo maxime
incidit.

Cur tempore matutino frigus acrius est, cum tamen Sol propius 13
adsit? An quod plus temporis absentiæ Solis exultat, itaque terra ma-
gis refrigerata est. An quod die instante ros, & pruina cadere solent,
quæ frigida sunt. An hæc etiam ideo cadunt, quoniam calor, qui sur-
sum se extulit, vi frigoris superatur, idq; nō nisi Solis absentia euenit.
Quocirca cum longe distat, non cadunt: cum proprius, tum cadunt,
atque gelantur, quod locus vehementius refrigeratus est, propter Solis
diuturniorem absentiam. An die instante potius flatus incitantur no-
cturni, qui gelidi admodum spirant. An nobis frigus acrius idcirco esse
videatur, quod cibi concocti iam sunt. inaniores autem cum sumus,
frigus vtique acrius sentimus. argumentum, quod a vomitu maxime
B frigere solemus.

Cur vbi sternimus, vel minximus, plerunq; inhorremus? An quod 14
ratione vtraque venis subtrahitur: quæ cum redditæ sint inaniores, aer
ingreditur frigidus, qui rigorem ciere potest.

Qua de causa qui vehementer frigent, si statim copioso igne conca 15
lefiant, indolescunt: si paulatim vero tepefiant, sine magno dolore re-
creabuntur? An quod omnino cum ex contrariis in contrarium pro-
ficiscitur, magna effici commutatio solet. vt in arbore, si quis paula-
tim deflectit, nihil est quod stirps ipsa laboret. at si vehementius cor-
ripit, nec sensim abducit, frangatur necesse est. Ergo si simile a suo si-
mili affici nihil potest: vt autem calor hominis frigentis intus se con-
sistit, & colligit, sic humor, & rigor parti exteriori relinquuntur,
contrariumq; sui contrarii corrumpens est: efficitur recte, vt si sensim,
paulatimque tepefiant, calor prouocetur, & exeat, itaque minus do-
leant: sin subito recalescant, amplius adducatur, & astringatur, itaque
C dolendum acrius sit.

Cur refrigerati magis ab eodem calore vrimur, atque dolemus? 16
Vtrum caro suæ causa densitatis calorem occurrentē sibi tenacius su-
scipit, ex quo plumbum calidius redditur, quam lana. An calor vi pe-
netrat, eo quod foramina nimio frigore congelauerunt.

Quam ob causam non rigent, qui irascuntur? An quod ira & excan 17
descentia timiditati contrarii affectus sunt. Est autem ira ex igne
proficiscens. cum enim intus copiam ignis retinemus, concalescimus:
quod maxime in puerili ætate perspicere licet. pueri nanque pri-
mum spiritus copiam retrahunt, deinde rubescunt. calor enim cum
intus affatim substat, atque humificat, facit vt erubescant. nam si
quis large aquam frigidam his infuderit, iram sedabit: sic enim calor
extinguitur. Pauidi autem, & perterriti contra: rigent enim, & frigi-
di, pallidique redduntur. calor nanque eorum se summis de partibus
seuocat ad imas.

18 Quamobrem quoties inhorreſcimus, pili eriguntur? An quod in D
humore occluſi continentur: humor enim a pili altitudine vincitur. horror autem pulſu frigoris fieri ſolet. frigus vero calidum humorem congelet, naturæ ratio vult. ergo vbi commutatus, congelatuſq; humor eſt, in quo pili inhærent, pilos ipſos mutari conſentaneum eſt. Aut igitur in partem aduerſam ſe transferent, aut in eadem manebũt, ſi rurſus vincere humorem potuerint. at veriſimile non eſt, vt humorẽ gelatum, coactumq; pilus vincere ſuo ponduſculo poſſit. Ergo ſi pilus vndique gelido humore obſeſſus, nequo valeat inclinari, reſtat ſane vt erectus conſiſtat. An quoniam calor pulſus frigore ad locum interiorem ſe colligit. vbi autem calor ſe a carne dimouit, caro plenius cogitur, coactaq;, pilos eminentius erigi cogit: quo modo ſi cum terræ feſtucam, aut aliud quodlibet infixeris, conſtruas, atq; vndique terram colligas, efficies, vt magis erigi poſſit quod infixum eſt, quam ſi terra minus eſſe coactum ſiueris.

19 Quam ob cauſam qui rigent maxime, dormire non valeant? An E
quoniam qui riget, ſpiritum magis retinet, quam laxat: qui dormit, magis reddit, quam attrahit. facit igitur rigor, vt contra agatur, quam cum dormitur.

A R I S T O T E L I S

P R O B L E M A T V M

S E C T I O N O N A:

*ſugillata, et cicatrices, et vibices pertinent:

Eorum, quæ ad * vibices, & cicatrices, & pelles pertinent:

Cuius quæſtiones. XIIII. F

1
VR pelles recenter detractæ, maximeq; arietum, verberum vulneribus, & vicibus admotæ, & oua ſuper confracta prohibent vlcera, ne conſiſtant? An ratione vtraque humor colligi, intumereq; prohibetur. Pars enim colliſa humorem trahit, intumeſcitq; propter feruorem: oua ſua lentitia glutinant, atque ita intumeſcere non ſinunt, vt etiam in ambuſtis glutine agitur. Conglutinare poſſunt pelles quoque, ob ſuam lentitiam hærentes nimirum, ſimulque ſuo calore concoquunt, inflammationemque ſedant. neque enim detrahere eas ſolemus, niſi diebus aliquot poſt. Etiam qui ex ſale aceto'ue perfricandum cenſent, inflammationem tollere volunt.

A Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ, oculis albæ inducuntur? An quod cicatrix colorem priori contrarium trahit, scilicet quemadmodum omnia, quæ ægrotarint: vlcera autem parte oculi nigra contrahi solent, verũtamen neque in corpore statim nigrescunt, sed principio albæ sunt: neque in oculo semper nigræ, sed demum vel ex toto, vel magna ex parte redduntur. 2

Cur ferula oras siue ambitum plagæ rubidum, medium album facit? Vtrum quod sanguinem pellit ex medio, quod maxime ferit, quia in orbem se colligit, & rotunda est. An ea quidem de causa sanguinem deinde redire oporteret. Rubedo autem non nisi concursus sanguinis est, isque in eum locum, qui ictus est. 3

Quare cum membra a ferula vehementius feriuntur, medium carnis album, oræ rubræ redduntur: ligno autem cõtra, medium amplius rubet? An quod ferula suam ob leuitatem, vbi vehementer percussit, 4
B sanguinem residentem per summa dissipat. itaque vnde sanguis defuerit, mox ea pars alba existit: quo autem plenius fluxit, hic rubor ambit. Cumque plaga intumuit, sanguis cito suam sedem repetere non potest, quoniam & exiguus est, & relationem per accliue agat necesse est: non enim nisi copia magna referri potest contra naturam. At ictus quos dura corpora inferant, affligunt, colliduntque ponderis sui ratione, ac robore. Afflictum itaque medium cauum redditur, collisum autem rarum existit: collisio nanque dissectio, & distractio leuis est. Quod cũ cauum, collisumq; reddatur, sanguis ad id summus de oris vndique fertur: nam & aptus ferri deorsum est, & laxa expeditius subit, quod ea cedunt facilius. Vbi autem sanguis eo ipse se collegit, efficitur merito, vt medium rubore tingatur: oræ autem, quas deseruit, albedine decolorentur.

Cur nigræ cicatrices hominum sunt, qui vitio lienis tenentur? An quod sanguis eorum corruptus est, propter admistionem morbosi, di- 5
C lutique sanguinis, qui a liene procedit. Cicatrix igitur cute prætenui, summaque consistit. sanguis vero ille, quia vt dilutus & calidus sit, niger est cicatricem nigram transpectus vtique ostendit, & quidem sæpius. Hac eadem de causa cicatrix nigrior fit: sanguis etenim cutis imbecillitate frigescit, & calore euaporante atrior redditur. Senioribus etiam pari ratione cutis magis nigrescit, & natiuæ cicatrices acriores, quam iunioribus habentur, est enim quasi vibicatum corpus eorum totum, non ob aliquam cutis tenuitatem, sed quod calor defecerit.

Vtrum quæcunque rei eiusdem causam obtinent, vim habent eandem ad agendum, an non? verbi causa, cum vibices discuti & ab ære, & a ridicula, & a faba commanducata, & a pulmone, & ab argilla, & ab aliis huiuscemodi possint, singula'ne vi eadem hoc efficiant, an diuersa? An æs ideo tollit, quoniam rubiginem præ se fert, quæ pro medicamento accipi potest. Faba vero, & pulmo, & argilla, eo quod ad se attrahunt, propter sui corporis raritatẽ: cæteraque prædicta aliis ex cau- 6

sis idem faciunt. An vltimum quidem in his omnibus idem est. quod autem antecedit, hoc discrimini fore, nihil est, quod prohibeat. D

7 Cur cæteræ cicatrices nigræ, oculi albæ consistunt? An quod cicatrices colorem contrahunt contrarium parti, in qua efficiuntur: at in parte oculi nigra fieri solent: ergo albæ efficiantur necesse est.

8 Cur ictus ferulæ dolorem amplius mouet, quam aliquod duriorum? ita enim deprehendetur, siquis cum verberat, ratione consyderat: cum tamen ictum durioris, vehementiorem esse ratio potior exigit. acrius enim ferit, quod durius est. An quod caro non solum cum percutitur, sed etiam cum repercutit, dolet. Igitur a duris percuti tantum potest: cedit enim propter eorum duritiem. At vero a ferula vtrunque sane accidit, vt & percutiatur, & repercutiat, propter ponderis leuitatem, cum scilicet non cedat, sed renitatur, ita vt ictus possit duplicari.

9 Cur thapsia, & cyathus, quæ contraria plane inter se sunt, pariter vibices possint discutere, hic principio, illa post? cyathus enim frigidus est, quod etiam poeta inquit Homerus: Et gelido dentes defixit in ære: thapsia vero calida, & vrens. An quod vt animo deficientibus aqua, sic cyathus vibicatis occurrit. Obuians enim refrigeratio calorem prohibet educi e sanguine, qui per ictum ad summa confluere corporis, atque concrescere solet, vbi calor decesserit. fit enim, vt perinde ac si extra sit, congeletur, cum sub cute est, propeque abest, vt extra sit. at vero cum calori exitus negatur, non concrescit, sed se rursum diffundit, & sedem vnde effluxit, repetit. Quod idem thapsia quoque præstare potest, quippe quæ caloris sui facultate prohibeat, ne sanguis gelascat. E

10 Cur æneis quibusdam admotis, vt cyathis, aliisque generis eiusdem, vibices reprimi, resoluique possunt? An quoniam æs natura frigida est: ergo calorem effluere vetat e sanguine, quem ictus collegit. eo nanque per summa corporis exhausto, vibex existit. itaque celeriter admouendum est, antequam geletur. Et thapsia vero ex melle illita eadem de causa iuuat: quia enim calida est, sanguinem refrigescere prohibet. F

11 Cur si eodem in loco sæpius vlcus extiterit, cicatrix atra ducetur? An quacunque parte vlcus se ostenderit, hæc admodum debilitatur, eoque magis, quo vlceratum sæpius sit: debile autem omne frigescit, humorisque plenum est: quo fit, vt nigrum quoque appareat. Et quidem vlcera magna, & vetera cicatrice atra obducta videmus. Sæpe autem vlcus cœpisse non aliud est, nisi vlcus diu habuisse.

12 Cur vibicibus cyathos admouere solemus? An quod locus, quo icti fuerimus, refrigeratur, calorq; inde omnis decessit. cyathus itaque admotus facit æris frigiditate, ne calor abeat.

13 Cur pili cicatricibus nequeunt exoriri? An quod omnes meatus obcæcantur, & variant, e quibus pili se promouere solent.

A Cur ictus tumorem, liuoremque suscipiant? An quod de loco per- 14
cusso humores disiecti in loca proxima ruunt, in quibus offendentes
retorquentur. itaque coniuncta, conglutinataque humorum copia, tu
mor per collectionem exurgit: & si quæ venulæ ruptæ sint, confluuiū
id humoris subcruentum fiat necesse est.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMA:

Eorum, quæ ad res naturales pertinent;

B *Cuius quæstiones. LXVII.*

VR in animantium genere alia tussiunt, alia non? 1
verbi gratia, homo tussit, bos minime. Vtrū quod
cæteris maxima ex parte excrementum aliorsum se
vertit: homini autem eo cōuerti natura voluit. An
quod homo maximum, humidissimumque cere-
brum continet. tussis autem pituita distillante fie-
ri solet.

Cur homini tantummodo ex omni animātium 2
numero sanguis e naribus defluit? An quoniam plurimum cerebri,
idemque humidissimum homo continet: vnde venæ excrementis per
ora eodem tendentia nimium repletæ, profundere inde coguntur. San
guis enim vitiatus quisque integro tenuior redditur. talis. autem est,
C qui se cerebri excrementis miscuerit, & quasi in saniem degenerat.

Cur alia ex animantibus sub cutem, alia intra carnem, alia vtroq;
modo pinguescere consueuerunt? An quibus densa est caro, iis inter 3
cutem & carnem humor prætenuis cogitur: quod is semper sua natu-
ra eminet, atq; residet, qui tandem concoctus pingue effici solet. Quæ
autem carne sunt rariore, cutemque gerunt obuiam, hæc opima intra
carnem redduntur. Quæ vero vtroque modo se habent, vtroque etiam
pinguescunt.

Cur vitiliginem pueri, mulieresque minus habent, quam viri, & in 4
ipso fœminino sexu, quæ prouectæ ætate sunt, magis habent, quam mi
nores? An quod vitiligo exitus spiritus est. Corpora autem puerorum
contextu denso, non facili expiratu constant. & molierum minus ex-
pirant, quam virorum: spiritus nanque in menstrua se auertit fœmi-
næ. densitatem vero leuitas eiusdem satis declarat. Quæ autem corpo
ra ætate processerint, aut consenuerint, respiratiora euadunt: hæc enim

modo ædificii veteris structuram suarum partiũ laxiorẽ iam habent. D

5 Cur homo tantum habeat vitiliginem? Vtrum quod tenuissimam is ex omnibus animalibus cutem habet, simulque flatibus redundat. indicium vero, quod vitiligo partibus tenuissima cute obtectis, maxime, primumque existit. An & his ipsis de causis, & præterea quod homo vnus ex omnium animantium numero canescit: quippe cum in vitiligine pili canicie immutentur. itaque fieri non potest, vt vitiliginẽ habeant, quæ nunquam canescere soleant.

6 Cur capris, & ouibus lac plurimum demulgetur, quæ corpore non maximo sunt: homini autem, & boui minus, scilicet ad corporis proportionem? Vtrum quod his copia in corpus absumitur, cæteris in excrementum se confert: ouibus autem, & capris quantum excrementi accesserit, omne in lac transit. An quod plura gignunt, quam quæ magno sunt corpore: itaque plus attrahunt excrementi, quoniam plura alendum sit. An his grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redundat: lac autem excremento consistere certum est. E

7 Cur animantium alia? cum aquam mutarint, colorem suum amittunt, similiaque loci illius domesticis redduntur, vt capræ: alia vero nunquam amittunt, vt homo.

8 Ad summam cur alia mutantur, alia non: vt coruus, qui semper incommutabilis persistit? An quorum natura vincere, perdomareque humorem non potest, vt auium, quæ vesicam quoque nullam ob eam rẽ obtinent, hæc nusquam mutari possunt.

9 Sed cur non illa eadem, sed quæ nata ex his sunt, hæc mutentur? An quod recens nata suis parentibus sunt infirmiora.

10 Cur mares corpore maiori ex toto pene sunt, quam fœminæ? Vtrũ quod mares calidiores fœminis sunt: quæ res vim obtinet augendi. An quod mares præditi natura sunt, fœminæ manca, oblæsaque desciscũt. An quod mares longo temporis spacio perficiuntur, fœminæ breui.

11 Cur in animantium genere alia breui tempore pariunt, alia diu gestant? An longius perfici solent, quibus longiora sunt vitæ spacia. sunt autem partu tardiora, quæ longo tempore viuunt. Sed non vniuersaliter id est. æquus enim vt tardius maxime quam homo parit, sic viuere minus potest. Cuius rei causam vuluæ, siue vteri durities habet. quomodo enim ager sitiens haud cito suas stirpes enutrit, sic durior vulua equarum in formando, nutricandoque suo fœtũ remoratur. F

12 Cur proles cæterorum animantium magis, quam hominis suis parentibus similem gerit naturam? An quod homo vago, varioque plurimum animo in coitu est. prout autem pater, materque in conceptu affecti fuerunt, ita partus euariant. Cætera vero animantia omnia, aut certe plurima, rei tantum ipsi intendunt, totaque sese veneri dedunt. Adde quod ob eam auiditatem minime repleri magna ex parte patiũtur.

13 Cur albi tam homines, quam equi oculis magna ex parte cæsiis sunt? An cum oculi triplici coloris genere distinguantur, nigro, caprino, &

A prino, & cæsio, corporis totius colorem oculi quoque color consequitur: itaque haud immerito cæsius est.

Cur homines nana statura proueniunt? Vel potius quærendum in vniuersum, cur in animantium genere alia paruo, alia magno consistant corpore? Causa duplex sane reddi potest: aut enim locus, aut alimentum id facit. locus, si angustus est: alimentum, si exiguum: quod etiam partu iam edito nonnulli efficere conantur, vt qui catellos in caueolis occlusos educant. Quibus itaque causæ locus est, hi pomiliones redduntur. Sunt enim latitudine quidem, profunditateq; pro magnitudine suorum parentum, breues tamen omnino. cuius rei causa est, quod rectæ lineæ in aduncas se flectunt. igitur quomodo tabernarum picturæ, quamuis breues, tamen distentæ in latitudinem, profunditatemq; cernuntur: ita pomiliones quoque formari ex loci angustia incidit. At vero qui ob alimenti inopiam perfici non potuerint, hos mēbris quoque puerilibus constare videmus. fitq; vt aliqui, quamuis breues admodum sint, modice tamen coagmentatas omnes sui corporis partes habeant, vt Melitenses catelli. Ratio enim, quod non vt locus, sic natura suum efficere opus soleat. 14

B

Cur in animantium genere alia maris ac fœminæ coitu creantur, alia concretis quibusdam proueniunt, simulatq; primus eorum ortus extiterit? quemadmodum qui de natura docent, primum animantium ortum, mutatione, dimotioneq; mundi, vniuersiq; orbis ingente dissserunt extitisse: & quod nunc, si rursum ortus eiusmodi futurus sit, tales motiones aliquas præcessisse oportebit. Principium enim rei cuiusq; maximum est, quippe quod rei dimidium sit. semen autem genitale principium esse certum est. ergo minutorum animalium quorūque ortus nullo agi mutuo concubitu solet. causa, cur vt principio extiterunt, creari nunc etiam possint, seminis exiguitas est. rei nanque minoris minus quoque principium esse conuenit. Quamobrem huius etiam seculi mutationes semen animantium minutorum generi satis contrahere possunt, quod sæpius vsu euenit. tum enim maxime oriuntur, cum mutationes temporum incesserunt. Maiorum autem genus mutationem quoque pro sui magnitudine desiderat ampliorem. 15

C

Cur animantium alia partu sunt numeroso, vt sus, canis, lepus: alia non, vt homo, vt leo? An quod alia vuluas, siue vteros continent multos, totidemq; formandi loculamenta, quibus impleri percupiūt, quibusque semen genitale diuidendum, inserendumq; est: alia contra se habent. 16

Cur homo inter animantes oculorum minimum pro sua magnitudine habet interuallum? An quod omnium maxime naturali solertia homo constat. Sensus autem contuendi partem versus priorem natura posuit: id enim conspicere oportet, in quod nos ducit ratio mouendi. quanto autem oculorum plus discriminis sit, tanto magis conspe- 17

ctus vergent in latus: qui si secundum naturam sedem debeant obtinere, quam minimum esse interuallo certe oportet. sic enim partem versus priorem ingredi maxime possumus. Ad hæc cæteris animantibus cum careant manibus, despiciāt prorsus in latera necesse est: itaq; plus eorum oculi distant inter sese, & maxime ouiū, eo quod maxime prono capite ingrediuntur. D

18 Cur cæteris animantibus partim nunquam profusio seminis per somnum incidere assolet, partim raro? Vtrum quod nullum homine excepto resupinū cubare consueuit. nullum autem nisi resupinum semen profundere potest. An quod cætra non pariter, vt homines somniant. seminis autem per quietem illa profusio non nisi cum imaginatione fieri potest.

19 Cur animalium alia caput moueant, alia non moueant? An quod quæ collo carent, ea caput mouere nequeunt: nonnulla autem carent collo.

20 Cur in animantium genere homo sternutare maxime solet? Vtrū quod meatus obtinet ampliores, per quos spiritus, odorq; subeunt: his enim spiritu repletis sternuimus. Indicium vero datos esse meatus homini laxiores, quod is olfactu minime omnium valet. quo nanque arctiores meatus sunt, eo magis vim obtinent olfaciendi. Quod si in ampliores plus humoris ingreditur, quo inflato sternutamentum fieri solet: tales autem genus hominum omnium maxime animantium obtinet: merito homo solus sternuere sæpissime consueuit. An quod homo breuissimis naribus est, ita vt humor concalefactus celeriter cōmutari in spiritum possit, cum cæteris refrigescat præ lōgitudine prius quam mutetur. E

21 Cur nullius animalis lingua est pinguis? An quoniā pingue vnūquodque densum est, Lingua autem rara sua natura propterea est, vt percipere possit genera saporum.

22 Cur fœminæ intento corpore mingunt, mares minime? An quod fœminarum vesica remotius, tum profunditate, tum longitudine sita est: iacet enim vulua earum interius sedem, atque vesicam. itaque humor emittendus vim propter spacium vuluæ desyderat pleniorē, quæ per spiritum corpore intento acquiritur. F

23 Cur sues hybernum pilum amittere non solent, cū cæteræ quadrupedes soleant: nam & canes, & boues certe amittere assolent. An quod sus calidissimus omnium est, partiq; calēti corporis eius pili adhærēt: quippe cum pingue tale esse necesse sit. Cæteris itaque, vel quia humor refrigescit, pili defluunt: vel quia suus calor alimentum concoquere non potest. Suibus vero non idem incidit, vel quia nihil humor interior affici potest, vel quia bene alimentum concoquitur. nam & si quando causa, cur defluant, sit, tamen pinguedo vetare potest. Oues, ac homines propter sui pili tum densitatem, tum copiam, non ita affici pulsu frigoris possunt: nō enim altius refrigerationi subire li-

A cet, vt posſit vel humorẽ gelare, vel calorem concoquendo ſeuocare.

Cur ouibus expilatis mollior pilus ſubnaſcitur, homini durior? An quod ouiũ pili ſummæ cuti cohærẽt, euelliq; ob ea rem ſine vllo poſſunt labore, cũ initiũ alimẽti integrũ maneat, quod carni iunctum eſt. meatibus itaq; patefactis, excrementa reſpirare melius poſſunt. vellus enim proprio carnis veſcitur alimento: caro autem molli, dulciq; alitur pabulo. Hominũ contra, quod altius pili inhærent, per vim, ſummoq; cum dolore euelluntur. conſtat id, quandoquidem ſanguinem ſecum detrahunt. Corpore igitur ſaucio euenit, vt tãdem cicatrix obducatur. vnde fit, vt vel finem pili amplius promẽdi faciant, qui euulſi fuerint, vel quandiu præterea promere poſsint, duri extrudantur, eo quod omne valens alimentum carnis exhauſtum eſt, nec niſi materia inutili, & ſuperuacua pilus prouenit. Indicium, quod hominum omnium plagam inhabitantium meridianam pili duritiem præ ſe ferũt: 24
B quoniam calor exterior altius corpus ſubiens, alimentum concoctu facile abſumat in vaporem. contra eorum, qui ſub aquilonem incolunt, molles, laſciuiq; fundũtur, quod his ſanguis, dulciſq; ſapor per ſummã potius fluitat formã: quamobrẽ his color quoq; hilarior eſt.

Cur ouiũ pili eo duriores ſunt, quo prolixiores: hominũ cõtra molliores, quo prolixiores? An qđ ouiũ pili, qui quale diximus capiũt alimẽtũ, vbi procul ſe ab ſuo deduxerunt initio, ieiunius veſcũtur. & alimentũ, quod ineſt vi caloris, facile pro ſua incõcoctione euaporatur. itaq; ſiccati duriores redduntur: molle nãq; humidũ eſt. Hominũ vero pili minus alimẽti, ſed plus ſuo initio hauriũt, cõcoquitur aũt plenius, quoniã minus eſt. concoctum autem pilum efficit molliorẽ: concocta etenim quæq; molliora inconcoctis redduntur. Indicium, quod oues recentes vellera molliora gerunt, quam vetulæ: copia nanque excremẽti pilum & ouis, & hominis procreat. 25

Cur hirti homines, & aues veneris ſunt auidiores? An quod natura 26
C humida, & calida ſunt, qua quidem vtraque qualitate opus ad coitum eſt: calor enim excernit, humor excernitur. Hæc eadem ratio eſt, cur etiam claudi homines ſint ſalaciores. his.n. vt parum alimẽti deorſum propter crurium vitiationem labitur, ſic multum loca petit ſuperiora, ſeq; in ſemen conuertit.

Cur homini nulla iuba data a natura eſt? An quoniam barba data eſt: ergo quod excrementitium alimentum cæteris animantibus in ceruicem ſe confert, id homini maxillas adire ſolitum eſt. 27

Cur pedes animalia pares habeant? An quod fieri non poteſt, vt aliquid moueatur, niſi parte aliqua ſui conſiſtat, dũmodo non proſiliat. cum igitur ex duobus illis, motu & ſtatu confici ingreſſum neceſſum ſit, paritatis iam inde ratio patet. Bipes enim altero pede mouetur, altero ſtat. Et quadrupes quoque cum duobus mouetur, reliquis duobus innititur. Pariq; modo de cæteris, quæ vel ſenis, vel etiã numeroſioribus pedibus ingrediuntur, animaduertere licet. 28

29 Cur equis, & asinis pili e cicatrice promere sese possunt, hominibus autem non possunt? An quod cæteris animalibus tergus pars per se corporis est: hominis autem cutis veluti affectus carnis exultat; quippe quæ summa illius forma refrigente, solidiuscula existere videatur: quemadmodum crustæ in pulte superducuntur, quas vetulas appellamus. cum itaque illæ non nisi farina elixa sint, hominis quoque cutis nominata, non nisi caro putanda est. Vbi igitur hæc vulnus acceperit, vel attrita fuerit, incidit, vt hominis quidem caro condensetur. quamobrem summa corporis parte immutata, vulnus non eandē compagem capit, qua corpus iam inde ab ortu naturæ extitit. cum itaque hæc immutata sit, nihil profecto absurdum fuerit, si ex ea non idē præterea proficiscatur. Sicut in areis quoque appellatis licet percipere: nā illas etiam corporis summi corruptionem, immutationemque esse nouimus. At iumentis attritis, vbi ad sanitatem redierunt, partes vitiatæ corporibus denuo eisdem replentur, quanquam debilioribus, quā principio fuerint. Sed cum etiam cutis eorum pars sit, confici pili, prouenireque possunt: cute nanque pilos enasci certum est. sed candidi propterea oriuntur, quoniam vt secunda hæc cutis imbecillior, quam prima est, sic pilus candidus ille imbecillimus exit. D E

30 Cur in animalium cæterorū genere seruari æque gemini possunt, quanquam sexus sunt vtriusque: in hominum autem non possunt? An quod homini maxime partus geminatio contra suæ naturæ legē accidit: singulos. n. parere sancitum est, tum in geminis ipsis marem, ac fœminam creari natura omnino recusat. Ergo quod maxime contra naturam est, id & imbecillum esse ratio postulat.

31 Cur equis, & asinis pili e cicatricibus possunt euenire, hominibus autem non possunt? An quod cicatrix vel suam ob densitatem impedimento est, vel quia deprauat nutrimentum hominibus. itaque ex toto hominibus propter pili infirmitatem impedimento est: equis autem, ne pili exeant, nunquam est, sed deprauat, facitque ne prior integritas seruetur. F

32 Cur pares pedes natura animantibus dedit? An cuique cum mouetur, partem aliquam requiescere necesse est. Quod si pedes impares essent, ne hoc fieri posset, accideret: agitur enim motus situ obuersario pedum.

33 Cur animalia, vt minus temporis dormiūt, q̄ vigilent, sic non continue, sed vicissim modo vigilando, modo dormiendo, somnum suum perficiunt? An quod non simul omnis vacās materia coquitur, sed vbi pars aliqua est concocta, leuatum iam animal expergiscitur. Et vero sæpius illi expergiscuntur, quibus ea pars frigida est, quæ quidem excrementum domat, & concoquit. fit enim vt celeriter, sæpeq; cessetur: cessatio autem non nisi expergefactio est. Suauis quoque res ea ipsa, quoniam requies est, non immerito esse videtur. sed nihilo quidē plus temporis in munere naturalium actionum consumimus. nam etsi esse

A suauius est, quam non esse, non tamen plus tēporis propterea edimus, quam a cibo abstinemus.

34 Cur animantium alia statim parentes sectantur, alia sero, vt homo, vel vix, vel nunquam? An quod alia cito vim recipiunt cognoscendi, alia sero, & alia rei sibi commodæ sensum obtinent, alia carent. Quæ igitur hæc ambo sensum dico rei commodæ, suique corporis perfectionem sortiuntur, hæc parentem sectari protinus queunt. Quæ non vtrunque illorum habeant, hæc id facere ipsum nequeunt: opus enim est & viribus, & sensu.

35 Cur genus vitiliginis, quod leuca appellatur, quasi albam dixeris, cæteris animantibus contrahi nequeat? Vtrum quod hominibus morbo hæc est: cæteris autem animalibus tergora varia, piliq; eodem modo albedine efficiuntur. Attamen ambiget aliquis, quæretq;, cur non postea, sed statim ab ortu naturæ varietas illa existere soleat. An quod cæterorum animātium tergora dura sunt: homo autem e natura prætenui cute continetur. Vitiligo autem spiritus secretio est, qui cæteris animantibus excerni tergore denso prohibetur.

B

36 Cur vbi vitiligo, canities quoque est: reciprocari autem non licet, vt semper vbi canities, sit etiam vitiligo? An quod pili omnes cute proueniunt: canities autem putredo veluti quædam est. cum itaque cutis morbo laborat, pilum etiam laborare inde necesse est: cum autem pilus, cutem male affici necesse non est.

37 Cur animantium alia post partum sæuire solent, vt canis, vt sus: alia nihil efferantur, quod perspicuum sit, vt mulier, vt ouis? An quæ superuacua redundant materia, hæc suam clementiam seruant. quantum enim dolori esset, secretum in partu est. Quibus autem secretio non a vacantibus, sed integris fieri materiis solet, hæc exasperantur, & sæuiūt. Vnde fit, vt extenuatio quoque iram ratione habitus moueat: vt etiam gallinæ furiunt, non cum pepererint, sed cum incumbant, ratione inediæ.

C

38 Cur spadonibus cætera in sexum fœmineum vitiata mutantur, (vox enim tenuis, corpus imbecillum. denique ita homines commutantur, vt etiam cæterorum animantium quæcunque castrata. nam & tauri, & verueces sua cornua econtrario gerunt: quod fœminæ quoque eorum contra, quam mares armantur cornibus: itaque alii maiora excisi gerunt, alii minora:) magnitudo vero tantummodo, spadonibus dico, ad sexum virilem commutatur: maiores nanque redduntur: quæ quidem res maris sua profecto est, quippe cum fœminæ minores maribus esse soleant. An ne id quidem ad marem, sed ad fœminam pertinet. haud enim omne magnitudinis genus, sed longitudinis duntaxat acquiritur, cum mas profunditate etiā augeatur, & latitudine: sic enim perfici ipse assolet. Ad hæc, vt fœmina ad marem, sic fœminæ ipsius virgo se habet ad mulierem: altera enim generosa iam est, altera nondum est. In eam igitur ipsam fœminæ magnitudinem mutantur: cre-

scere nanque in longitudinem corpus assolet fœminatum. Vnde carmen illud Homeri: D
" Virgo Diana dedit prælongi corporis vsum.
vtpote cum rem, quam suam ob virginitatem haberet, largiri nimirũ posset. Ergo non magnitudine in marem mutatur, cũ non in magnitudinis genus perfecte commutetur: spadones enim longitudine tantum in magnitudine proficiunt.
39 Cur spadones, vel omnino varicibus vacant, vel minus habent, quã cæteri? An quoniã naturã suam dum castrarëtur, in genus feminis infœcũdum commutarint. Talis autem est puer, & mulier: quorum neutrum habere varices solitum est, præterquam si mulier raro.
40 Cur homo omnium maxime animantium oriri claudus potest? Vtrũ quod cæterorũ crura robustiora sunt: osse nanque, & neruo tam quadrupedũ, quã auiũ constant, hominũ carne redundant. Itaque facilius hæc ob suam mollitiẽ lædi possunt, cum se in vtero mouent. An quod solus ex omnium animantium genere varia generationis tẽpora obtinet: nam & septimo, & octauo, & decimo mense venire in lucẽ potest: cæteris tẽpus vnũ perficiendi sine mora statutum est: hominũ generi temporis multum, pro varia ratione immorandi consumi necesse est. Itaque cum fœtus mouentur, extrema, quod tenerrima sunt, facile infringuntur, & eo magis, quo plus temporis intercesit. E
41 Cur spadones cruribus putridis, vlcerosisq; sunt? Vtrum quod etiã mulieres crura habẽt eiusmodi: spadones aũt effœminati omnino sunt. An hoc accidit. Causam autem mulieribus quoque reddere illam debemus, quod calor deorsum se vertit, quod etiam menstrua declarant. Vnde fit etiam, vt præ nimio humore, neque spadones, neque mulieres pilis valeant redundare.
42 Cur nullum animal, nisi homo, calculosum fieri potest? An quod iumenta, & quæ vnguibus sunt numerosis, vesicæ meatus obtinent ampliores. Quæ autẽ non protinus, sed post parere intra se animal cõsueuerunt, vt pisces nonnulli, ex his nullum vesicã habere nouimus: sed humor subsidens ille totus in aluum cõstringitur, sicut etiã in auibus fit: itaque celeriter exit per sedem. At homo vesicam habet, & ceruicẽ eius canali angusto pro magnitudine porrectam. Ergo quod membrum id adest, quantum terreni humoris seuocatur, in vesicam contruditur, ex quo vasa quoque vrinaria, id est matula, eo ipso tinguntur. Loci autem calore efficitur, vt amplius concrescere, atque crassescere posit. Retinetur verò, augeturq; propter canalis angustiã. cum enim terrena illa subsidentia prodire ex facili nequeant, reuersa cohærent inter sese, calculumque ita conficiunt. F
43 Cur non iumenta, non boues, aut omnino quæ cornua gerunt, non aues ructare soleant? An propter ventris siccitatem, celeriter enim consumitur, percolaturque humor: qui dum immoratur, inflaturq;, ructationem mouere potest. Iumentis tamen ob colli etiam prolixitatem

A flatus deorsum se vertit: quamobrem his crepitus ventris maxime incitatur. Auium, cornigerorumq; genera neutrum faciunt. Quinetiã ruminantibus ructare negatum est, quoniam plures continent ventres, & quem reticulum appellamus: facultas etenim meandi tam super, quam subter flatibus multifariã præstatur. Itaque humor cõsumitur antequã in flatũ vertatur: qui flatus moueat vel ructũ, vel crepitũ.

Cur in animantium genere quæcunque domestica, eadem etiam fera reperimus: quæcunque autem fera, non vtique eadem domestica natura creauit? etenim homines feri nonnusquam cernuntur, & canes apud Indos, & equi alibi: sed non leones, non pantheras, non viperas, non alia complura domestica esse nouimus. An quod res praua, & facilis ortu est, & mutari quoque expedite in eam rem potest. Naturã enim nõ quæ prima, sed quæ vltima est, assequi statim perdifficile est. Quapropter omnia etiam domestica, principio fera potius, quam domestica esse solent. vt puer feracior profecto, quã vir: quippe qui omnium edax, & iræ deditus sit, quanquam infirmus. Ergo quomodo in operibus artis, sic etiam in naturæ licet perspicere. Nam in his quoque praue omnia facta sunt, & plura sunt praua, quã proba, vt lectus, vestis, quoduis aliud. quodque probum est, id omne prauum etiam cõperiri potest: quod autem prauum, id non omne probum quoque reperies: vt si quis vetustissimorum pictorum, fictorumque opera cogitet: nondum enim perite pingebatur, aut ex ære ducebatur, sed pingui minerua omnia effigiabantur. Natura etiam praue omnia facit, & plura praua, quam proba: proba vero pauciora præstare, non omnia potest. Atqui domesticum omne melius est. ferum autem, atque syluestre prauum natura, scilicet non quæ initia ortusque continet, sed cui opinor factu difficile sit, probum illud, vrbanum, atque domesticum. Contrarium vero aut nunquam, aut raro efficitur. Attamen vel temporum, locorumque conditione, temperamentoque vniuersi quodam fieri potest, vt vrbana, & mitia reddantur omnium animalium genera. Hoc idem in omni etiam stirpium genere intelligere licet. quæcunque enim vrbana sunt, eadem etiam comperiri syluestria possunt. at quæ syluestria extitere, eadem omnia mansuescere non possunt. Non tamen desunt, quæ suis locis quibusdam peculiariter ita se habeant, vt neglecta, feraq; prouenire præstantiora possint, & mitiora, quam quæ alibi summo cum studio colantur. 44

Cur hominũ vmbilici ampliores, cæterorũ aũt animãtiũ exigui incertiq; fiunt? An cæteris, quoniã temporis multum gestentur, vmbilicus arescit, inque directũ porrigitur, deniq; vlceribus intumescit: quãobrem nõnulli vmbilici deformes sunt. at vero homo imperfectus prodit: itaque humidus atque sanguinolentus sequitur eius vmbilicus. Indicium vero, cætera perfecta, hominem imperfectum prodire, quod illa statim inde ab ortu naturæ viuere sua opera queunt: pueri curam desyderant, nec seruari nisi alieno beneficio possunt. 45

46 Cur animantium alia semel coeunt, alia sæpe: & alia anni tempore certo, alia nullo statuto tempore, sed prout inciderit? homini semper concubitus opportunus est, feris non sæpe: & quidem sues agrestes semel concumbũt, domestici sæpe? An propter pabulum, calorem, atque laborem: quippe cũ venus comes satietatis sit: nam eadem alibi semel, alibi sæpius pariunt, vt oues in Magnesia, & Aphrica pariunt bis. Causam vero tempus pariẽdi prolixius obtinet. vbi enim se impleuerunt, non amplius cõcupiscunt: quomodo nec cibum affectant, quæ satiata sunt. quæ autem grauida iam esse incœperint, minus auida veneris euadunt, quoniã menstruæ purgationes nullæ præterea veniant. D

47 Cur homines, qui raris dẽtibus sunt, magna ex parte breuioris sunt vitæ? An indicium hoc est, densum os esse capitis. ergo cerebrum inualidum est, quia minus sit respirationibus opportunum: itaque celeriter putret, vt quod sua natura humidum sit. nam & cætera, cum non mouentur, neque exhalant, facile corrumpuntur. Quo etiam fit, vt homo capite piloso maxime sit: & mas, quam fœmina diutius viuit, suturarũ sui capitis beneficio. An in cæteris quoque idem sit cogitandum. E

48 Cur qui manus cæsuram per totam obtinent palmam, viuere diutius possint? An quoniam minus viuere possunt, quæ carent articulis, incompactaq; sunt, quale genus omne aquatile est. Quod si quæ articulata non sunt, vita imbreuiorem agere solent, constãt contra sese habere, quæ articulata. Cuius profecto generis illa etiam sunt, quæ cum sua natura omni articulo careant, tamen articulata nõnunquã quoad maxime licet, consistunt. Manus autem pars interior penitus articulo vacat.

49 Cur animantium homini, vel vni, vel maxime oculi deprauantur? An quod homo, vel solus, vel maxime morbo comitiali capi in puerili ætate solet, cum certe deprauari omnibus accidit.

50 Cur animantiũ homo maxime fumo affici potest? An quod homo lachrymam maxime emittit: fumatio aũt non nisi cũ lachryma est. F

51 Cur equus equo, homo homini, atque omnino cognata cognatis, sibiq; similibus gaudent, atque cupiunt? Non enim quia pulchrum videtur: cupiditas autem formam sequitur elegantiorem. Nam si id esset, rem pulchram suauiorem esse oportet. nunc autem contra potius euenit, vt quia iucundum suaueque est, ideo pulchrum esse videatur. Nec etiam omnibus res eadem voluptati est, nec pulchrum idem lætitiæ: aliis enim esse, aut bibere, aliis concumbere lætabilius est. Sed causa, cur vnumquodque iunctum suo cognato maxime, suauissimimeq; concumbat, in aliam cadit quæstionem. Pulcherrimum vero id etiam esse, nondum asseri vere potest: sed nobis quod ad cõcumbendum suauius est, pulchrvm certe videtur: quoniam rei, quam cupimus, aspectu quoque nimirum delectemur. Et quidem in cæteris etiam cupiendi generibus res pariter sese habet. cum enim siti detinemur, humorem suauius cernimus. Quod itaque ad vsum aliquem pulchrum est, &

A quod idem maxime cupere solemus, suauissimum id esse ipsum videtur. quod autem per se tale est, non præterea sic esse videbitur. Argumētum, quod adulescētuli pleriq; formosi, aptiq; nobis esse videbuntur, cum ad concumbendi vsum respeximus. Nunquid igitur ita, vt etiam plus gestiamus, quam si deformes quosdam intueamur? Non hercle, nisi eorum auidi sumus, quomodo potio quoque videtur pulchrior. nam si siti detinemur, humorem multo suauius aspiciemus.

Cur hominis prior pars pilosior, quam posterior est: quadrupedum 52
contra posterior, quam prior setosior? An quod omne animal bipes partem priorem habet pilosiorem: nam aues quoq; eodem modo, quo homines se habent. An partes infirmiores natura semper integere potius consueuit: infirmum autem vnumquodque loco sui corporis aliquo est. Quadrupedum vero omnium partes posteriores infirmiores loci causa sunt, quam priores: affici nanque a frigore, æstuq; amplius
B possunt. Hominum priores infirmiores sunt, incommodisq; illis eisdem opportuniores.

Cur animantium homo maxime soleat sternutare? An quod etiã 53
grauedine maxime homo tentatur. cuius rei causa est, quod calor, qui circa cor est, sursumq; sua natura effertur, cæteris animantibus in armos se effert. vnde per refractionē disiectus, partim ceruicem caputq; petit, partim in spinam lumbosque defertur: hæc enim linea recta, iuxtaq; basim sita omnia sunt. Quod cum æque corpus pene totum recalescat, humores quoque in sese pariter digerit, planeq; partitur: humores enim calorem sequuntur. ex quo fit, vt neque a grauedine admodum infestari, neque sternutare quadrupedes soleant. Sternutamentum enim vel spiritus vniuersi delatio est, humore s. plus aliquid exhalante, vel crudi humoris conatus, excursusque: quocirca destillationes solent præcedere, quæ quidem animantibus cæteris minime incidunt, eo quod caloris illa delatio ante, retroque portionibus æquis se
C digerit. Homini vero, quod erecta basi se in sublime modo stirpium attollit, euenit, vt caloris elatio plurima, & vehementissima caput adeat: elatusque eo calor, meatus concalefacit rarefacitque capitis: qui tales demum effecti, nimirum capaciores humorum, quam meatus cordis inferiores redduntur. Quoties itaq; accidit, vt caput humescat, refrigereturque extrinsecus amplius quam satis sit, efficitur vt calor, qui & alimentum habet, & se in partem interiorem contrahit, nimirũ crescat: crescens sese in caput, meatusque capitis efferat, quo humores prætenues, crudique sectantes, implent meatus, distillationesque faciunt, & sternutamenta ratione simili mouent. Nam inter initia destillandi calor humorem sursum præcedens, inflansque meatus, sternutamenta expulsu spiritus, ductuque humoris tenuis, acrisque incitat. Vnde fit, vt post grauedinis sternutamentum, pituitam aquæ similem abstergamus. Hæc cum omnia sese mouerint, humores coacti, crassiq; subsidunt, & foramina capitis nasique intersepiunt. facta enim tumi-

diora, distentioraq; caput dolore infestant. Argumentum, quod nullus per eas spiritus foras mittitur. ex quo sequitur, vt neque sternuere, neque olfacere possint, qui grauedine detinentur. Sternutamenta autem, quæ sine grauedine mouentur, has quidem easdem ob causas veniunt, sed exiguis, leuibusque initiis. Itaque vbi vi caloris collecti humores sunt, facile ab eodem calore pro sua exiguitate spirascentes, in nares interrumpunt. Strepitum vero spiritus non minus violentia sese ostendi, quam sua copia mouet. Cum enim calor directo tramite se ad cerebrum vsque extulerit, eique ipsi impegerit, ad nares reflectitur, eo quoniam meatus illac foras de cerebro pertendant: quod cum illi foras reflectendi delatio spiritus nares versus contra naturam agatur, vehemens vt fiat, nimirum euenit: itaque strepitum mouet. Cæterorũ autem animantium aues maxime grauedinem sentiunt, quod formã corporis maxime similem hominibus gerunt. verum minus quam homines afficiuntur: quoniam caput magna ex parte deorsum tenent, vt quæ victum abs terra petere soleant. D E

54 Cur maris animalia maiora, vegetioraque sunt, quam terræ? An quod vis Solis consumendo quæ terram ambiunt, copiam detrahit nutrimenti: quamobrem quæ abdita vitam agunt, vegetiora sunt. His igitur omnibus incommodis cum genus maritimum sit immune, merito tum adolescere potest corpore ampliori, & vegetiori.

55 Cur cætera animalia cibum sæpius siccum, quam humidũ capiant, homo humidum sæpius, quam siccum? An quod homo natura calidissima est, plus refrigerationis desyderat.

56 Cur spadones calui effici nequeant? An eo quod multũ cerebri obtinent: quod sane his contingit, quia rem veneream non agunt: semen enim labi per spinam e cerebro videtur. Qua de causa boues quoque castrati cornua gere maiora putantur: necnon & mulieres, & pueri cur calui non sint, eadem ratio esse creditur.

57 Cur animantium alia, vbi primum in lucem edita sunt, nutriri per seipsa possint, alia nequeant? An ea possunt, quæ in genere, quod memoriæ capax est, breuius viuunt: quocirca ocyus quoque morte eadem omnia occumbunt. F

58 Cur homo plus excremen i humidi egerit, quam sicci: equi & asini plus sicci, quam humidi? An quod hæc animantium genera sicco pabulo largiori vtuntur: homo humidis magis, quam aridis vesci solet. ex cibo autem omne proficiscitur excrementum, & ex copiosiori copiosius. Igitur alia humido potius, alia sicco largiori vtuntur pabulo: quoniam alia sicca natura sunt, alia humida. Itaque humidum potius capiunt quæ sicca constant natura: huius nanque sunt indigentia. contra siccum affectant, quæ humida sunt natura, vtpote quæ qualitatis eius inopia magis teneantur.

59 Cur aues, & homines, & genus quodque animantium forte, corpore sunt duriori? An quod animositas cum calore est: metus enim refri

A geratio est. quorum igitur sanguis amplius feruet, hæc & robustiora, & animosiora sunt: sanguis autem alimento corporibus est. Et quæcunque vero ex stirpibus terræ aqua tepida irrigaueris, omnia duriora euadent.

Cur monstra paruæ quadrupedes pariunt: homo autem, grandesq; animantes omnes minus, vt equi, & asini? An quod paruæ, vt canes, sues, capræ, oues, longe sunt fœcundiores, quam grādes: illarum enim aliæ omnino singulos pariunt, aliæ magna ex parte. Monstra autem tum confici solent, cum plura semina inter sese cohærescunt confundūturque, vel cum prodeunt ex mare, vel cum se in fœmina permiscent. Vnde aues etiam monstra edere possunt: oua nanque vitello pariunt geminato. monstrum autem ex geminatis illis consistit, quorum vitelli nulla interiecta membrana distinguuntur. 60

Cur hominum caput pilosius, quam reliquum corpus, nec ex proportione pilosum est: cæterorum autem contra? An cætera vel in dentes exuperant præ nimia alimenti copia, vel in cornua, vel etiam in setam. Quæ igitur in cornua, capite minus setoso hæc sunt: absumptum enim illam in rem. Quæ autem in dentes, plus quidem pili, quam cornigera obtinēt, capronarum enim nonnihil sortiuntur, sed minus quā aues. His enim illud etiam, quod homini genus integendi natura tribuit: sed quod illis pro copia nutrimenti multis luxuriat locis, id in capite homini abundant. nec enim nullum habet, nec adeo multum, vt pilorum undique excrescat congeries. 61

B

Cur unus omnium animantium homo canescit? An quod pars animantium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus, vt bos: nonnulla deciduum non gerunt, tempus autem viuunt breue, vt oues, & quædam alia, quorum pilus vtpote non senescens canescere non potest. At homo nec deciduum gerit pilum, & longam degit ætatem: itaque tempore consenescit, atque inueteratur. 62

C

Cur vita breui, imbecillisque viribus sunt, qui partem vmbilico subiectam maiorem, quam superiorem habent pertinētem ad pectus? An quod venter suam ob breuitatem frigidus est: itaque vt vim paruā obtinet concoquendi, sic excrementis redundare aptissimus est. Morbis autem nimirum dabent, qui tali ventre constiterint. 63

Quam ob causam animantium alia non solum coitu, sed etiam sponte naturæ procreantur, alia coitu duntaxat proueniunt, vt homo, vt equus? An quod etsi non aliam ob causam, tamen quod aliis gignendi tempus breue statutum est: itaque fieri non potest, vt tempus, quod vim obtinet generandi, amplificetur, prorogeturque: sed temporum vicissitudine, commutationeque, vt procreentur, contingit. Aliis multo generatio ampliari solet: etenim vel anno, vel decem mensium spatio confici assolet. quapropter uel nullo pacto, uel ex coitu procreentur illa necesse est. 64

Cur Aethiopum dentes candidi, & candiores, quam cæterorum, 65

vngues autem non dentibus in candore respondeant? An vngnes ideo nigricant, quia cutis etiam nigra est, & nigrior quam cæterorum: vngues autem ex cute proueniunt. D

66 Sed cur dentes cādeant, quæ nam ratio sit? An quod albescere illa solent, quibus vis Solis humorem detrahit, dummodo nihil superinficiatur, quo modo etiam ceram albescere nouimus. At cutem superinficit calor, dentes minime, sed totus eorum humor in vaporem a calore conuertitur, atque exhalatur.

67 Cur animantium alia præciso capite vel protinus moriuntur, vel paulo post, alia minime? An ita afficiantur quæ sanguine carent, exiguoque cibo contenta sunt: quippe quæ neque continuo cibum desyderent, neq; in humore calor eorum diffundatur: quibus rebus priuatum animal sanguine constans, viuere nequit, illa vero sine respiratione viuere multo diutius possunt. Causam cur ita, alias abunde reddidimus. E

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VNDECIMA:

Eorum, quæ ad vocis, soniq; rationem pertinent:

Cuius quæstiones. LXV.

1 
VR sensuum auditus maxime ab ortu naturæ offendi potest? An quod auditus, & velox ab eodem initio proficisci videantur: atqui locutio ex facili posse deprauari videtur, quæ species vocis est, eademque perfici difficillime potest. Indicium huius est, quod posteaquam nati sumus, diu obmutescimus, deinde balbutire tandem incipimus: principio nāque nullum proferre penitus verbum valemus. Cum itaque facile peruerti locutio posſit, idemque initium audiendi, loquendique sit, (vox enim quædam audiendi quoque primordium est) sequitur vt quasi per accidens, non per se omnium facillime sensuum auditur interimi posſit. Argumentum autem, facile omnino loquendi principium destrui posse, vel ex cæteris animantibus erui licet. nullum enim loqui ex cæteris potest, sed homini tantum facultas hæc data est. & hic tamen sero (vt dictum est) loqui incipit. F

2 Cur omnes surdi vocem reddere per nares assolent? An quod prope adsunt, vt muti sint: muti autem per nares vocem extrudunt. eo nanq;

A spiritus illorum compellitur, quia ore compresso sunt. quod compressum ideo est, quoniam lingua his ad vocem reddendam vsui nullatenus est.

Cur omnes, qui natura sunt calida, magnam vocem emittere solēt? 3
An quod multum in his aerem, feruidumque inesse necesse est: vis.n. caloris facile ad se & spiritum trahit, & aerem: eoque amplius id agit, quo amplior est. Vox autem magna tum oritur, cum aeris multum agitatur: vtque acuta, cum celeriter, sic grauis, cum tarde aer incitatur.

Cur omnes surdi per nares loquuntur? An quod surdi violentius spirant, quippe qui prope adsunt, vt muti sint. meatus itaque narium ductu spiritus laxior redditur: ex quo fit, vt nisi per nares loqui non possunt.

Cur melius audiri quæque in nocte, quam die possunt? An quod re- 4
quies omnium noctu amplior est, quoniam calor abest. vnde tranquilliora quoque magna ex parte omnia sunt: Sol enim est, qui omnia
B mouet.

Cur voces e longinquo acutiores esse videntur? itaque cum homi- 5
num procul admodum absentium clamorem imitamur, vocem acute emittimus, & similem iis, qui suam vocem in sonum astringunt tenuiorem. Et strepitus quoque resonandi acutior venit, quem procul abesse palam est: non enim nisi per refractionem existere potest. Cum igitur in strepitus ratione, acutum quod velox sit, tardum autē quod velox sit, tardum autem quod graue, voces e longinquo delatas tardiores videri oporteret. quæ enim feruntur, eo tardius omnia mouentur, quo longius a suo discesserunt principio, tandemque collabuntur, & decidunt. Verum igitur qui imitantur, voce exili simulant, & sono tenui agere tentant vocem, quæ se e longinquo defert: tenuis aūt grauis non est. neque exiguus, exilisque vocis proferendæ vsus grauis est, sed acutus sit necesse est. An non modo qui imitantur, ea de causa ita si
C mulant, verumetiam strepitus ipsi acutiores existunt. Causa vero cur ita fit, quod aer, qui defertur, strepitum excitat. & quemadmodum primum illud obstrepit, quod aerem mouerit: sic rursus aer subinde mouendo agat, oportet, vt partim moueat, partim moueatur. quo fit, vt cōtinuari strepitus possit, quippe cum perpetue mouenti mouens succedat, donec omnis conatus mouendi emarcescat: quæ quidem res in corporibus non nisi cadere est, cum scilicet aer non amplius impellere vel telum, vel aerem potest. Vox enim continua redditur, cum aer aerem propellit: telum autem fertur, cum corpus ab aere mouetur. Hic igitur corpus idem defertur assidue vsque ad eum finem, dum corruat. at ibi alius atque alius aer perpetua vicissitudine profluit, præcedenteque subsequens minor est. itaque velocius quidem mouetur, sed per minus subinde aeris: qua de causa voces acutiores e longinquo tenuiores sentimus: est enim acutum, quod velocius est, vt ambigendo superius proposuimus. Hæc eadem causa est, cur & pueri, & ægrotantes acute, viri

autem, & bene valentes grauiter vocem emittant. Cur vero propinquis auribus vox grauior, acutior'ue esse minime pateat, & omnino cur similis proiectis ponderibus non sit, causa, quod proiectum illud, cum vnum asidue sit, identidem asidue fertur: strepitus autem aer propulsus ab aere est. itaque fit, vt pondus vnum in locum cadere tantummodo posit: vox autem quoquo versus spargat sese, non secus ac si proiectum pondus, dum fertur, in partes frangatur innumeras, atq; etiam se retrorsum dispertiat. D

7 Cur domus nuper illita magis resonat? An quod maior refringendi datur facultas propter leuitatem. Leuis autem ideo est, quoniam continens adhuc, rimisq; immunis penitus extat. Non tamen admodum humidã volo intelligi: nulla enim refractio de limo effici potest. Hæc profecto causa est, cur etiam opus omne tectorium magis resonet. Quinetiam aeris immobilitas fortasse aliquid facit: congestus enim vniuersusque cũ * sit, occurrentẽ illum retorquere vehementius põt.

*procedit

8 Quam ob causam si quis dolium, & lagenas, & cætera id genus figulina inania obruat, operiatque, domicilia resonare amplius posint: necnon si puteus, vel cisterna, vel aliqua fouea in domo sit, magisque ita fiat, necesse est? An quod ratio resonandi non nisi refractio est, * sic enim potisimum resonandi illa reciprocatio nascitur. Ergo puteus, & quælibet fouea angustiam obtinet, & aerem colligere potest. dolia, cæteraque fictilia densitatem quoque suæ ambientis formę præ se ferunt. Itaque vtraque de causa illud euenit. concaua enim omnia magis sonant, & æs quoque ob eam rem sonitum præcipue omnium reddit. Nec vero absurdum, quod obruta illud faciant: vox enim non minus in ima se defert. denique quoquo versus, atque etiam in orbem ferri putandum est. E

*Cod. Græ. hæc addit, comprehensum aerẽ cõgestum vniuersumq; esse oportet, ac occurrentẽ dẽsum leuẽq;, a quo refrangatur habere;

9 Cur si vasa quis inania obruerit, faciet vt magis ædificium resonet? An quod vasa soliditate, perpetuitaq; sua melius & concipiunt, & continent aerem, simulque accidit, vt ictus vehementior effici posit. F

10 Cur aqua frigida per eodem profluens vase acutius, quam calida ob strepit? An quod delatio aquæ frigidæ velocior est: grauior enim frigida est. acutiorem autem strepitum reddit, quæ velocior est. calor vero & raritate alleuat, & elatione. Proximum illud est, quod faces quoq; ardentes ictum faciunt imbecilliorem.

11 Cur homini qui vigilauerit, vox asperior redditur? An quod eius corpus ob cruditatem humescit, maximeque loco superiori, vnde caput quoque grauescit. Et cum fauces humore redundent, vocem asperiorem existere necesse est, asperitas enim ob inæqualitatem, grauitas propter obseptionem exultat, retardius enim fertur.

12 Cur cibo ingesto mox tenor frangitur vocis? An quod membrum illud voci tributum crebro cibi occursu perclusum concalescit, concalescens humorem attrahit, qui ob assumpti cibi humefactionem & largior est, & paratior,

A Quare qui flent, vocem mittunt acutiorem, qui rident, grauiorem? An quod alteri suam ob debilitatem parum spiritus mouent, alteri vehementer intendunt: quod facit, vt spiritus velocius ferri possit. velox autem omnis acutus est, quippe qui ab intento proiectus corpore, feratur velociter. contra qui ridet, resoluitur, & debilitatur, itaque vocem grauius edit. Quanquam ægri acutam emittunt vocem; parum enim aeris mouent. At vero qui rident, non solum parum, sed etiam leuius mouent. Ad hæc qui rident, spiritum calidiorem emittunt, qui flent frigidiorem. dolor enim refrigeratio pectoris est. Calor itaque multum aeris mouet, ita vt tarde feratur: frigor autem parum ciet. Idẽ vel in tibiis fieri nouimus. enimuero qui spiritu inflant calidiori, multo tardius agunt.

Cur pueri, cæteraq; recens nata animalia vocem reddunt acutiorẽ, 13
quam quæ perfecta ætate sunt, cum tamen omne acumen vehementia sit? An quod vox motio aeris est, & acutior quæ velocior: facilius
B autem, & velocius parum, quam multum aeris mouetur. Mouetur autem quoties vel a frigore cogitur, vel à calore discernitur. Sed cum inspiratio frigida admissio sit, interior nimirum aer tantisper cogitur, cũ spiritum capimus. cumque expiratio caloris emissio sit, aere sane a calore citato, vox effici potest: cum enim spiritum reddimus, non cum capimus, vocem formamus. Cum autem nouella calidiora sint, quam vetusta, suosq; meatus habeant arctiores, minus in se aeris possunt continere. cumque calor qui moueat, amplior in his insit, res autem que moueatur, minor substet, velocius vtraque de causa aer moueri potest. at si velocius, vox certe acutior dabitur, ob ea ipsa, quæ ante retulimus.

Cur vocem qui flent, acutiorem emittunt, qui rident, grauiorem? An qui flent, intendendo, contrahendoque os, vociferantur: itaque propere aer interior corpore intento mouetur. cumque per os transeat angustum, ferri velocius potest. vtraque igitur ratione fit, vt vox acuta
C edatur. Contra qui rident, remisso corpore, hiscenteque ore rident. cũ igitur ob eam rem late, tardeq; profundant aerem, merito vocem emittunt grauiorem.

Cur vocem reddunt acutam, qui expertes seminis sunt, vt pueri, 14
mulieres, decrepiti, spadones: grauem autem viri, qui firmissima sunt ætate? An ea causa est, qua linea. cæteraque tenuia dimensionem vnam duntaxat sortiuntur: crassa autem, plenaque plures obtinent: itaque vox etiam tenuis vnam dimensionem habuerit. vnum autem & efficere, & mouere facilius est, quam plura. Ergo cum prædicta illa spiritum habeant imbecillum, non nisi parum aeris moueri ab illo spiritu potest. Minimus aũt est, qui dimensione vnica cõstat, quẽ prædictis rõnibus tenuem esse, vocemque talẽ ab eo proficisci necessum est: vox aũt acuta, quæ tenuis est. Igitur qui prolifico illo semine carent, vocẽ hinc merito reddunt acutiorẽ. Viri robusti, quoniã spiritu valeant, multũ aeris incitare queũt: quod cũ multũ sit, lente mouetur, vocemq; efficit

grauiorem. motu enim veloci, & tenui vocem reddi acutam iam constitit, quorum neutrum, vt in viro posſit exiſtere accidit. D

17 Cur voces noſtræ grauiores ſint tempore hyberno? An quod aer interior tunc, & exterior craſsior eſt: craſsior autem cum ſit, tardius mouetur: itaque vox grauior non immerito fit. Adde quod ſomnolentiores hyberno tempore ſumus, quam æſtiuo, pluſque temporis obdormire ſolemus: ſomnus autem facit, vt membris grauioribus ſimus.

18 Quo igitur tempore plus dormimus, quam vigilamus (quod hybernum profecto eſt) hoc vocem effici grauiorem, quam qui e contrario agitur, ratio eſt. cum enim tempus vigilandi quod interuenit, breue ſit, habitus corporis, qui inter dormiendum committitur, permanere vſque ad ſomni repetitionem nimirum poteſt.

19 Cur ex potu, vomitu, atque frigore vocem emittimus grauiorem? An faucibus interſeptis, quam rem pituita ſubſiſtēdo committit. quippe quæ aliquid fluxionis in eas detrahat, aliis vomitus, aut potus, aliis præſentis temporis qualitas per obſtrictionem fauces reddit anguſtiores. itaque delatio ſpiritus tardius agitur: quæ autem tarda delatio eſt, grauem hæc efficit vocem. E

20 Cur vox grauior e propinquo magis, quam e longinquo ſentiri poteſt? An quod grauior plus quidem aeris mouet, ſed nequaquam in lōgitudinem. ergo a longe minus ſentitur, quoniam per minus ſpacium ſe deducit: e propinquo autem magis, quoniam plus aeris ſenſorium ferit audiendi. Acuta procul ideo audiri poteſt, quoniam tenuior eſt: tenue autem omne augeri in longitudinem poteſt. Dixerim etiam, quod motio, quæ vocem reddat acutiorem, velocior eſt: quod fieri poteſt, ſi vt denſus, ſic anguſtus ſpiritus ſit, qui aerem mouet. nam & exiguus aer mobilior eſt, quippe qui ab anguſto moueri queat: denſus plures efficit ictus, qui ſtrepitum reddant. Licet hoc in muſicis perſpicere inſtrumentis. fides nanque tenuiores cæteris eiſdem ſubſtantibus acutius conſonant. F

21 Cur vox acutior illis eſſe videtur, qui longius abſunt? cum tamen acuminis ratio ſita in eo ſit, vt velocius feratur, & quod longius fertur, fertur, moueri tardius ſoleat. An quod vocis acumen non ſolum in velocitate mouendi, ſed obſtrepēdi etiam nimia tenuitate conſiſtat. Qui autem longius abſunt, vocem tenuiorem excipiunt ob aeris, qui mouetur, exiguitatem. motus enim ita marceſcit: vtque numerus emarceſcēs in vnitatem relabitur, ſic corpus in vnicam dimenſionem extenuatur, quæ tam in corpore, quam in voce tenuitas eſt.

22 Cur vocem acutam & exercitati reddunt, & debiles? An debiles, quia parum aeris mouent: parum autem, quam multum velocius fertur. Exercitati vero aerem excitant vehementius: aer excitus vehementer velocius fertur: acutum aūt in voce id eſt, quod velox in delatione.

23 Cur vox corrumpi his ſoleat, qui cibo ingeſto clamitarunt? itaque omnes, qui vocem exercent, vt hiſtriones, ſaltatores, & cæteros ge-

ueris

A neris eiusdem, mane, ieiunoque ore exercitationem adire licet inspicere. An vocem corrumpi non aliud est, quam mēbrum, qua spiritus transmeat, corrumpi. Quocirca rauci quoque voce corrupta sunt, non quod spiritus vitiatus est, qui vocem afformat, sed quod exasperata arteria est, quæ vehemente concalefactione exasperari maxime solita est. Quamobrem neque qui febriunt, neque qui vehemēter febrierunt, statim cum febris cessauerit, cantare queunt: sunt enim asperis nimio ex calore faucibus. Cibis autem spiritum & largum reddi, & feruidum consentaneum est: qui talis autem est, exulceret arteriam trāsmeando, atque exasperet, ratio est. quod cum inciderit, merito vox destrui potest.

Cur vox, cum aer quidam formatus sit, & qui cum fertur, formam sæpe illam amittat, echo, idest resonantia fiat? cum enim aer vehementius in aliquod solidum offenderit, vox non dissoluitur, sed eandem expresse reciprocantem audimus. An quod refractio est, non per- 23
B fractio: sic.n. cum totum permanet, tum partes ab eo duæ vniformes proficiscuntur, quippe cū per similem angulum refractio existere soleat: itaque vox resonandi similis primæ efficitur.

Cur cæterorum animalium nouella, recensq; edita vocem mittunt acutiorem, quam quæ perfecta ætate sunt: vituli autem grauius mugiunt, quam boues perfecti? An quod infans quoque in genere similis fœminæ eiusdem generis est. boum autem fœminæ grauius mugiunt, quam mares, cum cætera econtrario agant: at vituli similiores fœminis quam maribus sunt: ergo vocem hi grauiorem emittere debent. 24

Quam ob causam paleis in orchestra sparsis, chori vox minor sentiatur? An propter asperitatem: vox enim pauimento minus leui occurrens, vt minus vna, ita minor existit, quippe quæ minus continua sit: quomodo ēt lux amplior resplēdet in leuibus, eo quod nihil impedimenti interuenit, quo interpelletur. 25

C Cur sal igni ingestus mouere crepitum soleat? An quia sal parum humoris intra se continet, quod mox a calore ignis conuersum in spiritum, violentoq; exiliens impetu salem rumpit: omne autē quod rūpitur, mouere crepitum solet. 26

Cur pueri nonnulli, antequam ætas veniat, qua vocabula suo tempore explanare possint, fari incipiant, & vbi aliquid expresse dixerint, rursus obmutescant, atque vt prius degant, quousque solitum tempus loquendi accedat? quæ quidem a plerisque portenta esse putantur. iam aliquos etiam statim cum in lucem euenerūt, locutos esse proditum est. An magna quidem ex parte secundum naturam homines prodeunt, itaque illud paucis accidit, sed naturæ ratione simul hæc contingere, ac perfici solent. quamobrem simul & audiunt, & vocem emittunt, simul & intelligunt facultate audiendi, & loquuntur, & explicant. Euenit tamen interdum ne hæc simul contingant, sed vt alii 27

prius intelligant,quam mēbrū id abſoluatur,quo loqui poſſumus:alii contra,qui ſcilicet quæ loquantur,intelligere nequeant. Quæ enim audierint,ſimulatc eadem reddunt: ſed cum tempus aſſuerit, vtroque iam munere naturæ fungi incipiant.Quibus autem prius ſenſa auditus in animo valeant,quam membrum id abſoluatur, quo primo vocem mouemus,orationemque condimus,iis nonnunquam,vbi iā multa intellexerint,facultas quoque membri illius, & abſolutio propere contingit,maxime quidem a ſomno. Cuius rei cauſa eſt, quod ſomnus data requie tum corpora tota,tum membra ſingula facit ſegniora. Sed fieri poteſt, vt vel ob aliam huiuſcemodi mutationem idem eueniat.Complura autem ſunt,quæ vt efficere valeamus, breuiſsimi temporis adiumento opus eſt,& tamē eadem poſtmodum æque agere nequaquam poſsimus.Quoties itaque membrum illud ita ſe habet, vt liberum abſolutumq; ſit,efficitur quod per auditum intelligentiā mouit,idem cum pendet,fluitatq; in ſenſu,remeet, verbūq; reddat. Hinc nobis & carmina,& vocabula ſæpenumero non ex volūtate occurrūt: & quæ prius voluntate petita diximus, eadem poſtea non voluntarie dicimus.hinc etiam ſæpe quæ nouimus, ore explicare non quimus. ita fieri poteſt, vt pueri aliquid dicant, rurſuſque membrum, cui fandi data poteſtas eſt,redeat ad ſuam naturam, ac obmuteſcat, dum tempus corroborandi,abſoluendique vltimum veniat.

28 Cur aliqua obſtrepunt,mouēturque ſubito,vt arcæ,quæ nullo mouente,quod ſenſus mouerit,concitantur, & crepant,cum tamen potentius eſſe debeat,quod mouet,quam quod mouetur.quæ eadem quæſtio etiam de corruptione,ac ſenectute eſt:quippe cum a re inſenſibili omnia corrumpantur,quæ a tempore pereunt. An ſimile guttis hoc eſt,& lapidibus,quos plantæ emergentes attollunt,atque reiciūt.non enim quod vltimum actionis eſt,id vel attollit,vel mouet,ſed hæc vniuerſa continuatio efficit:qua quidem re inſenſibili accidit, vt motus ille ſenſibilis naſcatur. Sic etiam res contenta ſpaciis ſenſibilibus temporis mouetur,atque in partes digeritur inſenſibiles:vniuerſi tamen, & continui ratione exultat & motus, & obitus. Continuum autem illud nō inſtanti temporis,ſed in tempore,quod ab inſtanti determinatur,ſitū profecto eſt.

29 Qua de cauſa oſcitantes minus audire poſsimus? An quod multum ſpiritus effluentis inter oſcitandum aures etiam intrinſecus ſubit, vt motio vel ſenſu percipi poſsit,quam trudit ad aures, maximeq; poſt ſomnum:ſtrepitus autem vel aer, vel aeris affectio eſt.Igitur cum interior renititur exteriori illi occurrenti,efficitur, vt motus interioris ſtrepitus motum exterioris retorqueat,atque offuſcet.

30 Cur pueri magis,quam viri lingua hæſitant? An vt etiā manibus, pedibuſque pueri minus valemus, & infantes ambulandi omnino facultate caremus,ſic etiam linguæ parum compotes pueri ſumus,& infantes verbum nullum referre poſſumus,ſed more brutorum animā-

A tium vociferamur, videlicet causa imbecillitatis, quæ nō solum hæsitatem linguæ, sed etiam balbutiem, blæsitatemq; faciat: quippe cum blæsitas sit literam quandam exprimere non posse, eamq; non quamlibet, sed certam: balbuties vel literam prætermittere, vel syllabam: hæsitas alteram alteri syllabam iungere propere non posse. Quæ quidem omnia imbecillitate eueniunt. lingua enim subministrare intelligētiæ non potest. Itidem etiam vinolenti, senesque afficiuntur propter debilitatem; viris autem hæc minus vsu eueniunt.

Cur vox hominum tam metuentium, quam* trepidantium obtremiscere soleat? An quod emigrante calore cor cōquatitur. nam vtriq;, & trepidantibus, & metuentibus accidit, vt ita afficiantur. cum cor aūt conquatitur, ictus nequaquam effici vnus potest, sed plures proficiscantur, vt e fidibus laxius intentis, necesse est. 31

* cum angore certantiū

Cur vocem homines trepidantes grauem, metuentes acutam reddant? An quod metuentibus locus cordis refrigeratur, cum calor deorsum se defert, ita quod parum aeris excitare posint: vires enim positæ in calore sunt. Trepidantibus autem calor loca petit superiora, vt etiā pudore affectis effert idem sese ad faciem: cuius indicium est, quod plenius erubescunt. Resoluit igitur, multumque aeris, quo loquimur, efficit: hic autem tarde propellitur: tardum vero non nisi graue in voce est. 32

B

Cur nox ad audiendum aptior est, quam dies? Vtrum (vt Anaxagoras ait) quod aer interdiu stridet a Sole concalefactus, & obstrepit: noctu requiescit, vtpote cum omnis calor abfuerit. tūc autē quæq; audiri melius possunt, cum nullus strepitus est. An quod per inanius facultas audiendi amplior, quam plenius datur. Est autem aer interdiu densus, vt qui luce, radiisq; refertus sit: noctu autem rarior, quod ex eo ignis, & radii decesserunt, quæ corpora esse dixeris. An quod corpora multifariam interdiu vim intelligendi dispertiuntur, inq; res varias deducunt: itaque clara audiendi eripitur sensio. Et eo quod omnia die magis quam noctu agimus, ipsa quoque intelligentia negociis corporis impedita est. sensus autem vbi seiunctus ab intelligentia est, laborē velut insensibilem habet: vndē dictum, mens videt, mens audit. At vero noctu cum noster intuitus omni sit munere liberatus, magisq; intelligentia requiescat, meatus aurium vel amplius patent, vel nihilominus quam die, vt capax sonorum pariter est, sic melius eosdem sonos referre ad intelligentiam potest: quoniam nec ipsa intelligendi vis quippiā agat, nec ab aspectu tentetur, vt fieri interdiu solet. 33

C

Cur omnes, qui humore prolifico vacant, vt pueri, mulieres, decrepiti, & spadones, vocem reddunt acutam, viri autem, qui firma ætate sunt, grauiorem? An propter membri imbecillitatem, quod mouere aerem solet. mouet enim exiguum aerem, quod imbecillum est: exiguus velocius fertur: quod velociter fertur, acutum est. An quod primus meatus, qua vox permeare solet, omnibus semine va- 34

cuis pusillus est:itaque exiguum proficisci ab eo potest,quod aera mo ueat:exiguum vero cum sit,velociter per amplas superiores fauces fertur.At viris ætate vigentibus hic amplior habetur,vt etiam qui ad testiculos pertinet·itaque aer plurimus est,qui inde propellitur tardior: ergo cum transeat,merito grauior reddi potest.

35 Cur homines lingua hæsitantes loqui nequeant voce submissa? An quod offensaculo quodam vox sistitur, retineturque. Sed cum non pares requirantur vires, aut similis motus,cum quicquam non impedit motum,cumque impedit,enitendum omnino est: vox autem motus est, vocemque altiorem solent emittere,qui pro viribus conantur: ergo cum ad expellendum quod obstat,enitendum sit,altius eos loqui necesse est,qui linguæ huiusmodi vitio tenentur,

36 Cur iidem illi trepidantes magis, quā vinolenti, hæreant lingua? An quoniam affectus hic similis generi stuporis,quā apoplexiam vocamus,parti interiori cuipiam tribuendus est, quam partem mouere nequeant impedientem propter suam refrigerationem. Vinum igitur, quod sua natura calidum est refrigerationem tollit, trepidatio facit. Est enim trepidatio metus quidam: metus autem refrigeratio est.

37 Cur strepitus extrinsecus magis intus auditur, quam intrinsecus foris? An quod intrinsecus cum vasta, immensaq; adeat spacia,discerpitur,dissipaturque,vt pars eius vel minime, vel minus sentiri possit. Extrinsecus vero cū vox sese in locum arctiorem, stabilioremq; aerē conferat,vniuersa ingreditur:itaque cum maior sit,non immerito melius potest audiri.

38 Quam ob causam qui lingua hæsitant, melancholico habitu constant? An quod prope re sequi imaginationem,non nisi esse melancholicum est. Hæsitantes autē illi tales proculdubio sunt.impetus namque dicendi præruit,anteceditque facultatem eorum, vtpote cum animus visa sequatur. Balbis etiam idem accidit:hos etenim omnes membra voci accommodata tardiora habere certum est. Indicium vero, quod tales vinolenti redduntur,cum suas maxime imaginationes, nō rationem sequuntur.

39 Cur porrum prosit ad vocem sonoram? nam & perdici commodum eadem in re nouimus. An quod allium quoque elixum delinit: & quidem porrum lentitiam quādam obtinet, quæ fauces detergere possit.

40 Cur cætera animalia vocem tum acutiorem emittunt, cum validiora sunt: homo autem, cum inualidior est? An quod homo inualidus. exiguum aera mouet,aer exiguus velociter permeat, velocitas strepitum reddit acutiorem.

41 Cur melius audimus cum spiritum retinemus, quam cum reddimus? itaque minus spirare in venatione præcipitur. Vtrum quod per venarum elationem vis sentiendi locum petit superiorem. cum enim dormimus,deorsum se defert,& crebrius tunc reddimus, quam ducimus spiritum,minimeq; audire valemus. An etiam sanguis,cum red-

A dimus spiritum, ascendit: itaque pars superior impletur, cum tamē per inane audiamus. An quod efflatio strepitus quidem est: hic autem expirando eueniens vim obtundit audiendi.

Cur sal exiguus ocyus crepat, & exilit: vehementius autem & crepat, & exilit, qui plenior est? An quod exiguus rumpi celerius potest: haud enim multum id est, quod subeat ignis oportet, cum sal ipse totus exiguus sit. Plenior autem ille lentius domatur, quod plus negocii est magnum disrupisse, quam paruum. crepat paruus parum, quia paruus inuehitur ictus: maior magis, quia magno agitur ictu: crepitus autem ictus est. quod etiam robustius est, magis exilit, quoniam minus cedit. 42

Cur si salem eadem magnitudine, qua modico igni ingestus crepet, nimio inieceris igni, vel nihil, vel minus crepabit? An quod prius ab igne corrumpitur, quam rumpi possit comburitur enim humor, quod consumptus est, crepat quod discissus, disruptusque est. 43

B Cur oscitantes minus audire valemus? An quod spiritum intercludimus, qui se ad aures trudat. indicium, quod strepitus in auribus nascitur, cum oscitamus. circumuectus autem, interclususque illis spiritus facit, vt minus audiamus. Ad hæc vox oscitantibus quædam oritur, quæ vim audiendi interpellare potest: & comprimi vero aures necesse est, quoties corpus se distrahit, atque intendit. 44

Cur vox, cum apta sua natura sit in sublime efferri, vt quæ aer quidem sit, non inferius sursum, sed superius deorsum melius audiri potest? An quod vox aer quidam iunctus humori est, qui pondere humoris grauescens deorsum labitur, non sursum effertur: humoris nanque secundum naturam interest, vt deorsum feratur. itaque ab imis sentiri plenius potest. An hoc voci duntaxat animalium reddi debeat, hæc enim non sine humore profluit illud vero accidere nimirum vel in cæteris omnibus strependi generibus nouimus. Ergo vt visus si superius deorsum prociderit, sursum versus reflectetur, sed si inferius sursum
C petenderit, deorsum se flectet: sic vox, quæ sua natura cogitur sursum ferri, vbi aeri sibi aduerso occurrerit, cum per vim nequeat eum propellere, qui & amplior & grauior est reflexa in partē aduersam deorsum se defert. itaque aer, qui ore motus procurrerit, retorquetur, & ad ima collapsus sentiri inferius magis potest. Tale etiam est, quod in resonando fieri solet: vocis enim reflexus in partem contrariam agitur. 45

Cur violentis potius, quam sobriis frangi vox soleat? An repletio facit, vt vox celeriter frangi possit. cuius rei argumentum, quod neque chori, neque * ludiones statim a prandio, sed ieiuni vocem exercere consueuere. cum igitur vinolenti impleti sint, merito voces eorum potius frangi solent. 46 * ὑποκριταί

Cur vocem acutiorem lōgius audire possumus? An quod vocis acumē velocitas est: moueri autem ocyus solent, quæ vehementius ferun- 47

tur:quæ autem vehementius feruntur,hæc longius fieri possunt. D

48 Cur spiritu retento melius audire valemus? An quod respiratio nō nihil strepitus mouet.merito ergo tunc melius sentimus, cum strepitus minus est: minus autem strepitus tum est, cum spiritum retinemus.

49 Quamobrem lux quæ tenuior, & velocior, & deductior est, corpora penetrare densa non potest, strepitus autem potest? An quod lux directo itinere fertur: itaque si quid recte illi profluentiæ lucis obuiam sepiat, lucem penitus discludi necesse est. At strepitus quia spiritus est, ferri nō recte etiam potest: itaque efficitur, vt strepitum sentire vndiq; liceat, non eum tantum, qui se recte nostris auribus obtulerit.

50 Quare qui ridēt, vocem grauiorem emittunt, qui flent acutiorem? An quod corpore intento vox acuta depromitur: infirmū autem quod acutum est. Quæ vtraque in flētibus inesse potius nouimus: sunt enim & intentiori corpore, & infirmiori.

51 Quamobrem cum vox aer quidam formatus sit, & sæpius dissoluatur, cum fertur: echo autem, id est resonantia fiat, icto eiusmodi aere in solidum quippiam: vox ipsa non dissoluatur, sed expresse eadem percipi possit? An quòd aer refrangitur, ideoq; totum a toto proficiscitur. Tum etiam affectus hic non nisi de re simili existit: quippe cum aer reflecti de aere soleat in cauo, non de cauo. E

52 Quamobrem cum simul vocem multi emittunt, vnusq; tantum quantum singuli reddit, multorum vox illa neque parem voci vnius offert sese, neque longius pro ratione deducit? An quod singuli proximum aerem propellunt, nō eundem, nisi paulo tenus: quod simile euenit, vt si multi quidem proiiciant lapidem, sed singula, aut magna eorum pars mittat diuersum. neque enim ibi longius, aut pro ratione lōge lapis vllus deueniet, neque hic longius cunctorum, quā vnius vox poterit audiri: vox etenim tanta non vnius est, sed multorum. Recte igitur propinquo vox multa esse pro ratione videtur, quandoquidem lapides quoque illi multi ita videri, atque idem assequi possunt. at e lōginquo plus, quam singulæ sint, sentiri non potest. F

53 Cur trepidantes vocem reddimus grauiorem, metuentes autem acutiorem? quanquam etiam pudor genere metuendi continetur. An multum inter se affectus hi distant. quos enim puduit, erubescunt: trepidatio autem pudor quidam est. qui vero metuunt, pallent. Constat igitur calorem in metu partem superiorem deserere, vt parum aeris præ sua exilitate mouere spiritus possit: velociter autem ferri potest, quod exiguum est: vocis vero velocitas non nisi acumen est. Iis contra, quos puduit, calor partē superiorem, id est pectus petere solet: cuius rei indicium erubescens facies affertur. ampliorem autem aerem amplior potentia mouet. tardius vero omne fertur, quod amplius est, tarditasq; in vsu vocis non nisi grauitas est.

54 Quæ causa est, vt lingua hæsitantes aliqui fiant? An membri, quo

A loquimur, refrigeratio causam habet, & tanquam stupens, & attonitũ membrum id est: itaque vino, continenteq; oratione cõcalefacti, verba facilius possunt copulare.

Cur homo solus ex omnium animantium numero lingua hæsitans oritur? An quod solus compos sermonis est, cætera vocem tantum obtinent. Qui autem lingua hæsitant, vocem quidem producũt, sed verba copulare, sermonemq; condere nequeunt. 55

Cur sobrii tempore hyberno vocem acutius mittimus, violenti autem æstiuo grauius? An vox acutior, que velocior est: velocior autem, quæ corpore intento se promit. Sobriorum vero, hyemeq; corpora magis constant, quam vinolentorũ, æstateq;: calores enim, teporesq; corpora resoluunt, atque elaxant. 56

Cur homo solus omnium animantium linguæ hæsitans prouenire potest? Vtrum quod etiam mutus solus existit: linguæ autem hæsitatio mutitas quædam est, nec membrum, quo loquimur, absolutum habetur. An quod homo solus compos est sermonis, cætera autem vocẽ duntaxat sortiuntur: linguæ autem hæsitatio, vt nomen declarat, vnũ non est, nec promptam, continentemq; parit orationem. 57

B

Cur homini vox serius perfici solet, quam cæteris, quibus data est vocis proferendæ facultas? An quod vocis humanæ genera, & discrimina quãplurima sunt: cætera enim animantia literas, vel nullas, vel paucas exprimere possunt. quod autem summe varium, plurimisque distinguendum differentiis est, id tempore longissimo perfici necesse est. 58

Cur cæteræ speciei eiusdem animantes vocem fundunt eandem: homines autem variam, & multiplicem agunt? An hominum etiam vox vna est, multa autem genera loquendi. 59

Sed cur communis hæc vna hominum varia est, cæterorum autem simplex? An homines multas proferre literas possunt, cætera vel nullam, vel duas, aut tres exprimunt insonas, quæ vocalibus iunctæ locutionem conficiunt. Oratio autem non voce, sed vocis affectionibus significando absoluitur. at vocis affectiones literæ sunt. Quinetiã pueri non secus, ac bestiæ suas exprimunt appetitiones, vtpote qui nondũ proferre literas possunt. 60

C

Cur aspectus corpora penetrare solida non potest, vox autem potest? An quod aspiciendi delatio simplex est, quæ per directum proflue re soleat ad lineam: cuius rei indicium, Solis radius est, & quod nisi e regione cernere nõ possumus: vox autem motu multiplici ferri potest, quippe cum vndique liceat audire. Quoties igitur aspectui directus ille impeditur progressus, eo scilicet, quod res obiecta, meatuum in condita, siue indispolita turba constipatur, transpicere nequit. at vox, quoniam quoquo versus profertur, omnia proreptat, penetrat, translapsa audiri vndique potest. in humoribus tamen facultas transpiciendi oculis data est: voci autem nulla, vel minima, quanquam hu- 61

mor tenuior, quam terra est: quoniam humoris meatus parui, densi, continuatique sunt, vt minime aspectus impediatur, quo minus trami te directo ingredi possit. Hæc eadem causa est, cur etiam per vitrum, quod densissimum est, transpicere liceat: per ferulam, quæ rara, solutaque est, non liceat: in altero enim meatus respõdent inter sese, in altera variant. Nec quicquam iuuat amplos esse meatus, nisi recte ad lineam positi sint: Vox autem minime in aqua sentiri potest, quoniam minus aqua inanit, quam vt aerem capere, vocemq; transmittere possit: vox enim aer quidam est. Haud enim omne rarius permeari se patitur, nisi etiam meatus ei respondeant, quod permeare conetur, & congruant, vt vis etiam colligendi, & contrahendi sese desit, nisi meatus capaces corporum sint: quanquam quod rarum est, molle est, & tale, vt in seipsum coire possit. Verum nonulla præ nimia suorum meatuum angustia colligi impediuntur, vt vitrum: quippe vt flecti, contrahique non queat, quamuis rarius ferula est, ratione prædicta: vt etiam aqua, & quicquid aliud generis eiusdem. Vnde illud quoque palam fit, non quod rarius raro, mollique, vel eodem, vel proximo est, id magis in seipsum colligi posse, & adduci: causa enim omnibus eadẽ reddenda est. E

62 Cur vox quamuis minor reddatur adimendo, speciem tamẽ seruat eandem? An quod cum his ipsis miscetur, quæ dempseris. res autem mista non partim est, partim non est, sed vsquequaque talis est. æque igitur quibusdam vndique detractis, æque cõtrahitur, vt necesse sit simul & minorem esse, & similem.

63 Quid est, quod linguam faciat hæsitare? Vtrum calor efficiat, vt procaciores sint: vtique offendendo adhærent quasi in salebris, quomodo affici iratos homines nouimus: incenduntur enim, incitantur, anhelitant, qui spiritu redundant: igitur præ nimio caloris feruore. Anhelãt autem, quoniam frequens spiritus est, nec anticipiat, quatenus se tempore respirandi promere possit. An potius contra, vt loci, quo vocem mittimus, refrigeratio causam det, tanquam membrum id attonitum obstupescat: itaque afficiatur, vt vel concalefacti a vino, aut perpetua oratione verba expeditius possint copulare. F

64 Cur tẽpore hyberno voces grauiores redduntur? An quod aer crassior est: talis aũt cum sit, motus tardior prouenit: itaque vox redditur grauior. An quod aer perfectus lentius permeat, fauces autem intersepiri, & constringi a frigore, pituitaque destillante coguntur.

65 Cur pueri, mulieres, spadones, senesque vocem reddant acutam? An quod motus velocior, qui acutior est: & cum genus idem sit, motu facilius est, quod minus, quam quod plus est. Quamobrem qui firma ætate sunt plus aeris trahere possunt: plus igitur illud tardius permeans vocem efficit grauiorem. Pueris, & spadonibus contra res euenit, quoniam minus aeris capiunt. Senes autem ideo tremunt, quoniam vocem continere non possunt, quomodo imbecillibus, ãt pueris

A vſu venit, cùm lignum prælongum parte extrema ceperint: alterum enim extremum quatitur, quia nequeunt ſuperare quod tenent, & vincere: quod idem & trepidantibus hominibus, & metuentibus, & rigentibus cauſam vocis tremulæ afferre credendum eſt. Cùm enim qui vocem ita emittit, eius calor pulſus ab affectibus illis intro ſe colligat maxima ex parte, reliquum quod exiguum extat, vocem continere non poteſt: quapropter quatitur, atque intremit. Vnde artium liberalium profeſſores, qui ſe ſolitos trepidare nouerunt, principio agunt voce ſubmiſſa, dum reſideant, & ſtabiliantur: vocem enim exiguam vincere, continereq; facilius poſſunt.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO DVODECIMA:

Eorum, quæ ad res bene olidas pertinent:

Cuius quæſtiones. XIII.

VR ſuffimenta omnia minus e propinquo ſentire poſsimus? Vtrum quod odoris delibatio * aere temperata validior redditur; vt myrrha medicinalis ſuauior eſt. An contra agitur, vt ignis vi ſua cremandi tollit odorem, qui per ſuffitum effluat. & quidem apud carbones ipſos nihil redolent, longius vero purius, tenuiſsimumq; fertur, quod oleat. 1 * effluxio

C Cur odores tam ſuffimentorum, quam florum minus ſuaues e proximo ſentiantur? Vtrum vna cũ odore terræ quoq; particulæ prodeunt, quæ præ ſuo pondere ante currunt, quam ad ſenſum odor deueniat: itaque longius ille ſyncerum ſe offert. An neque cum principium proximum eſt, neque cum admodum ſemotum, odor abunde effluere poteſt. Nam ſi proximum, nondum large emanat: ſi remotiſsimum, diſcerpitur. 2

Arbores reddi odoratas aiunt, in quas cœleſtis arcus decubuit. Vtrũ verum hoc ſit, an falſum? Et ſi verum, quam ob cauſam ita eueniat? ergo nec omnes arbores, nec ſemper aliquas odorem ita acquirere palam eſt. Etenim ſæpe arcus cœleſtis conſtitit, & tamen arbores nihil odoris ſpirarunt, quod quidem ſenſum mouere poſſet: cumq; odor contrahitur, (accidit enim id aliquando, itaque narratur) non in quaque materie contrahi poteſt. Cauſa vero per accidens ad arcum referenda eſt, præſertim ſi arcus ipſe nulla natura ſit, ſed obtuitus refrangendi tantũ 3

affectio. Prouenit autem odoris ille affectus, vt dictum iam est, non qualitercunque se materies habeat: neque enim in viridi, neque in arida: sed in vita post aquam, quę arcui superuenerit, certam reddi suauitatem odoris pastores referunt, maximeque vbi aspalathus, aut etiam rhamnus est, & genus ex iis aliquod, quorum flos suauiter olet. Ratio autem odoris eadem est, quam etiam de terra animaduertimus: hæc enim cum feruet, atque inuritur, quod ediderit, principio bene olet. Enimuero quæ parce humido quendam in modum recaluerint, odorata redduntur: humor enim concoqui calore nimirũ potest. Qua de causa totius quoque orbis terrarum, quæ ad Solem orientem spectant, odoratiora exurgunt, quam quæ ad aquilonem: & eorum ipsorum, quæ ad ortum plus vergunt, quam quæ ad meridiem, eo quod loca Syriæ, & Arabiæ pleniora sunt, atque terrenosiota, Aphricæ vero arenosa, siticulosaque. nec enim humorem nimium inesse oportet (concoqui nanq; nimius non potest) nec nullum: sic enim nullus vapor inde extingi potest, quod vel in ea materie solet accidere, quæ & nuper combusta sit, & tale habeat genus, vt secum odoris ferat suauitatem: quę quidem res floribus declarari potest, odor enim in eos trãsmittitur. Sed fieri putant in iis, quibus cœlestis arcus institerit, quoniam nunquam id sine aqua effici potest. Cum enim materies immaduerit, caloreq; interiori concoxerit, respirare iam incipit, vaporemq; intra se conceptum emittit. Nec vero aquam nimiam accessisse oportet, eluit enim atque extinguit calorem ab igne iniectum, quæ nimia venerit. Quæ autem aquæ post arcum solent incidere, nõ multæ, sed semper pene mediocres adueniunt: & si plures constiterint arcus, aqua non large, sed sæpe, & parce accedit. Quamobrem non immerito, cũ hoc ita fiat, qui rem insignem pręter arcum nullam aspicerent, causam odoris illi attribuere.

4 Cur flores, & suffimenta suauius e longinquo olent, e propinquo autem herbam alia potius redolent, alia fumum? An quia calor quidã natura odoris est, odorataque omnia calida sunt: calidum aũt quodq; leue est. itaque cum longius permaneant, odorem deferunt suum secretiorem, vendicatumque ab cæteris tum foliorum, tum fumi, qui vapor aqueus est, odoribus, qui comitentur eum ipsum. An cum in propinquo sunt admista illa, cum iis vna redolent, quibus inhærent, atq; ita odorem deprauant.

5 Cur omnia plenius olent, cum mouentur? An quod excita plus aeris implent, quam quiescentia: itaque ocyus ad sensum nostrum odor transmittitur.

6 Cur tempore hyberno minus olfacere possumus, minimeque per gelu, & glaciem? An quod aęr a frigore immobilior redditur, itaque motus non æque proficisci a corpore odorato potest, scilicet propter difficilem delibationis motum, & aeris, quo inuehitur.

7 Cur acrius aromata olent cinere suffita, quam igne, & plenius, ac

A diutius suum seruant odorem, cum cinere suffiuntur? An quod in cinere minus concoqui odor potest, itaque plenior est. ignis autem, quod celeriter vires eorum domat, & concoquit, odorem commutat. Concoctio enim rei concoquendæ commutatio est, siue alteratio.

Cur rosæ suauius olent, quibus vmbilicus asper, quam quibus leuis? An quod suauius olent, quæ modum consecuta sunt suæ naturæ: rosa autem spinosa natura est: ergo suauissime ideo olent, quod magis secundum naturam constiterunt. 8

Cur odores e proximo minus suaues tam suffimentorum, quam florum spirant? An quod portio terrena vna cum odore se defert, quæ vt in proximo mista vim hebetat, sic in longinquo prona defertur, ac decidit. Hinc etiam flores contusi suum amittunt odorem. 9

Vtrum odoris natura fumus sit, an aer, an vapor. hæc enim inter se differunt, qua alterum ab igne, alterum & sine igne effici potest. Et vtrum a sensu aliquid in res odoratas proficiscatur, an ab illis in sensum, quod aera proximum moueat. At si ab illis aliquid delibaretur, minora certe ob eam reddi oporteret: nunc autem quæ odoratissima sunt, hæc potissimum eadem videmus edurare. 10

B

Cur aromata cinere suffita acrius olent, quam igne? An quod in cinere minus concoqui odor potest, itaque plenior est, multum ergo partis quoque terrenæ respiratur, fumusque redditur. At ignis terrenum propere illud rapit: itaque odor purior, ac syncerior sine vllo fumo ad sensum deuenit. Vnde etiã fit, vt flores triti hebetius oleant: partem enim terrenam vt contritus mouere potest, sic lentus calor absumere non potest. 11

Cur omnia odorata, tam semina, quam plantæ vrinam ciere possint? An quod calida, & tenuia sunt: tale autem quodque vrinam citat: celeriter enim calor inditus ille extenuat: nec odor ipse aliqua corpulentia concretus est. Nam & quæ non bene olent, velut allia, vi sui caloris vrinam mouent, vel potius vim resoluendi, liquefaciendiq; obtinent. Calida vero semina, quæ bene olent, ideo sunt, quod odor omnino calore efficitur: fœtida sane inconcocta sunt. Nec solum calida. verũ etiam plene esse concocta debent, quæ prouocatura vrinam sint, vt vna descendendo humores possint extenuare. 12

C

Cur vinum dilutum olere ocyus desinit, quam merum? An quod dilutum imbecillius mero est: quod autem imbecillius est, ocyus a quocunque mutatur, quam quod validius. Tum etiam vinum dilutũ facilius affici potest, quam merum: quod autem affici facilius potest, id & recipi a quouis, & recipere quoduis facilius potest: ita fit vt merũ odorum sit. 13

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO TERTIADECIMA:
Eorum, quæ ad res male olidas pertinent:

Cuius quæstiones. XII.

1 VR fœtidior vrina redditur, quo diutius in corpore mã ſerit, ſtercus autem minus? An quod ſtercus, quo diutius retentum ſit, eo magis ſiccatur: quod autem ſiccius eſt, minus id putredini patet. vrina contra effici craſsior ſolet, recensq; potioni ingeſtæ ſimilior eſt.

2 Cur eſculenta male olida minime his olere videntur, qui illa ederunt? An quod olfactum peruium ad palatum habemus, idcirco ſenſus hic propere impletur: itaque nec interiorem odorem æque amplius percipere poteſt. Principio enim omnes ſentire queunt: vbi autem tetigerunt, non inſuper poſſunt, quaſi iam res conſociata, natiuaq; reddatur, & exterior ſimilis ille oblatus deliteſcit obtentu interioris.

3 Cur flores contuſi deterius olent? An quod pars terrena, quæ flori inhæret, odori permiſcens ſeſe, vim hebetat odorandi.

4 Cur animantium nullum ſuauiter olet, excepta panthera? quæ etiã ipſa non niſi beſtiis ita olet: ferunt enim ſuauem illius olentiam ab hac reſpirari. Stirpium autem multæ, & integræ bene olent, & corruptæ, ac aridæ magis magiſque ſuauem reddunt odorem. Vtrum quod mali odoris cauſa cruditas quædam excrementi eſt: quamobrem ſudores etiam aliqui, atque aliquando ita olent. Sed e morbo maxime vitiantur, quibus tales eſſe non ſolent: & flatus etiam, ructuſq; crudorũ fœdius olent. quam eandem cauſam de cæteris quoque proportione animaduertiſſe oportet: proportione inquam, quod animalium carne vacantium generi æſtimandum aliquid eſt, quod carnis vice habeatur: nam excrementum crudum vel in hoc eſſe nouimus. Hoc igitur & viuis cauſæ fœdi halitus eſt, & mortuis, cum putreſcit. Quam ob rem pingue, os, pilus fœdum nunquam reddunt odorem, ſcilicet illam ob cauſam, quod pingue concoctum eſt, oſſa, & pili humore vacant. At genus plantarum nullum intra ſe contrahit excrementum. An etiam plãtis aliquid ineſt: ſed quia ſicca & calida ſunt natura, humor eorum non fæculentus eſt, ſed concoqui expeditius poteſt. Conſtat hoc etiã plagis terræ, quæ vt feruentiores, ſic odoratiores ſunt, vt Syria, vt Arabia: & muneribus earundem regionum, quæ ſicca & calida nouimus hoc idem probari poteſt: nullam autẽ ſentire putredinem poſſunt, quæ huiuſmodi ſunt. At animalium genus tale non eſt: itaq; excrementa

A cius cruda, fœtidaque sunt, flatusque itidem olent. Peremptis quoq; animantibus humor putret, plantis minime: quippe cum humore plantarum genus haud quaquam redundet.

Quam ob causam res male olidæ grauius olent cum calent, quam cum frigent? An quod natura odoris vapor quidam, & delatio est, quæ calore existunt: motus etenim quidam sunt. calor autem mouendi vim obtinet: frigus contra efficit, vt res consistat, & contrahatur. Deorsum etiam refrigerata omnia feruntur: calor autem, odoresque omnes sursum feruntur, tum quia siti in aere sunt, tum quia sensorium eorum supra, non infra habetur: quippe cum odor ad cerebrum penetrans mouere soleat sensionem. 5

Cur si quis allia ederit, vrinam redolentem allium reddet? cum tamen alia pleraque odoris vehementioris ingesta, nihil in suam qualitatem vrinam posśint conuertere. Vtrum, vt quibusdam scholæ Heraclitex placet, quod sicut in vniuerso, ita etiam in corpore nostro expi- 6
B ratur, deinde vapor denuo concrescit, vtq; ibi humor, sic vrina hic est: exhalatio autem alimenti vbi reuertit, vnde prodierat, odorem eundẽ non immerito recipit, quippe quæ illud reddat, in quod sese commutarit. An si ita esset, cætera quoque idem facere deberent, quæ vehementem spirant odorem: nunc autem nullum hoc posse efficere nouimus. Ad hæc vapor, qui postea concrescit, non ad statum pristinum redit: verbi causa, si vapor vini exhalarit, non postmodum in vinum concrescit, sed in aquam: ita falsum id etiam illi referunt. Ergo allium solum ex omnium numero, quæ odorem simul & vehementem, & vrinæ mouentem reddunt, inflare ventrem inferiorem potest: cætera enim vel sursum mouere spiritũ solent, vt radicula, vel vrinã citare non queunt. Allium vero tria nimirum hæc facit, vt & vrina augeatur, & spiritus excitetur, isque deorsum, non sursum: quæ quidem situs vesicæ, testiculorumque ideo sentit, quod & in vicino est, & spiritui oportunior habetur, vt tentigo abunde declarat. Constat igitur, vt excrementũ allii
C omnium maxime huiuscemodi ad vesicam posśit vna cum spiritu deuenire, quod permiscens sese odorem plene vrinæ committat.

Quam ob causam ora hominum, qui nihil ederint, sed ieiunarint, grauius olent, (quod ieiunam graueolentiam appellant) eorum autẽ qui aliquid ederint, non olent, cum tamen eorum magis olere debeãt? An quod ventre inani, minusque agitato aer factus calidior, spiritum, excrementaque pituitosa sua immobilitate putrefacere potest. calidiorem autem effici argumentum est, quod vel sitim parere ieiunium solet. At vbi ederimus, odor ciborum grauem illam olentiam offuscat, vt maior minorem: calor enim ciborum calorem præcedentem illum exuperat, ita vt nihil affici posśit. 7

Cur alæ omnium maxime partium nostri corporis male olẽt? Vtrũ quod omnium minime respirare posśunt: malus autem odor locis huiusmodi contrahi maxime solet, quoniam putredo quiete interioris 8

qualitatis consistit. An ideo quod immobiles, inexcitatæque habentur. D

9 Cur homines, qui virus redolent hirci, fœdius oleant, cum se odorifice vnguētarint? An hoc in multis accidere solet, velut cum acido dulce commistum est, dulcius totum exultat. Tum etiam omnes, postquā sudarunt, grauius olent: vnguentum autem concalefaciendi vim habet, itaque sudorem potest prouocare.

10 Cur hominum incuruorū, gibborumq; halitus grauior, ac fœdior est? An quod locus pulmoni accommodatus, conclusus, deflexusque a sua proceritate est: itaq; spiritum transmittere expedite nequit, sed euenit, vt vapor, ac spiritus amplius interclusus putrescat.

11 Cur vnguentorum magna pars sudori permista male olet, aliqua vero suauior redditur, aut nihil deterior? An quæ motu, tractuque cōmutari solent, hæc deteriora redduntur: quæ autem eadem persistere possunt, hæc suauius redolent. At sunt quæ resistere queunt, quomodo etiam florum, quibus odores conficimus, alii contusi, vel concalefacti, vel excitati exolescunt, vt violæ albæ: alii sibi similes, vt rosæ. Et vnguentorum igitur, quæ ex floribus huiusmodi sunt, cōmutari vtiq; possunt: quæ non sunt, nequeunt: vnde rosaceum commutari minime nouimus. Et quidem quo sudores fœdius olent, eo grauius vnguentū quoque redolere videtur, quoniam rei sibi contrariæ se permiscet: vt mel cum sale non magis, sed minus dulce sentimus. E

12 Cur omnia plenius olent, cum mouentur? An quod aera implent, itaque odor citius ad sensum reducitur.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO QVARTADECIMA. F

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinent:

Cuius quæstiones. XVI.

1 CVR efferis & moribus, & aspectibus sunt, qui in nimio vel æstu, vel frigore colunt? An eadem causa est. optima enim temperies non corporis solum, verum etiam intelligentiæ hominis prodest: excessus autem omnes dimouent, & vt corporis, ita etiam mentis temperamentum peruertunt.

2 Cur frumentum in Ponto frigori expositum diu reseruari integrū potest? An propterea, quia humor alienus vna cum calore euanescit,

A vt in vuis fieri nouimus: alia enim frigore, alia calore exhalant.

Cur potius in frigidissimis terris ardores febrium fiant? An quod frigus calorem intus circumobsistit: cuius rei contrarium æstiuo tempore agitur, partes nanque internæ frigidiores redduntur: ardor autem febris est: ergo partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia interiores redundant. 3

Cur blæsis pedibus Aethiopes sunt, & Aegyptii? An quemadmodum ligna, ita etiam corpora animantium deprauari a calore solent. quod etiam pili declarant, quos illi crispiores, quã cæteri gerunt: crispitudo nanque veluti pilorum blæsitas est. 4

Cur temporibus austrinis initus fœminam potius generant? An quod largior humor tardius crassescit: austrinis humor temperamenti facit, vt semen reddatur humidius. 5

Cur locis palustribus vlcera capitis curari celeriter possunt, crurium autem tarde? An quod humor est grauis, quia terrenus est: omne autem graue tẽdit deorsum: ergo vlcera superiora concoctioni sunt opportuniora, quoniam humor delapsus ad ima est: inferiora autem ipsa multo excremento, putrefactuq; facili redundat. 6

B

Cur qui loca edita, apertaque colunt, tardius senescunt: qui autem caua, & palustria ocyus? An senectus quædam putredo est: putret autẽ, quod quiescit. nullo modo, aut minus ita afficitur quod mouetur, vt aqua profluens, & conclusa. igitur vt locis editis aer vndique afflante spiritu agitatur, ita cauis manet immotus. Ad hæc locis apertis purus, ac diuersus assidue propter agitationem aer habetur, palustribus impurus, idemque semper emarcescit. 7

Cur timidi sunt, qui loca feruida incolunt: fortes, qui gelida? An quod natura contra, quam loca, & tempora se habet: quoniam si se similem ageret, cito periret. sunt autem fortes, qui calida sunt natura: timidi, qui exangues, refrigeratique sunt. fit igitur, vt qui loca inhabitant calida, refrigerentur: qui frigida, concalescant. vtrique tamen corpore magno adolescunt, eo quod qui frigida colunt, insito calore abundant: qui calida, calore loci refouentur: quippe cum in calidis, & a calore incrementum sequatur: frigus autem vim astringendi, constipandique habeat. Cum igitur alteri principium inter se vehemens augendi obtineant, alteri nullo extremo frigore impediantur, merito vtriq; augeri possunt plenius. Homines nostræ regionis augeri ideo minus possunt, quod & principium illud in se imbecillius continent, & frigore aliquantisper constipantur. 8

C

Cur diutius viuunt, qui locis calidis suam degunt ætatem? An quia natura sunt ficciore: firmius autem, diuturniusque, quod siccius est: mors autem putredo quædam est. An quod mors caloris interioris refrigeratio est. refrigerari autem omnia solent ambientis aeris qualitate, qui vt locis calidis calet, sic frigidis friget: itaque interiorem calorẽ ocyus, magisque corrumpit. 9

10 Quam ob causam qui calida loca habitant, viuere diutius possint? An quod humorem, caloremque amplius seruant, quarum rerum interitus mors est. D

11 Cur locis palustribus effici somnolentiores solemus? An quod magis in his ipsis refrigeramur: refrigeratio autem cum requies quædam fit, somnum nobis conciliat, qui inter quiescendum solet accidere.

12 Cur qui in nauibus degunt, quamuis in aqua, coloratiores tamen sunt, quam qui in paludibus? An loca commode aspirata coloris præbere hilaritatem possunt. Pallidos autem humor efficit, cum putrescit: quod euenire immobilitatis causa solet. quamobrem sub pallidi sunt, qui loca palustria colunt.

13 Cur locis hybernis æstus fieri vehementiores, quam tepidis soleât? Vtrum propter nimium aeris humorē. enimuero caloris opera eiusdē aqua reddi potest calidior, quam aer: ergo aer quoq; humidior acrius, quam tepidus ille recalescere potest. An non calidior aer locis huiusce modi est, sed esse ob vehementiam qualitatis contrariæ videtur: quomodo Sol cū e nube illuxit, calidior esse ob cōtactum vmbræ videtur. E

14 Qua de causa qui meridiem versus habitant, nigris oculis potius nascuntur? An quod vt oculi cæsii caloris interioris exuperantia redduntur, sic eiusdem absentia nigri efficiuntur, vt Empedocli etiam placet. Ergo quemadmodum qui aquilonem versus positi sunt, oculis cæsiis ideo nascuntur, quod calor interior effluere a frigore exteriori vetatur: ita qui ad meridiem vergunt, continent quidem suum humorem propter aeris circunfusi teporem obuium: sed calorem continere non queunt, quod nihil extrinsecus est, quod obsepiat, atque arceat. itaque humor, qui relinquitur, nigrescit: lucis enim absentia omnia obfuscari, opacarique solent. An reliqui corporis colorem oculorum color imitatur, itaque qui aquilonē versus inhabitant, vt ipsi albo corpore sunt, sic oculos quoque cæsios habent: hic etenim color prope album est: & qui ad meridiem sunt, vt ipsi nigri, ita etiam oculos nigros sortiuntur. F

15 Cur locis calidis homines sapientiores sunt, quam frigidis? Vtrum eadem de causa, qua etiam senes, quam iuuenes, sapientiores. etenim qui sedes frigidas habent, frigore loci obsistente, longe calidiores quā sua sint natura, redduntur. itaque vinolentis admodum similes esse videntur: nec ingenio valent, quo prospiciant, rerumque rationes inquirant, sed fortes fidentes, sperantesq; sunt. contra qui loca calida habitant, sobrii propterea sunt, quia possunt satis refrigerari. Fit aūt quaq; in re, vt qui metuunt magis, quā qui confidunt, velint inquirere: itaq; magis valeant inuenire. An quod antiquius genus hoc hominum est, cæteri enim eluuie perierunt, ita vt tanquam iuuenes sint ad senes, qui loca habitant frigida, ad eos, qui calida colunt.

16 Cur timidi, qui loca habitant calida: fortes, qui frigida? An quod natura contra, quam loca, & tempora se habet: quoniam si se similem ageret, periret breui. fortes autem sunt, qui natura calida constant: timidi, qui

A midi,qui frigidi sunt.accidit ergo,vt qui calida colunt, refrigerari nimirum posint:cum enim solutum rarumque corpus eorum sit, calor foras profluere potest.qui autem in frigidis sedent, sua concalescũt natura,quod a frigore exteriori caro densetur,cuius densitate calor colligi intus potest.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO QVINTADECIMA:

Eorum, quæ ad res mathematicas pertinent: & ad cœlestia.

Cuius quæstiones. XII.

B
VR linea de angulo ducta in angulũ,sola ex omnibus,quæ figuras rectis cõstantes lineis bipartito secãt,diameter vocitata est? An quod diameter, vt nomẽ designat,duas in partes figurã æque dimetiẽdo digerit,nihilo destruẽs quod subiacet mẽsurãdũ ergo quæ per cõmissuras, hoc est angulos diuidit, appellãda diameter est,quoniã hæc figurã nõ destruat,sed diuidat:quomodo faciunt, qui vasa militaria partiũtur.At quæ per lineas secat, figuram compositam destruit: angulis etenim constant,quæ rectis lineis continentur. 1

Cur diameter appellata est? Vtrum quoniam sola bipartitio figurã diuidat.An quod sola figuram secat per partes,siue mẽbra, quibus inflexa coarctatur,cum cætera per latera diuidant. 2

Cur homines oẽs,tã Barbari,quam Græci,ad decẽ vsq; enumerare cõsueuere,nõ ad aliquẽ alium numerum,vt duo,tria quatuor quinq;, C tum repetẽdo vnũ quinq;,duo quinque,sicut vndecim, duodecim: nec vero vltra denarium numerum cessantes, inde replicare incipiunt? est enim numerus quisque,quod præcedit,ac vnum,aut duo, & deinceps quantitas aliqua:enumerant.n.statuto termino denarii numeri. haud enim forte,casuq; id facere semper,oĩbusq; in rebus putari debent, cũ non fortuna,sed naturalis res sit,quæ semper,atq; vbique effici soleat. Vtrũ quod perfectus numerus denarius sit: continet n.oĩa numerandi genera,vt par,quadratũ,quadrantale lõgũ,planũ,primũ,cõpositũ.An quod denarius fons,atq; principiũ est,quippe qui ex vno,duobus,tribus,& quatuor constet.An quia corpora,quæ ferũtur, numero nouenario cõtinẽtur.An quoniã decẽ proportionibus quatuor cubales numeri cõsumãtur,e quibus numeris vniuersum cõstare Pythagoreis placet.An quod oẽs homines digitis decẽ lege naturali creantur: itaq; sui numeri calculos quasi adipiscẽtes,hac eadẽ multitudine cætera quoq; 3

enumerant. Vna gens quædam Thracum ad quatuor numerandi seriē terminat, eo quod amplius meminisse modo puerorum nó potest, neque vsum habet rerum multarum.

4 Quamobrem cum Sol eodem cum vigore feratur, non pari tempore idem incrementū, decremētumq; vmbrarū exultet? An quod anguli, quos radii sub æquis circunferentiæ spaciis ad res cōspectas efficiūt, æquales inter se omnes consistunt, quod si illi æquales sunt, eductos quoque inde æquales esse necesse est, scilicet quos radii faciant in triangulo, qui radio primo, & re conspecta, & vmbra continetur. At si anguli æquales inter se sint, radiū ab re conspecta, & prolapsum longius maiorem esse propinquiorem necesse est: quod pro certo recipimus. Igitur totam circunferentiam in partes quasuis æquas inter se digeramus: sitque res conspectui obuia G. Cū itaq; Sol in G ingruēs de A, vmbrā in G I aliquā reddet, radius in I prolabatur necesse est. Vbi vero ad B deuenit, radius inde proficiscēs intra G I, radiū decidet: ac rursus cum idem ad C se contulerit, pari modo suum radium mittet. aliter efficiet profecto, vt linea recta rectā partibus duabus contingat. Cū ergo A B circūferentia æqualis B C circunferētiæ sit, anguli quoq; illis subiecti apud D, æquales inter se cōstant, quippe qui ad centrū se colligāt. qui aūt in triangulo habentur, æquales illis D angulis proueniūt: vtpote qui se per verticem illis iungant. Ergo cū totus angulus in æqua secetur, angulus D E maior, quā E F angulo D G est. Pari modo cæteri anguli se habebunt, quos radii circunferentia profecti reddiderint. Simulq; et constat vmbram meridie minimā esse necessario, minimasq; tum effici accessiones: quippe cū Sol meridie maxime e perpendiculo sese nobis exhibeat. Aestus quoque meridie accenditur, tū ob eā, quam modo diximus causam, tum ēt, quod omnis spiritus cessat. tunc enim spiritus excitari solet, cum Sol aerem terræ familiarē discernit. Quod si Sol cum medium cœlum proreptat, minus id faciat, merito noctes mediæ, atque meridies a spiritu silent,

Figura uarias Solis umbras designans.

A. B. C. D

G F B I

A Cur Sol per quadrilatera profluens, non rectis lineis figurā describit, sed circulnm format, vt in cratibus patet? An quod aspectuum procidentia turbine agitur: turbinis autē basis in orbem se colligit: quāobrem quocunque radii Solis incurrerint, nimirum circulares apparent. An quod Solis quoque figuram rectis lineis cōtineri necesse est: siquidem radii recti proueniunt. Cum enim recte in rectam incidunt, figuram, rectis contentam lineis formant: quod certe in radiis accidit: ad rectam enim cratium sese tradunt, aut ad quodlibet, per quod liceat translucere: ac ipsi recti proculdubio sunt: itaque procidere ad rectam debuerūt. Verum quia radii, qui de aspectibus ad extima linearum rectarum discinduntur, imbecilli admodum sunt, idcirco angulo concerni non possunt, sed quantum recti in turbine sit, hoc tantum rectam agere potest: reliquum non potest, sed conculcati aspectus, indiscretiq; latitant. nec mirum, cum multa videre nullo pacto possimus, quamuis nostro attingūtur aspectu, vt ea quæ tenebre opacāt. B proximum est, cum quadratum speciem multi anguli repræsentat, atque etiam circuli, si amplius remoueatur. Cum enim aspectus procidentia turbinis specie figuretur, quoties figura vlterius se posita est, aspectus, qui se in angulos spargunt, quoniam & imbecilli & pauci sunt, rem assequi nequeunt: qui autem mediam in partem cōcurrunt, hi nimirum persistere possunt, vtpote vniuersi, & validi. Ergo cum figura prope posita est, anguli quoque aspici possunt, aucto interuallo non possunt. Quam ob rem circularis etiam linea remota recta esse videtur, & Luna rectis contineri die octauo videtur, si aspectus non lātitudinem, sed lineam circundantem ineant. Vt enim cū circūferentia prope posita est, quāto pars altera orbis, quā altera propius sit, aspectus discernere potest: ita cū procul abest recte sentire nō pōt, sed ex æquo partiū situ cernere sibi videtur: itaque rectam etiam iudicat.

Cur Lunā, quæ in sphæræ faciē cōglobatur, rectā, cū semiplena est, 6
C cernimus? An quoniā eodē in plano aspectus noster versatur, & circuli ambitus, quē Lunæ Sol ingruens facit: quod cū agitur, Sol recta linea videtur. Cum.n. quod suum aspectū sphæræ admouerit, orbem videre necesse sit: Luna autem sphæræ faciem gerat, eamq; Sol aspiciat: orbis profecto id esse debet, quod a Sole efficitur. Hic ergo cum e regione se nobis præbet, totus videtur: itaque plenilunium iam apparet. cum autem mutatur, & præterit, propter Solis discessum, portio eius aspici potest: itaque fit, vt Luna altera parte recta videatur, cum altera orbē colligat, quoniam hemisphærium aspectui ex diuerso positum est, quod semicirculum repræsentarit. Semper enim aspectui obuia Luna est: quoties tamen Sol radios admouerit suos, aspici nequit. Repletur post diem octauum de medio, quia paulatim euadens, orbem nobis exhibet propensiorem. Cumque ita circulus aspectui se opponit, sectionem turbinis imitatur, curuatur in cornua, iam Sole dimoto. Vbi enim circunferentia Solis ad puncta deuenerit vltima, per

quam orbis æqua portione secari videtur, circunferentia ipsius orbis D
apparet. non enim insuper ex aduerso oculis est, sed iam præterire incœpit. Quod cum ita agatur, ac circulus, siue orbis per eadem ducatur pũcta, curuari in cornua necesse est. pars enim aliqua orbis prioris aduersi protinus aspectui se obducit, vt de parte lucida abscindi aliquid possit. Tum etiã extrema in eodem persistunt, vt curuari in cornua necesse sit: sed tamen plus minusue, pro Solis dimotione. cum enim Sol dimouet sese, circulus quoque in eadem reuertitur puncta? quippe cum fieri posit, vt infinito numero inclinetur: siquidem summi circuli per eadem puncta describi facile infiniti possunt.

7 Cur Sol, & Luna plana esse videntur, cum tamen cõglobari in sphæram certum sit? An vt plura, quorum quod nam plus minusue distet, incertum sit, æque posita esse videntur: sic etiam quod partes obtinet, nisi color varius adsit, partes ex æquo omnes collocatas habere videri necessum est. quod autem ex æquo aspectu obuiam fit, idem æquabile, E
compositum, & planum necesse est.

8 Cur Sol oriens, atque occidens vmbras efficit longas: efferens se, minores: obtinens cœli mediũ, minimas? An quod oriens principio vmbram terræ æque distantem reddit, ac infinitam pene protrahit, deinde longam, atque ita minorem subinde: quia linea, quæ recta de pũcto superiori elicitur, interius per diminutiones assiduas cadit. Gnomõ A B, Sol, vbi C, & vbi D. Radius igitur ex C proficiscẽs C F exterius procidet, quã radius D E. At vmbra B E Sole superiori existit, vmbra aũt B F inferiori. Ergo quo Sol superior fuerit, eo minor vmbra exultabit, minimaque tunc erit, cum Sol super capita nostra versabitur.

Figura, Solis umbras orientis, ac se efferentis delineans.

F



9 Cur vmbræ Lunæ maiores, quam Solis sint, cum eodem proueniant perpendiculo? An quod Sol superior, quam Luna est: itaque radium, qui de superiori prodierit, inferius cadere necesse est. Gnomõ

A A D, Luna B, Sol C. Lunæ radius B F: ergo vmbra Lunæ D F. sequetur Solis radius C E: ergo vmbram D E fore necesse est.

Figura umbras Lunæ, Solisq; ostendens.



B

Cur deficiente Sole, si quis per cribrum, aut frondes veluti platani, vel alicuius ex cæteris latifoliis, aut digitis manuum inuicem perplexis inspiciat, splendores specie Lunæ nondum completæ incernat? An quod quemadmodum cum per angulatum foramen lux non angulata, sed orbiculata, turbinataq; prodit: cuius ratio, quod gemino, directeque commucronato turbine agitur, id est, eo qui de Sole ad foramẽ deuenit, & qui de foramine ad terram: sic etiam in Solis defectu figura, qua radii veniunt, vt diximus, innotescit. Ergo cum pars orbi superiori detrahitur, quod ex aduerso super terram eluxerit, speciem illam lunatam gerat necesse est: quippe cum prout orbis defecit, ita radii profluere debeant: digitis tamen, & cribris, pro foraminum exiguitate res certius explicatur, quam cum per foramina ampliora transmittitur. Luna autem idem percipi non potest, neque deficiente, neque increscẽte, neque decrescente: quia eius extrema non plene splendent, sed medio potissimum lucet. Lunatam autem illam, minutamque faciẽ, medio astringi exiguo manifestum est. 10

C

* Cur Sol nunquam cœlo in medio geminatur, nec supra se faciem illam ostendit secundam, sed ex lateribus tantum? An quod tum geminari Sol potest, cum Solem versus aspectus refrangitur. Aeris autem concrescentis illa soliditas, cui aspectus incurrens refrangitur, neque prope Solem, neque procul effici potest. nam si prope sit, resoluetur a Sole: si procul, aspectus refrangi non poterit. eum enim longe de paruo speculo remeet, imbecillus reddetur: quamobrem area quoque fieri nõ potest e regione. Quod si supra, & in propinquo inchoatur, a Solis feruore dissoluitur: sin procul, aspectus minor euadet: sed si in latere, tum nimirum seruari integer poterit, dummodo speculum ita distet, vt nec Solis feruore absumi possit, & aspectus vniuersus recurrat. Nam si in terra sparsus feratur, deuenire ad Solem 11

* Cur par elius nõ fit, neque cum sol cœli mediũ obtinet, neque supra terrã, sed ex lateribus tãtum?

non poteſt.ſub Sole etiam fieri non poteſt, quia ſi prope terram extite- D
rit, conſumitur feruore: ſi autem ſupra, cœlo in medio aſpectus diſtra-
hetur, & euaneſcet. denique nec e latere quidem effici illud poteſt: cũ
Sol cœli vmbilicum perreptat. quoniam ſi aſpectus admodum feratur
in terram, exiguus ad ſpeculum veniet: itaque refractus omnino im-
becillus recedet.

12 Cur Solis vmbræ extremum tremere videatur? Haud enim quia Sol fertur, idcirco id contremiſcit. nam fieri non poteſt, vt Sol in partes moueatur contrarias: tremore autem fieri ita manifeſtũ eſt. Ad hæc mutatio vmbræ incerta eſt, quomodo etiam Solis ipſius progreſsio latet. An ideo moueri videtur, quod corpuſcula contenta in aere agitantur, quæ vulgo ramenta nominantur, conſpicua in Solis radiis, qui tranſmeant per feneſtras: hæc enim moueri ſolent etiam ſine vllo ſpiritu. Ergo cũ viciſsim, modo de vmbra in lucem, modo de luce in vmbram moueantur aſsidue, terminus quoque lucis, ac vmbræ communis continuo moueri videtur. partim enim veluti vmbram, partim lucem ſua ipſa mutatione efficiunt: itaque moueri vmbra videtur, cum non hæc, ſed illa hunc in modum ſoleant agitari. E

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO SEXTADECIMA:

Eorum, quæ ad res inanimatas pertinent:

Cuius quæſtiones. XIII.



1 CVR baſis bullarum candida aquæ inſidit: & ſi Soli expoſita eſt, nullam efficit vmbram: ſed reliquũ quidem vmbellæ corpus vmbra facit, baſis autem ſola nõ facit, ſed circum a Sole vndique cingitur? Et quod longe mirabilius eſt, nec ſi lignum per aquam in Sole appoſueris, vmbra ligni continua exultabit, ſed iuxta baſim bullæ a Solis luce ſecabitur. Quod ſi vmbra eſt, quod a Sole non aſpicitur, ſequetur porro, vt moles bullæ circũ tota aſpici poſsit, quod nũquã fieri poſſe in opticis. i. aſpectuũ rationibus demõſtratur: quippe cũ ne minimũ quidẽ a maximo totum circumaſpici poſsit. F

2 Cur bullæ ſpecie hemiſphærii exurgere ſolent? An quod tanquam de centro in aera ſurſum æqualiter circũ vndique adnituatur: quo quidem modo hemiſphærium exurgat neceſſe eſt. Portio autem ſphæræ inferior aquæ planitie abſcinditur, in qua ſcilicet centrum ſitum eſt.

A Cur in magnitudinibus, quæ profunditate sunt inæquali, accidit, vt si partem moueas leuiorem, circunferatur quod iacitur: vt in talis fieri opplumbatis videmus, si quis partem leuiorem ad se vertés proiiciat? An quod fieri non potest, vt grauius æque ac leuius feratur, cum eisdem viribus iactum est: sed cũ totum quidé moueri necesse sit, fieri vero non posit, vt æque omni ex parte moueatur, sequitur prorsus, vt si parili celeritate ferantur, eandem lineam peragant. sin autem alterũ altero feratur celerius, circulo ferri necesse sit, cum hoc solo in genere figuræ efficiatur, vt puncta eadem subalterna lineas inæquales posśint eodem tempore permeare.

Cur ea quæ in terram cadunt, atque resiliunt, angulos ad planitié reddant similes vtraque ex parte puncti, quo planum tetigerint? An quod omnia sua natura ad rectam lineam feruntur. Quæ igitur in locum æqualem deciderant, vbi ex perpendiculo, diametroq; sese plano impegerint, pares angulos ideo faciunt suo resultu, quod æqua diameter diuidit. Quæ autem in latera corruerunt, quoniam non perpendiculo, sed puncto superiori locũ feriant, accidit, vt repulsa a loco dicto contrariam in partem se conferant: rotunda quidem, quod delapsa protinus in aduersum sui appulsus sese euoluunt, siue quiescat eorum medium, seu locum soleat permutare: rectis vero cópacta lineis, quod perpendiculum eorum in partem priorem adductum retorquetur: vt his accidit, * quibus aut pars inferior raditur, aut colei violantur. hi nanque omnes aduersam in partem, retrorsumq; corruunt: quoniam eorum perpendiculum æquatur, pendet, atque priorem in partem expellitur: contrarium enim in his retro, deorsumq; esse accidit. cum autem deorsum ferantur, grauiora esse fatendum est. Quod igitur his casus idem resultantibus * latus euenit, ergo in angulum rectũ neutra eorũ resultant, eo quod perpendiculũ pódere bipartito diuidit corpora, quæ feruntur. Fieri autem non potest, vt plura perpendicula idem ad planum existant, quibus illa secentur: quod scilicet ita accideret, si perpédiculum, dum resiliunt, oriretur, vbi rem delatam planum offendit, diuidendumq; rursus secundo perpendiculo foret. quocirca primo illo perpendiculo, quo ferebatur, secare necesse est. Sed cum, aduersam quidem in partem feratur, rectũ vero in angulum nó feratur, reliquũ est, vt acutus reddatur angulus parte altera puncti, quod plano incurrerit. Aduersorũ.n. inter sese angulorum terminus rectus angulus est.

* quibus crura abraduntur, & colei subripiũtur.

* φρα latus latio.

4 Cur cylinder propulsus fertur in directũ, suisq; terminãtibus orbibus lineas rectas describit? turbo vero suo manente mucrone circunfertur, atque in suo terminante orbe orbem describit? An quod circum vterque fertur. Verum cylinder rectas lineas plano ducit, turbo orbes describit: eo quod inæquales orbes turbinis inter se sunt, ferriq; velocius potest, qui amplior circa idem centrum conuertitur. qui cum simul omnes positi in turbine orbes inæquali ferantur spatio, euenit vt extimi, qui voluuntur, plurimum loci & linæ tépore eodem

decurrant. Vnde fit etiam, vt circum omnes agantur: quippe cum omnes eadem recta linea describantur, quæ cum conuertitur, non omnia sita in ea puncta æqualem producere lineam eodem tempore possunt, cum æqualem non nisi ex directo agere soleant. Cylindri vero, quod omnes orbes pares inter se sunt, centrumq; idem ambiunt, euenit, vt simul suis omnibus punctis planum contingendo parili celeritate voluantur, cum nulla inæqualitate cylinder euariet, & rursus in planum simul omnes deueniant, vbi suam quisque conuersionem absoluerit. Vnde lineas quoque ductas per directum in plana, pares inter se esse necesse est. sua nanque tactione orbes æqui, pariterq; volubiles illas duxere. Atqui rectas confici patuit, quas linea eadem deferens sese in directũ peregerit. Causa hæc est, cur cylinder recto deferri tramite possit. Nil enim refert, vtrũ qua linea prima cylinder planum tetigit, hãc firmo cylindro protrahas, an volubili circũagas. semper enim vt æqua linea, similisq; illis in cylindro contentis planum attinget, siue protrahatur cylinder, siue prouoluatur. E B

6 Cur sectio chartarum, siue papyri, si quis æque a basi plana, rectaq; dimetiendo absciderit, recta euoluetur: sin autem inclinarit, contorta existet? An euenit, vt cum orbes secturæ alterius eodem in plano positi sint, declinans illa cæsura non æque opposita sit, sed partim minus: itaque cum euolueris, orbes quidem, qui plano eodem continentur, suumque initium in plano habent eodem, lineam explicabunt, quam suo ipsi conficiunt ordine: quippe cum ea ipsa extenta linea non nisi profecta ex orbibus sit, qui plano eodem continentur: itaque vel rectã eam quoque esse necesse est, quæ eodem in plano se porrigat. At obliquæ illius secturæ linea, quoniam primæ non æque apposita est, sed partim plus distans, partim minus, vtpote cum ipsa quoque sectura ita se habeat, hinc eodem esse in plano nequit. itaque nec recta hæc esse potest: etenim fieri non potest, vt rectæ lineæ pars alia in alio plano collocetur. F C

7 Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto videatur? An quod omnia numerum diuisa recipiunt: quanquam magnitudinis ratione minora, quàm vnum illud, existunt. Magnum enim, eo quod cõtinuum, quantumq; quoddam est, magnum dicimus: numerus vero partiũ omnis omni suæ magnitudinis numero maior est. Quamobrẽ vt partibus diuisis maius appareat totum, consentaneum est. cum enim partes, totumq; idem sint, totum naturam potius magnitudinis præ se fert, vt constans, & continuum. partes vero naturam numeri magis sortiuntur.

8 Quæ in vase eueniunt, quod clepsydram vocamus, omnino quidẽ referri ad causam debent, quam Anaxagoras explicat. Aer enim qui in ea excipitur, causæ est, ne aqua ingredi posit, fistula scilicet obturata. Nõ tamẽ simplici, absolutaq; ratione aer causam habere putandus est. nã si quis eam fistula apprehensa transuersam immergat,

A humorem admitti, nihil est, quod prohibeat: quamobrem non satis author ille exposuit, quemadmodum aer causam daret. Ergo causam aera quidem tenere fatendum est: sed hic siue impellitur, siue per se ipse fertur, nec quicquam cogitur, ferri per directum solitus est, vt etiam cætera elementa. Itaque clepsydra transuerse immersa, aer qui e directo situs est, pulsus ab humore libere effluit per ea foramina, que demersis in aqua foraminibus opposita sunt, eoq; cedente humor subiẽs implet. At si erecta in aquam descendat, aer impotens sese efferendi per arduum, quoniam consepte sunt partes superiores, circa prima foramina arcetur, quippe qui supprimi in se, contrahique non posit. Argumentum vero, aquam arceri posse ab aere immoto, quod in ipsa clepsydra deprehensum est. nam si aluum eius aqua repletam ad fistulam obturatam inuerteris, humor per fistulam in os minime deflue re poterit: quippe cum ore patefacto non protinus, sed paulo post de fi stula profluat, vt qui non in ipso ore fistulæ contineatur, sed postmo-
B dum in hoc per fistulam veniat, postquam patefactum iam est. Plena autem, erectaq; clepsydra, fistula patefacta protinus per colum, id est, foramina inferiora effluit, quia illud attingit, extremam vero fistulam non contingit. Clepsydram igitur humor ingredi ob prædictam causam nequit. Egreditur autem fistula patefacta, eo quod aer contentus in fistula, sursum deorsumque agitatus, humoris contenti in clepysdra motum excitat pleniorem: cumque deorsum pellatur, eodemque ipse etiam sua natura propensior sit, merito effluit vim inferens aeri, qui clepsydram extrinsecus circumfundit, excitus quidem, & compar potẽ tia aeri superius impellenti, sed renixu infirmior: quoniam per angustam fistulam influens, ille ocyus ac vehementius labitur, vrgetque humorem. Causa vero, cur obturata fistula humor effluere non posit, quod humor dum clepsydram subit, aera omnem per vim ab ea expellit. Cuius rei indicium spiritus, ructusque murmurans dant, quos in-
C grediente humore, nimirum intus excitari sentimus. Cum igitur humor subiens vehementer aera cogit, sese ad clepsydræ fistulam trudit, ac modo lignei cunei, aut ærei disiectu oppressus, astrictusque hæret sine vllo alio vinculo, quousque alia vi expellatur, quo modo præruptos clauos expellimus. quod sane aperta fistula incidit ratione, quã superius exposuimus. Aut igitur ita effici potest, vt humor effluere nequeat, aut quod aer exiens inflatur, emergitque impetu violento, vt strepitus indicat, humor idcirco a spiritu sursum attrahitur, quemadmodum multis in rebus accidere certum est. Attractus autem humor, sibique continuus omni ex parte constans manet, oppressus ab aere, donec pulsus ab eodem recedat. cumque initium ita retineatur humoris, reliquus & omnis humor vnitus, atque continuus ex suo pendeat initio necesse est. Nec vero temere ita agitur, quandoquidem eiusdem interest rei, & dimouere quicquam suo de loco, & idem in eo continere, ad quem mouerit: idque diutius facere, si vel potentia quod tenet,

quódque tenetur, simili inter se contendunt, vel quod tenet, potentius est, vt in re, de qua agitur, accidit. Spiritus.n. potentior, quã aqua est. D

9 Cur partes tam stirpium, quam animantium, quæ nullis instrumẽtariis officiis deputatæ sunt, in orbem sese omnes colligant? stirpium quidem caudex, & rami formari in orbem solent, & animantium crura, pectus, femora, pectus, lacerti ad hanc eandem speciem enituntur: triangulum vero, aut multiangulum nullum neque ex toto, neq; parte aliqua est. An, vt Architas author est, quoniam in motu naturali æqua proportio inest: moueri nanque proportione omnia censet. hanc autem solam in sese æqualiter solui, atque reuerti, vt orbes, rotundaq; afformare posit, cum constiterit.

10 Cur extrema formari in orbem soleant? An quod natura res optimas, & pulcherrimas creat, quoad fieri potest. Figura autem ea pulcherrima est, quæ eadem vndiq; est, sibiq; ipsa simillima constat.

11 Cur si circulus proiiciatur, primam lineam rectam ducet, deinde cochleam, siue clauiculam aget, dum decidat? An principio rectã ideo agit, quod æqualiter ab aere hinc inde dirigitur. Cum igitur pari momento vtroque de latere pergat, lineam quoque effici talem necesse est, quæ locum æqualiter hinc atque inde posit diuidere. talis autem recta est. At vbi in partem alterutram vergere ob inæqualitatem circunfusi aeris cœpit, non amplius æqualem illam parte interiore, exterioreq; ducit, sed circularem, necessitate scilicet aeris diuersi, & incompositi. B

12 Cur in magnitudinibus, quæ profundo sunt inæquali, accidit, vt si partem moueris leuiorem, circũferatur quod iacitur? quemadmodum in talis fieri opplumbatis videmus, quoties quis partem leuiorem ad se vertens proiiciat. An quod fieri non potest, vt quod grauius est, æque cum leuiori feratur, cum proiectum eisdem a viribus est: quod cum moueri necesse sit, & tamen fieri non posit, vt æque omni ex parte, directoq; tramite moueatur, circunferri necesse est, dum se introuertit: quemadmodum si quid medio eius immobile suo pondere penitus esset, alterum profecto extremum vltra in partem moueretur priorem, alterum intra ad eum tenderet, qui dimisit. Sed quoniam, cum totum moueri posit, pondus suo medio gerit, illud idem sequatur necesse est.

13 Quamobrem corpora quæ feruntur, vbi alicui occurrerunt, resilire partem in contrariam solent, quam suapte natura ferri cogantur, nec nisi ad similes angulos resultare soleant? An quod non solum eo feruntur impetu, quo pro sua parte ipsa ferri aptissima sunt, verum etiam illo, qui a mittente proficiscitur. Suus igitur cessat cuique impetus, cum suum ad locum peruenerint: omnia nanque requiescere solent, vbi eam in sedem sese contulerunt, quam suapte natura desyderant. Sed externo illo, quem habent, impetu necessitas oritur amplius mouendi: quod cum in partem priorem effici nequeat, quia re

A prohibetur obiecta, vel in latus, vel in rectum agi necesse est. Omnia autem in angulos resiliunt similes, quoniam eodem ferri cogātur, quo motus ducat, quem is dedit qui miserit: eo autem vt angulo vel acuto vel recto ferantur, oĩno incidit. Cũ ergo quod retorserit vetet, quo minus directe motus agatur, pariter & rem quæ fertur, & eius impetum nimirum prohibere potest. Vt igitur in speculis extremum lineæ rectæ, quo se aspectus coniecerit, idem refrangitur: ita in iis quæ feruntur, fieri ex aduerso solet, quippe cum angulo tanto retorqueātur, quãto vertex constiterit. Ita enim intelligendum est, vt transferri simul & angulus, & delatio debeat: quo facto in angulos resultare similes, esse necesse palam est.

ARISTOTELIS

B

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMASEPTIMA.

Eorum, quæ ad res animatas pertinent:

Cuius quæstiones. III.

VR homines, qui corpore constant immodico, maiores tunc esse videntur, cum appositi modicis inspiciuntur? An quod res modica vnum est, & moderatio vnum quammaxime. vnum autem quod est, id indiuiduum esse postulat, indiuiduum autem minus: res vero immo- 1

C dica multa pro sui discriminis ratione ostendit. Quamobrem vt cum per sese magnitudines inspiciuntur quales nam sint, latere facilius possunt: ita cum collatæ in propinquo spectantur, latere non possunt. Ergo vnum esse apparet, quod indiuiduum est, spectatusque eius vnus modici ratione exultat: immodicum porro, vt quod plura sit, suspectionem plurium suggerit. Et maius propterea esse videtur, quod vnũ cum sit, plura esse videatur. naturam enim & magnitudinis habet propter continentiam, & numeri propter partium inæqualitatem. itaq; cũ vtrunque obtineat incrementum, merito magis tum esse apparet, cum spectatur ad id, quod simplex est, atque vnum.

Cur animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, crescere potius in longitudinem soleant? An quod ter longitudo augetur, bis latitudo, semel profunditas. longitudo enim principio fit, primoque principio existit: itaq; primo sola, secundo cum latitudine, tertio cum profunditate augetur. latitudo autem bis, videlicet per 2

ſe, & vna cum altitudine creſcit. D

3 Quo nam modo prius, & poſterius capi debeant? Vtrum quemadmodum qui tempore Troiano vixerunt, nobis priores ſunt, & & his ipſis priores, qui ſuperiores: atque ad hunc modum in infinitum, vt qui ſuperiores ſunt, iidem priores habeantur. An ſi quod initium, & medium, & finis ſint vniuerſi, & cum quis ſeneſcens ad finem peruenerit, rurſus ad initium reuertatur, prioraque ſint, quæ propius ab initio abſunt, quid vetat nos ab initio minus diſtare? At ſi minus diſtamus, eſſe quoque priores poſſumus, vt ſi cœli, ſyderiſque cuiuſque delatio quædam agitur circularis: qui non etiam rerum caducarum ortus ſit talis, atque interitus, vt eadem rurſus oriantur, ac pereant? veluti etiam vulgo dicitur, circulum res eſſe humanas. Igitur homines numero quidem eoſdẽ ſemper eſſe cenſere, furor eſt: ſpecie vero ſeruari eoſdem, probari melius poteſt. Itaque vel priores nos eſſe poſſumus, talemque aliquis ſtatuet ſeriem, vt eodem ſit repetendum, E vnde ortus extiterit, cogitandumque ordinem continuum, ac ſemper eodem conſtantem tenore. Homines enim idcirco perire Alcmeon inquit, quod ſuum initium fini coniungere non poſſunt. Scite perhercle, ſi quis non arctius recenſeat, ſed formula quadam eius verba accipiat. An ſi circulus ſit, circulus autem vna & principio, & fine careat, priores neque nos illis, neque illi nobis eſſe propinquitate initii poſſunt.

A R I S T O T E L I S

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMAOCTAVA:

Eorum, quæ ad literarum ſtudia pertinent: F

Cuius quæſtiones. X.

1 
VR alios ſi legere cœperint, ſomnus occupat, etiam nolentes: alios vigilare volentes liber ſuſceptus reddere peruigiles poteſt? An in quibus motus ſpiritales ſunt, ſcilicet ob frigiditatem vel naturæ, vel materiæ melancholicæ, qua excremẽtum ſpiritale crudum cauſa frigiditatis conſiſtit, his, cum intelligentia mouetur, inſiſtenſque alicui intelligere nequit, repellitur motus alter, qui refrigerandi vim habet: itaque potius dormire incipiunt. At vbi aliqua in re ſuam intelligentiam firmarunt, quod lectio facere ſolet, nimirum a motu ſpiritali illo mouentur, cum nihil ſit, quod eum repellat: itaque dormire non poſſunt. Quorum autem ſecundum naturam habitus eſt, eorum virtus intelli-

A gendi cum aliqua in re consistit, nec varie se dispergit, cætera quoque sita eo in loco hærent, quorum requies somnus est. Vbi autem mens constiterit, & quasi fatigata succubuerit, caput aggrauat, vtpote quæ sita in eo sit, somnumque inducit. at cum secundum naturam animus noster agitatur, nullo tum somno premitur: tum enim maxime viuit. vigilantia autem, quam somnus causa potius est, cur viuere valeamus.

Cur contentiosa disputatio ingenia exercere possit? An quod in eo disputandi genere accidit, vt crebro quis aut vincat, aut vincatur: protinus ergo contentiosus hinc homo redditur, quando vel vincendo per lætitiam magis magisque adducitur, vt in contendendo perseueret: vel victus enititur, vt quod amisit, recuperet. Quod idem vel in cæteris certandi generibus euenit. Quamobrem sæpe inter pugnandum, quãquam quis inferior est, tamen cessare minime patitur. 3

Cur homines in orando exemplis, & fabulis potius gaudent, quam commentis? An gaudent, quia & discunt, & celeriter discunt. atqui per exempla, & fabulas facilius discitur: sunt enim quæ explorata habeantur, & particularia sint. Ratio autem commentandi demonstratio ex vniuersalibus est, quæ minus quam partes nouimus. Ad hæc iis credere magis solemus, quæ plurimum testimonio confirmantur exempla autem, & fabellæ testimoniorum speciem gerunt: fides autem perfacilis est, quam testimonium fecerit Additur, quod verisimile quisque libentius discit: exemplum autem, & fabellæ rem non nisi similem docent. 3

B

Cur oratorem, imperatorem, & mercatorem callidum appellare solemus: tibicinem, histrionem hoc appellare nomine non solemus? An quod horum facultas sine cupiditate est: nititur enim tantummodo ad oblectationem: illorum autem conatus omnis ad plus acquirendum sibi contendit. bonus enim orator, & imperator, & mercator est, qui plus sibi acquirere potest: calliditas autem in acquirendo maxime sita est. 4

C

Cur hominem philosophũ differre ab oratore putemus? An quod alter quidnam iustitia sit cogitat, alter qui iniustus sit aliquid spectat, & alter qualis nam tyrannicus tenor sit, alter tyrannum quempiam esse animaduertit. 5

Cur in iis studiis, quæ aliqui sibi delegerint, quanquam interdum prauis, libentius tamen quam in honestioribus versantur? verbi gratia præstigiatorem, aut mimum, aut tibicinem se potius esse, quã astronomum, aut oratorem velit, qui hæc sibi delegerit? An volunt quidem nonnulli res honestissimas tractare, sed quoniam minus sibi confidũt posse efficere, ideo non ita agunt. An vero rem, in qua sese quisque posse præstare arbitratur, eam deligit sibi: quam autem deligit, eidem operam dat, illi obsequens partem diei maximam, vt se ipse vincat, seque sit præstantior. Quin etiam quæ principio aliqui sibi delegerint, quibusque insueuerint, in iis ne iudicare quidem possunt, quidnam me- 6

lius sit: animus enim eorum corruptus iam est propter prauas delectiones. D

7 Cur alios si legere cœperint, somnus occupat, vel nolentes: alios vigilare volentes liber susceptus reddere peruigiles potest? An in quibus motus sunt spiritales, ob frigiditatem vel naturæ, vel humoris, multiplicique humore excrementum spiritale causa frigiditatis consistit, iis cum intelligentia mouetur, insistensque alicui intelligere nequit, expellitur motus alter: itaque potius dormire incipiunt, cum non multum sua intelligentia mutentur: motus enim spiritalis ille superatur, & vincitur. At vbi aliqua in re suam intelligentiam firmarint, quod lectio facere solet, nimirum a motu illo spiritali mouentur, cum nihil sit, quod illum repellat: itaque dormire non possunt. Quorum autem habitus secundum naturam est, eorum virtus intelligendi cum aliqua in re vna consistit, nec varie se dispergit, cætera quoque sita eodem in loco hærent, quorum requies somnus est. vbi enim pars vna, quæ potissima sit, institerit, cæteræ quoque partes insistere solent: perinde ac in copiis, quæ versæ in fugam fuerint, agitur. Natura enim sursum effertur, quod leue est, deorsum autem defertur, quod graue est. Cũ igitur anima secundum naturam mouetur, non dormit, ita enim se habet. at vbi constiterit, & quasi fatigata succubuerit, mens immutatur, & vapores crassiores sursum sese efferentes ad caput, faciunt somnum. Lectio vero prohibere somnum videri sane potest: quod nõ propterea est, quia tantisper intelligimus, (anima enim tunc magis definitur) sed quia mutatur. & ideo insomnia euenit. nam intellectiones illæ vigiles sunt, quibus anima quærat & dubitet, non illæ, quibus assidue contempletur, cum illæ faciant indefinitionem, hæ non faciant. B

8 Cur in disputationibus contentio sit, nugatio nunquam incidat? An quod apparens syllogismus, id est ratiocinatio est, ratiocinatio autem in paucis continetur. quinetiam si prolixius agatur, interposito tempore paralogismus, id est peruersa ratiocinatio interea deprehendetur, & reuocare quod dederit, aduersarius poterit. C

9 Quamobrem libentius eas historias audimus, quæ rem vnam exponunt, quam quæ plures? An quod rebus magis attẽdimus notioribus, easque libentius audimus. notius aũt est, quod definitum. vnum itaq; finitum est, plura autem infinito participant.

10 Cur nos rerum narratio oblectat, quæ nec nimium veteres sunt, nec admodum nouæ? An quod rebus diffidere procul absentibus solemus, quibus vero diffidimus nunquam iis oblectamur. at quæ noua admodum sunt, adhuc quasi sentimus: itaque de his cum cupimus, minime oblectari possumus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO DECIMANONA:

Eorum, quæ ad concentum pertinent;

Cuius quæstiones. LI.

V R tam in laborando, quam in fruendo ſolatio tibiam adhibere ſolemus? An vt laborantes minus angamur, fruentes magis oblectemur. 1

Cur idem voce eadem longius ſentiri cum aliis cantans, aut vociferans, quam ſolus poteſt? An quia viribus 2
B vniuerſis agere quippiam, vel premere, vel impellere non tantuplum eſt, quantus ſingularum numerus eſt: ſed quemadmodum linea bipedalis non duplum, ſed quadruplum quiddam deſcribit, ſic compoſita omnia plus valent, quam eadem diuiſa. Ergo cum vniuerſo agitur ore, vocis potentia conſtans, vnaque redditur, ſimulque aera propellit, vt prodire multiplex valeat: quippe cum vox, quæ a multis proficiſcitur, multiplex ſit, quam quæ a ſingulis.

Cur maxime in cantando parhypatē, vox rumpi nō minus ſoleat, quam in nete, ſupremiſque, quanquam cum interuallo ampliori? An quod eius cantus & perdifficilis eſt, & cantandi primordium obtinet. Difficilis autem propter intentionem, preſſuramque vocis eſt, quibus in rebus nimirum vrget: corrumpi autem quæque maxime ſolent, quoties labore acrius opprimunt. 3

Sed cur hac difficile, hypate facile cantatur, cum nō niſi dieſi diſcre- 4
C pant? An quod hypate remiſsior eſt, atque etiam leuius a conſtitutione aſcenditur. hæc eadem cauſa eſt, quam ob rem ad vnam cantari videantur, quæ ad hanc, paranetenq; cantantur: agendum eſt enim cum intentione, conditioneque aptiſsima moribus, pro voluntate, & inſtituto. At conſonantia, vt exiſtat, quæ nam cauſa ſit?

Cur ſuauius cantilenam, quam nouimus, audire ſolemus, quam eam, quam ignoramus? Vtrum quia cum quod cantatur, agnoſcimus, tunc melius patet, quia veluti calcem, quod ſpectat, aſſequitur: id autē contemplatu ſuaue eſt. An quod diſcere lætabile eſt: cuius ratio eſt vel in capienda doctrina, vel in vtenda, agnoſcendaque verſatur. Addo ēt, quod res ſolita ſuauior, quam inſolita auribus accidit. 5

Cur immutatio, & varietas in cantando tragicum ſit? An ratione inæqualitatis hoc euenit. afficit nanque triſtitia, quod inæquale eſt, accommodaturq; magnitudini calamitatis, aut mœroris: contra quod æquale, atque continens eſt, minus id flebile auribus accidit. 6

Fides, seu chordæ in musicis istrumētis ita ab Antiqs ordinabātur, ac appellabāt.

Hypate
Parhypate
Lichanos
Mese
Paranese
Trite
Paranete
Nete

Hypate grauissimi erat soni, Nete acutissimi: reliquæ vero grauioris, acutioris ue, prout extremis magis, minus ue ꝓximæ erāt. Varia āt ex his īstrā parabāt, ut Tetrachordū, Heptachordum, Octochordū, aliaq; mlta, de qb' nō ē nūc habēdus sermo. ea vero ī Boethi Musica legere poteris.

*nā si ꝓxima quoq; a media cū tenut media pulsanda sit, nihilominus mediū redditur. at si media, cū vtrāq; oporteat, tenuis n̄ redditur. An

D 7 Cur veteres cum septem fidibus concentus disponerent, hypaten, non neten relinquebant? An falso id dicitur: earum enim vtranque seruarunt, sed triten adimere solebant. An non, sed quia grauior sonum potest acutioris, idcirco neten reliquerunt: ergo hypate magis antiphonum, quam nete reddebat: nam vt acutum vim desyderat pleniorem, sic graue exprimi facilius potest.

8 Cur grauis sonum valeat acute? An quia maius quod graue est: quippe tū vt graue obtuso, sic acutum acuto angulo simile habeatur.

9 Cur solitarias cantilenas suauius audire solemus, si ad tibiam, aut ad lyram vnam cantantur, cum tamen ad fides, canticumque idem modo vtroq; peragatur. nam si idem ita amplius sit, plus ad plures tibias, atque etiam suauius esse oportet. An quoniam euidentius in assequendo quod spectatur est, cum ad vnam vel lyram, vel tibiam cantatur: ad plures vera suauitas seruari non potest, cum cantilena offuscetur, totaque pene deleatur.

E 10 Cur si vox hominis suauior est, non eius, qui sine sermone cantat, suauior prouenit, verbi gratia teretantis, sed tibia, lyra'ue suauius sonat? An ne illa quidem, quæ vocabulis articulata emittitur, æque suauis est, nisi per simulationem formetur. Cæterum opere ipso afficitur, vt grauior sit: vox enim hominis suauior constat. oris autem instrumenta pulsandi vim obtinent pleniorem: quamobrem suauius cantatur, quam teretatur.

11 Cur vox, aut sonus desinens acutior sit? An quia minus, vt quæ facta imbecillior sit.

12 Quamobrē quę grauior e fidibus est, huic semper actus modulandi committitur? * nam si proxima quoque a media pulsando sit, media tantum, nihilominus reddi medium potest. at si media subiungenda est, per proximam a media idem reddi non potest. An quia magnum, quod graue est, itaque validum esse necesse est: & inest profecto in magno quod paruum est: & quidem duæ nete in hypate efficiuntur, si intercipiatur. F

13 Cur in consonantia diapason graue quidem acuti antiphonum accipi potest, grauis vero acutū non potest? An maxime quod in vtroque modulus vtriusque contentus est: sed si minus, certe in graui acutum est, maius enim hoc est.

14 Cur antiphonum diapason consonātiæ ita latitat, vt vnisonum esse videatur, velut in punico, aut atropo? quæ nanque posita in acutis sunt, non vnisona, sed ex proportione sibi diapason concinentia respōdent. An modus proportionis facit, vt sonus quasi idem esse appareat: proportio enim in sonis æqualitas est: æquale autem omne ad vnitatem referendum est. Hoc idem in fistulis etiam euenit, vt falli aures possint.

15 Cur genus cantilenæ, quod lex appellatum est, non per antistrophos olim agebatur, cum tamen cæteris chorearum canticis antistrophi vsus

A phi vsus non deesset? An quod olim leges a magistris certandiq; peritis agebantur, qui cum iam egregie simulare, valenterque pertendere possent, cantum & prolixum, & varium conficiebant. itaque vt verba, ita etiam moduli, numerique varie subinde simulationem insequebantur: imitari nanque modulamine potius, quam vocabulis necesse est. Quamobrem dithyrambi etiam, posteaquam simulari cœperunt, antistrophis amplius non vtuntur, quanquam plurimum ante vterentur. Cuius rei causa est, quod olim homines liberi atque ingenui ad choream adire solebant: itaque multos esse, qui fungi cantu certatorio possent, erat difficile: quapropter illis in more fuerat, vt modulos enharmonios cantarent. Vnus enim crebro cantilenam mutare, variamque contexere facilius potest, quam multi: & qui certat facilius quam qui mores conseruat: quocirca simplicius illi modulari debuerant. Antistrophus autem simplex est, quippe qui numerus sit, vnitateq; mensuretur. Hæc eadem causa est, cur in scena nullus, in B chorea plurimus antistrophi vsus sit Histrio nanq; simul & certator, & simulator est: chorus autem minus imitatur.

Qua de causa dissonantium copulatio, quod antiphonum nominamus, suauior, quam consonum est? An quod expresius ita consonantia percipi potest, quã cũ voce consona addita cantatur: alteram. n. vocem idem sonare necesse est, itaque duas ad vnam resonare, quæ tertiam offuscare facile posint. 16

Cur sola diapason consonantia cantetur? hanc enim magadare, nec vllam aliam consueuerunt. An quod hæc sola ex fidibus inter sese obsonis constat: atqui in obsonis etiam si alteram canis, identidem efficis. voces enim ambarum vna quodammodo illa continet. Ergo in hoc consonandi genere cum vel vna canitur, consonantia tota perfici potest: & cum ambæ, aut cum altera canitur, altera tibia sonatur, vna quasi de duabus exultat. atque ita efficitur, vt sola hæc cantilenam patiatur, eo scilicet, quod obsona vocem obtinent nerui eiusdem. 17

C

μαγαδίζειν. magadare, vel forsã magadissare, ꝑ magadide vti. Quid magadis, vide apud Cælium.

Sed cur solis obsonis datum hoc est? An quod solæ pari interuallo distant a media? itaque medietas similitudinem quandam sonorum efficit, vt sensus aurium ambas, & eandem, & extremas esse diiudicare videatur. 18

Cur in diapente, & diatessaron consonantiis nunquam antiphonis cantatur? An quod non eadem consonandi ratio in iis est, quæ in diapason concinentia: quippe cum in illa grauis eundem ad proportionẽ modum obtineat, quem acuta acuminis: itaque fit, vt & eadem quasi & diuersa vox oriatur. at vero in diapente, atque diatessaron concinentiis non ita est: quamobrem sonus vocis oppositæ perpendi nõ potest, quoniam idem non est. 19

Cur si quis cæteris omnibus neruis concinnatis, medio vero inconcinno pulset instrumentum, non solum cum ad medii sonum deuenerit, sed etiam cæteris modulandi partibus anget aures, modumq; 20

incompositum dissipatumque eliciet: sed si lichano, aut quem sonum alium mouerit, tum discrimen duntaxat apparebit, cum eum pulsarit, quem mouerit? An ratione hoc euenit optima, quandoquidem omnia egregia modulandi genera medio neruo sæpe vtuntur, omnesque probi fidicines crebro ad medium veniunt, & si discesserint, mox redeunt eodem, nec vllum alium toties repetunt. Ergo quemadmodum ademptis ex oratione quibusdam coniunctionibus, vt τὲ & τοὶ, oratio minus græca relinquitur: aliis vero quibusdam detractis, nihilo insuauior accidit, eo quod aliis sæpe in dicẽdo vti necesse est, aliis minime: sic etiam medius veluti coniunctio est sonorum, maximeq; elegantsorum, quoniam eius sonus assumi sæpissime soleat.

21 Qua de causa qui grauius cantant, si asonant, deprehendi facilius possunt, quam qui cantant acutius. nec vero secus in numeris accidit, euidentiores enim, qui peccant in grauiori. Vtrum quod plus temporis graue obtinet: plus autem plenius a sensu aurium percipi potest. An quod in tempore ampliori agitur, hinc etiam plus sensus adhibetur: velox autem, & acutum facile suam ob velocitatem lacescit.

22 Quam ob causam multi cum cantant, melius numeros seruãt, quã pauci? An quod multi melius vnum, suumq; ducem aspiciunt, tardiusq; incipiunt: itaque facilius assequi idẽ possunt, quippe cum in accelerando eueniat, vt plus erroris committatur.

23 Cur nete duplo acutior est hypate? An primum, quod cum neruus parte sui dimidia pulsatur, & totus diapason cõcinentia exultat: quod vel in fistulis æque perspicere licet: vox enim, quæ per medium foramen emergit, diapason resonat cum ea, quæ per totam fistulam promitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapason consonãtiam nouimus. nam & qui tibias perforant, ita disponere solent: & qui fistulas apte concinnant, extrema tantum cera marginant foraminis principalis, neten vero ad dimidium implent. Et in triquetris nerui, quorum alter longitudine dupla, alter subdupla est, æque intenti diapason consonantiam reddunt. Genus autem concinnendi, quod diapente nominatur, sesquialtera constat. quod vero diatessarõ vocamus, interuallo sesquitertio continetur.

24 Cur si quis neten pulsatam apprehenderit, hypate sola resonare videbitur? An quod tinnitus, qui ex hac proficisci solet, sono illius maxime conciliatur, & congruit, vtpote qui consonus sit. ergo quia suo consimili concrescit, solus apparet: cæteri vero incerti suam ob exiguitatem occultantur.

25 Cur neruum medium in concentibus appellamus, cum inter octo nullum medium sit? An quod olim concentus septem neruis constabant, septem autem medium obtinent.

26 Cur in acutum magna ex parte vox aberrare consueuit? Vtrum quod facilius acutum quam graue cantatur. An quod acutum

A graui deterius est: peccare autem non aliud est, quam rem agere deteriorem.

Cur inter omnia, quæ sensum patiuntur, solum id mores obtinet, quod obuiam auribus esse potest? Nam etsi quid sine sermone modulamur, mores tamen præ se ipsa modulatio fert, quos non color, nō odor, non sapor gerere potest. An quod motum solum hoc obtinet, non dico quem strepitus reddit, (talis enim vel cæteris adest: quippe cum etiam color nostrum mouere aspectum posit) sed eum intelligi volo, quem genus id strepitus subsequentem sentimus. hic enim similitudinem gerit, tum in numeris, tum in sonorum ordine acutorum & grauium non in mistione, quod esse in cæteris sensibilibus nō potest. Atqui motum eiusmodi sibi actio vendicat, quæ morum index proculdubio est. 27

Cur leges pleræq; cantilenæ appellentur? An quod homines prius quam literas scirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mādarent: quod etiam nostra ætate Agathyrsis in morem est. Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine, quo omnes superiores vocabantur. 28

B

Cur numeri musici, & modi qui voces sunt, moribus similes sese exhibent: sapores vero, aut colores, aut odores nullam eiusmodi similitudinem gerunt? An quod numeri musici, & moduli motibus continentur, quo modo etiam actiones. At omnis efficientia moralis res est, moresque condere potest: sapores vero, aut colores hoc idem æque conficere non queunt. 29

Cur neque subdorium, neque subphrygium genus in Tragœdiis choricum habeatur? An quoniam antistropho carent, vtpote quæ scenica sint, imitationiq; accommodata. 30

Cur Phrynicus, cæteriq; eius ætatis musici, modulandi potius sciētiam exercebant? An quod tum in Tragœdiis carminis vsus modulaminum longe amplior erat. 31

C

Cur diapason consonantiam dicimus non ratione numeri diaocto, vt diatessaron, vt diapente? An quod priscis non pluribus vti neruis quam fuit in morem: deinde Terpander tertia exempta, neten adiunxit, ac eius tēporibus diapason hæc appellata est consonantia, nō diaocto, quippe quæ septem, non octo constaret. 32

Quamobrem aptius de acuto in graue canitur, quam de graui in acutum? Vtrū quod ita sit, vt a suo inchoetur principio. neruus enim, qui medius & dux est, acutissimus primi tetrachordi habetur: illo aūt modo non a principio, sed a fine exordiretur. An quod graue generosius, sonantiusq; ab acuto oriri potest. 33

Cur bis diapente, aut bis diatessaron consonantia componi non potest, bis autem diapason potest? An quod non bis diapente, neque bis diatessaron instrui potest, sed diatessaron, ac diapēte proportiones apte in vnam diapason continentiam copulantur. 34

35 Cur diapaſon conſonantia omnium pulcherrima eſt? An quod integris terminis huius proportiones continentur: cæterarum autem non integris. Cum enim nete dupla ad hypaten ſit, quocunque in genere nete duo tenuerit, hypate vnum habebit: & vbi hypate duo, nete quatuor reſonabit, ac ita deinceps. At vero eadem nete mediæ ſeſquialtera eſt. proportio nanque ſeſquialtera, qua conſonantia diapente concluditur, non integris numeris poſita eſt: maior enim minorem intra ſe continet totum, & partem eius dimidiam: quamobrem non integri cum integris comparantur, ſed partes ſuperſunt. Conſonantia quoque diateſſaron proportione ſeſquitertia continetur, quæ terminis conſtat, quorum maior minorem intra ſe totum continet, & inſuper tertiam eius partem. An quod ex ambabus conſiſtit perfectiſsima eſt. & quoniam modulandi menſuram hæc tenet, merito omnium eleganitſsima conſtat. D

36 Cur ſi neruus medius ex ſuo intentionis modo dimotus ſit, cæteri quoque omnes ſonos incompoſitos reddent: ſed ſi integre illo manente, aliquis ex cæteris ſit dimotus, ſolus hic aberrabit, qui modo ſuo caruerit? An quod ratio concinendi neruis omnibus apta intentione continetur, quæ non niſi per habitudinem quandam ad medium accommodanda omnibus eſt, ordoque ratione illius diſponi ſingulis debet. ergo ſublata continendi, concinendique cauſa, concentus æque cuſtodiri præterea non poteſt. cum tamen neruo medio ſibi cõſtante vnus ex cæteris aliquis diſcreparit, merito illius pars dũtaxat deeſt: cæteri nanque omnes modum ſuæ concinentiæ ſeruant integrum. E

37 Quare cum vocis acumen effici momento poſsit exiguo, grauitas autem non niſi magno proueniat? vt enim graue ob multitudinem graue eſt, ita acutum ob velocitatem acutum exiſtit. Cur inquam, ſi ita eſt, maius negotium canticum ceciniſſe acutum, quam graue ſit: & quidem pauci reperiuntur, qui ſuperna cantare valeant? Leges quoque acutæ, & arduæ difficile idcirco cantantur, quia intentæ vehemẽtius ſunt: quanquam minus negocii ſit mouiſſe quod exiguum, quam quod multum eſt. itaque vel in aere hoc idem accidere oporteret. An vocem e natura mittere acutam, non idem eſt, quod acutum cantare: ſed mittunt quidem acutam vocem omnia, quæ natura ſunt imbecilla, eo ſcilicet quod aeris parum non multum ciere poſſunt: parum autem aeris velociter fertur. Vnde hectici, id eſt qui conſumpto corporis habitu emarcuerint, acutam proferunt vocem. at vero acutum, niſi viribus valeant, cantare non poſſunt. Cuius certe indicium, quod velociter ferri ſolet, quod vehementer fertur: ita bonarum virium index acutum eſt, cum ſuperna cantare admodum difficile ſit: grauia aũt locum tenent inferiorem. F

38 Cur numeris, modulis, canticis deniquod omnibus concinnẽdi generibus oblectari omnes conſueuere? An quod motibus naturalibus

A oblectari datum a natura omnibus est. Indicium, quod pueri adeo nuper æditi his ipsis moueri, oblectariq; possunt: modis tamen adiectitiis canticorum vt delectemur, efficere assuescendi ratio potest. Sed enim numeri propterea mulcent, quia ratum, ordinatumque computandi numerum habent, mouentque nos pro sua æquabili serie ordinate. Motus enim familiarior naturæ est ordinatus, quam inordinatus: itaque secundum naturam hic magis esse probatur. Argumétum, quod cum ordinate & laboramus, & bibimus, & comedimus, naturam, viresque nostras & seruamus, & augemus. Contra, inordinate cum agimus, deprauamus naturam, atque de suo statu dimouemus: morbos enim naturalis ordinis corporum esse motiones nullum dubium est. Consonantia vero demulcere ideo potest, quod mistio, siue temperatio contrariorum est iunctorum apte inter sese, portionemq; inuicem custodientium. Portio igitur ordo est, quem modo natura suauem esse proposuimus. Et temperatum quoque omne suauius, quã
B intemperatum est: præsertim si cum sensibile sit, pariter vim habeat vtriusque extremi, quemadmodum consonantia ex portionibus temperatur. Et proportio ipsa amborum extremorum potentiam æque in consonantia tenet.

Cur suauius antiphonũ æquisono est? An quod obsonum quoque consonum diapason est, quippe cum ex adolescentibus, virisque consistat, qui ita distant inter se tonis, vt nete, & hypate. At omnis consonantia sono simplici suauior est. cur autem ita, dictum iam est. atque omnium suauissime diapason personat: æquisonum autem illud simplici contineri sono conspectum est. 39

Cur sola in diapason consonantia magadari solitum est? An quia vt pedes carminum portionem, aut paris ad par, aut dupli ad subduplum, aut aliquam aliam inter se obtinent: ita soni, quibus consonantia continetur, motus portionem inter se aliquam seruant, & rationem clausulæ. Cæterarum igitur consonantiarum alterius termini 40
C imperfecti sunt, cum finiant ad partem: quamobrem fieri non potest, vt pari sint facultate. Cumque dispares sint, discrimen auribus accidit, quomodo in choreis, cum ad finem deuentum est, differentia ex ampliore voce aliquorum exultat. Adde quod hypate accidit, vt exitum soni circuitalis habet cum neta: vltimus enim a nete ictus aeris factus hypate est: quod cum finiant in idem, quamuis nõ idem fecerint, euenit vt opus absolui vnum communeque possit, non secus ac illis accidit, qui sub postremam cantilenam pulsent. Nam etsi cætera operis non adhibita tibia peregerunt, tamen quod in idẽ desierint, eo ipso fine magis delectant, quam discrimine angunt, quo ante finem discreparint. Cum igitur in diapason consonantia ex diuersis, quod commune exultet, suauissimum sit, magadare autem ex contrariis vocibus consistat, hinc magadare consonantia diapason consueuerunt.

41 Cur suauius cātum audimus, quem scimus, quā quem ignoramus? Vtrum quoniam cum cantilenam angnoscimus, melius patet, qui veluti calcem, quod spectat, assequitur. hoc autem contemplationem facit suauiorem. An incidit, vt auditor vna cum eo afficiatur, qui notam illam exprimit cantilenam, quippe qui aliquid succinat, sociumq; sese præbeat cantanti. Solet autem quisque hilari, securoq; animo cantare, nisi aliqua coactus necessitate id faciat. D

42 Cur non bis diapente, aut bis diatessaron reddi consonantia potest, vt bis diapason coaptari solet? An quod diapente consonantia posita in proportione sesquialtera est, diatessaron vero in sesquitertia. Quod si tres sesquialteri, aut sesquitertii numeri ordine disponantur, extremi nullam inuicem portionem habebunt. neque enim superparticulares, neque multiplices esse poterunt. At diapason continentia, quoniā duplari proportione consistit, hac geminata quadruplam inuicem proportionem extremi tenebunt. itaque cum consonantia sonorum inuicem proportionem obtinentium sit, proportionemq; inuicem soni habeant, quibus diapason interuallum continetur: penitus vero careant, qui diatessaron, aut diapente habitudine copulantur: idcirco soni bis diapason esse consoni possunt, cæteri non possunt, ob eam, quam reddidimus causam. E

43 Cur si quis neten cum pulsauerit, apprehendat, sola hypate subsonare videant? An quod nete cum desinit, elanguescitq;, in hypatem transit. Indicium, quod post hypatem protinus neten canere aptissime licet: etenim quasi neten præ se ipsa ferat, similitudo ex ea petitur. Cū autem echo quoque ipsa cantus quidam esse probetur, (est enim vocis nete iam desinentis tactio) tinnitusq; ipse sono respondeat hypate, merito ob suam affinitatem nete mouere hypatem posse videtur. Nete enim, vbi se moueat apprehensa, certo nouimus. at hypaten cum videamus inapprehensam, & tamen eius sonum percipiamus, ipsam sonare credimus: quod in multis accidere solet, in quibus scilicet neque sensu, neque cogitatione perpendere veritatem possumus. Ad hæc si nete ictu intente accidat, vt iugum moueatur, nihil sane mirum fuerit: eius autem motu neruos omnes commoueri, sonumq; reddere aliquē probabile est. Sonus igitur nete alienus ab cæteris est, & cum desinit, & cum incipit: cum hypate vero cum desinit, idem existit. Quod si eius propriæ motioni adiunctus ipse totus esse illius videatur, absurdum haud quicquam haberi debet. Amplior autem, quam sonus reliquorum neruorū promiscuus hic exultat: quoniam illi quidem a nete quasi impulsi, submisse vellente, & leniter ac molliter sonant: nete aūt ipsa fidium omnium vehementissima sua tota potentia sonum reddit. itaque secundaria eiusdem actio merito superior esse, quam cæterarum potest, præsertim cum leuissimo motu ipsa moueatur. F

44 Cur suauius cantilenam audimus, cum ad tibiam, quam cum ad lyram cantatur? An omne suaue, quod mistum cum suauiori est, sua-

A uius redditur: atqui tibia, quam lyra suauior est: ergo cantilena quoque mista cum tibia, quam lyra suauior sit, quoniam quod mistum est, non misto est suauius, modo quis sensum amborum percipiat. Vinum enim aceto mulso suauius est, quoniam quæ natura permiscet longe amplius temperantur, quam quæ a nobis miscentur. vinũ quippe ex acido, ac dulci sapore mistum est. Probari hoc idem potest vel malis punicis, quæ vinolenta appellamus. Ergo cantilena, & tibia misceri sibimet admodum suam ob similitudinem possunt: spiritu nanque vtraque conficitur. Sonus autem lyræ, quoniam non spiritu fit, aut minus sensibili, quam tibiarum, minus voci immiscere se potest: quod cum ad sensum discrimen pariant, non immerito minus demulcent, quomodo dictum de saporibus est. Adde quod tibia sonitu, cognationeq; sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyræ cum tenuis, vocique cõmisceri minus idoneus sit, ipse per sese patens, suumq; genus syncerum custodiens, omnes cantilenæ errores posita quasi re-
B gula patefacit. Cum vero multa perperam in cantando agantur, quod promiscuum ex erratis, recteque actis prouenit, deterius esse necesse est.

Cur neruum medium inter septem vocamus, cum inter octo nullũ medium sit? An quod olim concentus neruis septem constabat, quorũ medium est. Eorum item, quæ inter extrema continentur, solum medium principium quoddam est. quod enim in medio situm est eorum, quæ in aliquo interuallo ad vtrunque vergunt, extremum hoc principium, & medium est. Cum autem extrema concentus nete, & hypate sint, hisq; interiaceant reliqui soni, quorum medius nominatus, solus principium alterius tetrachordi est, iure medii nomen habuerat. principium enim idem esse duntaxat patuit, quod medium est eorum, quæ inter aliqua clauduntur extrema. 45

Cur melius multi cum cantant, seruare numeros possint, quam 46
C pauci? An quod multi magis vnum, ducemq; respiciunt, tardiusque incipiunt: itaque facilius assequi idem possunt: plus enim erroris solet committi in celeritate. Accidit autem, vt suo duci multi, quam pauci sint attentiores. Segregans vero sese, nemo eorum exuperata multitudine clarere potuerit, quanquam inter paucos facilius proculdubio poterit. quamobrem inter sese ipsi per se potius, quam cum principe certant.

Cur vox in partem acutam cantus magna ex parte degenerat? 47
An quod acutum facilius, quam graue cantatur. acutũ igitur crebrius cantant: dumq; id faciunt, errorem crebrius committunt.

Cur veteres cũ neruis septem concentus disponerent, hypaten, non 48
neten reliquerunt? An non hypaten, sed eam, quæ paramese nostra tempestate vocatur, tonique interuallum reliquerunt. vltima vero densi in acutum pro media vsi sunt, quamobrem mediam quoque eã appellarũt. An quod superioris tetrechordi finis principiũ erat infe-

rioris, & medium tono proportionem extremorum tenebat. D

49 Cur Tragœdiarum choris neque subdorio, neque subphrygio cãtandi genere vti mos est? An quod modulum præstare concentus hi nequeunt, quo certe choris magnopere opus est. Mores vero subphrygium obtinet vsui rerum deputatos. quam ob rem in Geryone excursus, & arma eo ipso concentu aguntur. Subdorium vero magnificum constans, graueque est: quocirca omnium maxime concentuum citharæ accommodãdum. Sed hæc ambo, vt choris minime cõgruũt, sic scenis esse familiariora probantur: etenim scena heroum facta, dictaque simulat. Veterum autem solos duces fuisse heroas constat: populi homines sunt, quibus chori consistunt. Quapropter choro competunt mores, modulique tranquilli, & flebiles: hæc enim humana potius sunt, quæ minus cæteri concentus præstare queunt: minimeque ipse subphrygius: hic enim animos lymphatis similes reddit, cogitq; debacchari. At vero mixolydius nimirum illa præstare potest: itaque eo ipso affici possumus. Sunt autem patibiliores, qui inualidiores: quamobrem id genus choro tribuimus. subdorio vero, atque subphrygio agimus, quod choro non conuenit. Est enim chorus cliens quidã, curatorque ociosus: quippe qui beneuolentiam dũtaxat his exhibeat, quibus adest. E

50 Cur sono grauiori mollior modulatio cõtineatur? An quod modulus sua quidem natura mollis est, & quietus, sed admisti numeri ratione asperior redditur, & mouentior. Cum igitur grauis sonus mollis, quietusque sit, acutus contra mouens, & irritans, prorsus eorum quoque, qui eundem modulum habent, mollior esse debet, qui grauior eodem modulo continetur. Modulum nanque mollem esse eorum dictum iam est.

51 Cur parium, similiumque doliorum, si alterum inane, alterum dimidiatum sit, echo diapason consonantia resultabit? An quod echo dupla dimidiati ad inanis existit. Quid enim in istis potius, quam in fistulis res euariet? motum nanque eũdem acutiorem putamus, quem velociorem. Amplioribus vero aer tardius occurrit, vt duplis duplo, & cæteris ad proportionem. Vtris quoque duplus diapason ad subduplum consonat. F

A R I S T O T E L I S
P R O B L E M A T V M
S E C T I O V I G E S I M A:

Eorum, quæ ad ſtirpium genus, & oleracea pertinent:

Cuius quæſtiones. XXXVI.

V R aquam ſalſam apium recipit, porrum recuſat? 1
An quod alterius radix imbecilla, alterius valida
eſt. impatibilius autem, quod validius.
Cur in prouerbio eſt, Mentam belli tempore 2
B neque edito, neque ſerito? An quia menta refrigera
re corpora poteſt, vt corruptione conſtat ſeminis ge
nitalis: id autem ipſum aduerſum omnino eſt ad
fortitudinem, atque animoſitatem, quamuis gene-
re ſit idem.
Cur aliqua fructu vacent, cum florem habeant, vt cucumer, cucur- 3
bita, malus punica? An his fructus non deeſt, ſed ipſa pro fructibus
habentur, quibus flos inſidet. fructus enim id eſt, quod florem gerit.
cucumeri autem florem inhærere perſpicuum eſt.
Cur eorum, quæ terra gignit, alia cocta, alia cruda ſunt cibo ido- 4
nea? An quibus ſuccus eſculentus non protinus eſt, iis decoctis dulcior
redditur a calore: quibus autem ſapor vel protinus gratus cōſiſtit, hæc
etiam cruda eſitantur.
Cur alia elixa, alia aſſa melius edi poſsint? An quod humidiora nō 5
C eatenus humectari, ſicciora non amplius exiccari oportet: elixa autem
humidiora, mollioraque omnia redduntur: quæ vero minus humida
ſunt, hæc igne confecta ſicciora prorſus euadunt.
Cur alia eſculenta, alia ineſculenta experiamur? An cauſæ ſuccus 6
eſt. quod enim & ignis expers ſuccum continet immitem, & igne con-
fectum nihilo minus redditur, hoc cibo ineptum penitus eſt: quod au-
tem ſucco eſculento quidem, ſed vehementiuſculo conſtat, hoc pro cō
dimento recipimus. quod enim exiguo corpore vim magnam obtinet,
id naturam condire poteſt ampliorum eſculentorum.
Quam ob cauſam ſtirpium aliæ ad ſemen vſque viuere tantummo 7
do poſsint, deinde cum ſemen tulerunt, exareſcant, vt genus herbæ,
& quæ olera nominamus: aliæ non, ſed ſæpius fructificare ſolitæ ſint.
Ipſarum etiam viuentium ad ſemen vſque ferendum cum magna pars
annua ſit, genus apii, quod ab equo hippoſelinum appellatū eſt, quaſi
equapium dixeris, anno poſtero fructum affert, cumque attulit, exare-

scit:cur ita? An omnia eatenus vigent ætate, quatenus semine quoque valeant: nam & homines ad annum trigesimum vsque proficiunt, aut crassitudine. vbi autem semen ferre non amplius possunt, modo stirpium obarescunt, atque senescunt: quanquam alia ocyus, alia serius occidunt, idque portione. Sed quam ob causam aliis longum vitæ spatium, aliis breue datum est, porro alterius interest disputationis declarare. sed cum omnibus finis, ac terminus sit perfectio seminis, quibus vita breui tempore continetur, hæc semel, aut certe non sæpe: quæ autem esse longæua natura voluit, hæc sæpe fructificare necesse est. Quã ob rem quæ imbecillima sunt, ferre non plus valeant, quam semel, tum exarescant necesse est: ac eorum ipsorum alia anno primo simul & semen reddere, & vitam explere naturæ ratio sancit: alia postero, vt equapium. Quæ vero præualida surgunt, hæc annis plusculis post fructificare incipiunt, diuq; vitam agere possunt, fructificare sæpius, vt arbores. D

8 Cur si quis apium radice tenus circunfodiat, partique imę panicum vndique ingerat, deinde terram accumulet, itaque irriget, radices mira magnitudine adolescent? An quod natura panici fungosa, & calida pabulum attrahit, conceptumque non sursum transmitti patitur. Sed inter radicem contentum calore sibi indito concoquit, vt radicis amplissimum sequi incrementum necesse sit. E

9 Cur si quis cucumeres, aut cucurbitas protinus paruulas condiderit in terram, maiores multo efficiet? An quod spiritus, & Sol exiccando incrementum impediunt, molemque tum minorem, tum crispiorem reddunt: quemadmodum & arbores, quæ loca vento, Solique exposita tenent, quæque in cauis manent, & riguis: alteræ enim magnæ, fungoseque fiunt, alteræ paruæ, & spissæ. An vero inter terram occulta, quoniam contra afficiantur, contra euadant, necesse est. Quinetiã quæ vasis includimus, vt cucumeres in ferulis cauis, aut tegulis, & mala punica, aut quæuis mala in ollis, ampla redduntur, & fungosa. contra quæ detecta sunt, parua, solidaq; augescunt nullo ambiente operculo, quod alimoniam faciat largiorem. id enim obiectum facit, ne pabulum, aut euanescat, aut arescat. F

10 Cur plantarum acrium semina acriora sunt, quam radices, & folia? An quod semine omnia oriuntur, inq; cæteras omnes partes ex eo veluti fonte quodam (vt quidam aiunt) sapores, & odores deriuari necesse est: nam etiam odores omnium vna cum seminibus esse suaues incipiunt. Quod si acritudo cæteris ex semine proficisci solita est, semen ipsum maxime esse tale ratio exigit.

11 Cur tenues radiculæ acriores sunt? An quod ampliores illæ spatio temporis longiori plenius concoctæ mitescunt.

12 Cur capparis locis prouenire cultis haud facile potest? multi nanq; tentarunt & radice translata, & semine sparso, cum apud nonnullos cómodior capparis sit, quam rosa: sed tamen efficere nihil potuerunt.

A Quid ergo cauſæ ſit, vt cultis neſciat hoſpitari, inculta & auia perſequatur, & maxime ſepulchris adhæreat? Igitur de hoc, cæteriſque generis eiuſdem accepiſſe illud oportet, quod non omnia eadem ex materia conſiſtere ſolent, aut augeri: ſed ſunt quæ ex aliorum corruptione, & principio conſiſtant, & poſt augeantur, vt pedunculi, & pili corrupto alimento, aut qua labe alia corporis prodeunt. Ergo vt in corpore nonnulla excremento proueniunt alimenti, quod certe cruditas eſt, & vbi naturæ vires ſuperare non queunt, abſcedunt quidem in veſicam, & aluum, quæ in promptu maxime ſunt, aliqua vero animal producunt, itaq; in ſenectute, & morbis hæc augentur: ſic in terra alia concocto alimento & conſiſtunt, & augentur, alia excrementis, aduerſaque concretione oriuntur. Culturæ autem officii eſt, vt concoquat, reddatque efficax alimentum, quo genus mite, vrbanumque fructuũ conſiſtit. Quæ igitur mitigalione, informationeq; huiuſcemodi creãtur, hæc vrbani vocabulo ſignificamus, eo quod ſolertia hominis educata quaſi, eruditaq; meliora euadant. B Quæ autem cura adhibita miſcere nequeunt, aut etiam aduerſo habitu loci ſui generis prodeũt, hęc ſylueſtria ſunt, & ruſtica, cultiſque viuere nolunt. Cultus enim dum ea melioribus inſtituere moribus contendit, deprauat, atque peruertit: quippe cum a ſua natura deſciſcere nequeant, quæ orta ſunt ex corruptione: quo in genere capparis quoque profecto eſt.

Cur ſi quis radicularum folia tempore hyberno, cum maxime vi- 13
gent, abſciderit, & terram pedibus complanarit, conculcaritque, vt imbrem nullum admittere poſsit, radiculæ ipſæ per æſtatem amplitudine mira increſcent? An propterea, quia ne corrumpantur, cauſa conculcandi ſoliditas eſt, quæ humorem putrefacere prohibet: alimentum vero, quod aliter ad germen ſurſum tranſmitteretur, radix ſibi ipſa totũ diſpenſat: itaque vel amplior fiat neceſſe eſt, vel ſuo de latere radices alias mittat geminans modo ceparum. has enim multiplicices effici nouimus, ſi quis annuas non euellat, ſed tempore hyberno relinquat. C At cum vim iſtam procreandi, vt lateri ceparum natura dedit, ſic radicularum negarit, neceſſe profecto eſt ipſas illas craſceſcere nimiam ob copiam alimenti.

Cur ſi quis cucurbitas, aut cucumeres apud puteum ſitos in ipſum 14
dimiſerit puteum tempeſtiuos, beneque operuerit, virides per annum totum ſeruabit? An quod vapor aquæ refrigerans efficit ne aſiccẽtur, ſeruatque virides, & vegetiores: & obturatio illa, & ſpiritus ſatis alere poſſunt, quæ iam in plenum creuerunt: permanendi vero facultas propterea datur, quod relictis radicibus ſuppetit alimẽtum. Nam ſi quis, cum fructificarunt, detractis ſarmentis, præciſaque planta terram aggerarit, conculcaritq; circum radices, cucumeres faciet præcoques, vtpote cum radix valeat conſeruari. haud enim cucumer annuam ſortitur naturam, ſed viuere vlterius poteſt. Ferent autem iſti fructum maturius, quam qui ſemine prodierunt: quoniam radix bona pars ſcilicet

operis præcondita iam naturæ habetur, quod illis ſeminatis prius con ſici neceſſe eſt. Terræ autem aggregatio, & conſtipatio teporem inducit, quo radix & ſeruari, & germen mittere celerius queat. vnde etiam ſit, vt ſi quis per hyemem cucumeris ſemen in * quallis ſitum aqua irriget tepida, & modo ſoli exponat, modo collocet apud ignem, præcoques admodum cucumeres faciat, ſi tempore congruo ad ipſum cum quallis in terram demittet. D

*ἐν ταλαρίσκοις, in quallis, ſeu calathis

15 Cur non meridie, ſed mane, noctu'ue irrigare cõſueuerunt? Vtrum ne Solis feruor humorem abſumat. An quod ſi aqua calida ſit, necabit quæ irrigantur.

16 Cur omne odoratum genus, tam ſeminum, quam ſtirpium, mouere vrinam poteſt? An quia calidum eſt, concoctuque facile: cuius ſane generis ſunt, quæ vrinam ciere valent. calor nanque interior cito extenuat, nec aliqua corpulentia odor continetur. Nam & ea, quæ minime odorata ſunt, vt allia, caloris ſui ratione vim mouendi vrinam habẽt, vel potius colliquandi. Seminum autem genus omne odoratum, calidũ eſſe proculdubio nouimus: odoris enim natura calore aliquo oĩno creatur. At vero quæ male olent, haud quaquam apta cõcoctioni ſunt. Eſſe autem non calida ſolum, ſed etiam concoctu facilia debent, quæ ſint prouocatura vrinam, vt ſcilicet vna deſcendendo humores extenuent. E

17 Cur ocyus ollis excauleſcat, quod ſemine vetuſtiori, vt trimo, aut bimo prodierit, quam quod nouo? An quod ſicut in animantium genere ſemen id celerius affert, quod viget, ita etiam ſeminum, quæ vetuſta admodum ſunt, vim ſuam omnem exhalarunt: quæ recẽtiſsima, imbecilliora propterea ſunt, quod excrementum adhuc procreationi minime conueniens continent: quæ media tempore, hæc humore inutili omni exacto, validiſsima eſſe probantur. celerius igitur ſemen profundunt. id autem ipſum non niſi excauleſcere eſt, quippe cum ſemen ex caule proueniat. F

18 Quam ob cauſam ruta inſita in ficum, pulcherrima, plurimaque, proueniat? inſeritur vero inter corticem, limoque obducto fouetur. An quod rutæ radix fomentum teporemq; deſyderat: itaque cinere quoq; circundata iuuatur: ficus autem calida eſt, quod eius ſuccus omnium acerrimus docet, & fumus, quem multum emittit: habet igitur calorẽ, atque humorem talem, qualem etiam cinis. Quamobrem ſi ille iuuare poſsit, ficus porro copiam, ac vigorem eo magis præſtabit, quo humor cineris quidẽ non perpetue affluit: fici vero irrequieto confluuio manat, vtpote cum arboris ſuccus conſumi ex toto non poſsit.

19 Cur ſtirpium nonnullæ caulem ſemper edant inanem? An illis, quarum natura imbecillior eſt, has rarum, inanemque emittere caulẽ neceſſe eſt.

20 Cur in terra Attica fructus cæteri dulciſsimi ſiunt, thymum vero acerrimum eſt, cum id etiam ipſum fructus quidem exiſtat? An quod

A ager ille tenuis, siccusque est: quam ob rem non multum humoris continent, quæ in eo nascuntur. Ergo quæ dulcia sua constant natura, hæc ob humoris contenti mediocritatem, vbi Sol partem consumpsit maximam, facile reliqua concoquuntur: etenim multum concoqui negocium magnum est, mediocre expeditius confici potest. Vnde fit, vt fructus, qui lege suæ naturæ dulces creantur, dulciores euadant: qui sicci e natura, minimeque dulces proueniunt, suam ob inopiam tantum humoris retinent, quantum suo conueniat generi, quod dulce nequaquã est. Sol autem quantum dulcissimum sit, & leuissimum eximit. itaque acerrimi relinquuntur, qui humore superuacuo carent, quem fructus cæteri obtinent.

Cur pulegium, & lirium, & cepe suspensa florent solstitii tempore? 21
An inest crudum in his alimentum, quod vt hyeme concoqui ex frigore nequit, sic solstitio ex * calore concoquens auget. Vtrum quia influxu carent assiduo, breui marcescunt. etenim quæ nullum alendi initiũ, B nullum influxum assiduum habent intereunt, exiccanturq;. Qua de causa accidit apud Scythas, vt frumentum diu in terra maneat, propter copiam niuis: & vbi emerserit, celeriter crescat.

Cur cepe vnum tam acriter mordere oculos potest? Vnde nomen 22
quoque a Grecis crommyon impositum putant, perinde quasi pupillã comprimi cogeret. Origanus vero nihil huiuscemodi facit, nec aliud quippiam ex cæteris, quanquam acre: neque enim nasturtium, quod mordacius est, oblatum oculis efficit æque vt lachrymæ profluunt: at cepe & cum oculis admouetur, & cum comeditur, lachrymas mouet. An quod acrium genus discrimine euariat numeroso, quo sua cuique vis consistit, rataque habetur. Nasturtium ergo, quia calidius est, reficcare quod colliquauerit, amplius potest: nam extrudere lachrymam cum editur, potest: admotum tamen ad oculos, nihil propterea mouet, quia nullum mittit vaporem: est enim id & siccius, & calidius. Origa- C nus, cęteraque id genus calida sunt leniter, & sicca: quod lachrymas autem moueat, mordax id esse debet, & humidum, & lentum. Quas ob res oleum quoque lachrymam excutit, quamuis leniter mordeat; subiens enim, irreptansque suam ob lentitiam, atque tenuitatem dolorẽ mouet, ac proinde humorem tabificat. At cepa vim eiusmodi sane habet, vt quod & humore & vapore sit calido, tenui, & lento: itaque oculis admotum, eo quod vapor eiusmodi est, humorq; tenuis commeat, lachrymas mouet: cumque editur, itidem transmissa respiratione facere potest. Allium calidum quidem est, & acre, & humoris aliquid continens: sed lentum non est: itaque lachrymam mouere non potest.

Quam ob causam myrta collisa in manu dulciora sentimus, quam 23
integra? An quemadmodum racemorum acini vindemiati dulciores sunt, quam non vindemiati. etenim musto, quod natura suaue est, excerpti acini quasi condiuntur; quippe qui vel extrinsecus mustum resudent: at qui in racemo cohærent, vtique inconditiores constant. Ergo

* ἄρτι

myrta quoque natura dulcia, intusq; suam dulcedinem acinorum in modum vuæ cótinentia, vbi manu compressa conflictataq; sunt, diffusa intestina dulcedine, parte quoque exteriore inopplentur: itaque dulciora non immerito sentiuntur. D

24 Cur myrta enucleatiora sunt, quæ minora, & palmulæ nucleo pene vacant, quæ minutæ adoleuerunt, & vuarum acini, qui passim constiterunt, exigui vinacea vel nulla continent, vel pauciora, minoraque? An quia minus perfecta sunt, quæ minora, idcirco semen continent indiscretum, cui perinde, vt finis nucleus deputatus est. quam ob rem & minora sunt, vtpote surculi quidem agnati exteriores, partusque imperfecti, & minus dulcia, quam quæ iustum continent nucleum: sunt enim minus concocta. Concoctio autem non nisi perfectio est.

25 Quam ob causam fructuum alii partem radici proximam habent amariorem, vt cucumeres, alii postremam superiorem, vt glandes? An quod aliis pars ista radici proxima crudo vescitur alimento, quoniam escæ confluuium per radicem frequentat: aliis quia sicci e natura sunt, postrema pars succo dulci, concoctoque inde absumpto iam plenius siccatur, amarescitque modo salis. Redditur enim vnumquodq; amarum, cum amplius exiccatur: vt oliuæ, vt glandes inueteratæ efficiuntur amaræ. E

26 Cur aliqua germinare non terra contenta, sed abscissa, aut euulsa, vel recondita possint, vt caules liliorum, vt allia, vt cepæ? An quod omnes alimentum intra se continent, nec certo, definitoque loco omnes oriuntur. Crescere autem vnumquodque potest, non eo quod in se continet alimentum, sed quod decoctum iam, & digestum illud pabulum est. Continent igitur vel antehac alimentum, sed augeri tum dũtaxat incipiunt, cum tempus ad id adest, cuius opera res illa effici potest: velut etiam oua crocodilorum tempus tute operiri sibi commodũ nouimus: incrementum tamen continuari non licet, quoniam aliud F non suppetat alimentum.

27 Cur allia, & cepæ, quo ficciora ferantur, eo meliora possint euadere: cætera autem deteriora? An quod omnia istiusmodi maxime plena humoris conficiuntur: itaque terræ commissa ficciora temperamento commodo germinare incipient. Adde quod minus putrent, cum ficciora feruntur.

28 Cur allia, & cepæ solæ ex plantis reconditæ germinare possint? An quod humore, alimentoq; sunt refertæ. Copia igitur alimenti est, quę germen efficere queat. idque constat argumento tum squillarum, tum etiam bulborum, qui idem facere possunt. Crescere autem quodque solet, cum tempus venerit.

29 Quam ob causam quæ aqua frigida irrigamus, dulciora, quam quę tepida, euadant? An quod sic interclusum calidum salsius est, vt calidius, quod salsius: dulce autem ita contrarium, vt frigidum est, & ali-

A mento oleribus humor eſt, vnde ſaporum genera oriuntur.

Cur allia excauleſcunt, plenius quam recens edita olent? An quod 30
recentia humoris multum adhuc extranei continent, quo fit vt vim
ſuam integram habere nequeant. cum autem decocta iam ſunt, ſecre-
to humore illo inutili, tum ſuum odorem ſyncere adipiſcuntur, qui
ſcilicet acer eſt. Quin etiam cæteri nuper editi fructus dilutiores ſunt,
& cepas recentiores ob eam cauſam minus acres ſentimus.

Cur fructus myrtorum non conditarum magis quam folia defluāt, 31
conditarum autem reſeruatarumque alga, vt fit, folia defluant fructus
adhæreant? An ita euenit non conditis: quoniam natura ſancitum eſt,
vt fructus peracta decoctione flacceſcant, ac decidant, quæ quidem de-
coctio repoſitis agi non poteſt, ſed eatenus tantum efficitur, vt algæ va
por prohibeat, ne humor fructus immutetur: folia contra cum ſic-
cent, decidunt. Algæ autem, vt ſalſa exiccandi vim habent. Ergo
non idem foliis accidit arbori adhærentibus, & conditis, modo quo
B dictum eſt.

Quam ob cauſam cucumeres, cognomento pepones, optimi palu- 32
ſtribus planis, id eſt humidis fieri ſoleant, vt apud Orchomentum, &
in Aegypto: aquarum etenim vberem terrā eſſe Aegyptum putamus.
Cur ergo cucumeres, qui humidi ſunt, & ob id hortenſes, ac rigui mi-
nime laudati, locis paluſtribus, quæ madida ſunt, egregie fiāt? Vtrum
quod ob terræ duritiam altius coguntur deſcendere: ſolum nanque li-
moſum, ac planum maxime indureſcit. qui autem altius innituntur,
meliores euadunt, An quod terram ſiccam eſſe oportet, quoniam cucu
meres natura humidi ſunt: ita enim ſequetur, vt per retractum in me-
dium veniant. Paluſtris vero ſi plana altaque ſit, alimentum nec exi-
guum præbet propter ſoli altitudinem, locumque ipſum: neq; nimiū,
quoniam ſolum reſiccari neceſſe eſt.

Quam ob cauſam ruta, & nonnulla pigmenta odora ſudorum fa- 33
C ciant fœditatem? An quorum in odore grauitas eſt atque acritudo, ea
cum excrementitiis miſta humoribus deprauare odores poſſunt.

Qua de cauſa rutam faſcinationis remedium eſſe aiunt? An propte 34
rea, quia tum effaſcinari ſe credunt, cum autem voraciter edunt, aut in
commoditatum aliquarum tenentur ſuſpitione, aut cibum habent ſu-
ſpectum quem capiunt. itaq; cum de menſa eadem qui priuate ſibi aſ-
ſumunt, participem intuentem quempiam faciunt, affanturque cum
impertiant, ne me faſcines: ergo cibum cum perturbatione ſument, nec
quid bibent, aut edent ſine turbatione & flatu, qui vna hauriatur, &
ingeratur. Quam ob rem flatu ipſo vel cum extrudendus effertur, ci-
bus quoque vna elatus eiicitur: vel cum interclufus per humorem te-
netur, tormina mouentur, & cruciatus. Igitur ruta præeſitata viſua &
poteſtate calefactoria, vas quod recipit cibos, elaxat, & reliquum cor-
pus itidem afficit: ex quo fit, vt flatus ille interclufus tranſmitti, atque
ſecedere poſſit.

35 Quęnam causa sit, vt origanus musto iniecta vinum dulce efficiat? D duas enim in amphoram iniecisse heminas satis est. An quod tollit quantum in musto est aquabundum, & fæculentum, sua siccitate in seipsa recipiens, quibus scilicet saporem confici austerum censemus: argumento, quod vina, si quid aquæ habeant sibi illibatum, minus mollia redduntur: atque & si diutius stare in fæce sinantur, itidem fiet: & cum vinum dulce molimur, vuas multum temporis Soli exponimus, vt Sol quantum sit dilutum auferat, & reliquum decoquat. hoc autem idem facere vel origanus potest, quippe quæ sit & sicca, & calida.

36 Cur nigræ myrti fronde sunt frequentiore, quam albæ? An quod nigræ generis sunt syluestrioris: cuius indicium, quod locis rusticis istę proueniunt, minimeque ex cultu mutantur: humida autem oĩa fronde crebriore cõduntur. Quod enim minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit.

E

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VIGESIMAPRIMA:

Eorum, quæ ad farinam, & massam, cæteraq; id genus pertinent:

Cuius quæstiones. XXVI.

1 V R ptisana & farina triticea oleo instillato reddi possint candidiora, cum rufum oleum sit? An quod spumare solet, dum cum humore miscetur, quod non nisi albescere est. Mistio vero versatu agitatuque fit, & cum corpulentis humor committi melius potest: quod sane in iis accidit, quæ aqua decoquit, atque ita candidiora efficiuntur. F

2 Cur cibus triticeus maxime corporibus nostris competentior, atq; vescentior est, quam ordeaceus? An quod hic mediocrem habet lentitiam, quam cibus habeat, oportet: quippe qui adhærere, conglutinarique corpori debeat, quæ res non nisi lentore effici potest, Ordeum vero rigidius est: itaque massa eius longe pertrita validius alit, quam parum attractata.

3 Cur farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimum * cãdidius est? An alterum vt durius circunfrangitur, idque agitur, cum plurimum temporis molitur: alterum vt mollius atque tenuius quamprimum exprimitur. candidius autem in vtrisque, quod interius est.

* lucidius

Cur

A Cur panes frigidi albiores cernũtur,quam calidi? An eadem quodammodo causa est,cur inueteratum quoque oleum candidius fit,quã recens.causa nanque nigroris humor est:hic autem in hisce vtrisque, vt recentibus vberius continetur,sic tempore prouectis parcius in superficie residet propter euaporationem.Euaporatur prorsus oleum vel tempore,vel Sole:panis autem calore inde egrediente per refrigerationem.humor itaque frigidis iam euanuit,calidis adhuc inest. 4

Cur panes non saliti plus ponderent,quam saliti, modo cætera omnia pari habeantut mensura? contrarium nanque verisimilius dixeris,cum sal adiiciatur,grauior sit,quam aqua.An quia sal exiccare potest,ex quo incorrupta seruantur,quæ confecta sale reponimus. absumitur enim a sale,resiccaturq; humor,qui ex calore putrescit.& in pane igitur humor a sale consumitur,extraq; afflatur.quocirca panes pridie facti leuiores,quam calidi sunt,vtpote frigidiores: cõtra iis qui sale vacant,humor largior insidens efficit grauiores. 5

B Cur panes frigidi humefacti, si inuicem tangant, non cohæreant, calidi cohæreaut? An quod frigidi lentorem suum cum vapore vna emiserunt,quo exacto conglutinari nõ amplius queunt: humor enim quo maduere,rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continent: ex quo fit,vt cũ madefactis vapor emigrat,calor ob suam tenuitatem respiretur, & euanescat:Glutinosum autem illud cum calore egrediens, seq; cum humore permiscens facit vt inter se panes cohæreant. 6

Cur farinæ triticeæ primum,ordeaceæ vltimum cãdidius prodeat? An quod ordeũ,vt rigidius, protinus obfrangi, diffundiq; aptum est: quod maxime fit,cum diu contunditur.triticum mollius est, atque ob eam rem parte exteriore leuiter diducta, interior, quæ candidior est, expressa,primum contunditur.est autem in vtrisque candidius, quod interius est. 7

Cur massa ordeacea, quo plenius tractetur, teraturque, eo minus aluum subducere, læuigareq; potest:triticea contra, quo plenius, eo C magis? An quod triticea maiorem in modum contrita minuitur: lentum etenim quodque affici ita solet:tum ignis humorem panis vndiq; eximit, itaque rigidiusculum humore sublato relinquit.denique quanto plenius contrectatur, & teritur,tanto rigidior redditur:partes enim singulas diminui adeo agitatas, extenuarique necesse est,rigidius autem omne cõcoqui facilius potest. Ordeacea cõtra,quo amplius pressatur, & teritur,eo lentior, & tenacior humore imbibito euadit. Tenax autem omne, ac lẽtum diuidi sane haud facile potest: qua quidem diuidendi facultate fit, vt ægre concoquatur.quod enim cõcoctionem recepturum est,digeri in minima debet. 8

Cur massa ordei contraria minor,tritici amplior reddi potest? An quod ordei farina massata, contritaq; compescitur atque considet,scilicet gluttinamẽto humoris,quia rara, & crassiuscula est:triticea, quoniam spissa admodũ est,colleuatur atq; extollitur. spissa etenim om- 9

nia subacta, pertritaq; incalescunt, & incalescendo inflantur ac extolluatur: quomodo etiam caro perfricata extollitur. D

10 Sed cur massa triticea in igne amplior, quã ordeacea reddatur? An quod humorem triticea continet indiscretum, qui cum calefactus egredi nequeat, scilicet ex pertritionis compressu, mox spiritus de eo concalefacto humore nascitur: largior autem humor largiorem pariat spiritum necesse est.

11 Quam ob causam cum mel tenacius, quam aqua sit, farina mulso subacta rigidior reddatur, vbi decocta est, quã aqua subacta? An quod aqua feruore ignis cogitur, atque consistit: mel contrahit quidem, sed non sine aßiccatione: itaque rem facit rigidiorem, causa nanque rigoris in siccitate est.

12 Cur biscoctus panis refrigeratus minus duritiem præ se ferat? An quod triticum dulcem quendam ac lentum succum in se continet, qui veluti anima eius est. indicium, quod cum siccet, omnino exinanitur: cum autẽ vaporis aliquid sentit, mox erumpit, & coalescit. Ergo cum humor hic in farina quoque tritici insit, maximeq; in ea quæ purißima est, efficitur, vt in massa ex ipsa farina confecta idem seruetur, argumentum, quod decocta in pultẽ redditur lentior. Vbi igitur panis primo igni commissus est, portio rigidi & leuis cum humore euaporatur, & quantum in farina furfureum maxime est, totum deuritur: mox plane educto cum denuo massa retritatur, pressaturque, pars farinæ tenuißima, & humoris lentißima, quæ solæ supersunt, miscentur, amplius sibi, tũ quia tales amplius euaserunt, tumque propter ignitionẽ. fit enim mistura eorum tincturæ consimilis, ita vt massa post trita similis farinæ illi elixæ efficiatur: quippe quæ pertrita iam prima, relictaque parte farinæ tenuißima, & humoris lẽtißima, glutinosa, & resiccabilis redditur, vbi ignem præsensit. nam & disiungi facile quod lẽtum est nequit, & humorem nullũ per seipsum emittit, quod spissum est. Hac igitur eadem re panis quoque biscoctus ob causas prædictas efficitur. itaque minus durescit, cum semper inter se humiditatem contineat. B F

13 Cur nonnullis de genere cibi, tum humidi, tum sicci, multum temporis sine fastidio vti poßimus, vt cibo, quẽ triticea ex farina, ordeaceave conficimus, & vinis austeris, & aqua: aliis vero quamuis suauioribus, non tamen sine fastidio toties vti poßimus? An, quod eorum, quæ in cibo assumimus, alia validius alunt, suntq; ad inũdandũ aptiora: itaque vel vbi cibo priore consumpto vacui sumus, inest præterea facultas multa in corpore, quæ ad priorem corporis confectionem decocta est, sic ad finem, & ad succedentem coquendi vicẽ cruda animaduertitur. Cuius sane generis pars plurima suauium est. quæ enim pinguia & dulcia & optima sunt, ea nobis gustu suauißima sunt, eadẽq; omnia valide nutriũt, & decoqui possunt, solentq; inundare, quocũq; inter se ipsa discrimine distãt. Vnde efficitur, si quis sese impleuerit, vt sa

A cultas eorũ diutius immoretur, nec breui ſenſus deficiat. non enim ſo-
lum pleno ventriculo ſatietas oritur, ſed digeſta quoque alimonia cæ
teras in partes identidem vſu euenit. An nó id ſolum ipſum cauſæ eſt,
verum etiam quod nonnulla per quam modice naturæ vſui ſunt, no-
biſque familiariſsime conueniunt. Hæc enim omnia, quia ſecundum
naturam ſunt, idcirco melius a corpore quam dulcia recipiuntur, vt
quæ præter naturæ rationem facile reſpuuntur. Alia vero aliis tempe-
rationibus congruunt: vt mel apibus ſecundum naturam ſic ſuppetit,
vt eo veſci tantummodo poſsint, quanquam viribus ſunt imbecillis.
Itaque relinquendum quidem eſt quantum abſumatur, ſed id ex pro-
portione ad vires hominis. Quæ igitur e ſuauibus ita ſeſe habent, ea
quoniam naturæ minus propria conueniunt, ſuauia quidem ſentiun-
tur, ſed parum temporis moram faciunt, & faſtidium pariunt. Quæ
autem ſecundum naturam pro cibo deputata homini ſunt, ea ſemper
appetimus. itaque fit ratione naturæ, vt vſu quoque eorum aſsiduo mi
B nus quã ſuauium faſtidiri poſsimus.

Cur eadem & aſſueſcentibus ſuauia, & admodum crebro vtentibus 14
inſuauia ſentiantur, cũ tamẽ aſſueſcere ſit ſæpe, & crebro quicquã face
re? An quia cóſuetudo habitũ rei cuiuſpiã capientẽ in nobis efficit, nó
ſatietatẽ. frequẽs aũt vſio deſyderiũ explet: quod & ipſum quaſi cauſa
quædam eſt. Habitus ergo cũ exercitantur, augentur, atq; proficiunt:
conceptacula vero infarta nihilo ampliora reddũtur. Quam ob rẽ con
ſuetudo cum exercitatio ſit, auget habitum illum capientẽ. Quod aũt
vſu crebro in cibo aſſumitur, infarcit quidem, expletq; deſyderiũ, quo
expleto, non amplius eſcam recipimus: ſed augere illud idem non po-
teſt, ob eam ſ. rem, quã modo de infartione retulimus. Ad hæc, nó ideo
ſuauis cóſuetudo eſt, quia ſemper delectet: nam res etiam ſolitæ mole
ſtæ ſunt, ſi vſu quis agit crebriori: ſed eo certe ſuauius agitur, quoniam
operis principium libenter adimus, & diutius rem facere eandem aſſue
C ti, quam nó aſſueti valemus. Qua igitur re moleſtum hoc eſt, quan-
quam ſuaue ſit, hac eadem cætera quoque ſuauia efficere poſſunt: vtra-
que enim cum crebro vel fiunt, vel pro cibo ſumuntur, tædio nos cer-
te afficiunt. cuius ſane cauſa eſt, quod nos vires ſiue virtutes vel re-
cipientes, vel agentes, non infinitas, ſed finitas habemus: quæ vbi qui-
dem ſibi quod modice competat, obtinuerint, (id enim eſt, quod
continue amplificari ſentiatur) alteræ ſatis explentur, alteræ agere
nequeunt.

Cur panes, vt parum triti, ſic nimium triti rumpantur? An quòd 15
parum triti, quoniam partibus minus connexis inter ſeſe continentur,
idcirco rumpi facile queunt: tritatio enim partes copulat & coniũgit:
ergo ſuo ipſi diſcrimine ad diſruptionem paratiores reguntur. Adde,
quòd multum humoris, & impromiſcuum continent, qui minus tri-
turam, præſſuramq; recepere: at quos nimium tritos igni mandaui-
mus, ii ſicci admodum ſunt, qm̃ humoris parum immodica agitatio

tritandi reliquerit, idque decoctis totum exactum est. Igitur rumpi vtrosque necessum est, quoniam humoris multum educitur. multum enim, vt absolute in his continetur, quos parum tritaueris: sic reliqui comparatione in iis est, quos immodice agitaris. D

16 Cur massa triticea candidior pertrita efficiatur, ordeacea nigrior? Vtrum quod per summa ordeacea nimium exsiccatur: calor autem humori permistus candorem gignit. An quia cum calefacta est, humorē ad seipsam trahit, vt quæ partibus maiusculis constet.

17 Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat, quam oleo subacta, quod tenacius est, quanquam glutinatius, quod lentius est: oleum autem lentius, quā aqua? An quod aqua tenuior est, vt vsquequaque subire, mollireq; valeat. Cohæret item, & comprimitur inter se melius farina aqua subacta, quanquā et sine cōtritu cōprimi queat.

18 Cur massa tota leuior sit, quā seorsum humor, & farina? Vtrū quia cum miscentur, spiritus intercluditur. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur: itaque minus id redditur, quod ex vtroque mistū constiterit. aer aūt aquæ tametsi miscetur, nihilo tamen leuiorē faciat: nam ipse quoque aer cum aere pondus auget. E

19 Quam ob causam lac, vinumque dulce quoties cum farina ordei bibitur, dulcius sentitur? Vtrum quod ad non dulce dulciora ista esse videntur: farina enim dulcis non est. An propterea * quia farina, quæ dulcedinem in se habet, aliquandiu immoratur: itaque diutius sensio habetur.

* aliter: qa humor dulcis mistus cū farina diuti' immoratur;

20 Cur eadem potio minus mera appareat, si farina ordei inspersa bibatur? Vtrum quod diuersa sibi miscentur, & temperatur. An, quoniā farina humori obducta in sese retrahens abolet qualitatem.

21 Cur alica plus aquæ recipiat, quam triticum, vnde confecta est? An propterea, quod alica farina quodammodo est: farina autē plus aquæ imbibit: moles enim amplior eius, quam tritici est. præssius nanque, et constipatius triticum est. at quod amplius est, plus id capere potest. An non solum ea ipsa de causa ita fit, sed etiam calore, quem intra se cōtinet & farina & alica, efficitur, vt bibacius hauriant. quod enim calidum est, humorem id & efficacius ad se trahit, & expeditius in vaporem consumit. F

22 Cur farina tritici massata, pertritaq; longe amplior reddatur, quam ordei, scilicet ex proportione? An quod altera multum humoris sibi admittit, altera parū. Sed qua de causa plus admittat? congruens enim potius dixeris, vt ordeacea bibacior sit; quippe cum ordeum tostum, triticum non tostum sit. An propterea ita fit, quia trituram pleniorem triticea patitur: cuius causa est, quod partibus minutioribus constat. Fit igitur quasi vt quantuplo partibus contineri potest minoribus, tantuplo humorem sibi largiorem admittat, quippe quæ ipsum humorē pro glutine sibi capiat, vt Empedocles quoque suis in Persicis diuerticulo quodam ait:

A Munus vbi larga cæteris coniunxerit vnda,
Multumq; humoris proinde absumere queat.

Cur etiam igni mandata massa tritici amplius augeatur, quam ordei? An quod humorem in se continet indiscretum, qui recalescens extrudi nequeat. hic ergo cum in spiritum transeat, nec sese promere pariter, atque ex massa ordei possit, videlicet propter tritici spissitudinem (spissus.n.est, quod partibus constat minutioribus) idcirco extollit, molẽq; agit ampliorem. Ad hæc plus ista humoris continet, quo recalescente spiritus prouenire solitus est. Ex quaque re autem pluri plus proficiscatur necessum est. 23

Cur pistorum, cæterorũque officio fungentium frumentario, qui ordeum attractant, imbecilli efficiantur, & destillationibus infestentur: qui autem triticum, corpore sint bene habito? An quod facilius triticum concoqui, quam ordeum potest, atque ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est. 24

B Cur panis tostus durior, tepefactus humidior reddi aliquantisper possit? An quoniã cũ torrefit, humor extruditur, itaque panis relinquitur durior. leniter aũt cũ recalescit, humor consistens ab igne diffunditur, humidiorque proinde existit. 25

Cur farina tritici resiccata minus constipetur, quã ordei? An quod intercapedine vacant, quæ ex partibus constant minutissimis: & plura quæ grauiora sunt, compressa suopte pondere tãtundem occupant, quantum pauciora. Sed farina ordei crassiuscula est, itaque siccata cõpesci atque in minus contrahi potest, vt quod minus est suo compressu, plus illud constipet in seipsum, capessatque. triticea porro particulis minutissimis iam constat, itaque non ideo resiccatur, vt partes reddantur minores, sed vt leuiores efficiantur, minusque cõstipentur suo cõpressu, & nutu: natura.n. grauior farina triticea, quã ordeacea est. 26

C

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VICESIMASECVNDA:

Eorum, quæ ad fructus arborum pertinent:

Cuius quæstiones. XIIII.



VAM ob causam poma non ita prius, vt postea esitata, in repletionis mole respondeant? An quoniam cæteris esculentis genus pomorum longe grauius est: quod argumento ficuum constat, quæ nouissime esitatæ, vltimæ tamen euomuntur. Poma igitur ingesta suo pon- 1

dere in imū delapsa, spatii amplitudinem relinquunt superius, vt cibum sequentem admitti facile liceat. At si econtrario sumantur, vsu eueniet, vt quoniam deorsum ferri expedite non queant, innatent, & partem totam fere occupent inanem. D

2 Quamobrē cum dulcia nobis similiora, quā acria sint, ocyus a dulcibus impleamur? congruum enim, vt contra eueniat, quandoquidem a similibus minus satiari consentaneum est. An quoniam non æque præmature cōceptaculum, ex quo hausimus, & corpus quod vescitur, impletur: sed venter quidem repletus aliquando est, vt eorum qui sitiunt: sitis autem nihilominus superest. Nō enim ea de causa sitis cessat, quia venter plenus humoris est, sed quia membra corporis omnia humorem commodum sibi attraxerint: quod vbi illa satis suum desyderium expleuerunt, tunc sitire cessamus. ita etiam fames, nec aliter tolli potest.

3 Cur ocyus a dulcibus, quam acribus satiemur? An quia ocyus dulce, quam acre appetere desistimus. Sed an perinde, vt venter impletur nos quoque dulcibus satiari posimus, confessum non est. Cum igitur desyderiū celerius his ipsis expleri posit, docendum est. Alimenti desyderiū, siue cupiditas, vt simpliciter loquar, indigentia est, cum cibū vel nullum, vel pauculum habemus. Quod cum acria non valide nutricare queant, sed parum alimoniæ, multum habeant excremēti, merito amplius hæc appetimus, parumque eorū cupiditatem explemus, quoniam alimento item indigemus, quo ipsa careant. At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt, atque ex paruis quibusdam eiusmodi escam corpus capit vberiorem. quod cum se abunde refersit, nihil edere præterea potest. plus enim tolerare non potest: atque ita efficitur, vt ocyus a dulcibus satiemur. E

4 Cur fructus arborum, & carnes, & cætera id genus vtribus vehemēter inflatis contenta, valeant incorrupta edurare: nec minus quæ diligentissime picata, obturataque circū vndique fuerint? An quoniā corrumpi omnia solent, cum mouentur: quæ autem plena sunt, immota persistunt: haud enim fieri potest, vt motus sine inani spatio agatur. atqui isthæc, quæ ita inclusa sunt, plena vndique: constat ergo incorrupta seruari ratione. F

5 Cur vinum post pomum putre epotū, amarum sentiatur? An amarorem putredo habet. itaq; quod de pomo per summa insidet, linguæ humori, qui bibitur, permistum, diffusumque, amaram efficit potionem. Ipsum autem pomum per se esitatum minus deprehendi propterea potest, quia saporis id genus multa attingat, inque exigua discernatur.

6 Cur edenda bellaria sint, vsusque secundarum mensarum adiici debeat? An vt satis bibamus. non enim sitis gratia solum, quæ per mensam primam nos teneat, bibendum, sed etiam post hausisse aliquid iuuat.

A Cur nuces tostæ refrigeratæ deteriores redduntur, & panis quoq;, 7
& glandes, & multa id genus alia, rursusque calefacta eadem meliora
euadāt? An propterea, quod refrigeratis succus cōcrescit, & cōstat: tepe
factis rursus dilabitur. suauitas aūt nō nisi per succū percipi potest.

Cur post fructuū esitationē, vt ficuū, cæterorūq; generis eiusdem, 8
vel vinū merum, vel aquā superbibere debeamus, quæ quidem aduer-
sa inter se sunt? An quia genus pomorū & calidū, & humidū causa suæ
generationis est: habet enim tum ignis copiam, tū humoris. itaq; suc-
cus pomi veluti feruorem intus per ignem excitat, qūo mustū foris ef-
feruet, vt tamē hebetiore: humor aūt nimius cruditatē cōmittit. Aqua
igitur suo frigore feruorem illum frangit, atque extinguit: & vinū suo
calore idē plerūq; efficere potest. quippe quod perinde atque ignis igni
multus pauco vires subtrahat, amplius tamen humoris copiam suo ca
lore emollit, & concoquit, suoq; pondere innatantem illum feruorem
vincit, ac reprimit.

B Quam ob causam caricæ bifidæ tantum dulcissimæ sint, nec mul- 9
tifidæ, aut omnino infissæ dulcedinem præstent? An quod ex multifi-
dis respirauit, euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima. In
iis autem, quæ infissæ coierint, humoris diluti copia est, quod nihil fe-
re inde exactum fuerit. At quæ fissæ quidē, sed tamen fissura multipli-
ci sunt, immunes vtroque isto incommodo caruerunt.

Cur si ficus in furno siccantur, duriores efficiuntur, quā si exemptæ 10
foris refrigerentur? An quoniam in furno humor totus ex nimio calo
re euaporatur, foris aer circunfundens humorem contrahi, emanareq;
prohibet: ita enim vt leuiter euaporetur potius accidit. Sūt autem quæ
siccent dura, quæ hument mollia.

Cur ab acerbis vinum, aut aqua epota dulcior sentiatur: exēpli gra 11
tia, si quis glandes, aut myrta, aut tale quid ori mandauerit? An meri-
to ita fiat, quemadmodū vel in cæteris agitur: omnia nanque plenius
C eadem apud sua contraria innotescunt contrariorum autē sapores op-
positi ferme inter se sunt. An vt res in iis est, quæ colore inficimus, ita
etiam lingua acerbis conficitur illis, meatusque suos patefieri patitur,
vt dulce subire amplius possit. Res enim quasque inficiēdas humori-
bus quibusdam acerbis ante immergimus, vt inde affectæ infici colore
plenius, atque ineluibilius possint.

Cur dulcia, minus dulcia sentiantur calida, quam refrigerata? Vtrū 12
propterea quod simul sensus duo existūt, idest calidi, & dulcis: itaque
calidi sensus reliquum depellit, atque obfuscat. An quod etiam succus
dulcis calidus est, itaque ignis igni adiicitur: ergo calor est, qui impe-
diat. An quod ignis vires omnium minuit, quia vim obtinet commu-
tandi. calida igitur propiora mutationi sunt, refrigerata residēt, sibiq;
iterum constant.

Cur paleæ fructus duros, atque inconcoctos emolliūt, in maturita- 13
temque adducunt: mites autem, & concoctos non putrefaciunt? An

quod palea calida, & attrahens est. suo igitur calore concoquit, & per D
vim illã attrahẽdi saniẽ omnẽ seuocat, atq; imputridos seruat.

14 Qua de causa ficus, cum molles, dulcesq; sint, dentes offendant? An quia gingiuis sua lentitate adhærent, seque præmolles inter dentes insinuant, & putredinem per suum calorem cito conficiunt. Forsitan & ob granorum suorum duritiem dentes celeriter effatigant, cum mãducantur, conficiunturque.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VICESIMATERTIA:

Eorum, quæ ad mare, salsamque omnem aquam pertinent: E

Cuius quæstiones. XLI.

1 CVR fluctus præalti pelagi superfrangi non soleãt, sed parui tantum, & breuis? An quia parum humoris, cum fertur, discerni a spiritu facilius potest, quã multum.

2 Cur nauigia onustiora in portu, quã in alto esse videntur? celerius etiam de alto in terram veniũt, quã de terra ĩ altũ prouehũtur? An quod plus aquæ quam minus reniti validius põt: pauca.n. oppressa onere cedit, vt demergi necesse sit: multa ecõtrario repellit, ac sustinet. Vis enim ea est aquæ, vt sursum versus compellat inferius: ergo vt in portu maris parum, sic multum in alto est. Itaque plus oneris cõuehi F in portu videbitur, etiam mouebitur ægrius, quia magis immergitur, & aqua minus reniti potest. At vero in alto res contra vsu euenit.

3 Cur fluctus interdũ prius eueniant, quã vẽti? An quoniã primo spiritus ortu maris pars prima impulsa partem sibi continuam ipsa compellit, itidemq; deinceps vice pari, serieq; agitatur perpetua. Quã ob rem cum mare ipsum continuum sit, efficitur, vt quasi vnus ictus continuus ex his omnibus exultet, idq; fieri in vno tempore possit. itaque euenit, vt prima, & vltima pars simul moueantur: quod aeri nunquã accidit: quia corpore vno continuo hic esse non potest, eo quod multiplici vndique repulsu retorquetur, atque conquatitur, vt primus, validissimusq; mouendi impetus refringatur, impediaturq;. quod mari accidere propterea nequit, quia grauius aere, motuq; difficilius est.

4 Quã ob causam cum aliquid in mare vndabundũ & æstans iactũ est, vt anchora, vnda residet, & quiescit? An quod mare ponderi cedit,

A quod deſertur,quo cum aer delabatur: qui cum per directum in imum deſertur,attrahitur,ſecum eodem id trahit,quod mare de latere concitat: æſtus autem maris non deſuper tendit ad ima,ſed per ſumma verſatur,quo ſedato tranquillitas oritur. Ad hæc, cum mare in ea ſpacia coit, quæ ponderi deſcendenti ceſſerint, vertiginem mouet, quæ non niſi circulo agitatur. At cum linea recta circulum per punctum attingat,fluctuſque ad lineam rectam oblique ferantur, fieri poteſt,vt fluctus ipſi per punctum horas vertiginis attingāt: nec prædictam ob cauſam tantum,ſed etiam quod ipſa vertigo accedens, ſuo impetu circum vndique illos depellit. quod cum itaque fluctibus pars ea vertiginoſa careat,merito vnda iacta anchora reſidet,trāquillaturque. Adde quod aer,qui cū pondere illo delapſo deſcendit,mox ſeſe referens, vndamq; ſurſum compellens, bullas excitat: quippe cum bulla humore conſiſtat,qui de imis ad ſupera pulſus ab aere efferatur. omnis autem bulla lenis,ſerenaque eſt. Indicium vero,quod vnda, qua pondus in imum
B corruit, ſubmiſſa in cauum paulo poſt reſurgit, & mari circundanti æquiperat.

Cur interdum nauigia,dum curſum agunt in mari quieto, repente abſorbentur,totaque ita pereunt,vt ne naufragium quidem fluitans vſquam appareat? An cum locus cauernoſus terræ ſubditæ mari diſrūpitur,ſimul in mare nauigia introrumpuntur, introrſumque ſpiritus impetu trahuntur: cumque impulſu pari circum vndique agitentur, deorſum ferantur neceſſe eſt. Hoc idem apud Maſanam quoque in freto fluctu reciproco euenit. Fiunt enim eo ipſo vertigines, quæ in imū obſorbent,tum ob eam,quam diximus cauſam, tum etiam quod mare illud prealtum eſt,terraque ad longinquum vſque ſubiat cauernoſa. Vertigines igitur couſque per vim ductitant:itaq; efficitur, vt inibi fragmenta nulla valeant fluitare. Fluxus autem ille fieri ſolet, cum flatu deſiſtente priore, mari item fluente,flatus aduerſus primo occurrit, 9
C maximeque cum auſter. Cum enim vndæ inuicem curſitant, inflictu prætereunt mutuo, quod ſcilicet modo in fluminibus fieri nouimus: atque ita mare in gyrum vertitur, quæ vertigo, aut vertex vocata eſt. Fertur autem vnda in anfractum, initio motus valido deſuper irruente. Igitur cum vndas vrgere in latus non liceat, (impulſu nanque repelluntur mutuo) compelli prorſus in imum neceſſarium eſt. quam ob rem id quoque deferri eodem vna cogitur, quod vertigo prehenderit. Eademque cauſa eſt,cur etiam nauigia reſimentur, repandaque deferantur, cum deuorantur a vertigine. iam enim aliqua erecta ex toto deſcendiſſe memoriæ proditum eſt.

Cur mare Pontici candidius, quam Aegæi eſt? Vtrum propter viſus refractionem factam de mari in aerem. Eſt enim aer Ponti craſſus, & albidus: itaque fit, vt etiam maris pars ſumma talis eſſe videatur. Aegei vero quoniam a longinquis vſque purus, & liquidus eſt, ceruleus cernitur: quocirca mare quoque aeri renitens, colorem eundem 13

repræſentat. An quod lacus omnes, quam mare candidiores ſunt. pontus autem lacus ſpeciem propemodum tranſit, eo quod multi in eum fluuii effluunt. Nec vero mari ſolum candidior lacus eſt, verum etiam fluuiis. Vnde pictores flumina pallida, mare cœruleum, lacũ candidũ pingere non inepte conſueuerunt. An quia per aquam bibi idoneã viſus penetrare facile poteſt, aerem verſus reflectitur: e mari autem nec surſum reflecti poteſt, quoniam leuis aqua non eſt, & deorſum progrediens fatigatur: itaque fit, vt mare nigrum eſſe videatur. Atqui mari, quod lacum ſimulat, pars dulcis per ſumma innatat: ſalſa vero in imo eſt. quamobrem quod id penetrare aſpectus nequit, ſed ad lucem reflectitur, albedinem per ſumma oſtendit. D

7 Cur mare minus, quam aqua bibi idonea, frigidum eſt, omneſque ſalſi humores, nõ vt dulces frigidi ſunt? Vtrum quod mare ſpiſsius & corpulentius eſt: tale autem quodque minus refrigerari poteſt: ſicut et amplius incaleſcere aptum eſt, quippe quod calorem ſeruare ſuam ob dẽſitatem melius poſsit. An quia mare pinguius eſt, quocirca flammã æque extinguere, atque cæteræ aquæ, non poteſt: calidius autem quod pinguius eſt. An quoniam multum terræ in ſe continet, propterea ſiccius eſt: quod autem ſiccius, idem calidius eſt. E

8 Qua de cauſa qui mari ſe lauerint, ocyus reſiccentur, cum mare grauius ſit, quam aqua dulcis? An quia craſsius, & terroſius eſt: ergo cum parum humoris habeat, merito ſiccari poteſt celerius.

9 Cur perflante aquilone, mare perſpectius atque tranſlucidius ſit, quam auſtro? An quia mare cum ſerenum eſt, colorem trahere ſibi aſſolet: ineſt enim aliquid pinguis in ſucco ſalſo. indicium, quod die tepidiore oleoſum quiddam ſecerni videmus. Ergo tranquillo, tepidiorique mari ſuccus iſte ſua leuitate per ſumma panditur, quod aquilone fieri minus poteſt cauſa frigoris. Eſt autem aqua tranſlucidior quã oleum. id enim colore obducitur: aqua vero expers coloris viſu obuia, apertiorem ſui præſtat ſuſpectionem. F

10 Cur fluctus ventum præ ſe omnes ferant? An quia flatus futuri indices ſunt: flatus enim impulſus aeris eſt. An quia vice propellendi ſucceſsiua conſiſtunt. propellit autem flatus nondum continuus, ſed exoriens. Primus igitur quaſi emarcuit, mox autem hunc alter propellit, factaque altera denſitate elangueſcit. quare cum hoc propulſum iã adeſt, propellens quoq; illud vẽturum eſſe palam fit: facit.n. idipſum, cum incipit.

11 Cur fluctus ante, quam flatus, erumpit? An quia non ſimul flatus deſiſtit, & mare vndabundum ſedatur: ſed mare poſtea ceſſat. ideo fieri poteſt, vt qui mouerit ſpiritus ante occidat, quã ſenſu obuius ſit. itaque non fluctus ſpiritu prior eſt, ſed ille latet, hic patet. An flatus nõ vndique ſimul ſpiret, ſed primum vnde exortus ſit. ſimul autem ſpirat, & mare ſibi proximum agitat, quod exitum ſubinde proximum mouet: atq; ita fieri poteſt, vt fluctus flatũ poſsit anteire. motus enim

A ille velocior a mari, non a flatu principium ducit.

Cur in mari melius, quam fluuiis, natare possumus? An quod qui na- 12
tat, sedulo aquæ adnitẽdo natat: adniti autem firmius ad id possumus, quod corpulentius est : at aqua marina fluuiali corpulentior est : crassior enim, & ad renitendum validior.

Cur mare deuri potest, aqua non potest? An & aqua deuritur, sed 13
mare minus ignem extinguit, quoniam pinguius est. cuius rei indiciũ oleum facit, quod ex sale depromi potest. An etiam meatus maris minus congruant igni, vt qui crassiores sint, & eo magis, ꝙ salis ratio nõ deest. Vt igitur quod siccum est, minus extinguere, quàm quod humidum potest, ita etiam quod amplius siccum est, idem ex ratione vrentius esse debet, & alterum magis altero : quo enim siccius, eo calidius est. mari autem istæc ambo inesse plenius palam est.

Quam ob causam demersi in mare plus temporis valeant tolerare, 14
quàm in fluuio? An quia fluuialis humor tenuior, subiens igitur copio B sius strangulat.

Cur mare perspectius & dilucidius est, quàm aqua potu idonea cũ 15
crassius sit? dulcis enim salsa tenuior est. An tenuitas causa non est, cur mare dilucidius sit, sed directi meatus id faciunt, quos tum plurimos, tum amplissimos continet. ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarum partium est, salsa amplioribus interstitiis inanit. An quia mare purius & syncerius est. terra enim nulla in eo permanet : arena suo pondere delapsa, in imum subsidet. At humor dulcis mistus cum terra est, quæ interueniens facit, vt cito perturbetur.

Quam ob causam mane aura frigida de mari non spirat, de flumini- 16
bus spirat? An quoniam mare locis patulis, spatiosisq; dilatatur, flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa, vastaq; spacia dispalata redditur imbecillis, fluminum autem vniuersa extinguitur: itaq; amplius valet, & frigidiuscula merito occurrere põt. An C causa non in eo est, sed vt flumina sua natura frigida sunt, sic mare nec frigidum, neque calidum est: aura autem, omnisq; respiratio, humore vel calescente, vel frigescente excuti solet. Vtrum enim ex his fuerit, humor aerescit, quo aerescente, aer, qui inde ortus spirat, aura est : qui si a frigidis proficiscitur, frigidus merito spirat: si a valde calidis, cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus : mare autem neq; frigidum, neq; calidum valde est. itaq; nec frigidum esse id potest, quod ex eo respirat, cum scilicet mare frigidum ipsum non sit, nec cito refrigeratur, quia calidum valde non est.

Cur fluctus altioris pelagi tardius desistant, quàm breuioris? An 17
quia res omnis serius ex motione multa, quàm pauca requiescit: ęstus autẽ magni pelagi amplior quàm parui est: ergo nihil temere agitur, si tardius quietatur.

D Cur aqua salsa frigida bibi non potest, calida, refrigeratave, post- 18
quam calefacta est, melius potest? An propterea, quòd de contrario

in contrarium res quæque mutari solita est. aqua autem salsa dulci opposita est, & cum calescit, portio salsi decoquitur, cum refrigeratur, in imum defertur, & subsidet. D

19 Cur aquæ positæ propter mare, dulces magna ex parte, non salsæ cõperiantur? An quia percolatæ potu aptiores redduntur: percolari autẽ id melius potest, quod mari propius situm est.

20 Cur aqua salsa profluere nequeat? An quia stabile quod graue est. salsa autem aqua grauis est. quapropter calidæ tantummodo ex salsis profluere possunt: habent enim sibi leuitatem, quæ pondus salsuginis superat: calidum nanque leuius est. Adde quod aquæ profluentes per terram nimirum percolari queunt: itaque quantum crassius, & grauius est, id assidue magis magisque defertur, & subsidet, quantum leuius, atque syncerius, id seuocatur, & profluit. vt enim salsum graue, ita dulce leue est: atque ita efficitur, vt sint dulces, quæ profluunt. Hæc eadẽ causa est, & cur aqua salsa, cum mouetur mutaturque, dulcior fiat. leuior enim per motum, atque syncerior redditur. E

21 Cur si quis in Africa propter mare infoderit, aquam principio dulcem, post breui salsam eandem comperiet, cum cæteris in locis minus idipsum eueniat? An prima loci illius aqua concocta sub terra est, quæ cum diutius manserit, salsior a mari transmisso efficitur, vt quæ nuper constiterit: cæteris autem locis aqua vel nulla est, vel plurima nulla prohibente siccitate est.

22 Cur sal eliquari ocyus aqua salsa, quam dulci possit? An quod eliquari non aliud est, nisi ab humore, calore'ue subeunte resolui, & dirimi ita, vt liquidum sit: eliquare autem nequeunt quæ vel subire omnino non possunt, vel quæ ita subeunt, vt tangere nequeant. Vix illa vero eliquant, quæ facile transmeant: contra celerrime dirimunt, quę per vim se intrudunt. Subire autem nequent, quæ amplis admodum partibus constant, quippe quæ meatus rei subeundæ excedant: contra quæ minutioribus constant, transeunt sine tractione. Atqui vt dulcis aqua tenuior, ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penetrans vix liquefacit, altera subit quidem, sed minus propter suarum partium magnitudinem: itaque cogere, & proinde dirimere celerius potest. F

23 Cur aqua minus candeat, si moueatur? quod vel maris æstu inspici potest. Vnde Homerus, flatu oriente, inquit:

„ Et flatu nigrescit pontus eodem.

An duabus de causis. nam si ex propinquo contuimur, causa est, quod visio magis transmeat aqua manente, quam mouente: eripitur nanque trames omnis directus, cum mouetur. Candidum autem id esse videtur, quod perspectum atque perlucidum est: per quod enim visus transire nequeat, id atrum esse affirmant. quam ob rem aerem quoque nigrum e longinquo, candidũ ex propinquo videmus. & maris, vt quod prope adest, candidum, ita quod procul. cœruleum, & nigrum. sed si e longinquo spectatur, causa est motus quidam, quo aspectus mouetur,

A cum se ad elongatiora deducit. Quinetiam cum aqua quiescit aspectus vniuersus in lucem reflectitur: quod fieri nequit, cum illa mouetur.

Cur fluctus prȩalti pelagi nequeant superfringi, quemadmodum parui? An quoniam aqua parua distrahi ab aere magis potest, quam multa, propterea percussa facilius frangitur. Atqui in alto multa, in breui pauca est, quæ in fluctus compellitur. 24

Cur loca austrum versum spectantia aquas continent salsiores? An propterea quod mare in terram sub austro interrumpit, dulces cum salsis miscentur. 25

Cur aqua salsa vino dulci magis, quam austero supernatat? Vtrum quod dulce plus terræ continet, sicuti vua passa. An quia grauius, & lentius dulce est, itaque minus miscetur, immistumque residet, atque innatat. 26

Sed cur oīno possit innatare, cum terrena sit? nanque delatio huius deorsum est. Vtrum propter calorem modo salis: * excremento nanq; per summa erumpenti res similis est. An alia causa sit, nam si non propterea ita fiet, vel dulci innatare minus incredibile erit: calidissimum enim est. 27 * ἐξανθήματι

B

Cur fluctus ante interdum veniant, quam venti? An ea de causa, qua etiā postea desistunt. Primus etenim flatus prius quasi languescit, quam fluctus ille impulsus. deuenit autem in terram non ea vnda, quȩ prima impulsa est, sed id vice pari subinde impellitur, quod proximū deinceps exceperit. 28

Cur littora fluctuosiora solida sæpe efficiantur, adeo vt plane pauimenta videantur: & vt solida sunt, quȩ frequentia fluctuum concaluerunt, ita pars remotior soluta sit admodum, & cedens? An propterea quod fluctus arenam non minutissimam, sed maiusculā procul eiicit, vt & manus non quod minimum est, id maxime longe iacere potest. Tum etiam, cum permulta & varia promiscue conquatiantur, versenturque, pars minimorum interlapsa spissat, atque consolidat: mox fluctus residentis motio nihil propterea protrudit, sed opprimit, pauimentatque. ergo quod exigua procul exilire non queunt, incidit vt ex paruulis moles coagmentetur; quæ, quoniam motu frequenti agitatū est, continua redditur, arena scilicet interlapsante prætenui, dum compages contentione perpetua consistat, cum fluctu vltimo pauimentatur, & humor leniter, sensimque irrorans conglutinet. At pars seposita orȩ arida disgregatur, & finditur. lapillis etiam cōstat maiusculis, minusq; complanata est. 29

C

Cur superius mare salsius, & calidius sit, quam inferius: & puteis quoque potu idoneis pars superna salsior sit, quam ima? quāquam esse e contrario debuit: grauius enim, quod salsum est. An quia Sol, & aer partem humorum leuissimam assidue detrahunt: dulcissimum autem quod leuissimum est, potissimumq; de propioribus locis hauriunt. Et maris igitur, & aquarum dulcium summa, vis Solis exercet, itaq; sal- 30

ſius id eſſe neceſſe eſt, qđ his reſiduū extat vnde humor dulcis exactus D
eſt, quā vnde nihil, vel minus abiit, propterea calidior quoq; pars eadem ſuperior eſt: ſalſum enim, quam dulce calidius eſt. Quapropter quibuſdam ex iis, qui a diſciplina Heracliti ſunt, placet, vt dulci ex aqua ſiccata, concretaque lapides, terraque creentur: mare autem ſit, vnde Sol exhalationes eliciat.

31 Cur maris pars terræ proxima dulcior eſt? An quia frequentius mouetur: ſalſus autem humor cum mouetur, dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo ſalſior eſt: minus autem alta, quæ proxime terram eſt. Quam ob rem quæ ſtatim a terra præcipiti altitudine deſcendit, ſalſa eſt, nec dulcedinis tantumdem reddere poteſt. cuius rei cauſa eſt, quod ſalſa ſuo pondere in imum potius deferatur.

32 Cur mare ſolum omnium aquarum deuri poteſt? nō enim pluuia, non fluuialis, non aliqua potu idonea. Vtrum quia multum continet terræ, quod ſalis argumento ipſius conſtat? An quoniam pinguiuſculum eſt, quod oleum demonſtrat, quod in ſale reſudetur. E

33 Cur lacus arenam vel nullam faciat, vel minus, quam mare, & fluuius? An quia ſaxa in mari conſiſtunt, & terra deuſta maxime eſt, arena autem ſaxum in parua, minimaque perfractum eſt, quod ictu fluctuum frangitur. At in lacum ſaxa non æque conſiſtunt pura ſynceraque, neq; frangi itidem poſſunt, eo quod fluctus non pari modo excitantur. Sed in fluuiis confici arenam potius dixerim, quoniam terrā hi detrahunt, ſaxaque ſuo fractu perfrangunt.

34 Quam ob cauſam cum lacus vel diminutus, vel exiccatus eſt, frumentum in campo acrius gelu deuritur? Vtrum quod humor lacus aerem ſuo vapore tepefacit, vt minus atque imbecillius congelaſcat, quā locis paluſtribus, & cauis. An de terra, vt vulgo dicitur, frigus incipiat, & ſubeat ſenſim. lacu igitur abſumpto, frigus per terræ ſpacia ampliora plenus inuadens gelu inſtringit, deuritq; amplius. Locis autem cauis, atque paluſtribus frigora de imis aſpirant, quod etiam vulgo creditur. & quanquam terra caleat tempore hyberno, tamen quia humida eſt, calor per ſumma inſidens, refrigeratur, & perit. Humor enim nec adeo procul eſt, vt refrigerari caloris interioris beneficio nequeat: nec adeo paucus, vt nihil madeat: madet enim terra vbertim. fit igitur eo ipſo congelaſcente, vt quaſi ſuper glaciē & ambuletur, & habitetur. F

35 Cur mare ſimul ſalſum, & amarum eſt? An plures eſſe in mari ſapores nihil prohibeat, quippe cum genus ſalſum amaro coniungi, eſſeq; ſimul latiſsime pateat.

36 Cur lapides, & teſtæ in mari rotunda reddantur? An quia extrema compari ademptu circunfracta, in rotundam ſe colligunt ſpeciem: hæc enim ſola ſimili extremo clauditur, mare autem quoquo verſus agitādo pariter circum vndique frangit, atque obtundit.

37 Quam ob rem nonnuſquam ſi quis circa mare infodiat, aqua dulcis principio emanet, poſt vero ſalſa efficiatur? An propterea quod ma

A re ipſum dulcem illum humorem ſub terra tranſmittit, percolatque, rito principio dulcis eſt: leuior enim dulcis, quam ſalſus eſt, itaq; prior occurrit. & mare dulcis aliquid humoris in ſe habet, quod terræ permiſtum facilius innatare poteſt. ſalſum vero, quoniam & grauius eſt, & aptius ad ſecandum, in imùm defertur. Siue igitur ita eſt, ſiue per venas ex continente in mare dulcis profluat humor, non immerito per maris ſumma extare poſsit, qua ſe cum eo committat: ergo meatibus poſtea patefactis humor ſalſus copiæ ſuæ ratione vincendo, ſalſugine totam afficit aquam. Accidit enim, vt ſuperis obſeptis meatibus, cõfluuium ſalſi humoris iter aliud faciat, contraque patefactis totum iſtuc perferatur, quomodo in corporis venis fieri nouimus.

Cur mare, cum grauius, quam aqua potu idonea ſit, clarius atque 38
perſpectius eſt? Vtrum quia pinguius eſt. nam ſi oleum affuſum efficere poteſt, vt melius per aquam incernere ſit, merito cum ipſum mare in ſe pinguis aliquid habeat, perſpectius & dilucidus fit. ipſum enim
B oleum aqua leuius eſt, quamuis non perſpectius. An mare non perſpectius eſt, ſed eſſe tale videtur: quippe cum aqua dulcis, aut fontis, aut fluminis ſit, fons ſuam aquam non ſine terra emittit, vt puriſsima eſſe nequeat, flumen tum terram, tum fecem detrahat, Cauſa igitur hæc ſit, cur dulcis minus perlucida appareat.

Qua de cauſa qui mari natant, ventre ſalubriter euacuantur? haud 39
enim quia laborant. nam qui curriculo eunt, vehementius elaborant, ſed tamen non ita euacuantur. At non omnis labor id faciat, ſed ſolus, qui nullam dat cauſam tabeſcendi inteſtinorum, maris autem mora vel omnino edaciorem, & ventris inanitate aduſtiorem hominem reddi videmus: eſt etenim vapor maris calidus, & ſiccus.

Cur lacus Pæſa, qui potu idoneus eſt, lauat ſimul, & purgat veſti- 40
menta? humor enim dulcis lauare poteſt, amarus purgare atque abſtergere, quæ quidem haberi ſimul non poſſunt. An nullus humor veſti-
C menta ſuo amarore poſsit purgare, ſed lentore tantummodo: quam ob rem trunculi, & quęcunque mucoſa, vim abſterſoriam obtinent. igitur & amara, quæ ferme lenteſcunt, purgare queunt, cætera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitroſę virtutis amarum totum deuſtum ſit, pingue, & lentum remaneat. Hoc igitur abſtergit, & purgat, lauat autem ſuo dulci humore.

Cur maris vndabundi quod deſiſtit, albicat: quod prouoluitur, ni- 41
gricat? An quia quod minus cernimus, nigrius id eſſe videtur: minus autem cernimus quod mouetur, quam quod quieſcit. An quoniam cãdet, quod tranſpicitur: nigreſcit, quod aſpectu peruium non eſt. minus autem id tranſpicitur, quod mouetur.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VICESIMAQVARTA:

Eorum, quæ ad aquas calidas pertinent:

Cuius quæstiones. XIX.

1 VR aqua perfusi calida, minus calorem percipimus, cũ peruncti oleo sumus? An propter corporis lenitatem facile aqua dilabitur, minusque immoratur, quam vt calor subire valeat.

2 Cur puteorum aquæ tepidæ a meridiæ æstate reddantur? An quia tunc frigiditate aeris iam superata, calor plene inualuerit: ante autem frigor calore soluitur, & cessat. Non enim simul alter cessat, alter inualescit, sed spacio temporis.

3 Cur aqua interdum facta calidior, quam flamma, ligna deurere nequeat, flamma queat? An quia flamma prætenuis est, spiritusque ex ea proficiscens partibus tenuissimis constat: aqua profecto crassiuscula est, itaque subire non potest. At vero flamma, carbonumque ignitamentum suam ob tenuitatem facile subeunt, atque resoluunt.

4 Cur aqua feruens liquefacere nequeat, venter queat? Vtrum ventris calor sua tenuitate subire potest, aqua sua crassitudine nequit. An quod cætera quoq; liquefieri humor prohibet nulla enim res est, quæ inter humorem dilabi, & tabescere possit. At in ventre humore in vesicam secluso, facultas resoluendi acquiritur.

5 Cur fundus vasorum non vrit, quæ aquam feruentissimam continent, sed plerique fundo sustinentes deportant: aqua vero ipsa exempta vrere potest? An eo quod calor in fundum vasis contractus extingui ab aqua potest. Quo fit etiam, vt eliquari res nequeat eliquabilis, si quid humoris admittatur.

6 Cur aqua non perinde hyberno tempore, vt æstiuo efferueat, non solum pari concalefacta igni, sed etiam pleniori, & tantundem calens, atque etiam vehementius? An propterea quod aquæ efferuentia bullarum elatio est: aqua igitur ipsa non minus hyeme, quam æstate calefieri potest: sed bullas efferri frigus ambientis aeris prohibet, itaque minores, paucioresque consistunt: at æstate contra omnino est. Ille autem efferuendi æstus non nisi frequentia, magnitudineque spumæ exultat.

7 Cur calida aqua rugare potest, ignis qui tam calidus est, nõ potest? An quia ignis spiritum agit, vt tumefacere valeat: circum enim cutis obtenditur: ruga autem cutis contractiuncula est.

Cur

A Cur fundi vasorum, quibus calefacimus aquam, tandiu calidiores 8
sunt, dum aqua ipsa frigidiuscula est? An quoniã aqua adhuc frigida, calor concludatur circum, obsistatq; intus, cum ei exitus omnis denegetur. At vero aqua concalefacta, ꝙ nihil preterea calor arcetur, sed libere respiret, diminuaturq;, fundus frigidior redditur, non secus ac balneæ: has enim hyeme, quam ęstate calidiores experimur, quoniam calor hyberno potius, quàm ęstiuo tempore aeris circunfundentis frigore intercluditur.

Cur aqua feruens nunquam expaflat, fresum omne atque lenticula 9
solida expaflantur? quanquã his leuior aqua est: leuius autem procul proiici facilius potest. Quinetiam argẽtum cum decoquitur, idem hoc facit. itaque qui in officinis argẽtariis defecãdi fungũtur officio, argẽti reliquias colligũt lucro. An qa expaflationẽ calor agit euaporãdo, cogendoq; ea, quę suo naturali impetu obstant. Aqua igitur qm̃ leuis, & prætenuis est, nihil per vim reiicit: itaq; nimius calor colligi non põt,
B sed ante quã contrahatur, reprimitur omne, atq; excutitur, qđ subinde accessit. At vero quę corpulentiora sunt, vt polenta, vt argentum, hæc vt per sui corporis grauitatem arcent, repelluntq;, ita vi per renixum erumpunt, vt calor qua vicerit, exiliat vehemens. Facit enim corpulentię spissitas, ne transeat, sed arceatur, dum ictu caloris superfluentis extrusus sit, atque eiaculatus. Fit ergo ictus, non impulsus, vtpote cũ calor inferius sursum versus efferatur celeriter.

Qua de causa quę parum temporis calido in humore maduere, tu- 10
ment: quę multum, hęc collabuntur, & rugant? An quoniam calor, vt ex concretis humorem elicit, ita ex humore spiritum creat, densaq; omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens, facit humidiora, cum spiritũ ex humidis ducens diffundit, & tumefacit. cumq; amplius calefacit, partem summã elaxat, vt vapor inde respiret: humorq; exiccatus facit, vt moles concidat: qua collapsa, cutis omnium summa ru-
C gatur. quo autem magis contractione inęquali flaccescunt, eo rugosa multiplici asperitate efficiuntur.

Cur aquis calidis potius, quàm frigidis lapides concrescant, atque 11
coagmententur? Vtrum ꝙ lapis defectu humoris consistit, caloreq; potius, quã frigore humor deficit, & lapidescit calore: vt etiam Empedocles, Lapides, inquit, & saxa feruentium aquarum opera cõficit. An nõ solum calor elapidat, sed frigor etiam humorem nimio gelu absumendo indurat, facitq; lapidem: ꝙ si nimiũ frigus ita agit, simpliciter quoque ita agi posse certum est.

Cur si inter aquam pedem quis teneat calidam, pede quiescente 12
aquam minus calidam sentiat, mouente calidiorem? An idem, quod vel in toto corpore accidat. si quis enim curriculo it, aerem, qui subinde obuiam fuerit, sentit frigidiorem, eoq; magis, quo cursum agit p rolixiorem.

Cur amplius in Sole res calidæ, quàm in vmbra refrigerãtur? Vtrũ 13

quia minor calor a maiori absumitur. An quod in vmbra frigor circun D fundens calorem interiorem reprimit, nec effluere sinit. quod idem mo ribundis, aqua offusa frigida aduehit, quippe quæ calorem concludat, & arceat, ne foras se promat. denique per hyemem omnibus accidit calidiorem suam esse partem interiorem. At in Sole vi nulla arcente calor effluit, atque ocyus euanescit.

14 Cur aqua minus salubris balneo sit, quam Sol tepefecerit? Vtrum quia corpori adhuc insidens refrigeratur, horroremq; mouet. An est et istud: verumtamen & si quis ea sæpe vtatur, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida, omnino vim coquendi, siccandiq; obtinet: frigida cõpescere, atque contrahere potest. itaque vtraque aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida, & calida ex igne balneum præstat commodum. atque sub Sole tepuerit, ob sui caloris imbecillitate, prębere illorũ neutrum habet, sed humificat tantum, perinde ac Luna.

15 Cur aqua Sole calefacta parum salubris sit? An quia rigorem adue hit, vbi refrigeratum est. E

16 Cur aquæ Magnesiæ, & Artanę feruidę satis sint potu idoneę? An quoniam aquę copia dulcis ad profluentem calida sese applicat., eo tũ modo, vt salsugo tollatur, & calor eduret.

17 Cur aquæ Magnesię feruidę feruere quidem aliquando desierunt, salsę tamen nihilo esse desierunt? An quod aquę copia frigidę aliunde fusa in fontes feruidos calorem omnem extinxit. itaque terra tametsi salsa persistere potuit, calida tamen esse propter aquę adiunctę copiã non potuit. Proximum igitur id accidit aquę, quam per cinerem trãsmissam colamus. hęc enim transmissa per calidum cinerẽ, nec ipsa suũ frigorem amittit, & cinerem frigidum reddit: salsa tamen, amaraq; per cinerem est. Sed cum aqua, quę frigida accesserat, alienigena esset, calor vernaculus terrę frigorem illum pauciorem euincere vice versa po tuit: atque ita suum calorem aquę receperunt.

18 Cur aquę feruidę salsę magna ex parte proueniant? An ꝙ pleręq; oẽs per terram aluminosam percolantur: quod odore earum constat: F exustorum autem omnium cinis salsus est, sulfurq; redolet. quapropter feruida omnia modo fulminis vrunt; & quidem plura fulminis tactu calida extiterunt.

19 Cur calidę balneæ sacræ habeantur? An propterea ꝙ sulfure atque fulmine, rebus ingenue sacris proueniant.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VIGESIMAQVINTA:

Eorum, quæ ad aerem pertinent:

Cuius quæstiones. XXII.

VR membra corporis nostri in vtribus obtēta in flatis doleant? Vtrum propter pressuram aeris. vt enim extrinsecus vtrem prementi aer nō cedit, sed repellit: sic etiam quæ intus tenentur, aer comprimit, atque affligat. An quia per vim aer retinetur, stipaturq;, foras versus suapte natura vndiq; impetens, nimirum ad id corpus enititur, quod medium continet. 1

B

Cur paludibus iuxta fluuios positis fieri soleant, qui bomugi appellantur, quos tauros numinis religiosos fabulæ narrant? est id sane fremitus mugitui tauri adeo similis, vt qui voces audiunt, non secus afficiantur, quam si taurum senserint mugientem. An cum aut fluuii in paludes se fundunt, aut paludes restagnant, & vel a mari offensæ retorquentur, vel flatum vniuersum emittunt, tum fremitus ille excitatur. Causa vero, quòd terræ cauernæ infodiuntur, in quas aqua interrumpens, quoniam fluctus in eiusmodi redundatione mouetur, aerem per angustias, ceu si quis in amphoram inanem strepitum per osculū mouerit, mugimento similis sonus exultabit: mugitus etenim bobus per id ipsum figuræ genus profertur. Multas autem, mirasque voces informare figuræ cauernarum variæ possunt. nam & amphoræ fundum si quis detracto operculo, vicissim modo intus attrahēs, modo extra depellens perterat, sonum per intercapedinem tam ingenuum reddet, vt belluæ pertimescant, & fugiant: quod pomariorum custodes emoliri consueuere. 2

C

Cur aer, cum aquam tangit, nō humescit? nihil enim de cæteris est, quod si tetigerit, humidum non reddatur. An ita eorum extima coeūt, vt simul sine vllo interstitio sint, nec plano diuerso distinguantur. igitur cætera quoniam grauiora sunt, subsidūt, itaque humorem sibi admittunt. aer vt leuior, nihilo inferius vergit, quàm extremum limitet tangit ergo, quia nihil interiacet: remanet expers humoris, quia semper super aquam extat. 3

Cur nocte media, & meridie maxime cœlum soleat tranquillari? An quia venti tranquillitas aeris statio & requies est, qui tum constare maxime assolet, cū aut vincit, aut vincitur: etenim quandiu pugnat, 4

mouetur, atque inquietatur. vincit autem maxime nocte dimidiata, D
vincitur meridie. vt enim mediu noctis Sol remotissimus, sic meridie proximus est. Ad hæc, flatus vel ortu Solis, vel obitu incipit: cessat qui ortu cœperit, cum victus est: qui vespera, cum parta victoria desinit. itaque fit, vt alii meridie, alii noctis medio cessent.

5 Cur prima luce, & iam mane frigus fit amplius, quàm nocte, cum Sol a nobis propius absit? An quoniam cũ dies instat, ros cadit, atque pruina, quæ frigida sunt: ergo inspersis locis omnibus frigido humore, merito acrius refrigeratur.

6 Cur in Ponto intensius & æstus, & frigora fiant? An aer regionis illius sua crassitudine nec hyeme tepescere, nec æstate refrigerari potest. An propter varium Solis cursum, recedit enim per hyemen, accedit per æstatem.

7 Cur noctu potius, quàm interdiu serenum sit? An quòd & flatus, & perturbationis causa Solis vis est. istæc enim motu accito quodã oriũtur. Calor igitur causæ est, ob eamq; rem cum is adest, quiescunt omnia, & Sole abeunte magis, quam veniente, & quod dici solet: E

" Nauibus hyberno ventos dat terra secundos.
" Tunc mare fert sæuos: calidi sed mensibus anni
" Terra dabit sæuos, Ponti feret vnda secundos.

hoc sibi vult, ꝙ vbi motus maximus est, ibi minime quicquam vel seruari, vel consistere potest: æquabili nanque statu, viribusq; efficacioribus esse id debet, quod consistendum, conseruandumq; sit. mare aũt hybernis temporibus, terra æstiuis sæuire illum in modum solita est.

8 Quam ob causam humor pleno cõtentus in dolio, diffusus in vtres, non solũ cũ vtribus recipi ab eodem dolio possit, sed etiam locum relinquere, quo etiam plus humoris capiatur? An quoniam aer in humore inest, qui dũ in dolio est, excerni propter dolii magnitudinem nõ potest: fit enim vt exprimi de maiori vel humor, vel spiritus difficilius possit: quemadmodum etiam de spongiis amplioribus minus exprimi potur. At cum in parua digeritur, extrudi iam de vtribus expeditius potest. itaque dolium, & vtres, & humorem etiam alium capit. magisq; in vino id accidit, quia plus in vino aeris inest, quàm in aqua. Huic sane proximum, cineris & aquæ tantundem simul vas idem capere posse, quantum plurimum vtriusque seorsum infusi capiat. Cineris enim complura caua, & inania esse videntur, quibus aqua sese insinuat, vt quæ tenuior sit: & constipat vero, spissatq; arctissime, quoniam particulatim constipatio agitur. densantur enim adducunturq; omnia plenius, cum paulatim constipãtur, quã cum vniuersa. quod cum ita fiat, cinis collabitur, & subsidet, simulq; humorẽ in se per cauorum suorũ opportunitatẽ admittit. At si cinis, qui in aquã immittitur, calidus est, aquã dirimit, vertitq; in aerẽ. idem illud agetur et, si primũ aqua infundatur, post cinis iniiciatur: vnde aquã etiã ipsam caua quædam, & hiantia in se continere putaueris. An nõ aqua cinerem sibi admittat, F

A ſed cinis aquam. quod enim tenuius eſt, ſubire id poſſe congruum eſt. Conſtat item experimento. cum enim cinis inſpergitur, eodem reliqua aqua confluit, quo loco inſperſum eſt. cuius contrarium certe fieri debuit, ſi aqua cineris eſſet capiens. An ſi prius aqua vas ex toto impleuerit, nihil prætetea capiet, ſed addito quolibet effundetur. Sin autem vbi ſemel aliquid aquæ infuſum eſt, cinis deſcenderit, iam tunc quod dixi eueniet: quippe cum cinis ſit ipſe, qui capere valeat. Hæc eadẽ ratio eſt, cur foueæ terram exemptam recipere nequeant. locus enim ab aere occupari videtur: itaque fieri non poſſe, vt tantundem recidiatur.

Cur aer, qui luce craſsior eſt, ſolida valeat permeare, lux ipſa non valeat? An quia lux per directum tantummodo fertur, ob eamq; rem oculus, qui tranſpicere per rara non poſsit, vt per pumicem, quia meatus euariant, per vitrum facile poſsit, quia meatus poſiti è directo ſunt. At aer impedimento nullo arcetur, quoniam qua tranſit, tendere è directo non ſoleat. 9

B Cur aer per aquæ tactionem frigidus reddi poſsit, humidus nõ poſſit, etiam ſi quis in aqua vehementer inflarit, vt fluctus inde moueatur, & inundetur? frigidum autem reddi conſtat, eo ꝙ qui ex aquis aſpirat, refrigerat. An frigidus eſſe, calidusve naturæ ſuæ habilitate poteſt, vt rei tactu immutetur, quam tetigit: humidus eſſe idcirco nõ poteſt, quia leuior eſt, neque ima humoris vnquam ſua ipſe petit natura, ſed ſumma ſemper, planumq; attingit: & ſi deorſum cogatur, humor quoque feretur inferius, ita vt nunquam in profundum ſeſe ire patiatur. 10

Cur aer bullis contentus, aut de imis aquæ aſcendens, haud vnquã madidus emergat? An quia humor non inſidet, ſed dilabitur: qui tamẽ continet bullas, vel minor eſt, quã humefacere valeat. 11

Cur aer madere non poſsit, aqua autem queat, quippe quæ etiam tranſlata in aerem madeat? An eadem cauſa ſit, qua & lapis madere nequeat. haud enim madendi omnibus vis data eſt, ſed iis tantum, quę lenta ſunt, & humida. 12

C Cur vtres inflati valeãt fluitare? An propterea, quod aer ſurſum effertur. vtres enim vt inanes deorſum feruntur, ſic inflati ſupra ideo reſident, ꝙ ab aere ſuſtinentur. Sed ſi aer eleuet, atque prohibeat quo minus deorſum feratur, cur inflati grauiores efficiãtur? & qui fieri poteſt, vt cum grauior ſit, emineat: cum leuior, deferatur? 13

Cur aer non ſurſum feratur? Nam ſi ex motu caloris ſpiritus excitari debeat, ignisq; ſublimia petere natus ſit, ſpiritus eodem currere debuit: ſiquidem mouens illud ſurſum verſus impellit, quodq; mouetur, eodem ferri aptiſsimum eſt. nunc enim tramite ferri obliquo latiſsime patet. 14

* autem

Cur aurora frigidior, quam veſpera eſt? An quoniam altera noctis medio propior eſt, altera meridiei. eſt autem, vt diei medium calidiſsimum, quia Soli proximum eſt, ſic noctis medium frigidiſsimum, quia remotiſsimum. 15

16 Cur temporis feruidi noctes molestiores, quam dies sunt? An quia flatus omnes tunc consilescunt: anniuersarii nanque illi, & præuii minus nocte, quam interdiu spirant. D

17 Cur incorrupta durare possint, quæ vtribus continẽtur inflatis, aut vasis bene opertis? An quia putrent omnia, cum mouentur: immotaq; omnia sunt, quæ plena: istæc autem plena.

18 Quam ob causam aere sudo, apertoq; frigus fit acrius, quam nubilo, cum stellæ sint calidæ, & cœlum? An quia nihil tunc est, quod vaporem arcere, continereq; valeat, sed diffundatur necesse est: at cœlo nubilo arcetur, & aquilone magis, quam austro, eadem illa de causa. auster enim nubes colligit, aquilo dispellit. & quidẽ aquilone magis quam austro euaporari videmus, & hyeme potius quã ęstate, aut propter dissimilitudinem, aut quia vapor non nisi refrigerato humore calido depromi potest.

19 Cur minus, quam plus aeris calidius sit, cum angusta omnia sint calidiora? An quia magis mouetur, qui pluris est: motus autem frigorẽ acciere potest. cuius indicium, quòd calida cum mouẽtur, refrigerãtur. E

20 Cur aqua & terra putreant, aer & ignis non putreant? An quoniam omne, quod putret, calidissimum fiat necesse est: igne aũt calidius nihil est. An quia refrigerari prius oportet, quod putredinem conceptutum est: ignis autem calidissimus semper est, aer vero igne refertus est. nihil autem putret, cum calidum est, sed refrigeretur ante oportet, quã putreat. At aqua, & terra vicissim modo calida, modo frigida effici possunt.

21 Cur cœlum nubilum tepidius sit, quam apertum, & placidũ? Vtrũ, vt veteres authores dixerunt, quia stellæ frigidæ sint. An id absurdum admodum est, sed quia cœlo sereno vapor extringi melius potest. indicium, quòd vento silente ros, & pruina consistunt. Cum igitur serenũ est, calor difflatur, quo humor eruitur, atque effertur, itaque aer frigidior fit: qua de causa humor a calore demissus irrorat. at cum nubilũ est, arcetur, & constat: quocirca nec ros, nec pruina contrahi potest, cũ nubilum est: ergo calor ad terram remanens facit, vt tepor amplior esse possit. F

22 Cur altis ædibus aer soleat ventilari, reciprocariq;, præsertim cum tempus quietum est? An quòd aer prælaxo quodã contextu, & hiatu lento est: ergo cum hic extrinsecus introire incœperit, cedit, & contrahitur aer, quem domus continet: quo collapso, adductoq; inanior redditur, qui foris est, & spacia multo laxiora capessit: quæ in spacia aer domesticus relabitur fertuq; expedite eodem, quoniam & ipse pẽdeat, & natura inanis reniti nequeat. quod cum per multa eius membra eueniat, proximus hunc aer sectatur, adductus propulsione primoris. tum eo large foras iam profluẽte, locus internus inanis redditur & vacuus, externus contra repletur, spissescitq;, ac deinde in hunc modum reciproco fluxu actitatur.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO VIGESIMASEXTA:

Eorum, quæ ad ventos pertinent:

Cuius quæſtiones. *LXIIII.*



CVR ventus cæcias ſolus ex omnium ventorum numero nubes ducere ad ſe poſsit? Vtrum quòd ventus aduerſus reflat eodem tempore. An quoniam de locis eminentioribus ſpirat: ſunt enim partes, quæ ad Solem orientẽ vergunt, eminentiores, quã quæ ad occaſum. indicium maris occidui magnitudo facit, & latitudo. Quod cum deſuper in aduerſum ſpiret, lineam ſua delatione iſta terram verſus conuexã agit, regionemq; inuadens, vt dixi occiduam, nubesq; per lineæ ſuæ figurã contrahens, ad ſe ſuo inde reflexu eas vocat, atque impellit: quod ſolus hic propterea facit, quia cæteris loca vel editiora ſunt, vel ſubmiſsiora, quæ verſus, vt aut de imo, aut è directo flatus feratur deuexus, terram verſus neceſſum ſit, ita vt ad poſtremum reflexus effici nullus queat, eo quòd flatus non ad terram ſubditam aeris amplitudini finem protrahendi faciat, nec vbi aer cogi in nubes poſsit. Subſolanus, ac cæteri minus caui, quoniam humidi non ſunt, nubes non cogunt: itaque vel nullatenus, vel minus idipſum facere poſſunt. 1

B

Cur aquilones anniuerſarii fiant, auſtri non fiant? An auſtri quoq; fieri poſſunt, ſed continui, quia initium auſtri longe à nobis eſt, aquilo- 2
C nis in vicino eſt, quippe cum ſub aquilone habitemus. Item aquilones anniuerſarii tranquillo aere ſpirant, quippe qui perǫſtatem moueri ſoleant: auſtri vere oriuntur, cum aer minus quieſcit. Addo etiam quòd auſter humidus eſt, humido autem ſuperior locus alienus. Quam ob rem humores, qui in eo in loco conſiſtunt, cito reſoluuntur, & euaneſcunt: & cum humores erratici vagabundiq; ſint, accidit vt aer quoque eodem ducatur, quo humores ipſi varie dilabantur. qui cum non loco eodem agitetur, efficitur porrò vt flatus diuerſi oriantur: flatus enim non niſi motus aeris eſt.

Cur auſter poſt pruinã ſpirare ſoleat? An quia pruina niſi facta decoctione haud vnquam conſiſtere poteſt: mutatio autem poſt concoctionem, purgationemq; fieri in contrarium ſolet: aquiloni autem cõtrarius auſter eſt. Hæc eadem cauſa eſt, cur poſt niuem auſter ſpiret. omnino enim & nix, & grando, & imber, & omnis id genus purgatio concoctionis indicium eſt. Vnde fit etiam, vt poſt imbres, cæte- 3

rasq; eiusdem generis tempestates flatus desistant, & consternentur. D
4 Cur procellæ, hoc est venti, qui excussi nubibus sæuiunt, imbre superueniente ocyus cessant? An quoniam aqua expressa ventres nubiũ consident, vnde flatus origo est.
5 Cur non iidem venti imbrem vbique afferant? An quia non iidem montibus vbique occurrunt, sed aliis partes aliæ sunt obiectæ. Nubes enim ibi magis consistunt, vbi ventus vix quasi loca ardua superans depellere præterea nequit: cum autem consistant, premuntur, rumpuntur, imbremq; demittunt.
6 Quam ob causam cœlum purum & placidum serenum indicat, tẽpus turbulentum hyemem prænunciat? An propterea, quòd hyems aere consistente spissescenteq; fieri solet: ergo cum Sol euincit, discernit, illustratq; aerem: cum euincitur, nubibus obfuscat, atq; incrassat. Quod si constitutio valida, hyems continuo luce prima erumpit. sed si imbecillior sit, nec tamen ex toto succumbens, occasum versus depellitur. quod consistit, ac inibi manet, eo quòd aer terræ proximus hyeme instante crassissimus est, & mox reliquus quoque consistit, quoniã initium, firmamentumq; obtinet stabilitatis, quod suscipere, atque colligere possit, quantum subinde accesserit. Vt enim in acie conuersa in fugam vno resistente, cæteri quoq; omnes insistunt, sic in aeris ratione fieri solitum est. quam ob rem cito, imo repente interdum fit, vt cœlum nubilum reddatur. Cum igitur occasus est perturbatus, constitutionem minime victam esse a Sole diu pugnante firmissime indicatur: itaque plus item posse consistere consentaneum est. Et quidem minus timendum, cum hyeme prægressa, quam cum post serenum id accidit, quippe cum illa ratione veluti reliquias quasdam restare, ac initiũ consistendi oriri videatur. E
7 Quid est, quod flatus moueat tropæos, id est quos versarios, aut reciprocos appellamus?
An eadem ratio est, qua euripi mari reciprocante agitantur. nam & mare, & aer eatenus fertur, quatenus profluere licet. deinde cum obice quadam amplius prograssandi licentia his tollitur, qui terra pergunt ob eam scilicet rem, quòd suæ motionis, delationisq; primordia parũ habeant valida, tunc reciprocantur, & redeunt. F
8 Cur iidẽ illi tropęi de mari spirare soleant? Vtrum quia mare vicinum est: An quia tropæus apoegeę, id est flatui abterraneo contrarius est. Versarius enim tanquam reuersio abterranei est: quippe cum abterraneus flatus ex terra in mare profluens sit, cuius reciprocatio versarius est: itaque de mari terram versus spirare necessum est: An venire inde putandum, quoniam aer collectus in mari est, qui illo fluxerat. Sed ratio, cur nec in terram consistat, & reflectatur, cum profluit, quòd mare in cauo est, aer autem modo aquæ ad id fluit, quod cauissimum est.
9 Cur dici solet, Tertia lux nunquam nocturno aquilone laborat? 11

A An quòd flatus septentrionis imbecilli sunt, cum noctæ spirare incipiunt. argumentum enim non multum aeris esse motum, quod eo tempore spirare exorsus est, quo caloris exiguum est. exiguum nanq; caloris exiguum aeris mouet: atqui flatus minimi omnes intra triduum finiuntur: ergo nec is diuturnior esse debet

Cur aquilo crebrius, quam auster spirat? An quoniam aquilo parti orbis terrarum habitatæ vicinus est, idcirco latere non potest. simul enim ex sui temporis breuitate & spirat, & adest. at auster, quia e longinquo admodum, nisi vehemens sit, venire non potest. 10

Cur auster minus hybernis noctibus, quam diebus spirat? An est quidem Sol noctis etiam tempore australi regioni propinquus, & noctes ibi tepidiores, quam dies aquilonem versus, itaque aeris multum mouetur, & nihilominus, quam interdiu. Sed calor dierum vehementior omnem absumendo humorem, efficit, vt minus spiretur. 11

Cur auster canicula oriente moueatur, idq; lege naturæ certissima 12
B fieri soleat? An propterea, ꝙ regio inferior orbis Sole scilicet remoto minus calida est. itaque vapor inde large emigrat, & multi profecto austri spirarent, nisi anniuersarii prohiberent.

An omnibus austris tum orientibus, tum occidentibus, aer soleat cō 13 mutari, sed cane præcipue? quod quidem flatibus latissime constat, qui eius ortu, & post ortum sequuntur. ꝙ cum æstus tunc vigeant, spiritus calidissimos per idem tempus oriri congruum est. Auster autem calidus est: & cum ex contrariis in contrarium maxime commutari solitum sit, ortumq; canis præuii nuncupati antecedant, qui aquilones sunt, merito post eum auster spirat, quandoquidem assignari necesse est, idq; austris fieri orientibus. Huic autem verbo cum assignari dicimus, subiecta notio est, aerem insigniter commutari, & quidem mutari flatuum omnia genera in ventos aduersos, aut dextros solent. ꝙ cū aquilo non transeat in latus dextrum, reliquum est, vt in aduersum,
C hoc est, vt in austrum transeat. Quinetiam dies post brumam quintusdecimus austrum præ se fert, eo ꝙ bruma initium quoddam est, mo ueturq; a Sole is potissimum aer, qui brumæ vicinus est: Solem autē tunc ad austrum vergere certum est. Vt igitur cum ortum percептat, flatus excitat subsolanus, ita cum meridiem adit, austros euocat. nec tamen statim a bruma id facit, quoniam breuissimas tunc agit distantias, sed quintodecimo, quia tempus id modice se habeat ad primam discessus sensionem. totum enim id tempus pars conspicua est.

Qua de causa orionis exortu dies maxime varient, flatusq; importuni moueantur? An quoniam in mutatione varia maxime omnia sunt, quæ non vno, certoq; tempore, motuve describuntur: atqui oritur orion ineunte autumno, occidit hyeme: ergo quia non vno tempore constat, sed alio incipit, alio cessat, flatus etiam inconstantes esse necesse est, vtpote cum ancipiti conditione proueniant, quos sibi tempus vtrunque sortitum est. Et quidem difficilem esse orionem, & cum ori- 14

tur, & cum occidit, ex temporis varietate recte affirmant: turbulentum enim, atq; inæquabilem esse necessum est. D

15 Cur aquilo nocte exorsus die tertia cessat? Vtrū quia ex paruo, imbecilliq; initio prodit, tertius autem dies decretorius est. An quoniam vniuersius modo ἐκνεφιῶ, id est procellarum, & nubibus excussorum flatuum funditur, idcirco compendio cessat.

16 Cur plurimi aquilones spirent? An quoniam pars orbis terræ habitata septentrionibus subdita, est eminentior, & extra solstitium posita, & niuis plena, quæ nix montibus nonnullis nunquam deest. Cū igitur concreti humores tabescunt, flatus magna ex parte oriuntur: is autem aquilo est, qui a septentrionibus mittitur.

17 Cur austri hyeme, atque ineunte vere, atque autumno cessante spirare soleant, vndabundiq; sint, & contortuosi, atque Africæ non minus frigidi, quam regioni nostrati aquilones? An propterea, ꝙ Sole propinquo spiritum moueri necesse est: Sol autem per hyemem austrum versus perfertur, & ineunte vere desinenteq; autumno iam calefacere incipit: æstate contra, septentriones petit, & loca relinquit meridiana. Calidius autem propterea est, quia spiritus aeri Africæ miscetur, qui calidus est. hinc etiam in mare corrumpens ingentes excitat fluctus, facitq; australem æstatem. E

18 Cur auster fœtidi halitus causæ sit? An quoniam humida, & calida corpora reddit, quæ maxime putredini opportuna sunt.

19 Cur auster profectus ex mari commodus iis sit, quorum stirpes terra continentur? nam & Thriasio campo terræ Atticæ auster de mari occurrit. An quoniam refrigeratus accedit: rubigo autem per humorē calidum, alienumq; consistere solet.

20 Cur ventus magna ex parte ante Lunæ defectus excitetur initio noctis, cum defectus medio incipit noctis, medio vero cū mane? An quoniam calor Lunæ propterea hebetatur, quia cursus iam proxime est, ꝙ defectus exultet. remisso itaque calore, quo retentus aer quiescit, rursum moueri, ac spiritus reddi incipit. F

21 Cur auster non incipiens, sed desinens imbrem afferat? Vtrum ꝙ aerem cogit e longinquo, quo coacto, aqua exprimitur: cogitur autem postea quam cœptum est. An quoniā incipiente calidus adhuc aer est, quippe qui profectus a calido sit: processu autem temporis refrigeratus in aquam melius consistere potest.

22 Quam ob causam cum minor auster est, nubes nullas obducit: maior nubilus, & diuturnior est? Vtrum, vt quidam aiunt, initii causa ita accidat. nam si ex minori proficiscatur, liquidus, fudusq; est: si ex ampliori, nubilus, & crassus. An quia minor cum incipit, est, itaq; non multum aeris compellere potest, sed ad postremum amplificari consueuit. Vnde illud Prouerbium.

Cum cessat boreas, cumq; auster surgere cœpit.

23 Cur tēpore hyberno flatus parte veniunt exortiua, æstiuo occidua?

A An vbi Sol amplius non euincit, aer libere profluit. cum igitur nobis occidit, nubes reliquit, quibus fauonii prodeunt: cumq; incolis inferioris hemisphærii oritur, spiritum illis parte exortiua producit: contra cum parti inferiori occidit, fauonios illis, subsolanos nobis consectante aere facit. Vnde fit, vt si quem alium ventum occupauerit, augeat, eo scilicet, quod nonnihil adiunxit.

Cur afflante fauonio canes vestigia minus valeant comperire? An quia plurimum hic ventus confundit, quoniam ventorum omnium continentissimus est, maximeq; terram attingit. 24

Quam ob causam cum stellæ prosiliunt, venti indicium datus? An propterea quod a flatu feruntur, priusq; ibi, quàm apud nos flatus excurrit. Quo fit etiam, vt vnde stellæ feruntur, huc flatus accedat. 25

Cur nubes maximas fauonius agit? An quia de alto spirat, regioneq; maritima nubes per ampla spatia colligit ampliores. 26

Cur venti ad postremum vehementissime spirant? An quia vbi vni- 27
B uersi efflarunt, caloris parum relinquitur.

Cur si circa æquinoctium africus spirauit, aqua fiat necesse sit? An quo loco orbo orbis Sol fuerit, inde soleat spiritus excitari: itaque pro Solis discursu vicissitudo spirituum agat. Quòd cum æquinoctium hyemis atque æstatis confinium sit, dum Sol nobis conspectum æquinoctium agit, aut iustum transgressus limitem regioni se dedit hybernæ, accidit, vt venti partis illius vernaculi spiret, quorum primus africus est natura humidus: & cum Sol partem orbis terrarum hybernam perlustrat, statusq; regionis eiusdem mouet, euenit vt hyems suis fungatur muneribus: cuius generis imber est. Ad hæc cum æquinoctium, tanquam paribus examinatis viribus hyemis, atque æstatis constet, si alterutris quicquam additum sit, obitus momentum exultabit conspicuum, vt in æquilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. Quòd cum africus hyberni ordinis sit, naturaq; humidus, æquinoctio additus, hyemem, imbremq; merito affert: imber enim hyems est flatibus 28
C familiarissima.

Cur auster, atque eurus, cum flatibus sibi obiectis calidiores sint, alter aquilone, alter fauonio, aquæ fertiliores fiat? quanquam frigor est, qui humorem ex aere depromat. Haud enim quòd aquilo nubes hinc pellit, idcirco aqua non prouenit. nam & fauonius, & eurus nubes abigit, quippe qui ex altero pari modo proueniat. quin etiam cæteri omnes vnde spirant, inde depellunt. Verum quia frigor amplius introrsum circumobsistit, cum calor extrorsum amplius vrget. An etiam regio facit, vnde spirant, vt sereni illustresq; veniant. eurus nanque ex ortu, fauonius ex occasu aduentat. Quinetiam ratio sit, quòd aer præcalefactus celerrime ac plenissime refrigeratur, quomodo etiam aqua. igitur euri aer de ortu calidus, austri de meridie fertur: cùmque frigidissimum locum adiere, compendio concrescunt, atque in aquam consistunt: magisq; eurus aquam 29

agit, quoniam aerem de Solis parte, nec minus calidum ducit. Auster D aquam mittit, cum cessat: quoniam aer, qui primus ex mari accedit, frigidus est: vltimus autem tepidus ex terra occurrit. An non id solum causa sit, sed etiam, quod ad postremum auster crescit. Vnde illud prouerbium, Cumq; auster surgere cœpit. Atqui frigidiores qui vehementius spirant: igitur merito in nubes aerem postea cogit. An ea ipsa ratio sit cur post, quàm principio fertilior aquæ occurrat.

30 Cur venti siccant, cum frigidi sint? An quoniam qui frigidissimi sunt, vaporem eliciunt.

31 Sed cur amplius siccent, quàm Sol? An quia vaporem non solum euocant, verum etiam abducunt: Sol autem relinquit: itaque vt magis humificat, sic minus afsiccat.

32 Cur vnus ventorum cæcias nubes ad se vocat? quod prouerbium illud declarat, Vt cæcias nubes, sic ille opes trahens. cæteri nanque vnde spirant, inde tantummodo expellunt. Vtrum ventus aduersus eodem in tempore spirans id facit. An si hoc esset, haud vnquam latere potuisset: etenim spiritus hic suapte natura circulari linea fertur: ergo cæteri per terram vagantur, hic cœlum versus suę lineę cauum erigés, non ad terram resupinans, suam originem repetit: itaque nubes facile ad se ducit. E

33 Cur fauonius serenus, ac iucundissimus ventorum omnium est? & qualem Homerus stare per campos elysios carmine illo dixit:
Sed zephyri assidue spirant, auræq; salubres.
An primum, quod aëris temperiem plene obtinet. neque enim calidus est, vt qui de meridie, ortuq; spirant: neque frigidus, vt qui de septentrionibus eueniunt: sed medium frigidorum, & calidorum flatuum tenet: Quòd cum vtriusque in vicino sit, particeps vtrarunque virium euadit: itaque temperatissimus est, & vere maxime spirat. Ad hæc, flatus omnes transire vel in sibi aduersos, vel in dextros consueuerunt: itaque cum pòst aquilonem fauonius spiret, (dexter enim hic est) efficitur adeò tanquam mitis ad immitem, & simul vbi destitit hyems, serenum magna ex parte subsequi solitũ est. atqui flatus hybernus aquilo est. Subsolanus, quamuis inter calidos & frigidos situs, minus qualitatis eorum particeps est. hic enim cum spirat, flatus vergentes ad austrum motitat quidem, (istuc enim transferre assolet) sed misceri tamẽ cũ his minime patitur. At verò fauonius & mouetur ab austro, & ipse cum spirat, mouet aquilonem: huc enim vsque progrediens vicissitudo spirituum finem sui circuitus facit. Quod cum vnus facit alterius finẽ, alterius initium secum habeat, merito suauius & est, & esse videtur. F

34 Cur fauonius horis postmeridianis spirare, non mane soleat? An quod Sol magna ex parte vel oriens, vel occidens, author spirituum est. quoties enim aerem humidum tepefaciendo percoquit, atque discernit, in spiritum sane illum extenuat. quod si tantisper acciderit, vt aer spirantiusculus sit, magis magisq; a Sole vertetur in spiritum. Quoties igitur

A Sol in exortu est. procul a fauonio abest: hic enim ab occasu se promit: & cum iam occidere proximus est, aer omnino extenuatus, discretusq; fluit. at dum confecto meridie pergat ad postmeridianum, tantisper ad aerem tepefaciendum, discernendumq; modice admodum habet. Subsolanus quoq; ob eam rem mane spirare incipit. aerem enim, qui supra terram sublimis impendens nocte humefactus, solo sui ponderis ratione appropinquarit, Sol mane discernens proximum sibi excitat primum: qui autẽ ex Sole oriente spirat, subsolanus hic appellatus est.

Cur Sole se attollente, spiritus & vernuntur, & augentur? An quia spiritus vel aeris, vel redundantis humoris commotio est: quæ vt cum parua est, compendio a Sole consumitur, itaque nullus spiritus inde existit: ita cum magna est, Solis exortu amplior redditur. Sol enim author, & parens motuum est. 35

Cur fauonius horis postmeridianis spirare soleat? An ꝙ spiritus omnes Sole humore diffundente proueniunt. humor enim, qui antehac concrescebat, tabescit, cum vis caloris in propinquo est: itaq; spiritum mouet. atqui fauonius de occasu spirat: recte igitur postmeridianis exoritur: tunc enim Sol eius ad locum accedit. 36

B

Cur aquilo, & auster sæpissime spirant? An quia contrarium a suo contrario, e directo scilicet oppugnatum minime edurare potest, sed ex latere potius aduersam vim tolerat: auster vero, & aquilo ex cursus Solis lateribus spirant, cæteri aduersi potius occurrunt. 37

Vtrum spiritus fonte quodam emergat, queadmodum aqua, supra quem fontem efferri nequeat, an non? Et vtrum vno ex puncto, an ex loco profluat ampliori? Sunt certe nonnulla in aere, quæ vel in aqua accidere pari ratione videmus: quippe cum aqua per prona ocyus fluat, quam cum in planis atque æqualibus stagnat: hoc enim & spiritus faciunt: nam locis editis, atque excelsis aer assidue mouetur, cauis e contrario sæpe quiescit, & consilescit. Ad hæc, super excelsissimos montes spiritus nulli excitantur, vt super Athon, ac reliquos generis eiusdem. indicium, quod quo reliquerint, qui anno superiori sacrificarunt, posteriori incorrupta cõperire affirmant. Cõstat igitur spiritus quoq; prolationem veluti ex fonte quodam actitari, super quem nihil præterea efferre se potest. Vnde fit, vt locis excelsis, quod modo diximus, accidat: quod idem datum etiam aquæ putauerim. nec enim aquam vehementem, nec spiritum rapidum locis excelsis fieri nouimus. 38

C

Cur austro spirãte cœruleũ mare fiat, aquilone obscurius, atriusq;? propterea, ꝙ aquilo minus mare perturbet. omne autem, quod tranquillius est, atrum esse videtur. 39

Quam ob causam austri cum leuiter spirant, nequeant nubilare: cum intente nimirum queant? An quoniam cum leuiter frequentiam nubium agere nequeant, itaq; breue sit, quod obduci nubibus possit. at vero vbi excreuerunt, multas depellunt: itaq; amplius obnubilare videntur. 40

41 Cur aquilo vt magnus incipit, ita paruus desistat: auster contra, vt paruus incipit, ita magnus cessare soleat? An quia nobis aquilo in vicino est, auster longe abest. Alter igitur vbi primum exortus est, nos occupat: alter suo disperso principio, vtpote diu pertracto, exiguus ad nos primum deuenit: at finem alterius sentimus, alterius minime. Itaque merito alteri imbecillus, cùm cessat, est, (omnium nanque finis imbecillus est) alter validus. finem enim istius nihil præterea sentimus.

42 Cur versarii, qua mare sinuatur, reflare soleant: qua porrecta, pansaq; maria sunt, reflare non possint? An quoniam flatus in sinum interrumpens nihil distrahitur, immo magna parte vniuersus perfertur; at in dispalatis, porrectisq; abterranei, & protinus magis distrahuntur, & inter profluendum hac eadem re patiuntur; quoniam nihil obsistit, quo minus multas in partes proruant. Versarius enim non nisi reflexus abterraneus est.

43 Cur dici solet, Cum cessat boreas, cumq; auster surgere cœpit? An quoniam boreas, quòd nos ei subditi sumus, parsq; habitata terræ vergit ad septentriones, intentus protinus accidit: quippe qui statim cum ortus est, adest. auster, quòd ex longinquo ad nos deuenit, non primũ, sed post intensior est.

44 Cur spirantibus austris homines grauiores, inualidioresq; sese reddũtur? An propterea quòd humor corporis flatus eius calore tabescẽs, multus ex pauco redundat, atque humor grauis leui ex spiritu consistit: quas ob res vires hominis debilitari necesse est.

45 Cur spirantibus aquilonibus cibi auidiores sumus, quàm austris? An propterea quòd aquilones frigidiores sunt.

46 Cur auster oris terræ Aegypti non afflat, nec interius iter diei ac noctis: super Memphim vero vel iter diei ac noctis ingenuus spirat; nec vero occasum versus iter duum dierum, totidemq; noctium adit: exortum autem versus africi incitantur? An quoniam terra Aegyptus caua secundum partes suas interiores est, superiores, semotioresq; eminentior: hinc enim auster, vt caua intacta supergredi, sic excipi ab eminentioribus potest.

47 Cur auster paruus oritur, magnus desistit, aquilo contra? Vnde prouerbium illud: Secundæ nauigationi delegatum est, Cum cessat boreas, cumq; auster surgere cœpit. An quòd ad septentriones potius, quã ad meridiem positi sumus: aquilo autem ex septentrionibus spirat, auster ex meridie: merito alter statim cum ortus est, vehemens proxima sibi loca inuadit, post deinde suam vehementiam in loca transfert remotiora: alter è contrario homines meridie incolas inter initia vrget, post vbi præteriit, ingenuus ad nos venit.

48 Cur dici soleat, Fit glacialis hyems, boream si duxerit auster? An quod auster talis est, vt nubes large, & aquam colligat. Cum igitur boreas tali temporis cõditioni superuenit, gelu indurat, hyememq; effi-

A cit. Vnde celebre illud est, Ostendente lutum borea, mox terra gela-
» scit. Lutum enim, & omnino aquam ab austro vel maxime, vel sæpissime fieri palam est.

Cur post austrum cito aquilo spirat, post aquilonem non cito auster? An quoniam alteri ex propinquo, alteri ex longinquo veniendũ est, quippe cum sedes nostra aquilonem versus posita sit. 49

Cur flatus frigidi veniunt, cum caloris commotione oriantur? An motionem a calore profectam calidum esse necessum non sit, nisi modo quodam propierit. Nam si vniuersa interrumpit, calida est: sin per angustum, paulatimq; extinguitur, nec ipsa calida prouenit: & aer, qui inde commotus est, talem efficit motum, qualis ipse præfuerit: quomodo etiam eodem de corpore modo calidum, modo frigidum posse spirari inquiunt. Sed id verum nequaquam est. semper enim quod exit, calidum est: cuius indicium, quod tale propius admouenti percipitur: sed interest, quo prodierit modo. Nam si multo post hiante ore B emisimus, calidum idcirco videtur, quoniam sentire id possumus: sed si per angustum extrudamus, calidius profecto extrictum aerem sibi proximum impellit, atque ille sibi continuum. sed quòd aer frigidus est, motio eius quoque frigida profluit. Nunquid igitur in flatuum quoque ratione hoc idem eueniat, sitq; per angustum prima eorum motio, cum aere priore prolato subinde alius affluat? Quapropter hyeme frigidi, æstate calidi oriuntur, eo scilicet, quòd talis eorum temporum aer præest. nec enim a se ipsum aerem moueri, neque a calore conuictum eo motu proferri constat, non solum quòd calore ampliori contento spiritus calefaciunt, verum quòd sursum etiam efferuntur. Ignis enim natura huiuscemodi est: frigidum contra deorsum ferri aptissimum est. Spiritus autem merito in latus se vertunt. cum enim alterum sursum, alterum deorsum versus nitatur, & neutrum alterum superet, nec fieri posit vt maneat, oblique proferri necesse est. 50

C Cur austri frigidi in Africa sint, vt apud nos aquilones? Primum, quia vt nobis aquilonum origo, sic Africæ austrorum propior est. Nã si, vt dictum est, flatus per angustum extrudi soleant, propioribus certe frigidiores occurrent, propter vehementiam sui motus, quam diffundi, hebetariq; necesse est, tum se longius protrahit. qua de causa aquilones frigidi apud nos sunt: colimus enim propius, immo iuxta ipsos septentriones. 51

Cur austri sicci, & aquæ omnino expertes, febres contrahant? An quoniã humorem calidum alienum in corporibus creant, quippe qui natura humidi, & calidi sint: quæ quidem qualitates febrificæ sunt. febris enim earum consistit exuperantia. Quoties igitur per Solis ardorem omni viduati humore spirant, habitũ plane huiuscemodi sunt: at cum vna veniunt cum aqua, refrigerari nimirum aquæ ipsius beneficio possunt. 52

53 Cur flatus anniuersarii eodem tempore atq; modo afflare semper soleant: & cur desinente die desinunt, noctuq; non spirant? An id quidem ipsum, quoniam nix liquefieri cessat a Sole, cum vesperascit, totamq; noctem manet indomita: omnino autem spirandi tempus tunc est, cum Sol vincere, atque resoluere glaciem ad aquilonem positam cœpit. cum igitur incipit præuii appellati spirant: cum iam amplius resolutum est, anniuersarii.

54 Cur fauonius ventorum omnium lenissimus, & frigidissimus est, duobusq; temporibus maxime spirat, vere ac autumno, cumq; vesperascit, potissimumq; terram attingit? An lenis, quia ex mari, campisq; planissimis spirat. Frigidus tametsi minus, quam aquilo est: quoniam aqua inflata, non niue spirat: cæteris tamen frigidior est., quia vel post hyemem, Sole adeo nuper reuigente, vel autumno, cum Sol amplius non viget, spirare incipit. Vicinus hic maxime terræ afflat, quod e directo, nullaq; aduersante vi ex mari ad terram transit: haud enim vt per terram materia obsistente arcetur, sed libere quoquo versus vagatur, quoniam humorem perreptat, & æquabili quoq; discursu hac eadem de causa profluit. Non enim ex montibus, neque niue per vim tabescente, sed tanquam per fauces expedite profunditur. pars quippe ad aquilonem, aut ad austrum vergens, montosa est: occasum versus nullus mons, nulla terra est, sed mare Athlanticum spatiatur: itaque efficitur, vt terræ proximus, atque sibi æqualis permaneat. Spirat, cum vespera prope est, loci ipsius ratione: tunc enim Sol proxime ad locum accedit, vnde fauonius oritur. Noctu quiescit, quoniã tunc Solis motio deest.

55 Cur euro spirante omnia maiora videantur? An quoniam eo flatu aer obscurior, caliginosissimusq; reddatur.

56 Cur tempore hyberno flatus de ortu spirare mane, æstiuo de occasu post meridiem consueuit? An propterea quod flatus, qui nobis æstiuo veniunt, hyberno his spirant, qui oppositum terræ hemisphærium tenent. Nobis autem hyberno mane, atque de ortu spiritus veniũt, quod præhumidus noctis aer discernitur, mouetur q; mane a Sole, atque is primus, qui proxime Solem est: quod etiam ante suum exortum Sol agere potest, ex quo auræ spirare non minus ante Solis exortum solent. Ergo cum Sol humores ad se attrahat, moueatq; ante suum ortum aera, qui per hyemem humidus apud nos est, constat vel ad se post se attrahere, cum inferius hæmisphærium inspicit, idq; post meridiem ibi efficere, quod tempus antelucanum est. Quam ob rem accidit, vt aer qui ante ortum hinc Sole atrahitur, fauonius inferis sit, aspiretq; horis postmeridianis, itaque flatus hyemis nostræ exortiuus nobis, postmeridianus illis est: & nostræ æstatis nobis postmeridianus, illis exortiuus accedit. æstas enim apud illos est, cum apud nos hyems: nostrumq; postmeridianum, illis antelucanum est, quo illis auras exortiuas, nobis fauonios aspirare prædicta euenit ratione. Nihil de ortu per æstatem spirare solet, eo quòd Sol ad aera sedis nostræ sicciorem

A exoritur: parum enim temporis abfuit. Fauonii post meridiem nulli per hyemem aspirant, quod exortiui eodem tempore nulli inferiori hemisphærio flare ob eam, quam modo diximus, causam possunt. Sol enim humores inde ad se attrahens, nobis fauonios præstat.

Cur fauonius illustris, serenus, atque gratissimus ventorum omnium est? An quia medium calidorum & frigidorum flatuum tenet, vicinusq; illis oriens particeps qualitatum generis vtriusque euadit, temperatusq; proinde accedit. Subsolanus quamuis inter eosdem positus sit, minus tamen communem se exhibet: hic enim mouet quidē cum spirat flatus, qui austrum versus spectant: eo nanque transire solitus est, sed misceri his nescit. At vero fauonius & mouetur ab austris, & spirans ipse agitat aquilones. istuc enim vltimus spirandi circuitus ducitur. vnde cum idem in se alterorum finem, alterorum initium contineat, iure gratissimus & est, & esse videtur. 57

Cur venti alii locis aliis imbrem afferant? verbi causa, hellespontias terræ Atticæ, insulisq; vicinis: aquilo Hellesponto, atque Cyrenæ: auster Lesbo. An vbi frequentia nubium, inibi imbrem obuenire necesse est: ibi enim frequētia cogitur, vbi assidere nubes, accersiq; est: itaque montibus magis, quàm planis pluit. ergo apud Hellespontum aquilo multas desuper nubes compellit: quod idem ad atticam, multasq; vicinas hellespontias, quasi iam conditam nactus materiem efficit: quippe cum copia larga congesta ab aquilone sit. Lesbo eurus, atque auster nubes affatim ex alto adducunt, atque in hunc modum vel de cæteris cogitare par est. 58

B

» Cur dici solet, Nauibus hyberno ventos dat terra secundos. 59
» Tunc mare fert sæuos: calidi sed mensibus anni
» Terra dabit sæuos, Ponti feret vnda secundos.

An quoniam mare per hyemem calidius est: itaque si quid in eo constitit, initio constitisse validiori certum est. nam si inualidum esset, facile maris tepore absumeretur. At per æstatem mare frigidum est, spiritusq; maritimi omnes frigent: terra è contrario tunc calida est. quare si quid ex terra tunc fertur, primordio id constitit ampliori, nā si exiguum, imbecillumq; esset, facile solueretur, & euanesceret.

C

Cur apud Archadiam, qui locus excelsus est, flatus nihilo frigidiores, quàm cæteris locis sentiantur: & cum flatus silet, cœlumq; nubilū est, frigor perinde, atque in planis palustribus oriatur? An q Archadia non dissimilis palustribus est; aquarum enim confluentium nullos in mare exitus habet. quapropter fauces, hiatusq; præcipites ea in terra numero ampliori sunt. Cum igitur ventus spirat, vaporem ortum ex terra frigidum auertit, & reiicit: flatus autem ipsi frigidi propterea esse nequeunt, quia ex mari deueniunt. Spiritu tamen silescente, vapor de aqua stagnante libere ascendit, atque refrigerat. 60

Cur si ventus mane incœperit, edurare amplius possit? An quoniā Sole oriente impetus fit vehemētissimus, idcirco protrahi lōgius po- 61

test.indicium, quòd constitutio facta præualida est. D

62 Cur aquilo interdiu spirat ingenuus, noctu desistit? An ꝙ imbre gignitur congelato, cum Solis calore respirandum est: ergo sternitur noctu, quia Sol abest, qui gignendi causa est.

63 Cur flatus futuri indicium datur, cum per aerem multæ feruntur araneæ? Vtrum ꝙ araneus suo fungitur opere, cum cœlum serenum est: feruntur autem fila, quoniam refrigeratus aer in terram corruit: refrigeratio vero hyemis primordium est, itaque indicium fit illa aranearum perlatio. An ꝙ post imbres, atque hyemes araneæ vniuersim feruntur: opus enim suum araneus tunc exequitur, cum cœlum serenũ est, & occulit se impatiens frigoris, cum hyems vrget tractusq; a flatu nimium, eruit filum; post imbrem autem flatus magna ex parte oriri solitum est.

64 Cur locis frigidis aquilo per hyemem vehemens spirat, & vt proxime nubilus, sic transuersum liquidus fertur, atque illustris? An ratione, qua frigidus, eadem etiam vehemens sit. quòd tamen è propinquo F frigidior est, occupat, priusq; nubes gelu indurat, quàm repellat: quæ induratæ pondere suo obsistunt, & manent. transuorsum autem vehementia sua potius, quàm frigore agit.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VIGESIMA SEPTIMA:

Eorum, quæ ad metum, & fortitudinem pertinent:

Cuius quæstiones. XI. E



1 CVR tremunt, qui metuant? An propter refrigerationem: deficit enim calor, atque contrahitur, ex qua aluus quoque plerisque ob timorem effundi solitus est.

2 Cur metuentes nonnulli sitiunt, vt qui sunt tormenta adituri? cum enim per timorem refrigerentur, sitire minime debeāt. An non eodem loco refrigerentur, & caleant, sed refrigerentur per summa corporis, vnde calor discedit: caleant per intima, caloris scilicet introrsum contracti efficientia. cuius rei indicium alui quoque solutio facit. Sitis aūt parte quadam interiore siccata solet accidere, nec aliter agi videtur, quā in iis, quos epiala exercet, qui simul & frigent, & sitiunt, nec enim illis pars eadem corporis inalgescit, & concalescit.

A Cur homines cũ excandescunt, calore scilicet, introrsum collecto, feruidi, furibundiq; redduntur: cum metuunt, contra efficiuntur? An non eundem in locum calor se colligat, sed homini irascenti cor calore circunfusum efferuet, ex quo fidibundus, rubicundus, spirabundus efficitur, cum calor sursum versus se efferat: metuenti sanguis, & calor in imum perfugiunt, vnde fit etiam, vt aluus fundatur. Nam & cordis compulsio non similis agitur, sed metuenti: vtpote ex caloris inopia frequens, ac feriens est: irascenti è contrario, vtpote cum calor collectus sit copiosior. Quam ob rē efferuescere animo, excitari, perturbari, cæteraq; id genus verba non inepte, sed accommodate dicuntur. Nunquid igitur sitis ea de causa obueniat: nam & siccum expuere, & linguam hærere, & reliqua huius spiritus elatio facit, & sanguis. Sitim quoque excalescente corpore nasci certum est: sed quemadmodum pars eadem corporis, qua sitis lacessit, resiccari vtrique metuenti, & irascenti possit. Metum enim sitim posse afferre constat militum argu B mento, qui superati fugam rapuerint: nunquam enim tā grauiter sitibundos sese fuisse fatentur. Et vero * qui in dicendo conturbantur, sitire vehementer consueuerunt: itaque eluunt, & nonnihil subsorbent, vt Parmenon Histrio facit. An hosce conturbatos non sitis sed siccitas pulso sanguine teneat: vnde etiam accidit vt pallescant. indicium vero, ꝙ non multum ebibunt, sed interdum desorbuisse tantum satis est. at qui se in fugam verterunt, laborant, itaque sitiunt: & quibus tormenta instant, eadem ipsa efficiendi ratio est. Nec mirum quicquam id eit: fit enim in re bellica, vt nonnulli etiam viri fortes, ac strenui, vbi structa acie hostes sunt petituri, obtremiscant, non perterriti, sed fidentes. qui etiam sua corpora verberare lata ferula, aut suis manibus assolent, vt vndique vorsum pari calore inferueant. quidam enim inæqualis, ac tumultuarius motus in eorum corporibus per acumē, & nimium impetum caloris oriri ferme animaduertitur.

* ἀγωνιῶντες.

C Cur homines fortes magna ex parte vinosi sunt? An quia fortes calidi sunt: calor autem in pectore conditus est. Ibidem enim metũ quoque refrigeratione quadam effici nouimus, vt cor fortibus caloris copia fultum persistat, timidis refrigeratum insiliat. Ergo qui sanguinolentum habent pulmonem, calidum hunc modo vinolentorum gerunt, ita vt rei aduersæ suspitione refrigerari non queant. At qui ita se habent, bibendi auidi esse consueuerunt. nam & bibendi cupiditas membri eius calore oritur, vt alias dictum est: & cupiditas ipsa nō nisi rei vim sedādi habentis desyderatio est. Vinum autem etsi natura calidum est, sitim tamen amplius, quàm aqua extinguere potest, maximeq; id genus hominum Quam ob causam dictum alias est, ex quo & qui * spirandi difficultate laborant, aut insania vexantur, vinum admodum cupiunt: quāquam alteris ex instrictione, * alteris ex perturbatione pulmo efferueat. Cum igitur magna ex parte homines eosdem sitibundos, ac fortes esse obueniat, vini autem auidi,

* peripneumonia laborant, aut mania

* calore,

qui sitibundi, talesq; gestiunt, naturas vicissim inter se consectari necesse est. vnde fit et, vt vinolenti, quam sobrii fortiores sint. D

5 Cur fortitudinem maxime honore prosequuntur respublicæ, quæ tamen virtutum præcipua non est? An quia semper vel ipsæ bellum aliis inferunt, vel ab aliis sibi illatum patiuntur: hęc autem virtus perutilis vtranque in partem est. honorant vero non quæ optima sunt, sed quæ optima sibi existiment.

6 Cur voce, & manibus, & labro inferiori tremant, qui metuunt? An quoniam hic affectus caloris defectio ex locis superioribus est, ex quo, vt palleant, accidit. Quòd igitur calor pectus deserit, vox obtremit: id enim refrigeratur, quod vocem mouet: & manus quoque pari ratione sunt, sed quæ optima, vtpote quæ expectore pendeant. Inferius tamen non superius labrum quatitur. quia superius eo pendet, quo suapte natura vergit: inferius sursum caloris beneficio stabilitur, atque quiescit, quo sublato, inalgescit, & tremit. Et vero in excandescendo imum labrum eadem de causa laxatur, & pendet: quod late in pueris patet: calor etenim in cordis sedem conferre se consueuit. E

7 Cur homines metuentes tremunt, maximeq; vocem, & manus, & imum labrum? An vocem, quia calor hinc deficit, quo in loco vox posita est: labrum vero & manus, quoniã partes istæ nobiliores sunt, minimeq; sanguinolentæ. Bilem quoque iidem deiiciunt, & testiculos contrahunt. deiiciunt, quia calor descendens diffundit, & liquefacit: cõtrahunt, quia metus inuectus extrinsecus est, vt fugã in aduersum agi oporteat.

8 Cur homines metuentes & algent, & sitiunt, quæ quidem affectiones aduersæ inter se sunt? An algent refrigerati, sitiunt calefacti. Calor enim in metuendo superiora deserit loca, quod facie aluoq; cõstat: facies enim pallet, aluus interdum funditur. ergo quòd calor locis superioribus deficit, algor oritur: quòd humor deficit, sitis exultat.

9 Quam ob causam cum & metus, & dolor quædam sit ęgritudo, qui dolent, clamant, qui metuunt, silent? An qui dolent, suum retinent spiritum, itaque is vniuersus erumpens, cum clamore emittitur: metuentibus corpus refrigeratur, calorq; ima petit, qui spiritum mouet. Quo igitur hic se contulerit, ibidem spiritum potissimum excitabit: quapropter venter eorum, qui metuunt, obcrepare solitus est. Vox autem spiritus sursum versus elatus est, partibus quibusdam veluti instrumentis conficiendus, absoluendusq;. Causa vero, cur homines dolentes suum retineant spiritum, est, ꝙ omnes inditis à natura nobis pręsidiis, aliquo detrimento affecti, sine vlla cogitatione vti solemus, vt etiam cæteræ omnes animantes: aliæ nanque cornibus, aliæ dentibus, aliæ vnguibus repugnant, seseq; defendunt. atqui ad dolores vel omnes certe, vel plurimos calor adiuuat, quem profecto is auget, qui suum cohibet. calefacit enim doloris incitabula, contracto introrsus calore per spiritum, atque excoquit. F

A Cur metuentibus alui fundantur, libidoq; vrinæ lacessat? An quia calor insitus nobis, quasi animans est. hic ergo rem quantunque timuerit, defugit: quòd cum extrinsecus, tum conturbandi, tum cæterorum metuendi generum ratio inuehatur, atque in ima de superis defluat, & è summis ad intima sese penetret, efficitur vt alui, vesicæq; fundantur, facilesq; reddantur. Nam & * anethum, & absinthium, & quæcunque vrinam moueant, eadem calida esse manifestum est. Quin etiam medicamenta aluo accommodata calorifica esse nouimus, & partim eorum soluendi vim tantum obtinent, partim vel aliter tabefacere queunt, vt alliũ vrinę tabificũ est. Hoc igitur idẽ, quòd ea ipsa calor quoq; efficere potest, qui de summis in hæc loca sese cogit, & contrahit. 10 * anisum,

Cur homines metuentes suos testiculos contrahunt? contrarium. n. vt remittatur, & flacceant, congruum dixeris, cum calor metuentium in eum locum se colligat, An metuentes omnes fere similes frigẽtibus sint. Cum igitur calor summa corporis deseruit, retrahẽdum sane est. B quam ob rem ventris quoque murmur citatur, cum timor vehemens detinet. Cutem quoque algentium summam videmus cõtrahi, vtpote cum calor inde destituerit omnis, ex quo subsequi horror consueuit. Scortum ergo sursum conuellitur, atque eo contracto, vna testiculi contrahuntur, quod melius in coitu venereo patet. metus enim excernit, multisque cõturbatis, aut perterritis, genituræ mouetur profluuiũ. 11

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO VIGESIMAOCTAVA.

C Eorum, quæ ad temperantiam & intemperantiam, & continentiam & incontinentiam pertinent.

Cuius quæstiones. *VIII.*



VR aliqui ægrotent, vbi vitam luxuriosam viuere assueti, agerę luxuriose cessarunt? vt Dionysius tyrannus, quòd in vrbis suæ obsessione aliquantum temporis a potu solito destitit, tabe protinus interea laborauit. An consuetudo res magna cuique sit: iam enim in naturæ habitum ferme absoluitur. Ergo vt pisces inter aerẽ, aut homo in aqua degens male habeant necesse est: ita qui morem mutarint solitum, ægre atque moleste ex consuetis discedunt: & eodem rediisse sibi saluberri- 1

mum habent, perinde quasi ad suæ naturæ statum redierint. Tabescut D
item alimento carentes, quo ante hac copioso, suauissimoq; vti solebant. quòd enim cibo solito non vescuntur, perinde afficiuntur, ac si nullum penitus capiant. Quinetiam materia excrescens, atque inutilis mista cum alimoniæ copia, hebetascit ex solescitq;: immista autem ipsa innatat, ferturq; in oculos, aut in pulmonem. quapropter cibo deinde ingesto solito temperatur, dilutaq;, & innoxia redditur. Redundat præterea vacans illa materia homini immoderate, luxurioseq; viuenti, vbi luxuriari aliquantisper desiit, eo quòd multam in se materiam continet indigestam, vitæ scilicet superioris congeriem, qua tabescente, calore genuino, ac intimo efficitur, vt fluenta vberius veluti copia niuis liquefacta moueantur.

2 Cur duorum tantummodo sensuum ratione homines incontinentes vocamus, id est tactus, & gustus? An propter voluptates, quæ pariter nobis, ac cæteris animantibus omnibus per hosce sensus administrantur. Quòd igitur communes eas cum bestiis habemus, spernimus, & solas omnium, aut maxime vitio, probroq; damus. Itaque hominem eis addictum vituperamus, etiam incontinentem, atque intemperantē appellamus, quoniam à teterrimo voluptatū genere ducatur. E

3 Cur homines incontinentes ratione tantum cupiditatis dicimus, cū etiam in irascendo incontinentia sit? An quia incontinens est, qui contra rationem aliquid agit, & incontinentia est assuetudo rationi contraria. Sunt autem cupiditates fere omnes contra rationem, iræ verò cum ratione: non tamen ita cum ratione, vt ratio iubeat, sed inuectam contumeliam, causamue significet.

4 Cur continentiam, & temperantiam in iuuenibus, atque ditibus maxime recensemus: iustitiam vero in pauperibus? An quia si quis re abstinet, cuius maxime indiget, laudabilior est, quam si è contrario. pauper igitur facultatibus indiget, iuuenis, & diues fruitione.

5 Cur minus sitim, quàm famen tolerare possimus? Vtrum quia sitis F
res magis anxia est, cuius indicium, quòd suauius sitientes bibimus, quàm esurientes comedimus: tristius autem, quòd suauiori aduersum est. An quia calor, quo viuimus, humidum magis, quam siccum desyderat. An quia sitis rerum duarum libido est, potionis inquam, & cibi: fames vnius cibi tantummodo est.

6 Cur minus sitim, quàm famem patiamur? An quia siti amplius cōtristamur, quā fame: cuius indicium voluptas sane facit, quam inter bibendum capimus vehementiorem. Tum etiam qui sitit, res duas desyderat, cibum, atque refrigerationem: isthæc enim ambo potio exhibet. at qui esurit, alterius tantum appetens est.

7 Cur incontinentes eos appellare solemus, qui voluptati contrectandi, aut gustandi exuberarunt? nam qui immodice re vtuntur venerea, & qui luxu delectantur ciborum, incontinentes vocamus. Ciborum tamen non eadē ratio est, sed partim linguam, partim gulam sua

A mouent suauitate: vnde Philoxenus gruis collum a Diis immortalibus sibi dari optabat. At vero qui in videndo, audiendoue modum excedunt, non eodem vocabulo significamus. An quoniam voluptates sensibus hisce accommodatas, communes cum cæteris animātibus habemus: ergo vt communes spernimus, notamus, solasq; omnium, aut maxime probro damus: itaque hominem his deditum reprehēdimus, & incontinentem, intemperantemq; appellamus, quod victus a teterrimo voluptatum genere ducitur. Sed cum sentiendi genera quinque sint, cætera animalia duobus tantum, quæ modo dixi, voluptatem sibi acquirunt, cæteris vel nihil omnino delectantur, vel per accidēs ita afficiuntur. Quod enim videt, aut olfacit, tantisper gaudet, quoad gustus, tactusq; officio fruiscatur, cum genus idipsum concupiscendi expleuit, illorum quoque suauitas desiit. vt etiam nobis salsamenti odor cum indigemus, suauis est: vbi satiati, repletiq; sumus, amplius suauis non est. Rosæ autem odor semper suauis est.

B Cur minus risum retinere possimus, cum amicos nostros, familiaresq; videmus? An volubilius, quod elatius, atque suspensius sit: atqui beneuolentia ferme huiusmodi est: ergo merito tunc ad surridendum mouemur. 8

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO VIGESIMANONA:

Eorum, quæ ad iustitiam pertinent:

C *Cuius quæstiones.* XVI.

VAM ob causam cum maior iniuria sit offensa, quæ maius in bonum accepta est, honorq; maius sit bonum, maior iniuria pecuniæ æstimetur, quam honoris: & homines iniusti potius in re pecuniaria esse videantur? An quia multitudini pecunię honori anteponuntur, omnibusq; communes maxime habentur: honor autem paucis, raroque vsu contingit. 1

Cur depositum denegare iniquius sit, quā mutuum? An quod amico iniuriā facere turpe est. depositum igitur qui negat, amico iniuriā facit: nullus enim quicquam deponit, nisi credens, confidensq;. at is cui debetur, amicus non est: non enim mutuat, sed dat, qui amicus est. An quia maior iniuria cōmittitur. præter damnum enim fides negli- 2

gitur: cuius gratia quamuis nil aliud cogat, abstinendnm ab iniuria D est. Ad hæc, non par pari reddere vitio datur. hic igitur rem suam credidit tanquam amico, ille denegat tanquam inimico. at qui mutuauit, non dedit vt amico. Item qui deposuit, custodiendi, reddendiq; gratia dedit: qui mutuauit, fructus etiam sui gratia dedit. minus autem ægre ferimus iacturam, si quæstum emolumentumq; nobis petimus. vt piscatores factam iacturam retium, æquo animo ferunt: periculum enim exploratum sibi habebant. Addo etiam, quod qui suum deponunt, hominum vitantes perfidiam, fortunaq; laborantes aduersa plerunque id faciunt: qui vero mutuant, pecuniis abundant, fortunateque degunt. Iniquius autem est iniuriam homini infortunato quam fortunato intulisse.

3 Quam ob rem in foris nonnullis familiæ potius, quam testamenti ratione sentētiam fieri solitum sit? An propterea quod de familia emétiri non licet, sed vera fateri necesse est: testamenta autem multa iam falsa esse redargui potuerunt. E

4 Cur paupertas apud homines bonos potius esse, quam apud prauos soleat? An quia omnibus odio habetur, atq; expellitur, ad probos perfugit, rata maxime apud eos salutem, permanendiq; locum se posse assequi: è contrario, si ad prauos venerit, nunquam eos fortuna ista fore contentos, sed vel furta, vel latrocinia adituros: quibus rebus futurū, vt ipsa amplius apud illos manere nequeat. An quia homines probos optime se vsuros existimat, nec sibi petulanter contumelioseq; quippiam facturos. itaque vt nos pecuniarum deposita tute hominibus bonis credimus, sic etiam hæc sibi dispensat, & statuit. An libenter se ad viros optimos confert, quia fœmina est, inopsque proinde & virium, & consilii, vt eiusmodi hominibus commendatam se esse magnopere velit, atque desyderet. An quia mala est, nunquam se malis iungere velit. nam si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa reddetur. F

5 Cur non quemadmodum amplificantur iniuriæ in pecuniis, ita cæteris etiam in rebus valeant augeri? verbi causa, qui leue aliquid dixerit, non propterea rem quoque reticendam aperiet: neque qui vnum prodiderit, vel totam rempublicam prodere propterea velit: sicut qui obolum abstulerit, etiam talentum auferet. An quia sunt, quæ paucis quidem per impotentiam, sed voluntate amplius inique committantur.

6 Cur depositum etiam paruum denegare turpius est, quam debitum magnum? An qui depositum negat, hominem fraudat, a quo bonus ipse existimatus est. An quoniam qui hoc facit, illud etiā facere velit.

7 Cur homo, qui adeo eruditione præditus est, animantium omniū iniustissimus sit? An quia ingenio, cogitationeq; plurimum valet. voluptates igitur, & felicitatem rimatur maxime, atque perpensat, quæ nisi cum iniuria nemo assequi potest.

A Cur * diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius, quàm 8
bonis habeantur? An quia * fortuna cæca eſt, diſcernere ſibi, atq; seli- * πλοῦτος
gere quod melius non poteſt. * mente cę-cus.

Cur iuſtius habitum eſt hominibus vita functis opem ferre, quàm 9
viuis? An quia viui præſidio eſſe poſſunt, illi defuncti nihil præterea poſſunt.

Quam ob cauſam qui moram cum homine ſano traxerit, nihilo red- 10
di integriori corpore poſsit: neq; qui cũ robuſtiori, aut pulchriori verſatur, quicquam in eiuſmodi habitus proficiat: iuſto autem, & temperato, & bono qui ſe iunxerit, melior in his ipſis bonis animi euadet? An quoniam bona corporis animo imitari non poſſumus, bona animi poſſumus. eſt autem quiſq; bonus virtute animi, ſanus virtute corporis. Aſſueſcit igitur exemplo melioris recte modo lætari, modo contriſtari: quod is aſſueſcere nequit, qui cum ſano eſt. haud enim quiſquam ſanus in eo eſt, vt lætetur, quibus rebus lætandum: triſtetur, quibus tri-
B ſtandum ſit. nihil enim ex his ſanitatem creare poteſt.

Cur mulierem interfeciſſe iniquius ſit, quàm virum? quanquam 11
naturæ ratione mas fœmina præſtantior eſt. An quia mulier imbecillior eſt, minuſq; proinde facere iniuriam poteſt. Item eniti aduerſus id, quod longe infirmius eſt, nihil virile, immo ſtolidum, atq; iniquiſſimum eſt.

Quam ob cauſam reo dexter apud iudicem locus datur? An vt ra- 12
tio compenſandi habeatur. Cum igitur res faciat accuſatorem ſuperiorem reo, ſtatus conceditur melior, vt ſe aduerſario poſsit æquare. Tum etiam reus magna ex parte cauere conſueuit, quod melius facere ita poſsit, ſi locum dextrum obtineat.

Cur ſi ſuffragia pari numero accuſatori, & reo fuerint, reum vince- 13
re ſancitum eſt? An quia cum agitur cauſa, tunc primum ea audit reus, atque reſpondere, teſteſq; adhibere debet, aut aliquid facere aliud, vn-
C de ſibi prædium eruere poſsit: facile autem nemini eſt diuinare, quæ ſibi pręmolienda, pręparandaq; ſint, vt teſtes, aut aliquam fidem aliã, qua ſe innocentem oſtẽdere valeat. At vero accuſator, & antequam in iudicium vocet, rem diſponere, atque ſtatuere poteſt, prout ſibi libitum eſt, & cum iam accerſiuit, fictis veri quibuſdam ſimilibus agere: quibus rebus, cum legum author minui partes rei videret, fauendum cenſuit ei, quoties ſententiæ iudicum pares inter ſe fiant. Quinetiam hoc in iis maxime intelligere licet, quos metus terruerit. multa enim ibi prætermittunt, quæ vel dictu, vel factu ſibi neceſſaria ſtatuerunt. Atqui reus periculo ſemper fere vtitur grauiori, vt amplius metuat: ergo ſi ea prætermittere cogitur, quibus poſsit ſuam augere defenſionẽ, dubium nullum eſt, quin niſi prætermitteret, vincere aduerſarium poſſet: quando illis prætermiſsis, potuit tamen ſui iuris præſidio ęquiparare. Ad hæc, noſtrum vnuſquiſq; nocentem potius velit liberare, quàm innocentem cõdemnare: vt ſi de aſſertione libertatis, aut homi-

cidū agitur, reum liberare potius velimus nocentem, quam condēnare innocentem. cum. n. quis ambigit, errorē suscipere debet leuiorem. Nā etsi iniquum etiam est liberum asseruisse, qui seruus est: longe tamen iniquius, seruum sanxisse, qui liber est: Item, quemadmodum si Q. inuehit crimen C. litigat, non protinus rem criminanti restituendam censemus, sed possidenti tenendam vsquequo iudicatum sit: ita etiam de pluribus par esse putamus, cum s. iudicium asserentium iniuriam, & negantium parem numerum esse constat. Vt enim in principio cum al ter criminatur, alter inficias it, legum authorem non crimināti fauere, seu reum iubere dn̄m rei esse tantisper debere, dum accusator superet; oportere existimamus. Itidē cum pari suffragiorū iudicatur examine, reum suorū compotem esse censemus, cū sententiis paribus nihil exupe rātiæ legū author accusatori reliquerit. Magnis itē delictis, magna sup plicia statuta sunt. itaq; si iudices iniusta sententia hominē capite dā- narint, post suum errorem emendare nullam tēporis facultatem nanci scentur. sed minus integre liberarint, si hoc ita caute tuteq; fecerint, vt nihil præterea delinquere ille vellet, quid quæso errauerint iudices, ꝙ hominem vsq; eo emendatum liberarint? Sed si posthac etiam deli- ctum idem commiserit, morte tum vtriusq; delicti causa multandum lex præcepit. Item, hominis est profecto iniquioris ea cōmittere, quæ crimini assignari inique minus consentaneum est. Iniuria enim vel per iram, per metū, per libidinem, per multas alias hmōi causas aduehi pōt, non tantūmodo ex cōsulto: crimen aūt ex consulto magna ex par te iniuste obiicitur: quam ob rem cum sententiæ accusatorem iniuste agere, pariter & reum deliquisse affirmant, improbusq; habitus sit, qui iniuste accusat, victoriam lex iure optimo reo impertit. Item, nos etiā ipsi nostris cum familiaribus ita agimus, vt cum eos deliquisse aliquid suspicamur, & tn̄ nihil certi habemus, sed pariter culpa vacare existi- mamus, non protinus ad plectendum veniamus: atque si nihilo rē am plius percensere possimus, culpa eos omnino absoluimus. Item, gra- uiorem is facit iniuriam, qui ex consulto, quam qui non ex consulto iniuriatur. Atqui planus, atq; calūnians semper ex consulto lacessit: qui aūt iniuste aliquid fecit, aut ꝑ necessitatē, aut per imprudentiā, aut prout aliter sors tulerit, delinquit: cumq; pares sententiæ sint, accusa- tor iam ex consulto iniuriā facere dimidio iudicatur sententiarū: reū aūt facere quidē iniuriā reliquo sententiarū dimidio asseritur, sed face re tn̄ ex consulto non constat: ergo cū grauiorē accusator, quā reus fa- cere iniuriam iudicetur, merito legum author eum vincere censuit, qui iniuriam fecit leuiorem. Addo etiā, ꝙ semper iniustior est, qui se latere nō putat, & tn̄ facit iniuriam, q̄ qui se latere posse existimat. At qui iniuste crimen cuiquā obiicit, eum quidē ipsum, quē suis vexat ca- lumniis, haud vnquam latere se posse arbitratur. Cæteri qui iniuriā fa ciunt, latere sese plerique omnes eū existimant, in quē iniuriā animad- uertunt: ergo iudicati iniustiores accusatores debent, quā rei.

A Quam ob causam qui ex balneis furatus est, aut ex palęstra, aut ex foro, aut ex aliquo eiusmodi loco, morte multatur: qui aut ex domo priuata, furti preciũ duplum exoluit? An quia in domibus rẽ custodire melius possumus. nam & paries firmus, & clauis est, & familiaribus res domesticæ curæ omnibus sunt, vt tuto seruentur. At in balneis, cæterisq; publicis locis facilis cuiq; facinoris perpetratio est: nil. n. ad custodiam satis qui sua posuerit, habet, pręter oculos. itaq; facultas datur furandi, et si aspectum paulisper diuerterit. Quamobrem legum author, ratus sua ipsos custodire satis non posse, legem adhibuit minitantem acerrime, vitam futurã nemini, qui furtum publicis locis commiserit. Item in domo penes dominũ ipsum est, quę velit recipere, & cui minus credat, cauere. At ei qui in balneis quicquã posuit, prohibere neminem licet, nec ingredi, nec ingressum vestem suam ibi deponere, vnde surreptutus sit, sed prout libitum est, eodem in loco surrepturi, & amissuri amicula promiscue iacent. Quapropter legum author homi-
B nis rebus, qui suã sponte furem suã in domum exceperit, sibiq; errauerit, non magnis admodum suppliciis censuit consulendum: iis vero, qui communẽ balneatum aditum, conuersationemq; habeant necesse est, supplicium furti grauissimum præsidio statuit. Item, qui locis, quorum aditus omnibus patet, furtum committunt, omnibus patent eo animo esse, vt & vitæ seruati ne sui quidem commodi gratia probi esse vnquam videri velint, vtpote qui frustra se probos apud eos ementiantur, qui rẽ norunt. iam ergo palam suam nequitiã, prauitatemq; exercere incipient. At qui tantum palam fuerint, dissuadere vel pecunia, vel re aliqua conantur, ne facinus patefaciat: quocirca non tota vita hi praui perseuerent. Itaq; legũ conditor dãna his leuiora præscripsit. Item ea potissimum delicta dedecus reipublicæ afferunt, quæ in cõuentibus, collegiisq; publicis committuntur: vt e contrario honorem comparant summum ea maxime, quæ integre publice aguntur. ita. n.
C fit, vt ciues & sibi, & cæteris conspicui sint virtutem præ se ferre, & colere. At qui eiusmodi furtis, non solum priuatim, qui suum amisit, detrimento afficitur, verum etiam tota respublica conuiciis lacessitur, & maledictis. Igitur damnis merito grauioribus is punitur, qui locis publicis, quàm qui priuatis in ædibus furtum egit. Item qui ex domo priuata rem amiserit, sine vlla contumeliosa affectione domi manens, suum perferat casum. Atqui in balneis, aut alio id genus loco amisere, ægre inde nudi discedunt, & plerique omnes irridentur: quod lõge molestius, quam rei iactura est. Qua de causa legumlator damna his statuit grauiora. Quin et alia cõplura simili ratione leges pcipiũt: vt qui homini magistratu prædito maledixerit, grauiter multari: qui priuato, nullo affici detrimento. & recte quidem: sic enim non tantum in magistratum deliquisse, qui maledixit, iudicatur, sed in rempublicam etiam contumeliose egisse. Pari sane ratione, & qui in portu furatus est, non solum priuatim offendisse, verum etiam reipu-

blicæ dedecus aduexisse putatur. Hæc eadem vel in cæteris reddenda ratio est, vbi aliquis sit publicus conuentus, & compitum. D

15 Cur si iudicum sententiæ pares aduersariis fiant, reum vincere solitum est? An ꝙ reus nullo ab aduersario detrimento affectus sit, sed suffragiis paribus victor euaserit.

16 Cur super furto damnum capitale statutum est; super contumelia, quę grauior iactura est, ęstimatur ꝙ pati suo corpore, aut quātum soluere debeat, qui deliquerit? An propterea, ꝙ agere contumeliose humana quædam affectio est, omnesq; homines plus minusve eius participes sumus: at furari nulla necessitate humana cogimur: Adde ꝙ qui furtum commiserit, idem agere quoq; maluerit contumeliose.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM E

SECTIO TRIGESIMA:

Eorum, quæ ad prudentiam, & mentem, & sapientiam pertinent:

Cuius quæstiones. XIII:

1 CVR homines, qui ingenio claruerunt, vel in studiis philosophiæ, vel in republica administranda, vel in carmine pangēdo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse videamus: & alios ita, vt etiam vitiis atræ bilis infestarentur? ceu inter heroas de Hercule fertur. hic enim ea ipsa fuisse natura putatur, & morbum comitialem sacrum ab illo, & Herculeum prisci nominauere. Puerorum quoq; motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcerum, quæ mortem interdum antecedit. id enim plerisque atra bile consistit: Et Lysadro Lacedæmonio proxime ante obitum genus id vlcerum emersit: Adde Aiacem, & Bellerophontem, quorum alter penitus ad insaniam proruit, alter loca persequebatur. Vnde illud Homeri: F

„ Ast hic quando etiam grauior Diis omnibus errat
„ In campos solus latos, inq; auia rura,
„ Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Quinetiam plerosque alios ex heroum ordine morbo eodem laborasse compertum est. Annis vero posterioribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios cōplures viros insignes hoc fuisse habitu nouimus,

A atque etiam partem ordinis poetarum ampliorem. Nam & multos id genus hominum morbi ob eiusmodi habitum corporis exercent, & aliqui suapte natura in eos ipsos affectus perspicue vergunt: omnes tamen ferre, vt dictum iam est, natura huiusmodi extitere. Ergo causam primum exemplo haud sane incommodo vini capiemus. Vinũ enim immodicum tales maxime homines reddere videtur, quales melancholicos esse affirmamus, moresq; varios id condit, cum bibitur, vt iracundos, humanos, misericordes, audaces: quorum nihil mel, aut aqua, aut lac, aut eiusmodi aliquid efficere potest. Intelligi plane, quã varios reddat homines licet, si quis potantes ipsum animaduertat, vt gradatim euariat. Vbi enim vinũ hominem frigentem, taciturnumq; a sobrietate accepit, paulo liberaliori poculo refouet, excitatq; ad verba: tum largiori potu verborum vberem, eloquentem, fidentemq; reddit: posthac processu potandi ampliori, audacem, propensumq; facit ad agendum: deinde plenius amplificato, in contumeliam, & petulãtiam B vertit: mox ad insaniam propemodum accendit: postremo, nimio ex potu resoluit, stultumq; agit in modum eorum, qui a pueris morbo laborant comitiali, aut etiam eorum, qui vitiis atræ bilis maiorem in modum continentur. Igitur vt homo idem inter bibendum moribus immutatur variis, viniq; mensura quadam idem crebro a se discrepat, ita sunt qui singulis morum generibus adeo inualuerint, vt aliorsum nequeant commutari. qualis enim vinolentus hic est, talis quisquam alius factus a natura est, scilicet alius loquax, alius mente commotus, alius lachrymabundus: nam tales vinum quoque informat. Ex quo illud Homeri:

" Me victum Baccho lachrymas effundere dicunt.

Quippe misericordes interdum redduntur, & alias efferi, alias taciturni. Sunt enim qui rursus taceant, & maxime qui ex melancholicis mẽte ferme summota, cogitabundi esse soliti sunt. Quinetiam ad aman- C dum propensiores vinum facere idoneum est. indicium, ꝙ sæpe qui potat, vel osculari eos adducitur, quibus nemo sobrius dare osculum velit, vel quia deformes sunt, vel quia ætate prouecti: vinum tamen non longo hæc auget tempore sed breui. Natura sanè dum vita eduret, assiduis incrementis amplificat. Alii nanque audaces. & temerarii, alii taciturni, alii misericordes, alii timidi per naturam & instituuntur, & augentur. quas ob res eandem esse causam constat, qua vel vinum, vel natura mores cuiq; inseminare possit, & augere: confici nanq; in dies vi caloris omnia solent. Habitui igitur, naturæq; atræ bilis flatus ciere datum est. Quocirca vitia corporis, quæ flatum præ se ferunt, illumq; dolores atræ bili Medici tribuunt: & vinum vere flatus mouere nimirum potest: quam ob rem similem ambo istæc sortiuntur naturam, atra bilis, & vinum. Constat vinum eam habere vim è spuma, quam excitat. oleum enim quamuis calidum, nihil spumat: vinum large, ampliusq; nigrum, quam album, quia calidius, & corpulentius est. Vnde

D fit, vt cupiditatẽ veneris accendere vinum posſit: quare non inepte Venerẽ iunctam Baccho autumant. Et melancholici quoq; magna ex parte libidine affluẽtius cõcitantur: cõcubitus.n.flatus copia agitur. cuius indicium, ꝙ penis ex paruo citiſsime in molem augeſcit inſignem: niſi enim flatus, non ita extumeſcere poteſt. atq; etiam prius, q̃ tempus promendi ſeminis ſit, voluptas quædam geſtiens pueris adhuc oritur, cũ iam pubi propinqui teſticulos per libidinem pruriunt: ꝙ ſ. ob idipſum fit, quia flatus per meatus tranſit, quà poſtea humor perfertur. Et ſeminis quoq; in concumbendo profuſionem, eiectionemq; a ſpiritu impellente fieri perſpicuum eſt. igitur vel in eſculentorum, vel potulentorum ordine merito ea libidinem mouent, quæ locum genitalem flatu implent. Ex quo fit etiam, vt vinum atri coloris talem hominem reddat, qualis melancholicus flatulentus eſt. quod late in nonnullis pateſcit: ſunt enim magna ex parte duri, venisq; tumidi, quibus atra bilis redundat. cuius ſanè cauſa eſt, non ſanguinis, ſed flatus copia. Sed cur non omnibus melancholicis, aut fuſcis, colore inuecta duritas eſt, ſed iis tantum, quibus vitium amplius inualuerit, alia ratio eſt. Nunc de eo, quod principio explicare maluimus, agendum eſt. Humoris id genus, quam atram bilem vocamus, protinus ſeſe conſtantiæ, naturæq; vniuerſi corporis intermiſcet, confunditq;. Temperamentum enim omne calidi, & frigidi eſt: quippe cum ex his duobus natura & ſeruetur, & conſtet. Quam ob rem atra etiam bilis & calidiſsima, & frigidiſsima reddi poteſt. pati nanq; iſtæc ambo eadem aptiſsima ſuapte natura eſt. vt etiam aqua, tametſi frigida eſt, tamen ſi ſatis concalefacta eſt, velut quæ feruet, calidior, quàm flãma ipſa ſentitur. & lapis quoq;, & ferrum ignita carbone calidiora euadunt, quæ quidem natura frigida eſſe nullum dubium eſt. Sed de his dictum planius eſt, vbi de ignis natura, & opera docuimus. Atra autem bilis non per ſumma, ſed natura penitus frigida omnino ita ſe habet, vt dictum iam eſt. ſi modum excedit, hominem facit attonitum, aut obtorquentem, aut anxiũ, aut formidoloſum. ſed ſi admodum incaleſcit, ſecuritatem animi, cãtilenaſq; parit, & mentis alienationem, & vlcerum eruptionem, & alia pleraq; generis eiuſdem. Parti igitur hominum maxime victu quotidiano redundans mores nihilo immutat, ſed morbum melancholicum tantũmodo creat: at quibus habitu natura tali conſtiterit, mox his multa, & varia morum genera exoriuntur, prout ſcilicet alius aliam habitus intemperiem ſortitus eſt. Exempli gratia, in quibus multa & frigida bilis eſt atra, hi ſtolidi ſunt, & ignaui: in quibus permulta & calida, ii perciti, & ingenioſi, amaſii, propenſi ad omnem excandeſcentiam, & cupiditatem, nonnulli etiam loquaciores. Multi etiam propterea ꝙ ille calor ſedi mentis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferueſcunt, ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes, qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum ſ. id non morbo, ſed naturali intẽperie accidit. Maracus ciuis Syracuſanus poeta etiam

A præstantior erat, dum mente alienaretur. At quibus minus ille calor remissus ad mediocritatem sit, ii prorsus melancholici quidem, sed longe prudentiores. & quanquam aliqua in parte minus excedant, multis tamen in rebus cæteris sunt omnibus præstantiores, alii in studiis literarum, alii in artibus, alii in republica. Magnum etiam ad subeunda pericula discrimen hic habitus affert: quippe cum multi metu varie moueantur, ob eam scilicet rem, quod ita a se ipsi differunt, prout incidit, vt vices eius habitus gererent. habitus enim melancholicus, vt morbos varios creat, ita etiam ipse inæquabilis est: quippe qui alias frigidus in modum aquæ, alias calidus sit. Quamobrem cum formidolosum quicquam denunciatum est, si habitus iusto frigidior sit, timidũ reddet: iam enim metui aditum patefacit, & metus ipse refrigerat, vt ex iis constat, qui metu perculsi obtremiscunt. Sed si amplius caleat, metus inuectus ad mediocritatem reducet, temperabit, intrepidumq; proinde hominem seruabit. Quin etiam cũ sponte molestiis animus
B tabescit, quod frequenter vsu euenit, ratio perquã similis est. Fit enim sæpenumero, vt angamur, & animo succumbamus: sed cur ita nullam reddere causam habemus, alias contra, vt securitate animi gestiamus: sed quam ob rem, minime constat. Affectus igitur tam isti, quam illi superius explicati, paulisper quidem consistere in omnibus solent. omnes enim aliquid illius materiæ, facultatisq; sibi intermistum proculdubio continent: sed quibus alte, ampliterq; cõstiterint, ii iam morum qualitate quadam notescunt, & nominantur. vt enim specie inter se distant, nõ quia faciem habent, sed quia faciem talem, id est alii pulchram, alii turpem, & qui nihil superuacui gerunt, ii stata sunt forma: sic etiam qui leuiter habitu illo constant, ii medium tenent: qui plene, ii dissimiles multitudini euadunt. Nam si omnino merus bilis atræ habitus sit, melancholicos admodum esse necessum est: sin autem quendam in modum temperetur, egregii, singularesq; instituuntur, hi tamen si parum suæ valetudini consulunt, facile in vitia bilis atræ labũ
C tur, alii parte alia sui corporis: alii nanq; in morbum comitialem incidunt, alii attoniti fiunt, alii vehementissime anxii, aut formidolosi redduntur, alii maiorem in modum sibi confidunt, & sperant: quod etiam Archelao regi Macedoniæ vsu euenisse accepimus. Causam vero tam variæ potestatis ipse habitus dat, s. prout frigidus, calidusve constiterit. Nam si vltra modũ frigidus sit, molestiæ, anxietatesq; sponte sine vlla ratione nascentur: ex quo mortem laqueo sibi consciscunt, maxime quidem iuniores, interdum tamẽ & seniores. Multi etiam vi violẽti sese interimunt. Nonnulli vero ex melancholicis, vbi abunde potarunt, dolent, & animo vehemẽter succumbunt: calor etenim naturalis a calore vini extinguitur. calor autem qui eam cõtinet sedem, qua speramus, & sapimus, facit vt securo animo simus: qua de causa omnes ad vinolentiam vsq; prompto animo bibimus, Omnes animi spe bona vini copia afficit, quemadmodum iuuentus adolescentulos, Senectus

enim parum sperare potest, iuuentus spe plena est. Non desunt, quos angor inter potandum eadem illa de causa comprehendat, qua etiam post potum nonnullos occupat. Quibus igitur calore natiuo emarcescente oritur ægritudo, ii sibi laqueum potius petunt. quare iuuenes potius, quàm senes laqueo se interimunt: alteris enim calor per ætatem marcescit, quod naturæ agitur ordine: alteris per vim ipsius affectus, quod contra naturam est. Quibus autem calor extinctus subito est, ii repente se interficiunt, vt omnes mirentur, eo quod nullum indicium præcesserit. Cum igitur atra bilis perfriget (vt dictum est) varias animi molestias, anxietatesq; gignit: calidior autem cum est, securitatem, & lætitiam præstat. quocirca pueri lætiores, senes tristiores esse consueuerunt: alteri enim calidi, alteri frigidi sunt. quippe cum non nisi refrigeratio quædam sit ipsa senectus. Accidit vero vt calor subito causis quoq; externis extinguatur, quemadmodum quæ præter suam naturam candent, ceu carbones aqua superinfusa extinguuntur. Vnde fit etiam, vt sedata ebrietate nonnulli seipsos enecet, calor enim ex vino adiectus est, quo extincto, vsu euenit illa perniciosa affectio. Et post coitum quoq; venereum animo pleriq; omnes succumbunt, redduntur q; tristiores. qui tamen copiam excrementi suo cum semine effuderint, ii lætiores, hilarioresq; euadunt; quippe qui sic excremento, & flatu, atq; calore nimio leuentur. cæteros tristiores, demissioresq; sæpe venus reliquit, eo quod parti necessariæ aliquo subtracto refrigerantur: quod humoris eius paucitate, qui effluxerit, patet. Summam igitur rationum colligamus. Homines melancholici varii, inæqualesq; propterea sunt, quia vis atræ bilis varia, & inæqualis est; quippe quæ vehementer, tum frigida, tum calida reddi eadem possit. & quoniam vim eandem morum obtinet instituendorum, (mores enim calidum condit, & frigidum omnium maxime, quę nostro in corpore habentur) idcirco nos morum qualitate afficit quadam, informatq;, vt vinum, quod prout plus, minusve corpori intermistum, infusumq; est, varios reddit. flatuosum autem vtrunque est, & vinum, & atra bilis: cumq; ratio sit, vt portio quoq; aliqua temperata illius inæquabilis ordinis habeatur, flatusq; modo quodam acquiratur integre, habitusq; respondere calidior, frigidiorq; possint ob exuperãtiam qualitatis, hinc efficitur porro, vt melancholici omnes non per morbum, sed per naturam, sint ingenio singulari.

Cur per aliquas scientias habitum nos habere censeamus, per aliquas non? An habitum nõ nisi per eas tantum adipisci putamur; quibus vim inueniendi acquirimus: inuentio enim ex habitu est.

Cur omnium animantium homo prudentissimus est? Vtrum quia capite minimo est, s. ad sui corporis proportionem. An quia varie minimo est. ob id enim ipsum capitis quoque minutio accidit, & inter homines ipsos, qui minori sunt capite, prudentiores nascuntur, quàm qui sunt grandiori.

Cur

A Cur seniores amplius mente valeamus, iuniores ocyus discimus? 4
Quia natura parens, & author omnium instrumenta nobis duo inseruit, quorum opera instrumentis extraneis vti valeremus: manum, inquam, corpore dedit, animo mentem. est enim mēs quoque rebus a natura nobis imperitis annumeranda, vicem sane gerens instrumenti. Cæteræ omnes scientiæ, artesq; nostra opera sunt: mentē ipsam opus esse naturæ fatendum est. Vt igitur manu non iam inde ab ortu naturæ vti possumus, sed cum eam natura absoluit, perfecitq;, (procedente nāque ætate, manus suū opus maxime efficere potest) ita etiam mens, quæ res naturalis est, non protinus, sed in senectute maxime nobis cō tingit, atque tunc potissimum consummatur, atque absoluitur, nisi detrimento aliquo lacera læsaq; sit, quemadmodum cætera quoque opera naturæ. mens vero posterior, quam manuum facultas accedit: quoniam instrumenta etiam mentis posteriora sunt, quam manuum instrumenta: est enim mentis instrumentum scientia: menti nanque
B vtilis scientia est, vt tibicini tibia. Manuum instrumenta res pleræque naturales sunt: natura autem ipsa, eiusque res omnes priores sunt, quā scientia. Quorum autem instrumenta priora sunt, facultates quoque eorundem prius contingere congruum est: his enim crebro vtentes, cō ficere habitum solemus. & ista sic reciprocantur, vt quam vicem hæc inter se gerunt, quorum instrumenta sunt, eandem instrumenta quoque ipsa inter se habeant, vicissimq; quam instrumenta inter se, eandē illa, quorū sunt instrumenta. Mens igitur ea de causa nobis senioribus potius contingit: discimus autem ocyus iuniores, quia rem ferme nullam tenemus. cum enim res plerasque scimus, non æque præterea capere alias possumus, quomodo etiam meminisse melius ea valemus, quę mane primū percipimus: deinde procedente die memoria hebetamur, quoniam multa iam perreptauimus.

Cur homini potius, quam cuiquam ex cæteris animantibus credendum est? 5
C Vtrum, vt Plato Neocli respōdit, quia homo solus omnium animantium nouit enumerare. An quia solus Deos veneratur, & colit. An quia omnium maxime vim obtinet imitandi: hinc enim discere tam multa & varia potest.

Cur nihil in eo delectamur ꝙ triangulum duobus rectis pares angulos internos vel habere spectamus, vel habiturum speramus: neque in 6
aliquo generis eiusdem, nisi forte in speculatione ipsa delectandum sit: hæc tamen æquo modo iucunda sane sit, etiam si tribus rectis, aut etiā pluribus pares angulos habeat: sed nimirum tūc delectari est, cum aut ludis Olympiæ nos vicisse meminimus, aut apud Salamina nauali pugna hostes superasse, aut tale quid futurum speramus, non cum his ipsis cōtraria expectamus? An in rebus istiusmodi delectemur, ꝙ vel fuerunt, vel sunt cōsilio nostro, aut omnino humano, & opera. Quę autem natura lege incommutabili ita esse voluerat, hęc suæ tantummodo rationis contemplatu nos alliciunt, & olectant. sed cum rerum ge-

starum perquam aduersa ratio sit, efficitur porrò, vt quæ inde profecta D
sint, in parte lætabilia, in parte tristitia veniant. Omnia aũt lætitię, tri
stitiæve ratione, aut vitamus, aut persequimur.

7 Cur medicus ad sanitatem vsque tantummodo suam operam præstat? Primum enim corpus extenuat, dehinc siccat, tum sanitatem inducit, posthac nil vlterius agit. Vtrum quòd fieri non potest, vt ex sanitate aliud quicquam efficiatur. An si quid fieri posit, ad aliam spectet scientiam, afferriq; præterea ex sanitate aliquid licebit. Ergo si omnia fieri, vel ex contrariis, vel ex mediis soleant, constat, vt illud ægrotet, quod vel siccius, vel humidus, vel tale aliquod est. igitur ex nimis frigido in minus frigidum, & postremo in iustam vicem caloris, vel siccitatis, vel humoris medicus adducit, transferens sese ex contrariis, aut mediis, dum ad eum deueniat habitum, qui sanitati accõmodatus est: ex quo quidem nihil esse natura fert, nisi quid medium. Ergo aliquid pręterea facere potest: vt enim eatenus venit, sic retrorsum abire pót. E
Sed ars non istuc profitetur: semper enim quod melius est, id artis ratio & spectat & facit. itaque nec vlla alia, nec ipsa medendi ratio de sanitate quicquam aliud faciet, cum vel nihil effici necesse sit, vel rei destinandæ contrarium, quandoquidem eadem est scientia contrariorũ. Itaque vel in ædificandi ratione nihil est, quod cõtrarium faciat. Nec vero vlla ars alia est, quæ ex hoc quicquam faciat, nisi veluti ex parte, quemadmodum suendi ratio ex proscisso calceum reddit. fieri nanque bifariam aliquid ex aliquo ita potest, vt vel cum illud cõponitur, vel cum hoc destruitur, consistat.

8 Cur hominẽ philosophum differre ab oratore putamus? An quia philosophus in rerum speciminibus agitandis, exquirendisq; suum studium posuit: orator his rebus versatur, quæ consortes illorum speciminum sunt. verbi causa, alter quis iniustus est: & alter quid tenor tyrannidis sit, cognitum habet, alter qualis ipse tyrannus sit.

9 Cur genus id hominum, quod Dionysiacos technitas, id est artifices bacchanales, aut histriones appellamus, improbis esse moribus magna ex parte consueuerunt? An quia minime sese studio sapientiæ dedunt, eo scilicet ꝙ in artibus necessariis magnam ætatis suæ partem cõsumunt, vitamq; plurimum traducunt incontinentem, partim etiã cũ inopia, quod quidem vtrunque vitia & gignit, & auget. F

10 Cur veteres præmia certaminibus corporum posuerunt, sapientiæ nullus quicquam statuerit? An quia iudices, quod ad ingenium attinet, vel præstantiores, vel nihilo deteriores nimirũ esse iis debent, qui inter sese certant. Quòd si homines sapientia excellẽtiores certare deberent, præponereturq; præmium, arbitris sane sibi carerẽt: at vero in certaminibus gymnicis quisque suo tantum aspectu iudicare integre potest. Item author ille præmiorum tale suis hominibus certamẽ proponere noluit, vnde inimicitiæ seditionesq; maximæ exorirentur. homines enim cum in re sui corporis aliqua improbantur, non moleste

A omnino ferunt, neque iis infeſti redduntur, qui ita iudicarint. at ſi ſtolidiores iudicati ſunt, iudicibus admodum ipſis ſuccenſent, ægreq; vehementiſsime ferunt: quæ quidem res ſeditioſa, & ſtolida eſt. Ad hæc, præmiũ præſtantius eſſe ſuo certamine decet: itaque certaminũ gymnicorum præmium optatius & præſtantius, quàm ipſa concertatio eſt: prudentia vero quodnam præmium præſtantius eſſe poſsit?

Cur homo maxime aliud intelligat, aliud faciat? An quia contrariorum eadem ſcientia eſt. An quia mentis officium plura contingit, appetitus in vnum tantummodo profluit. atqui homo mente magna ex parte viuit & ratione: beſtiæ appetitu, ira, cupiditateque ducuntur. 11

Cur nonnulli pecunias acquirere, non impendere conſueuerunt? Vtrum quòd ſuis moribus viuunt. An oblectamine, quod in ſpe poſitum eſt, alliciuntur. 12

B Quam ob cauſam qui grauiter, & ſuauiſsime dormiũt, nihil ſomniant? An quia & ſenſus, & intelligentia hominis tunc ſuo fungi officio poteſt, cum animus tranquillatur, & requieſcit: qua quidem requie, vel ipſa ſciendi ratio conſtare videtur, quippe quæ animum ſiſtat, atque ex temeraria agitatione in tranquillitatem adducat. cum enim animus mouetur, vagaturq;, fieri non poteſt, vt aliquid vel ſentiatur, vel intelligatur. Ex quo fit etiam, vt amentes ſint pueri, & ebrii, & inſani: facit etenim calor, qui nimius in his eſt, vt motu plurimo, vehementiſsimoq; inquietentur: quo motu deſiſtente, prudentiores eſſe incipiunt. cum enim vis illa intelligendi ſedata eſt, facilius ſiſtitur, rerumq; rationibus adſiſtit. Et quidem qui inter dormiendum ſomniãt, non alia de cauſa videre ſibi illa videntur, quam intelligentia conſtante, requieſcenteq;: quod quidem ſomno cõtingit leuiori. iactatur enim animus noſter maxime in ſomnis, calore ſcilicet, qui vndique in partem ſe colligit interiorem: atque ita efficitur, vt plurima vehementiſſimaq; illa obſtante iactatione, nullum interuenire ſomnium poſsit. 13
C Nec putandum, vt animus tunc conquieſcat, & per ſe maxime ſit, cum nullum ſomnium trahitur, vt multitudinis opinio eſt. ſed contra omnino incidit, vt qui in motu plurimo eſt, nec pauliſper quieſcit, hic intelligere nequeat. Plurimus autem motus cum ſuauiſsime quis obdormiſcit, merito propterea eſt, quòd tunc maxime larga caloris copia in partem contrahitur interiorem. Animum vero concitatum non ſolum inter vigilandum, ſed ne per quietem quidem intelligere poſſe, argumentum illud etiam eſt, quòd in ſomnis, quos cibo ingeſto primos agimus, nulla facultas videndi ſomnii datur, cum maxime accidit, vt animus propter cibum ingeſtum concitetur: ſomnium vero ipſum occurrit, cum cogitantibus nobis, & ante oculos rem ponentibus ſomnus accedit. Quapropter ea maxime ſomniamus, quæ agimus, aut acturi ſumus, aut volumus. de his enim maxime cogitationes, imaginationesq; obueniunt. & qui inſtructi vir-

tutibus ſunt, meliora ſomnia vident, quod etiam vigilantes meliora animaduertũt: qui deterius vel animo, vel corpore ſunt affecti, deteriora concipiunt, quippe cum etiam affectio corporis faciat ad ſomni viſionem. hominis enim morbo laborantis propoſita quoque animi vitioſa ſunt, atque etiam propter corporis perturbationẽ animus quieſcere nequit. Melancholici idcirco in ſomnis crebro excitari conſueuerũt, ꝙ calore largiore vrgente, animus moueri æquo amplius cogitur: ꝙ cum motus vehementior ſit, merito dormire minime poſſunt. D

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO TRIGESIMAPRIMA: E

Eorum, quæ ad oculos pertinent.

Cuius quæſtiones. XXX.

1

CVR oculo perfricato ſternutare ceſſamus? An ob eam rem humoris reſpiratio moueatur. lachrymã enim oculus perfricatus emittit: ſternutamentum humoris copia excitatur. An quia plus caloris minus corrumpit, abſumitq; . Oculus autẽ perfricatus plus caloris ſibi acquirit, quam nares contineant: quam ob rem etiam ſi quis naſum perfricuerit, ipſum ſternutamentum deſiſtet.

2 Cur vno oculo exquiſitius cernitur, quàm duobus? An quia plures motus duobus, quã vno excitantur: quemadmodum oculis peruerſis multiplicem agitari motum certum eſt. ergo duorum vnus motus non eſt, vnius vnus & ſimplex eſt. itaque efficitur, vt exquiſitius vno, quã duobus cernatur. F

3 Cur homines irati oculis maxime erubeſcunt, pudefacti auribus? An quoniam oculi refrigerantur eorum, quos puduit. pudor enim in oculis eſt, nec reſpicere valent, quos pudor tenet. & timor quoque refrigeratio loci eiuſdem eſt. calor autem in partẽ tranſit aduerſam, quæ poſterior eſt: aures vero ſatis ex aduerſo poſitæ ſunt: itaque pudore maxime erubeſcunt. Iratis porrò præſidium in eam partem tanquam violatam tranſmittitur, quæ & ſenſu, & motu facilior eſt: nam & in metuendo calor eam ipſam maxime deſerit.

4 Cur altero oculo apprehenſo, alter conſtantius cernat? An quia oculorum initia ex eodem dependent. cum igitur alter mouetur, commune quoque illud mouetur initium, quo mouẽte, alter etiam oculus mo

A ueatur necesse est.quã ob rem altero apprehenso, vis illa communis tota alterum mouebit:itaque plenius contendere poterit.

Quam ob causam qui cæci ab ortu naturæ sunt, calui nũquam efficiantur? An quia humor cum redundat in capite, oculos vehementer infestat.qua de causa quibus fluctiones oculos vrgent, venas temporũ ferro candente Medici tangunt, quo humoris foramina obcæcentur, atque spissescant, & caput quoque dissecta cute, obscalpere consueuere. Cum igitur humor excrescens, vacansq; in capite oculis detrimento sit, fieri potest, vt minus humoris in caluaria ob id ipsum cõsistat, quia magna parte lapsus in oculos est: & cum excrementis humorum, materiaq; inutili capillus proueniat, (quæ quidem in capite cæcorũ ab ortu naturæ large redundant) merito nunquam isti calui efficiuntur. 5

Cur homines, qui oculis prominentioribus sunt, magis à fumo infestantur? An quia fumus citissime oculis protendẽtibus incursat. 6

Quam ob causam vtrunque aspectũ simul diuertere dextro, sinistroq; versus, & ad nares demittere, atque etiam alterum dextrorsus, sinistrorsusq; deducere possimus: vtrunque vero seorsum, alterum sinistrorsus, alterum dextrorsus simul distrahere nunquam possumus? Quinetiam deorsum, sursumq; haudquaquam ita conuertere licet, quamuis facultas simul dimittendi in idem detur, vt dictum est? An propterea, quòd quanquam duplex aspectus sit, ex eadem tamen origine, æquo modo nexus, aptusq; dependet. vbi autem ita est, quoties alterum extremum mouetur, reliquum consequatur eodem necesse sit: alterius enim extremi principium extremum reliquum est. Quòd si res vna simul, ac eodem in tempore nunquam in partes aduersas moueri queat, nec aspectus ita moueri poterit: quippe cum ita committatur, vt extrema in partes moueantur aduersas, siquidem alter sursum, alter deorsum mouebitur, initiumq; sequi vtrũque necesse sit, quod impossibile est. Oculorum vero limitas euenit, quia globi continentur principio, quo & sursum, & deorsum, & latera versus lubrico sese vertere possint. Cum igitur ita positi sunt, vt situ inuicem simili respondeant, atque mediũ teneant, mouẽdi sese sursum, deorsum, latusq; versus, eodẽq; in puncto sibi pupillam habeant, tunc situ integerrimo constant, præcipueq; mobiles circũaguntur. at qui eodem in puncto pupillas cõtinent, limi quidem non sunt, discrepare quanquam inter se possunt: & aliis parte alba retracta, nigrę nonnihil occulitur modo eorũ qui sternutaturi sunt: aliis in angulum exteriorem nigra cõuellitur, vt furiosis: aliis in interiorem nares versus incumbit, vt tragicis, laruis, hominibusq; acerbis, seuerisq;: sunt enim contuitu graui, cogitabundoque. Quoties vero situ dissimili globi positi sunt, sed puncto eodem radii profluunt, aut situs similis est, sed punctum non idem, limis oculis hominem esse necesse est. itaque hic suspicit, & oculos contrahit: globum enim eundem in habitum collocare conatur, atque alterum firmum continet, alterum agitat. Haud enim fieri potest, quin limus sit, qui

(7, beside the line "Quam ob causam vtrunque aspectũ simul diuertere dextro, sini-"; B beside "stroq; versus"; 59 beside "ri queat, nec aspectus"; C beside "possint. Cum igitur"; 60 beside "tinent, limi quidem"; 61 beside "enim eundem in habitum")

non eodem de puncto radios depromat, quippe qui dimotum contuendi principiũ habeat, perinde ille, cui res vna geminari oculo suppresso videtur. Ergo si oculus sursum dimotus est, terminus inspiciendi deorsum est: sed si oculus lapsus deorsum est, terminus sursum habetur. Oculo tamen vno situ suo dimoto moueri quidem res visa sursum deorsumve ob idipsum videtur, quia pupilla ita se mouet: sed geminari haud vnquam videri potest, nisi duplex conspectus sit peruertaturq; ratio videndi. ita fit, vt strabonibus res eadem geminari videatur. causam situs habet, eo scilicet, quòd oculus non suo medio nexus, locatusq; est. D

8 Quam ob rem qui cognomen lusciosi habuerunt, literas minutas scribere consueuerunt? mirum enim vt qui obtusis sunt oculis, rem faciant, quam eorum facere interest, qui acumine valeant oculorum: Vtrum quia proxime posita magna esse videntur: illi autẽ oculis proxime admotis scribere solent. An quia contractis palpebris scribant: fit enim per imbecillitatem, vt si laxatis, diductisq; oculis scribãt, aspectus distractus, passusq; hebetescat: si adductis & conniuentibus, vniuersum depromptus acutius videat. Quòd tamen angulum informat exiguum, efficit necessario, vt exiguæ literæ scribantur. E

9 Cur nonnulli post lippitudinem acutius videant? An quia purificati oculi sunt. fit enim sæpe, vt exterior densitas pupillæ aciem arceat: quæ lachryma emissa laxatur, atque e resoluitur. quam ob rem prosunt interdum quæ mordent, lachrymam euocant, vt cepe: obsunt quæ tantummodo assiccant, vt origanum.

10 Cur vno videre oculo impatibilius sit? An quia minus animo, qui ita cernit, afficitur: quo fit, vt minus affectionis contrahatur.

11 Cur distracta conspectuum societate, res vna geminari videatur? An propterea quòd oculi vtriusque radius non ad punctum idem deuenit: ergo quod bis noster animus inspexit, inde geminum se inspexisse existimat. Proximum euenit, cum digitos mutatis vicibus implicamus, itaque aliquid tangimus: duo nanque sentimus, eo ꝙ vnum bis tangimus, F

12 Cur sensus dextri nihilo sinistris præstantiores sint, cum in cæteris omnibus dextra sinistris commodiora habeamus? Vtrum ex consuetudine ita fiat. statim enim cum nati sumus, vtrunque sensum exercere incipimus. Pars autem dextra exercitatione insuescere, inq; frugem euadere meliorem videtur: effici nanque vtrinque dextri per consuetudinem possunt. An quia sentire effici est. pars autem dextra præstantior ꝓpterea est, ꝙ efficacior: & affici peruicacior, quã sinistra est.

13 Cur in cæteris dextra suis sinistris præstantiora sunt, sensus nullus dexter suo sinistro interest? An quia parte sentiendi vtraque pariter vti a primo natali die consuescimus. Adde tamen quòd ratio sentiendi affectio quædam est: dextrarum autem partium differentia in efficiẽdo, non patiendo sita est.

A Cur exercitatio corporis incommoda oculorum acumini eſt? An 14
quia exercitatio ſanguinem efficiat ſicciorem, ſicut etiam reliquũ corpus. ſiccitas autem totam cutem indurat, ergo vel eam, qua pupilla integitur. Quapropter homines natu iam grandes obtuſius vident: oculi nanque ſenum tunica dura, ſimulq; rugoſa teguntur: itaque vis illa conſpiciendi cooperitur, & deliteſcit.

Cur homines luſcii cognominati, qui obtuſe vident, literas ſcribe- 15
re minutiſsimas poſsint, cum rem minutam perſpicere illi valeant, qui acumine oculorum præſtant? An quia conſpectu ſunt imbecilli, palpebras contrahant in anguſtum. Cum enim radius profluit vniuerſus, acutius explorare poteſt: contra laxo, diductoq; oculo, diffunditur, ob eamq; rem hebetaſcit. Ergo imbecillitas facit, vt palpebras cõtrahant in anguſtum. quòd cum ex anguſto inſpiciant, exiguam magnitudinẽ videant, quantaq; vident, tanta perſcribant neceſſe eſt.

Sed cur iidem illi contractis palpebris videant? An propter ſui con- 16
B ſpectus imbecillitatem. Vt enim manum rebus ſepoſitis admouent, ſic palpebras iuxta poſitis perinde quaſi manum adiiciunt. quod ſane faciunt, vt radius per locum ſeſe depromens anguſtiorẽ, congeſtior profluat, ne protinus ex patulo proficiſcens diſtrahatur. videt autẽ is acutius, qui frequentior collectiorq; prodierit.

Cur non res vna geminari videtur, cum in latus oculũ vertimus? 17
An quia conſpiciendi primordium eadem item in linea ſitum eſt. tunc enim res geminari videtur, cum illud mutatũ ſurſum, deorſumve eſt. in latus vero nil refert, niſi vna etiam ſurſum moueat.

Cur in ratione videndi tantum fieri poſsit, vt res vna geminari vi- 18
deatur, ſi quodammodo inuicem oculi locentur: in cæteris ſentiendi generibus fieri identidem nequeat. An etiam in ratione tangendi, cum digitos mutatis vicibus implicauimus, fit vt res vna duæ ſentiatur. in cæteris hoc idem fieri nequit, quia cætera membra, quibus ſenſio ad-
C miniſtratur, neque foras verſus deducta, neque bina tam inter ſe apta, colligataq; ſuo funguntur officio. Fit ita in ratione videndi, eadem de cauſa, qua in tangendo perplexis, vt dictum eſt, digitis. tactus enim viſum æmulatur, & ſequitur.

Cur oculus ſiniſter nihilo imbecillior eſt, ſed æquo modo, atque 19
dexter videre poteſt, cũ reliquæ corporis partes omnes ſiniſtræ inualidiores, quã dextræ ſint? An quia pars dextra in eo diſcrepat a ſiniſtra, ꝙ efficacior eſt, non in eo, quòd affici aptior. Videndi autem vires non vt afficerent, ſed vt afficerentur comparatum a natura eſt.

Quam ob cauſam cum cæteras intuimur res, conſpectus noſter fa- 20
tiſcit, atq; deterior redditur: cum ad virides, & herbeſcentes inſpicimus, vt olera, cæteraq; his ſimilia recreatur, meliorq; euadit? An conſpectum in alba, nigrave intendere minime poſſumus, propterea quòd vtrunque id genus coloris videndi viribus officit: colores autem illi, quibus oculi acquieſcunt, medium albi, nigriue obtinent:

itaque aſpectus cum mediocri leniq; obuio afficiatur, nihil debilitatur, immo vero corroboratur, atque reficitur. Et forſan quemadmodũ cum corpora noſtra vehementer laborant, deterius habent, cum mediocriter, optime afficiuntur: ita etiam oculi, cum ad res ſolidas contendunt, laborant, laſſanturq;: cum ad humidas, molleſq;, ꝙ nihil ſibi obſtat, paſsim oberrant, & licentia perliqueſcunt: cum ad virides, ꝙ iſtæ vt ſolidæ mediocriter ſunt, ita ſatis humoris continent, neque vllo detrimento afficiuntur, & ad immorandum in hiſce amplius innitiuntur, eo quòd coloris huiuſmodi habitus modice ſe conſpectu offert. D

21 Cur cætera melius vtroque oculo cernimus, rectam verſuum virgulam vni literis admouentes inſpicimus exquiſitius? An quia radii oculi vtriuſque non ſine perturbatione in idem concidunt, vt authores cõſpiciendi rationum affirmant: itaq; cum vno inſpicimus, ad rectũ cõſpectum, tanquam regulam melius quod rectum eſt, deprehendere, iudicareq; habemus. E

22 Cur fumus oculos potius infeſtat? An quia infirmiſsimi ſunt: infirmiſsima nanque omnia, quæ corpori interſerta occuluntur. indicium, quòd acetum, & quodq; àcre carnem non exteriorem, ſed interiorem demordet. An quia laxiores, refertiq; meatibus ſunt. conſpectus enim per quoſdam meatus protruduntur, & excidunt: itaque quod his mordaciſsimum eſt, cæteris corporis partibus obuium ſubire denſiora non poteſt, ſed perreptat, & decidit. æquo modo & cepe, & quæcunque talia oculos mordent. Oleum omnium maxime humorum id facit, quia tenuiſsimum eſt, ob eamq; rem meatibus ſe expedite inſinuat: acetum reliquis partibus corporis pro medicamento eſt.

23 Cur oculus ſolus omnium membrorum non rigeat, cum infirmiſſimus ſit? An quia opimus eſt, nec carnis quicquam in ſe cõtinet. quod autem tale eſt, ſecurum manere a frigore poteſt. Haud enim audiendi ſunt illi, qui propterea rigere oculos negant, quia vis illa conſpiciendi ignis eſt, non enim talis in oculo ignis eſt, vt calefacere valeat. F

24 Cur lachrymæ, quas mœrendo emittimus, calidæ ſunt: quas oculis laborando, frigidæ? An quia frigidum, quod incoctum, crudũq; eſt: calidum, quòd concoctum. Languorem autem omnem ex cruditate proficiſci nullum dubium eſt. ꝙ cum lachryma cruda eorum ſit, qui valetudine oculorum laborant, non immerito frigida eſt. Hinc Medici ſudorem frigidum argumentũ grauis eſſe morbi exiſtimant. calidum cõtra decretorium eſſe, & ſalutarem. cum enim vacãs materia multa eſt, ſatis a calore interiori concoqui minime poteſt: itaque frigidam eſſe neceſſe eſt. cum pauca eſt, plene a calore victa cõcoquitur: morbos aũt copia vacantis materiæ confici certum eſt.

25 Quare cum partes corporis noſtri dextræ mobiliores ſint, oculus ſiniſter expeditius, quàm dexter cõtrahitur? An propterea, quòd omnia ſiniſtra dextris humiliora ſunt: humiliora autem contrahi plenius

A poſſunt. An dexter amplius efficere poſsit: ſiniſter vel ex ſe, vt humi-
dior, obſequentior ſit.

Quam ob cauſam cum & ſenex, & luſcius per imbecillitatem parũ 26
oculis valeant, alter proxime admouet, ſi quid inſpicere vult, alter pro
cul abducit? An quia diſsimilis eorum imbecillitas eſt. Senex enim
quia videre non poteſt, vbi minus radii coeunt, rem vidēdam eo abdu
cit, vbi viſurus maxime eſt: procul enim coire radii ſolent. Luſcioſus il
le videre quidem rem iſthic poteſt, ſed quæ'nam rei conſpectæ caua
ſint, quæve excedãt, diſcernere nequit, itaq; in his fallitur. caua quip-
pe, & excedentia ſplendore diſcerni maxime poſſunt: quem, quoniam
procul percipere, quemadmodum rei obuiæ ingruat, nequeant, proxi-
me adducunt.

Cur homo ſolus, aut certe maxime animantium omnium oculis 27
deprauetur per limitatem? An quia vel ſolus, vel maxime comitiali
B morbo in tenera ætate laborat, cum deprauari omnibus accidit.

Cur vni animantium homini tranſuerti, deprauariq; per limitatẽ 28
oculi poſsint? Vtrum ꝙ oculos minimo interſtitio diſcretos, e dire-
ctoq; poſitos homo habet, perſpici idcirco menda in eo maxime poſ-
ſit. An quia cæterorum animantium oculi vnicolores maxime ſunt:
nec deprauatio ſequeretur, ſi vno quolibet colore præditus oculus eſ-
ſet. An quia ſolus ex omnium animantium genere morbo comitiali
rapitur: quod genus morbi tranſuertere oculos, ſicut cætera etiam mẽ-
bra poteſt. nonnullis tamen, vt ſero eo morbo vexari incœpere, ſic lu-
mina ſero deprauantur.

Quam ob cauſam manu præ lucerna, aut Sole obiecta melius in- 29
ſpicere poſſumus? An quia lucernæ, Soliſve lux noſtris occurrens
luminibus, reddit ſuam ob nimietatem infirmiora, quippe quæ rem ẽt
ſibi cognatam interimere præ ſua poſsit exuperãtia. at vero manu ita
arcente, nec luminum acies offici poteſt, & res viſui obuia nihilomi-
C minus in luce poſita eſt. vnde fit, vt & acies plenius agat, & res inſpectã
da nihilominus videatur.

Cur manus dextra & pes dexter a ſuis ſiniſtris differunt, oculus & 30
auditus nullo diſcrimine diſtant? An quia immiſta, ſynceraq; elemen
ta ſusq; deq; ſunt. diſcrimen vero ſitum in his eſt, quæ elementorum
coitu conſtant. ſunt autem ſenſus iſti ſynceris illis, immiſtisq;: viſus
ſcilicet ex igne, auditus ex aere.

PROBLEMATVM

SECTIO TRIGESIMASECVNDA:

Eorum, quæ ad aures pertinent:

Cuius quæstiones. XIII.

1 VR aures, quæ omnium maxime partium nostræ faciei exangues sunt, rubore magis afficiuntur, vbi nos pudor apprehenderit? Vtrum quod peregrinus humor partem adire inanem aptus natus est: itaq; cum calore per pudorem orto resoluitur, statim se in aures colligit. An quia temporibus appositæ sunt, quo versus maxime humor confluit. B
* humor. Cum enim hominem pudet, * calor se in faciem recipit, itaq; ruborem adducit: aures vero minimo in ea profundo extant, naturaq; calidissimæ sunt, & coloratæ, nisi longe frigoris rigore obtorpuerunt. ideo hæc particula omnium faciei particularũ coloris est optimi. quã ob rem passus, dispersusq; calor, quod per summa res tenet, rubicundas reddere potest.

2 Cur vrinantibus aures, dum inter mare sunt, rumpi soleant? Vtrum quia retentus spiritus impetu cogit vehementiori. An si causam hoc haberet, idẽ vel in aere fieri posset. An quod non cedit, disrumpi ocyus potest, & a duriori, quã molliori facilius. Quod itaq; inflatum est, minus cedit: aures vero, vt dictũ iam est, spiritu retento inflantur: itaq; ab aqua, quæ aere durior est, obtunduntur offensæ, atq; rumpuntur.

3 Cur vrinantes spongias alligare auribus cõsueuere? An ne mare per vim occurrens aures rumpat: haud enim ita stipatæ impleri, vt inanes, F exemptis spongiis, possunt.

4 Cur sordes aurium amaræ? An quia putri sudore contrahuntur, qui salsus, amarus est.

5 Cur spongiarii suas dissecant aures, & nares? An spiritum commodius reddant: hæc enim esse spirandi itinera videntur. Laborare quippe difficultate spirandi eos affirmant, dum foras emittere animam non possunt, leuariq;, cum propellentes extrudunt. Mirum tamen, si respirandi assequi facultatem refrigerationis gratia nequeant, sed esse id necessarium magis videatur. An merito plus in retinẽdo laboris sit, cum corpus extumeat, distendaturq;: spiritus vero foras sponte efferri posse videtur. An intus etiam tendere ita posit: cogitandum tñ æque videtur. Plerique vero lebete demisso, respirandi viam vrinatoribus moliũtur. haud enim aqua lebes impletur, sed aera seruat ad demersum hominem vsq;: quippe qui erectus per vim dimittatur, vt vndiq; æquali

A nutu descendat. nam si quantulibet inclinauit, humore protinus inter rumpente impleatur necesse est.

Cur nonnulli, cum suas inscalpunt aures, tussiunt? An quia sensus 6
audiendi foramen cum pulmone, canaliq; ab asperitudine cognominato sortitur. indicium, quod his ipsis repletis, obseptisq; homo surdescit. Humoris itaq; aliquid e frictione ista aurium liquescit, atque in canalem, quem modo diximus, per foramen illabitur, quod tussim mouere potest.

Cur sinistra auris ocyus magna ex parte perforata consolidari, quã 7
dextera potest? quocirca mulieres alteram marem vocant, alteram foeminam. An quia partes sinistræ humidiores, calidioresq; sint: quæ autem habitu huiuscemodi sunt, consolidari possint facilius. Vnde in plantis etiam tenellis, atq; viridibus coitus, concorporandiq; vnio facilius agitur. Et vero vlcera iuniorum promptius compaginantur, quã seniorum. Argumentum, partes sinistras esse humidiores, quòd mol-
B liores sunt, atque effœminatiores.

Quam ob causam pudefactis aures summæ rubescant, iratis oculi? 8
An quia pudor in oculis refrigeratio quædam cum timore est: itaq; calor iure oculos deserit, quod cum inde secedendum sit, locum sui capacissimum petat necesse est, quales certò summæ sunt aures. cæteræ nanq; partes longæ ossibus omnes compactæ sunt. Iratis contra calor in oculos, totamq; faciem reuocatur: sed conspectior in oculis est, videlicet albi eorum coloris ratione.

Cur aurium sonitus accito strepitu cesset? An quia minorem strepi 9
tus amplior pellit, & eruit.

Cur si aqua lapsa in aurem sit, oleum, quo humor effluat, instillã- 10
mus? nullo nanque humore alio effluere potest. Vtrum, vt quoniam oleum per summa aquæ innatat, eiq; aqua præ lentitate adhæret, effluente oleo aqua etiam ipsa effluat. An vt per lubricã aurem habẽs aqua
C excurrat. oleum enim vtpote leue, facit, vt propere labescere possit.

Cur minus aures vrinantibus rumpantur, si oleum sibi instillatum 11
habentes, in mare interrumpant? An ratio, cur rũpi aures possint, ante exposita est. oleum vero in aures instillatum facit, vt mare superueniens relabi facilius possit: quomodo in partes corporis exteriori perfu cta fieri nouimus. labens autem ictum parti interiori auris nullum inuehit, itaque disrumpere non potest.

Quam ob causam aures cum exangues adeo sint, pudore erubesce- 12
re possint? An res quæq; ferri in eum soleat locum, qui sui vacuus est. cum ergo sanguis efferri sursum calidus videatur, aures maxime, partemq; inanissimam adit: itaq; rubore inibi afficit. Quod idem intelligendum de genis etiam est. Adde quòd tenuissima cutis, quæ distenta est, ita fit, vt rubor percipi in auribus præcipue possit.

Cur nemo oscitans aurem inscalpere suam audeat? An quia mem- 13
brana etiam, per quam audimus, inflatur, cum oscitamus. indicium, quod

audiendi facultas tollitur, cum oscitamus. spiritus enim vt in os, ita et in aures interrumpens, membranam expellit, ac prohibet, quo minus somnus ingrediatur. Quod cum ita sit, si sedem audiendi, cum oscitamus, auriscalpio tetigerimus, plurimum membranam lædemus. Ictus enim ad obicientem, renitentemq; spiritum, non ad cedentem inferetur, & membranam abiunctam solidis esse uertum est: quare dolor ita moueri, vulnusq; excipi facile potest.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO TRIGESIMATERTIA:

Eorum, quæ ad nares pertinent:

Cuius quæstiones. XVIII.

1 VR singultus sternutamento sedari queat, ructus nequeat? An quia non partis eiusdem vtraq; ista affectio est, sed ructus ventriculi, singultus vero refrigeratio, cruditasq; spiritus, atque humoris pulmoni coniunctissimi est. sedes autem cerebri rem cum pulmone communem sortita est: quod quidem ratione constat aurium. interdum enim surditas accidit, simul & morbus ipse aurium in pulmonis vitium transit, & nonnullis tussis statim mouetur suas scalpentibus aures. locum autem sternutandi rem naribus esse cum pulmone communem respiratio docet, quæ communis vtiq; est. sternuimus itaq;, loco eo ipso calefacto. calorem autem eius locus sentit inferior, cuius singultus est. calor vero vim obtinet & concoquendi. Quamobrem aceto etiam, retentioneq; spiritus finiri singultus leuior potest: spiritus enim retentus satis concalefacit. Vnde fit etiam inter sternutandum, vt spirandi retentio idem obducta efficiat. Et conuenienter quoq; expirantia superiori de loco educitur: quippe cum fieri nequeat, vt quis sternutet, nisi expiret. Impetus itaque spiritum interclusum rumpit, dispellitq;, qui singultum ciere potest.

2 Cur si quis sternutaturus oculum perfricauerit, minus sternutet? An propterea q sternutamentum a quodam excitatur calore: fricatio autem calorem ciere potest: qui calor, quoniã locus, quo sternutamus, oculis in propinquo est, alterum sternuendi calorem tollit, quemadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit, atque absumitur.

3 Cur bis sternuere magna ex parte solemus, non semel, aut sæpius An quia binis naribus sumus. per vtranque itaque narem venula par-

A tita discurrit, qua spiritus solet permanare.

Quam ob causam, qui Solem aspexerint, sternutare magis consueuerunt? An quia Sol calfaciens mouet perinde, atq; qui nares penna sollicitant. idem enim vtrique agunt: quippe qui per motum calefacientes ocyus spiritum ex humore eliciant, cuius excursio spiritus sternutatio est. 4

Cur singultus sternutamento finitur, & retentione spiritus, & aceto? An sternutamento, quia spiritus cohibetur inferior, atque circumobsistit: quemadmodum medicina parti superiori adhibita aluus sentit, ac immutatur. Spiritus retentione leuiores tolluntur singultus, eo quòd exiguus spirandi impetus, si paulisper retinuimus, vt in tussi desistit, sic etiam in singultu reprimitur, cogitur, strangulatur. Aceto idcirco sedatur, quia humor circumstans, ac prohibens eructandi licentiam, in spiritum per vim aceti calefactoriam extenuatur. Fit enim ructus, cum ventriculi humor recalescens inflatur, atque concoquitur: singultus vero, quoties spiritus vacans ab humore in loco spiritui deputato retinetur. Hinc enim dum enititur, nec erumpere potest, distentionem inducit, quæ distentio appellata singultus est. Inde fit, vt singultus, vbi inalguimus, oriatur. frigus enim humorem spiritui obductum coagit, spiritus circumuentus exilit, cuius cõmotio non nisi singultus est. 5 B

Cur aquam nonnullis frigidam in faciem fundimus, cum e naribus sanguis effluit? An ita calor intus se colligit, atq; circumobsistit, qui sanguinem summum reddit liquidiorem.

Cur sternutamentum pro numine habetur, non tussis, neque grauedo? An quia de capite membrorum præcipue omnium diuino, vnde cogitatio est, suum ducit principium. An quia cæteri illi affectus ratione morbi eueniant, hic secus exultet. 6

Cur oculo perfricato sternutamenta desistunt? An quia humor sic respirat: lachrymam quippe oculus post frictionem emittit: sternutamentum autem humoris copia excitatur. An quia minor calor corripi ab ampliori, consumiq; potest. oculus autem perfricatus plus caloris sibi acquirit, quàm sit, quem nasus complectitur. Hinc etiam fit, vt si nasum quis perfricet, ipsum sternutamentum desistat. 7 C

Cur eruptio cæterorum, vt flatus, vt ructus, sacra haudquaquã habetur, sternutamenti sacra habita est? Vtrum quoniam cum tres partes principes sint nostri corporis, caput, thorax, & aluus. flatusq; alui expiratio sit, ructus ventriculi, sternutamentum capitis, quæ pars sacra præcipue est, spiritum hinc exeuntem, vt sacrum veneramur & adoramus. An quia spiritus omnis eruptio, partes, quas modo dixi, melius sese habere significat. cum enim minus sternuere queunt, spiritus erumpens leuat, ac mitigat. Ergo sternutamentum quoque bene caput valere, posseq; concoquere, indicio est, cum enim capitis calor humorem, spiritumve conuincit, tunc moueri sternutamẽtũ solitũ est. Quãobrẽ moribundos interdum sternutatorio excitamus, tanquam si hoc affici 8

nequeant, spes nulla salutis sit. Perinde igitur quasi bonæ indicium valetudinis partis optimæ, atq; sacerrimæ sternutamentum adorant, beneq; augurantur.

20 Cur homo omnium maxime animantium sternutare solitus est? An quia foramina sui corporis obtinet latiora, per quæ spiritus interrumpere potest: his enim spiritu impletis sternuimus. Latiora autem esse indicium, q omnium minime animantium homo olfactu valet: foramina quippe tenuiora sentiunt exquisitius. Quòd si latiores meatus plus humoris, ac sæpius subeat necesse est, quo inflato sternutamentum moueri solet, talesq; homo maxime animantium habet: merito sæpissime sternutat, præsertim qui naribus breuissimis est. sic enim humor concalefactus celerius effluere conuersus in spiritum potest: cæteris vero præ longitudine narium ante refrigeratur, quàm effluat.

21 Cur sternutamenta, quæ de medio noctis ad meridiem vsque moueantur, damnemus, quæ de meridie ad noctis medium, approbemus? An quia cum rem aliquam exordimur, tunc sternutamentum potius obseruandum sit, itaq; cum rem agere pergimus, atq; inter initia sternuisse acciderit, amouemur, remq; incœptam prosequi temperandum censemus. Dies igitur, & aurora, & de medio vsque noctis quasi initiũ quoddam est: itaque ominosum tantisper sternutamentum esse putamus, temperamurq; sternutare, ne pergentem quempiam ad agendum reuocemus. post meridiem vero, atque medium vsque noctis, finis veluti quidam est, tempusq; illi contrarium: itaq; contra tunc & existimatur, & agitur.

22 Cur senes laboriosius sternutant? Vtrum quòd his foramina, per quæ spiritus permanare solet, adducta atque coniuncta sunt. An quia senes facile eleuare nequeunt, per vim demittunt, atq; concassant.

23 Cur si spiritum quis retineat, singultus desistat? An quia refrigeratio est, quæ singultũ inducat: quàobrẽ & qui timent, & qui algent, singultiunt. spiritus vero retentus partẽ corporis calefacit interiorem.

24 Cur homines surdi e naribus magna parte loqui consueuerunt? An quia pulmo eorum vitiatus est: surditas enim detrimentum pulmonis est. vox itaque ferri expedite non potest: sed queadmodum qui spirandi laborant difficultate, spiritum vniuersum suam ob imbecillitatem reddunt, sic vocẽ illi emittunt. Nituntur itaq; naribus, et dum loquuntur, qua vox protrudens sese, sono per attritum rancido illo profertur. fit enim vt verba per nares afformentur, cum pars nasi superior, qua p palatum foramina patent, causa est: resonant enim tintinabuli instar, ob claustri inferioris angustiam.

25 Cur sternutamentum solum non dormientibus, sed propè dixerim semper vigilantibus fiat? An quia fieri sternutamentum nõ potest, nisi a calore, qui partem eam commoueat, qua effici solet: ex quo faciem Soli obiicimus, cum sternuere placet. Dormientibus autem calor intus circũobsistit. quam ob rem imæ dormientium partes calidiores red-

A duntur, spiritusq; abundat: quæ quidem res causam habet, cur genitura in somnis præ libidine profluat. Merito igitur dormientes non sternutamus. cum enim calor secedat capitis, qui eius partis humorem natus mouere aptus est, quo in aera extenuato, sternutamentum exultat, affectionem consequentem illam obuenire non posse consentaneũ est. Crepitus tamen inferius, ructusq; superius dormientes magis, quã vigilantes extrudimus. Quòd enim venter inflari in somnis amplius solet, accidit, vt eius inflati humores loca sibi proxima adeãt: eo nanq; vel a spiritu per quietem excito compelluntur. Retinere enim potius, quam emittere potest, qui sopitus est: itaq; intus calorem contrahit. at qui spiritum retinet, deorsum impellat necesse est: quippe cum imum deferri spiritum præter suam naturam sit. vnde fit etiam, vt per difficile sit spiritum retinere. Quinetiam cur dormiamus, hæc eadem ratio est. cum enim vigilia motus sit, qui membra sentiendi officio accommodata magis, cum vigilamus, exercet, constat somnum posse accedere,
B cum eadem illa membra quiescunt. Cum vero vis ignea sit, quæ mẽbra corporis nostri mouere possit, & hæc intus se contrahat, circumsistatq;, in somnis caput relinquens, quod sensus retinet omnes, tunc maxime sensuum sedes quiescere possint, quæ quidem res causam afferat dormiendi.

Quam ob causam, vbi sternutauimus, aut minximus, membra nostra inhorrescere solent? An quia vtraq; re illa venæ aeris inanes redduntur, quem calidum ante continebant. inanes aer extrinsecus alius subit illo frigidior, qui ante in venis fuerat, quam sternutaremus, aut mingeremus. ꝙ cũ talis subeat aer, merito facit, vt mẽbra inhorrescant. 16

Cur singultus sternutamento desistere potest? An propterea, ꝙ singultus non quẽadmodum ructus a ventre, qui cibi conceptaculum est, sed a pulmone proficiscũtur, quod maxime refrigeratione, aut rigore, aut dolore, aut medicatione superiore accidere solet. ꝙ enim membrũ
C id calidum sua natura est, quoties refrigeratũ sit, totum admittere spiritum non potest, sed bullas quodammodo excitat. Quam ob rem retento etiam spiritu, singultus finitur: sic enim pars ista recalescere incipit. & aceto quoq; hausto, desistit: quoniam vis aceti calefactoria est. Cum itaq; calidum quodq; concalefactum reddetur, sedesq; cerebri foraminibus peruia pulmoni respondeat, efficitur vt retentio spiritus, quæ sternutationi antecessit, repressusq; desuper illatus, affectionem istam pulmonis membri calidi abigere valeant. 17

Cur homines capillo crispo, & tortili magna ex parte resimiores sint? An si crispitudo sita in crassitudine est, & crassitudo non sine duritia constat, & durus sanguis calidior est, & calor materiam excrescere inutilem minus patitur, & os ex vacante materia consistit, & cartilago non nisi os est, merito diminutio nasi consequatur. Indiciũ ætas adhibet puerilis: sunt enim pueri omnes naso resimato. 18

PROBLEMATVM

SECTIO TRIGESIMAQVARTA:

Eorum, quæ ad os, & ad ea quæ in eo sunt, pertinent:

Cuius quæstiones, XII.

1
VR homines qui raris dentibus sunt, vitam longe agere nequeant? An quia longe animantia viuunt, quæ dentium ordine prędita sunt numerosiore, vt mares quā fœminæ longius: viri nanq; diutius quàm mulieres. atq; in pecudum genere, cæterorumq; animalium perspici identidem licet. Qui itaque raris dentibus sunt, habere quasi pauciores indicantur.

2 Cur dentes, qui lōge solidiores, quàm caro sunt, frigus amplius sentiant, quam caro? An quia meatibus nituntur infixi tenuibus, quorum exiguus calor celeriter a frigore vincitur, mouetq; dolorem.

3 Cur dentes frigidum amplius, quàm calidum sentiant: caro è contrario? Vtrum propterea, ꝙ caro mediocri, temperatoq; habitu est, dentes vero perfrigidi sunt, itaq; rem frigidam sentire plenius possunt. An quoniā meatibus continentur tenuibus, quibus calor inditus exiguus est: itaq; re aduersa potius patiuntur. caro quia calida est, vt nihil affici a frigido potest, ita calidum compendio sentit. ignis enim quasi igni adiicitur.

4 Cur lingua rerum index plurium esse potest? nam & febris ardentioris, & grandinum, si quæ insunt, & pecoris versicoloris varia est. An quia humoris capiens est, & super pulmone posita, vnde febrium principium ducitur. versicolorum autem ratio referri ad humorum varietatem debet. inficitur tamen id primum, per quod humor primum manat, colaturq;, cuius generis lingua est. Grandines vero lingua est. Grādines vero lingua propterea contrahit, quòd inanis, spongiosaq; est; quippe cum grando veluti panis inconcoctus, crudusq;, parte interiore corporis nasci soleat.

5 Cur lingua amara, salsa, & acida fieri potest, dulcis non potest? An ꝙ naturę corruptiones isthæc sunt: constantiā vero ipsam, naturamq; sentire nequaquam fieri potest.

6 Cur totidem coloribus lingua euariat, quot cutis? Vtrū ꝙ ea quoq; in membrorum numero exteriorum recipitur, quāquam in ore abdita est, verum quia prætenui cute integitur, vel minima in ea varietas deprehendi

A prehendi potest. An ꝙ aquæ ratio est, quæ facit, vt colores mutentur: lingua autem affici ex potione maxime potest.

Cur halitum ex ore tum calidum, tum frigidum reddere possumus? 7
quippe qui frigidum efflemus, calidum vero exhalemus. indicium ꝙ manus ori admota exhalanti calefieri potest. An vtroque modo aer cō motus calidus est. sed quoniam qui efflat, non vniuersum aera mouet, sed ore angustiori extringit, paucum expirat, quod multum externi aeris excitat. Itaque calor ore profectus, passus in eo suam ob exiguitatem delitescit: at qui exhalat, vniuersum, ob eāq; rem calidiorem expirat. est enim efflatio spiritus strictim protrusus : exhalatio vero spiritus vniuersim profusus.

Cur si vehementer, vniuersumq; expirarimus, iterum expirare nequeamus? quod idem in respirando etiam accidit: bis enim ex ordine id facere nequimus. An quoniam alterum dilatatio, alterum contractio loci est: idcirco quadantenus non vsquequaque possunt. constat igitur ambo vicissim fieri esse necessum, bis vero ex ordine posse neutrū. 8

B Quam ob causam cum alius locus sit, qua cibus, potusq; transeunt, alius, qua spiramus, vbi grandiorem buccellam deuorauimus, strangulemur? An nihil absurdum id est. non modo enim si alicuius interuentu locus spirandi stipatus sit, verum & si adductus sit extrinsecus, æque, immo magis abstrangulamur. istęc vero proxima inter sese posita sunt, quo cibum excipimus, & quo spiramus. quare vbi iusto amplius frustum incidit, locum spirandi proximū adducit, instringitq;, vt via spiritui omnis denegetur. 9

Cur homines, qui virgulam suæ palmæ ductam per totam latitudinem habent, vitæ longissimæ esse possunt? An quia breuis ætatis, imbecillaq; sunt, quæ artuum beneficio carent. Imbecillitatis indicium ætas prima, atque tenerrima affert. vitæ autem breuis testimoniū dat genus omne aquatile: quæ cum ita sint, coartata, compactaq; omnia contra sese habere liquido est. quo in genere illa etiam sunt, quæ cum ex natura artubus maxime careant, articulari tamē contigerit. palmę autem partem interiorem penitus carere articulo certum est. 10

C

Quā ob causam dum longe spiramus, venter trahentibus adducitur, reddentibus diducitur, atque repletur? veri enim simile dixeris esse, vt contra veniat. An quia cum respiramus, venter adductis costis in imum comprimitur: idcirco distendi in ampliorem mole follium instar appareat. 11

Quam ob causam spirare necesse habeamus? An quemadmodum humor dissolui in spiritum potest, sic spiritus trāsire potest in ignem. Calor itaque naturalis, vbi bonam spiritus partem in ignem conuertit, dolorem admouet, atque etiam meatus diducit, & ampliat. quam ob rem ignem cum spiritu expellere cogimur: quibus extrusis meatus contrahuntur atque refrigerantur: itaque dolor iterum tentat. rursum igitur aerem trahimus: atque vbi posthac spirādi meatus patefecimus, 12

vocemq; reddidimus, ignis iterum oritur, atque iterum præ dolore spiritum reddimus, idq; vicissim ordine perpetuo agimus: sicuti etiã palpebras agitare solemus, vt corpus oculorum refrigeretur, assiccetur q;. & vero cum ambulamus, ingressui nostro attendimus, scilicet ex ordine gubernandi, atque regendi, quem vis nostrã intelligendi percommode astruit. Hunc ergo in modum spirandi quoque vsum exequimur: ingenio quippe trahendi aeris reddimus, atque illico rursum attrahimus. D

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO TRIGESIMAQVINTA:

Eorum, quæ ad tactum pertinent: E

Cuius quæstiones. X.

1 VR inhorrescere magis solemus, cum alius modo quodam nos tangit, quàm cum nos ipsi tangimus? An quia tangendi sedes rem plenius externam, quam suam sentit: quod enim natiuum, atq; insitum est, id sensum effugit. Quinetiam quod clãculo atque subito fit, terribilius certe occurrit. metus autem refrigeratio quædam est. at vero tactus extraneus præ suo vtrunque id habet. Denique affici vnumquodque ab alio vel tãtundem, vel magis aptum natura est: quod etiam in titillando constat accidere. F

2 Cur in alis, & pedũ vestigiis titillamur? An propter cutis tenuitatem. An quia tactus earum partium insolens est, vt etiam auris.

3 Cur non eisdem in rebus inhorrescere omnes soleamus? An quemadmodum nec in eisdem omnes delectamur, nec in eisdem angimur omnes, ita nec in eisdem omnes horrescimus. Quædam enim refrigeratio æqua omnibus ratione inuehitur. sed alii tamen, cum vestis rumpitur, inhorrescũt: alii, cum serra vel acuitur, vel trahitur: alii, cũ pumex secatur: alii, cum lapillus mola perfrangitur.

4 Quam ob causam cum æstas calida, hyems frigidissima sit, corpora tactu frigidiora per æstatem sint, quàm per hyemem? Vtrum quoniam à sudore refrigerari corpora possint, qui, vt fieri per æstatem solet, sic ab hyeme alienus est. An quia in contrarium tempori tum frigor, tum calor circumobsistit, intusq; per æstatem calor refugit: itaq;

A sudorem potest exprimere. per hyemem vero vis frigoris arcet, & corpus perinde quasi terra euaporat.

Quæ nam causa pilos inhorrescere faciat? An merito cute contracta exurgant, quæ contrahi tum à plerisque aliis affectionibus potest. 5

Cur nemo seipsum valeat titillare? An ne ab alio quidem titilletur, si rem præsensit, vel potius si ipsum videat titillantem: ergo minime titillari quis possit, si quę tactio affertur, non lateat. Risus vero lapsus quidam, & fraudatio est, qua cum in sede præcordiorum quis verberatur, ridet. haud enim locus quilibet est, quo ridemus: clandestinum autem omne fraudulẽtum est. Qua de causa fit, vt illa eadem res & moueat risum, & non moueat. 6

Cur labris maxime intitillamur? An quia membrum, quod titillari possit, non longe a sede potissimum sentiendi abesse debet: labra autem eo maxime in loco posita sunt: sed omnium maxime locorum capitis propterea titillantur, quòd carne ex toto constant, quare mobi-
B lissima esse possint. 7

Cur si quis locum nostrarum alarum moueat, in risum continuo labamur, si quam aliam moueat partem, nullam possit ridẽdi causam afferre? Et quæ nam ratio est, cur naribus penna tentatis sternutamentum moueatur? An quia loca quædam venularum habemus, quibus vel refrigeratis, vel contra affectis, venulæ ipsę aut humectantur, aut in spiritum ex humore dissoluuntur, quemadmodum si venas ceruicis dormienti quis premat. lætitia itaque gestiens concalefactio quædam est: spiritum autem, cum redundarit, foras mittimus vniuersum. Sternutamenti quoque ratio illa eadem est. cum enim penna mouemus, atque tepefacimus nares, humor in spiritum soluitur, quem mox redundantem expellimus. 8

Cur sæpenumero vsu euenit, vt ingesto cibo inhorrescamus? An quòd cibus frigidiusculus admissus vincit principio magis naturalem calorem, quàm vincitur. 9

C Quam ob causam quod digitis vice mutata implicatis circumagitur, duo esse videatur? An quia duplici sentiẽdi parte attingimus. nũquam enim fieri potest, vt lateribus digitorum exterioribus vtrisque idem complectamur, & agitemus, dum manus ordinem suum obtinet naturalem. 10

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRIGESIMASEXTA.

Eorum, quæ ad faciem pertinent.

Cuius quæstiones. III.

1 VR faciem effigiare consueuerunt? Vtrum quòd quales nam simus, ea ipsa corporis parte intelligi posit. An ꝙ ea præcipue qui simus, agnosci potest. D

2 Cur faciem maxime sudare solemus, quæ carnis omnino expers, atque gracilis est? An ꝙ ea propẽsiora sunt ad sudorem, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autẽ tale est., quippe ꝙ humorem suũ plurimum habeat, quem venæ tẽdentes inde declarãt, & destillationes, quæ è capite venire solent. Cerebrum item humidũ est, & foramina capitis permulta. Capilli profecto foraminũ multitudinem foras vsq; productam latissime indicãt. Sudor igitur nõ ex parte inferiore, sed ex capite oritur. qua mobrem frons prima, & maxime sudat: prima enim subiecta vertici est: humor autem deorsum, non sursum fluit. E

3 Cur in facie maxime tubercula oriri solẽnt, quos varos vocamus? An quia locus iste rarus, atque humidus est. indiciũ pilorum eruptio, & sentiẽdi potentia faciunt. Tuberculorum autem genus id veluti pustula, minutusq; abscessus cuiusdam inconcocti humoris est.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRIGESIMA SEPTIMA: F

Eorum, quæ ad totum, corpus pertinent.

Cuius quæstiones. VI.



1 VAM ob causam cũ corpus assidue fluat, defluxusq; ab excremẽtis proficiscatur, leuari nõ põt, nisi exudet? An quia nõ satis secerni sic põt, diutius tamẽ secernitur. Cũ enim ex humore mutatur ĩ aera, plus certe oritur ex minori. plus nãq; quod secernitur est: quare tempore ampliori secerni necesse est.

A Sed cur ita fiat? An quia foraminibus longe angustioribus effluit. 2
Pars enim humoris lēta, glutinosaq́;, vt excerni permista cum liquida potest, ita cum spiritu nequit: quæ quidem res maxime infestat. Quapropter vomitus magis, quàm sudores leuare queunt: quoniam ii partem illam lentam secum educunt, vt qui crassiores, corpulentioresq́; sint. An ēt quòd locus, qui partem humoris lētam, glutinosamq; continet, semotus a carne est, ventri autem in propinquo manet. aut enim in eo, aut in vicino lentum illud contrahitur: vnde fit, vt aliter educi vix possit.

Quam ob causam frictiones carnem augeant? An quia vim præcipuam obtinent augendi ea, quę nostro in corpore calida habemus. molem quidē adipiscitur ampliorē, quod assidue ipsum in motu est, sursumq; effertur, & in spiritū humores extenuat intestinos, quæ certe fieri in perfricando videmus. quare vbi vsus defuit perfricandi, corpus decrescit, atq; minuitur. An ita fieri possit, vt vel per alimentū auctior 3
B caro reddatur, cócalefaciendi scilicet beneficio. calidū. n. omne humoris detrahens est: alimentum aūt, quod in carnē digeritur, humidū est. plus quoq; alimenti caro ex laxitate sibi admittit, quippe quæ laxior copiosius capere instar spógiæ possit. Frictio aūt nimirū carnē elaxat, & spiritibus reddit opportuniorē, & prohibet, quo minus inutiles coitiones in corpore contrahantur. quę si absunt, tabes nulla cósequitur: * vitiosum enim illud ieiuniū corporis, & tabes nasci ex materia solet, quæ inutilis cógesta est. Quòd si caro spiratior, laxiorq́;, atque ęquabilior sit, molem capiat ampliorem cósentaneum est. nam & alimenti capacior, & excrementorum secernentior redditur. * ἀτροφία

Quam ob causam vbi perfriximus, eodem a calore vehemētius vrimur, atque dolemus? Vtrum quòd caro sua densitate calorem interrūpentem coercet: quare plumbum calidius, quam lana est. An quia caloris transitio per vim agitur, qm̄ corpus strictū a frigore constat. 4

C Cur siccæ fricationes carnis soliditatem moliantur? An quia caro perfrictione recalescit, humor consumitur. Adde ꝙ caro perfricata densatur. quæ autem frictionem, attritumq́; pleniorem experiuntur, omnia maiorem in modum densari, reddiq; solida consueuerunt: qđ multis in rebus plane intelligi potest. Nam & farina, & terra, & reliqua generis eiusdem, si aqua infusa trahas, humida titubabunt, & fluida: sed si plenius atteras, longioremq; tractationem adhibeas, spissescunt, solidescunt, lentescuntq; celeriter. 5

Cur amplius frictio, quā cursus corpus implere potest? An quia cursus carnem refrigerat, nec alimenti reddit capaciorem, sed pars in imū conuertitur, pars a naturali calore penitus extenuata transit in spiritū. at manus carnem permulcet, laxat, capacem alimoniæ facit. Et vero exterior ista intentio premēdo, stipādoq; refringit interiorum impetum, obsistensq; arctius continet, & carnem attollit. 6

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRIGESIMAOCTAVA:

Eorum, quæ ad colorem pertinent:

Cuius quæstiones. X.

1 CVR oleum,& cera Solis calore candefiunt, caro nigrescit? An illa Sol propterea candefacere poſsit, quòd humorem nimium eximit:nigricat enim per naturã, quod præhumidum eſt, propter humoris terreni miſtionem. carnem vero quòd nullam inde humoris copiam detrahit,adurit,atroq; afficit colore. E

2 Quam ob cauſam piſcatores,& purpurii, & omnino qui rem exercent marinam,ruffo ſunt omnes colore? Vtrum quòd mare ſua ſalſugine calidum,& ſqualidum eſt:tale autem quodq; pilos conficere rufos poteſt,vt lixiuia,vt auripigmentum.An parte exteriore calidiores,interiore frigidiores reddantur,eo quòd ſumma corporis vicisſim modo madefiunt,modo a Sole reſiccantur,idq; perpetuo agitur. Itaq; pili aſsiccati extenuantur,& rutilantur:& omnes quidem incolæ plagæ ſeptentrionalis rufo ſunt pilo,& tenui.

3 Qua de cauſa curſus,quem induti agimus, & loci ſub veſtem perunctio pallidullos reddat? An propterea quòd vt ſpiratio cõmoda gratum affert colorem,ſic obſeptio, & ſtrangulatio contra afficiat neceſſe eſt.Quòd itaque humor paſſus per ſumma corporis cum incaluerit,refrigerari non quit,pallorem facile trahit.quod idem vtrũque illud ſudor,& oleum ſub amictum cõmittit: calor enim introcluditur, atque arcetur.Curſus vero, quem nudo corpore agimus,colorem præſtat amœniorem,ſcilicet ratione contraria: delibaméta quippe excrementitia,quæ ſubſiſtunt,aer refrigerat,corpusq; ita difflat, euaporaturq; commodius. Adhæc oleum cum tenue,atque humidũ ſit,ſubter perunctum,meatusq; corporis interſepiens,neque humorem ac ſpiritum è corpore profluere ſinit,neque ſpiritum exteriorem admitti patitur, quapropter materia vacans in corpore humida,putreſcens pallorem inducere poteſt. F

4 Qua de cauſa ſpiratio commoda colorem parit amœniorem? An quia pallor putredo quædã per ſumma corporis eſt. cum itaque humor ſummum obtinens corpus,calidus eſt,vt palleat accidit,niſi refrigeretur,diffleturq;.

5 Quare qui mediocriter inſudarint,ſtatim ab exercitio colore hila-

A rantur amœno, athletæ vero pallidi longe euadunt? An quia labor mediocris colorē leuiter prouocat, & ad corporis summa inuitat: nimius vero cum sudore, & spiritu extrudit, dum corpus inter laborādum rarescit, atq; laxatur. Cum igitur calor per summa residet corporis, color ille exultat, quemadmodum calefactis, aut pudefactis euenire solitum est. vbi vero inde euanuit, pallor cōtinuo succedit. Cæteri itaq; mediocriter se exercent athletæ prorsus vehementer laborant.

Quam ob causam qui se exercent, amplius à Sole vruntur cum sedent, quàm cum mouentur? An cum in motu sunt, aera agitant, itaq; spiritu quasi ventilantur: cum vero sedent, quia aer immotus est, vim Solis acriorem experiuntur. 6

Cur Solis calor summum adurere potest, ignis non potest. An quia Sol tenuior est, carnem subire amplius potest: ignis vero etiā si adurat, per summa tantum colorem inducit nigrum, quas phœdas nominant: interius autem subire minime potest. 7

B Cur ignis hominem nigrum non reddit, fictile reddit: Sol cōtra hominem nigrore afficere potest, fictile non potest? An non eadē vterq; ratione agit, sed Sol adurendo nigrificat, ignis fictile replet, obducitq; fuligine, quæ fauilla prætenui, dum carbones franguntur, simul & flagrant, contrahitur. hominem nigrum Sol reddit, ignis minime: quoniam Solis calor lenis, mollisq; est, & præ sua tenuitate cutem ipsam leniter per summa adurit. quoniam itaque carnem non attingat, dolorem nullum potest infligere: quoniam vrat, nigrorem inuehit. Ignis profectò vel nihil tangit, vel intro irrumpit. nam arbusta quoque igni atra redduntur. verum hic non eatenus tātummodo vrit, quatenus color ater se pandit, & auget. 8

Cur homines cum senescunt, nigriores reddātur? An quia res omnes, excepto situ, nigriores, cum putrescunt, euadant: senectus autē nō nisi quædam putredo est. Ad hæc cum sanguis siccescens nigrior reddi C soleat, merito senes sunt nigriores: sanguis etenim est, qui nostra corpora colore intingere valeat naturali. 9

Quam ob causam oleum Sol cādefacit, carnem nigrificat? An quia olei terrenam eximit partem, quæ nigroris causa est, vt etiam vinum fortis ratione terrenæ nigrum est. Carnem vero nigram propterea reddit, quoniam vrit. terrenum nanque omne cum vritur, nigrum effici solitum est. 10

Sectionum duarum de quadraginta Problematum.

FINIS.



ALEXANDRI APHRODISIEI PROBLEMATVM LIBER PRIMVS,

THEODORO GAZA INTERPRETE.

PRAEFATIO.

VAESTIONVM naturalium ratio partim certa ex se,conspectaq; est, omni ambiguitate, discusio neque abiuncta. Quis enim, modo mentis sit compos,quærat, quam ob causam natura pennas volucrum generi largita est, cum tam longe omnibus pateat, pennas primum fouendi gratia, perinde atque amiculum genus animantium illud induisse,deinde ornatus etiam causa eum in modũ extitisse,scilicet eadem illa ratione,qua pilis naturæ ingenio tegũtur, quæ ingressu vtuntur animantes, qua cortice serpentes, qua squamis, aut testis bestiæ incolæ aquarum? Cur item natura aliis animantibus cornua dederit,aliis aculeos,aliis vngues acutos, aut rostra, aut quid tale,quis quęrere debeat? Constat enim naturam his ipsis veluti quibusdam hastis natiuis bestias suas muniuisse,quo sese defendere ab iis possint,quæ detrimentum inueherent. Constat item fructuum, ac seminum genera,quæ ad ortum,vicemq; succedendi perpetuam natura F molita est,tunicis,aut corpusculis aliquibus humidis, * aridisue, aut corio vestiri, vt secura tum a frigore,tum ab æstu,tum etiam ab animantium iniuria præseruentur. In multis certe ne ipsum quidem tegumentum penitus esse inutile naturæ solertia passa est: sed cibo idoneum suis prouida animantibus astruxit.stirpes iam ipsas frondibus, libro, cortice, reliquis id genus pennarum pilorumue vice obduxit: quippe quæ prænorit, vt vel a nimio frigore, vel ab ęstu immodico offendi,interireq; possent,nisi ita operta,conseptaq; manerent, nonnulla etiam spinis tanquam spiculis contra animantium morsus ar-

ξυλώδεσιν. i.lignosis.

A mauit.flores præterea varios præstitit, vt exornaret, formosumq; genus stirpium liberalissime redderet, vtq; nuntios quasi statueret, qui mortalibus fructuum infantiam mox prædicerent emersuram. Hæc tā dilucida, tam certa, qui discutienda in medium affert, mente proculdubio vacat. at qui ambigat, an calor igni insitus sit: hic tangendi sensu orbatus degit. qui quærit vtrum natura, & ratio prouida rebus oriēdis, occidendisq; consultet, decernatq; ordinem, motum, positum, speciem, colorem, cætera generis eiusdem: hic porrò criminis teterrimi reus est, grauissimisq; pœnis obnoxius. Quæstionum igitur ratio, quod proposui, partim ex se certa manifestaq; est, partim inexplicabilis, modumq; penitus humani ingenii excedens, Deo duntaxat cognita immortali, qui rerum omnium parens, atq; author est. Operis quidem solertissimi cuiusdam rationem artifex qui extruxit, integre tenet. cæteri vero, qui artis sint illius ignari, rationem nullam reddere queunt, sed tantummodo rem inspectant, & demirantur. Quæstiones, quas inexplicabiles dixi, huiuscemodi sunt: quam ob causam ridere hi soleant, quos in alis, & costis, aut plantis titillamus. Cur nonnulli, cum mutuum marmorum attritum, sectionem ve, aut ferri stridorē, limarum ve sentiunt, dentibus obtorpescunt. qui fieri potest, vt stupori dētibus a frigidis fructibus iniecto portulaca herba, quæ frigida est, medeatur, cum non res similes, sed contrariæ remedio contrariis esse debeant. Qua de causa lapis, qui magnes vocatus est, ferrum solum attrahere, ramentisq; ferri * iuuari valeat, electrum, siue succinū floccos, festuculasq; sibi ita coniungit, vt hærentes possit attrahere. vnde fit, vt leo gallum tantūmodo extimescat. Quid est, quod gallina edito ouo festuca aliqua se, & ouum lustrat. Quare veratro coturnices, cicuta sturni vescuntur, quæ toxica hominibus esse certum est. Quam ob rem scammonea bilem ducat: cucurbita agrestis, agaricum, veratrū candidum, euphorbium, granum cnidium pituitam. veratrum autem atrum, ac epithymum bilem atram. Cur aluus nonnullorum rebus astringitur, quæ aluum resoluere consueuerunt: contra quæ his resoluitur potius, quæ astringere possunt. Quam ob rem alius alio cibo delectetur, eundemq; alius facilius, alius difficilius concoquere valeat, cum nulla ratio, vel caloris, vel alicuius rei eiusmodi intelligatur. Nemo sanè vel torpedinem piscem torporem per funiculum nostro inuehere corpori, vel triglam * obtētam virium a torpedine accitum tollere ignorat. permulta id genus licet enumerare, quæ nosci tantū experimento potuerunt. Vnde apud medicos abditæ illæ, delitescentesq; causæ his in rebus habentur, quarum nulla ratio reddi poterit. Quocirca temere sane agunt, qui genus id quæstionum solutionibus mandare contendunt. nec dici improbabilius quicquam potest, quam rationes, quas illi adducunt. quippe medicamenta, quibus purgandi vis data est, idcirco * materies ducere posse inquiunt, quoniam habitu sunt calidiori: quod error est. nam si iure calori causa daretur, calida

* ξωοποιεῖσθαι, nutriri.
* contactū
χυμοὺς ἕλκειν, humores trā

omnia vim illam purificam sortiri vtiquæ oporteret. nunc vero piper, quod longe calidius, vim non trahendi, sed concoquendi, corroborandique possidet. cuius etiam generis masticħé, & aloen esse nulli dubiũ est: itaque reciprocari ista nequaquam censendum. Nam & si omne, quod ducere potest, calidum est, haud tamen vicissim ita consequitur, vt quod calidum est, idem etiam ducere possit. Volunt item struthiocamelum vi sui caloris ferrum concoquere: quod absurdum penitus. Leo enim, qui longe quàm struthiocamelus calidior est, ferrum concoquere non potest. Nec vero Medicinæ artis authores tantum rerum statuere proprietates coguntur, sed philosophi etiam, & grammatici eodem per sæpe veniunt. etenim quę πάθη, id est affectus appellant, vsuq; comprobata obseruant, non nisi vicem complent proprietatum. Quærenda igitur illa sunt, quę locum obtinent medium, hoc est, non quę perspicua ex se sunt, vel tam occulta, vt percipi a neminé possint, sed quę quanuis difficilia, & obscura, explicari tamen, lucemque recipere rationum, & doctrina hominis, atque ingenio possint. Solutionem autem quęstionis cuiusque petendum ex rei vel habitu, vel specie, vel actione, vel ex rei simili consensu, vel ex colore, vel ex deceptione sensus, vel ex æquiuocatione, vel ex viribus, quæ magis, minusve efficere possint, vel ex eo ꝙ res durior, aut solutior, aut maior, vel minor, vel ex tempore, aut ætate, aut more, vel * parte essentiali, aut euentitia, vel ex rerum similium conditione, quorum exempla ex quæstionibus tum a nobis, tum ab aliis explanatis colligi possunt. his igitur normis, ac metis, omne quod quæritur, probationi potest solutionique mandari. Sed, cum non solum ratione, quæ in vniuersum doceat, verum etiam singularum rerum tractatione animus auditoris regendus sit, hæc proponenda soluendaq; censuimus.

here. Atque hoc semel annotatũ sit. quod ꝑ humore, materiã fere interpretatur.

Hoc etiã semel annotatum esse volo, ꝙ fere ꝑ habitũ, intelligendum sit ꝑpamentũ, ꝑ spẽm, confirmatio.

* eo qđ est scđm substãtiã, aut secũdũ accñs.

Problema. 1

CVR Homerus homines a canitie temporum πολιοκροτάφους cognominauit? Quòd ea maxime parte capitis canities oritur, ob eam scilicet rem, quòd pars capitis prior humidior, quàm posterior, & pituitosior est.

2 Cur parte priore capitis sola caluescere solemus? Quòd mollis & laxa est. cum enim pilus ob naturalem siccitatem vacat alimento facile defluit, vt qui non ita solide parte innitatur priore, sicut posteriore, quæ siccior, atque spissior est, caluitium ex siccitate oriri solitum est. quam ob rem quibus crispus capillus est, citius caluescunt. canescunt autem serius, vtpote, qui capite sint sicciori. siccitas enim pituitosam illam materiam totam absumit. sunt iidem præterea vigiles plus quàm cæteri. somnus enim humore consistit. Quod quidem argumento constat infantium, qui et humidi excrementosique sunt, sic somniculosi esse consueuerunt. patet idem vel ex humidis corporum affectionibus, atque ex iis, qui vel vino sese inebriarunt, vel crebro balneo vsi sunt. Quinetiam minus excrementi mittere iidem

A solent per partes, quæ secessui vacantis materiæ deputatæ sunt, os, inquam, nares, oculos. At qui capillo sunt promisso, & simplici, capitis humore abundant. itaque contra afficiuntur: quippe qui aut nunquam aut lentius caluitium sentiant. fieri tamen potest, vt vel vitio sui generis quis caluescat sicut & articulorum dolores, & plerique alii corporis affectus de parentibus ad prolem descendere consueuerunt, vt non desint, quos morbos liceat hæreditarios appellare. Ergo vel ea ipsa de causa, vel celerius caluescere, vel excrementosus, somniculosusque esse quis potest. canos autem candidos esse propterea necesse est, quia pituitæ, ex qua orti sunt, colorem imitantur. nonnunquam etiam ad colorem pene auri vergunt, videlicet vbi se cum pituita bilis vitellina permiscuit.

Cur excrementis abundare, ac vigiles esse senes consueuerunt? Excrementis certe abundant, qui frigidiores, atque debiliores, atque ad concoquēdum ineptiores longi temporis spatium reddidit: hinc enim B excrementis foramina, meatusque corporis redundant. Vigiles verò, quia sicciores parte corporis solida efficiuntur. Infantes prorsus, quia ex contextu foraminum, & parte solida corporis sunt humidiores, non tantum excrementosos, sed somniculosos quoque esse necesse est. 3

Cur pueri non canescunt, cum humidi excrementosiq; esse soleant? Quia humidi, & calidi sunt: pituita autem, vnde canities, humida & frigida est. adde ꝙ puerorum caluaria mollis, laxaq; est instar cutis, itaque vacans materia, & inutilis difflari potest, atque euaporari senio rum prædura est: tempore nanq; obdurescit, ac densa, solida, ossea redditur, vnde rimas in ea natura perduxit, quibus vapores excrementitii efflari, atque euanescere possent. 4

Cur mulieres, & spadones canescere celeriter soleant? An mulieres, quia natura frigidæ sunt, atque ex otii causa. sic enim plus materiæ inutilis contrahi potest, præsertim si menstrua defuerunt. C Spadones, quia non amplius semen excernunt, sed excrementum illud seminis genitale, quod pituitosum est, per totum corpus mistum cum sanguine digerunt. 5

Cur item careant pilis? Mulieres quidem, quia frigidæ sunt, foramina sui corporis spissiora habent, atque coarctiora. vis enim frigoris cō trahere, constipareq; aptissima est: itaque exitus pilis denegatur. Spadones vero, quia iusto humidiores sunt, excrementisque admodum redundant. hæc enim ratio est, cur loca neque præhumida, neque præsicca, saxosaque herbas edere valeant. 6

Cur pedes spadonum magna ex parte solent deprauari? Quoniam præ nimio, quem dixi, humore, membra admodum madefacta, & emollita, & proinde debilitata gerunt. fit * enim vt pondere superimposito corporis, crura parum ad sustinendum valida, peruertantur. quo modo harundinem pondere superannexo flecti necesse 7 * itaque,

est. Rem autem duram, & siccam esse validiorem, inque suo officio stabiliorem: humidam vero & mollem imbecillam, parumquæ efficacem extare: argumento sunt ligna, pelles, funes, atque etiam homines. quippe, si qui per luxum balneo & poculo immodice vsi sunt, imbecilliores reddantur: sed si per frugalitatem modice sese resiccarunt, robusti, efficaciores euadant. Vnde fit, vt spadones quidem effœminati imbecillique sint, forsitan & vinosi, vtpote qui pituita magis abundent. cum enim habitu sint frigidiori, auidos esse rei contrariæ verisimile est. vinum autem natura est calidū. Aethiopes vero, vtpote sicciores, crispi, macilenti, musculosi robustiq; constant. D

8 Cur iidem vocem reddunt acutiorem? Quoniam humor ille immodicus fauces, canalem asperum cognominatum obcrassans, atque infarciens longe reddit angustiores. & cum spiritos per angusta se promat, vocem agat acutiorem, quam in integris fiat hominibus, necesse est. His enim vox ampla permeatus laxitudines informatur, & ducitur. Argumētum ex tibiarum foraminibus accipi aptissime potest. humor autem nimius spadonum vel eo constat, quòd percrassari & mammas fœmineas explere, & genas habere tumidiusculas, & pilis esse pro missioribus, & canescere facile consueuere. E

9 Cur è spadonibus nonnulli rem aliquantisper veneream appetant, & amore interdum teneantur? Quoniam sunt, qui cum pubescerent, & castrati, collisi ve fuerunt. Itaque veluti semispadones sunt. adde quibus iecur feruentius, & seminis conceptacula ampliora, hi veneris vsum sæpe imaginantur, & appetunt: agere tamen quod cupiunt non possunt, quoniam coles eorum mox emarcescat, & langueat. Spiritus enim, qui diutius tumefacit, deest: quippe cum semen non adsit, vnde spiritus ortus per meatus semini attributos deferri ex parte coxarum consueuit. Quam ob rem fit, vt meatus illi collapsi perinde atque in puerili ætate possint excæcari.

10 Cur cæteris omnibus nostri corporis partibus, quas pili integūt, canescere consueuimus, alis verò nequaquam? Quoniam locus iste calidior est, quippe qui conceptaculis tum spiritus naturalis, tum sanguinis, sit refertus: qui etiam quia laxior, atque solutior est, idcirco excrementa pituitæ digerere, atque difflare: assidue potest. quod quidem argumento constat sudoris assidui alarum. F

11 Cur nonnulli pudore affecti alis insudare coguntur? Quia pars ista corporis laxior est. Natura quippe ab eo recedit. quod vel reuertendū, vel cauendum est: atque paulisper sese cum sanguine colligit, recipitq; in venas atque arterias ampliores, quæ vbi expletæ fuerunt, extillare incœperunt. quod idem etiam euenire iis nouimus, qui affecti lætitia sunt, ob eam scilicet rem, ꝙ relaxari, resoluique corpus totum, maximèque alas necesse est.

12 Quam ob causam pallidi, qui metuerunt, efficiuntur? Quod natūra humana, visque interior, quæ corporibus nostris consulit, nequid

A extrinſecus capiat detrimenti, continuo fugit, & ſe ad loca confert penitiora cuſtodiæ gratiā. quemadmodum nos quoque domum eadem cauſa petere ſolemus: quo cum properat, ſanguinem ſecum trahit. quo ſolo vehiculo, alimentoque vti conſueuit vtpote qui ex ſuccis omnibus fit bonus ſolus: hic autem eſt qui florem noſtro largiri corpori poteſt.

Cur iidem illi contremiſcere conſueuerunt? Quoniam vis etiam animalis per conſenſum vtique naturalem diffugiens, neruos relinquit imbecillos, qui ſuo robore membra ſuſtinent firmaque tuentur. Hæc eadem ratio eſt, cur & aluo fundantur, & mingant inconſulte. muſculi nanque, quorum intereſt meatus excrementorum claudere, debilitati retinere amplius nequeunt. 13

Quam ob cauſam rubeſcere ſolent, qui gaudent? Quoniam natura ſponte rei occurrit, quæ grata extrinſecus acceſsit. Queadmodum nos amicis, aut liberis obuiam vltro feſtinamus, naturam autem ſanguis comitatur, quem ſuo colore cuti florem poſſe largiri, palloremq; ob eius orbitatem oriri propoſuimus. 14

B

Cur erubeſcerē cōſueuerunt, quos puduit? Quoniam natura ſua naturali quadam, non arbitrali conſcientia verecundatur, ac reueretur, quod honorādum, colendumq; ſenſerit. Itaq; more pudicæ, nobiliſq; puellæ compeſcitus: & ſe ad loca penitiora corporis recipit, atque occulit. quod cum agitur, ſanguis concitus liberalius fluitat, cutemq; ſuo colore pertingit. Sunt tamen, qui naturam ſeſe protegere copia ſanguinis aſſeuerent. quomodo & manum naturali ingenio tantiſper faciei admouere ſolemus, dum pudore afficimur. 15

Cur nonnulli a vita præ nimio metu diſceſſerunt? Quoniam vis naturalis admodum interiorem ſubiens partem ſanguine, calorem inſitum atq; vitalem ſolitum de corde oriri obruit vniuerſum, atq; extinguit. qua ratione oleum quoque multum, vniuerſimque lucernæ infuſum flammā poteſt extinguere: calor quippe corporis ille perapte flammulæ lucernæ reſpondet. & vero, qui dolore vexantur nimio, eadem ipſa de cauſa diſceſſere e vita: interit enim motus interior natiui caloris, quemadmodum ignis quoque obturatus extinguitur. 16

C

Cur multi ebriati vino obierunt? Quoniam vini copia naturalem* animalemq; vim omnem ſuo calore opprimit, maximeq; id ſentiunt, qui calorem inſitum exiguum continent, atque imbecillum. Qui.n. multus, ac validus eſt, reſiſtere amplius, ac ſpatio tēporis copiam omnem illatam concoquere poteſt. quemadmodum plus olei infuſi flamma tolerat, quæ largior eſt. 17

* vitalēq;.

Cur membra ſenum obtremunt? Quoniam nerui membrorum, & muſculi vi ſua mouendi priuati non amplius æque partes continere firmare ſtabilireq; poſſunt. fit etenim tremor, cum pondus quidem membrorum corporis trahit deorſum: animæ autē vis ſurſum eleuat, idq; viciſsim, atque aſsidue agitur. Hinc enim incurui ſenes in terram 18

corruunt, & ne id fiat, baculis sese sustinent, & tanquam caducos parietes lignorum adminiculo continent erectiores. Hæc eadem virium imbecillitas facit, vt & vrina, & alui excrementa prodeant inconsulte. D

19 Quam ob rem pallescere solent, qui ægritudini succumbant? Quoniam rem tristem natura sentiens paulatim descendit ad loca sibi peniтiora cum sanguine, qui coloris author est. minus tamen illi, quàm qui metuunt, pallescunt.

20 Quam ob causam qui lætitia * exultant, resoluuntur? Quoniam vitalis vis, & insitus calor foras ad rem lætabilem immodice proflues dispalatur, ac interit. Vnde fit, vt & sudent, & rubeant sanguinis aduentu. Calorem enim natiuum, ignemq; ipsum, vt per loci sui appetitionem sursum efferri, sic per alimenti desyderium ima petere necesse est. igitur vtralibet mouendi ratione perempta, calor insitus interit, & vis omnis vitalis euanescit.

* Al. l. exultãt vehemẽter, nõnũq; etiam resoluuntur.

21 Quam ob causam qui vel anguntur, vel irascuntur, vel amant, frequenter ampliterque suspirare consueuerunt? Quoniam qui anguntur, animum totum ad rem, quæ dolori est, conuerterunt: qui irascuntur, rei, qua conciti fuere, intendunt, qui amant, rei tantum incumbunt, cuius desiderio detinentur. Itaque animus conuersus ad id, quo sollicitatur, negligit, & quasi officii sui obliuiscitur: videlicet, vt musculis thoracis vim mouendi suppeditet. Cor igitur, cum neque per intensionem pectoris aerem capiat, quo ventilari, refrigerarique possit, neque per remissionem seuocet, quæ sanguinis ardor fauillacea excrementa commisit, ne stranguletur, animam cogit, & ad desertum officium reuocat, & hortatur, plurimam musculis præstet * rationem, & inspirationem, expirationemque ampliorem efficiat, vt & copiam aeris frigidi capiat, & excrementorum largam eiiciat copiam, ita ut quod vices minutæ, crebræque spirandi essent facturæ, hoc vna amplior respiratio subministret. Quam rem στενάζειν hoc est suspirare veteres ab angustia cordis dixerunt, & quidem ad quoddam tempus late suspirant, idque sæpius faciunt, quoniam animus quidem, vt dictum iam est, rem, a qua excitatur, asidue dispicit, natura vero aliquando cordis gratia cogit vim mouendi transmittere thoracis musculis ampliorem. Quod autem in thorace respiratio est, hoc in reliquo corpore seductio spiritus per arterias habetur, ac inspirationi intensio, expirationi remissio respondet. Sphygmus autem, id est, pulsus ipse intensio meatus, & remissio in corde & in arteria est. E F

* motionẽ.

22 Cur ægre id genus carnis concoquitur, quod insitium appellatum est? Quoniam sua leuitate fluitat in ventriculo per cibi humidi medium: nec eius corpus attingit, quo tactu fieri concoctio potest, sed iuxta gulam redundat: cuius officium cibis non coquendis, sed appetendis delegatum est. quinetiam foris aquæ iniectum non subsidet,

A sed innatat. quoniam dum carnes teruntur, spiritus admittitur præleuis, qui corpus eleuet, & in humore fluitare aptissimum reddat, hinc etiam molle, solutumq; forte talis spiritus euadat, necesse est.

Cur aqua perferuida grata prurientibus est? Quoniam causa cur membra pruriant pituita crassa & perfrigida est: hæc autem facit, vt cutis hebetior sit, atque stupentior. 23

Cur iidem balneis delectantur calidis? Quoniam pituitam calor * digerit, & vngues excutiunt. 24

* fundit.

Cur terga amplius, quàm cæteræ corporis partes pruriant? Quoniam plus pituitæ continent, vtpote quæ frigidiora sint. Quam ob rem senes pruritus magis exercent, quia frigidiores sint. 25

Cur homines, qui breui sunt corpore, prudentiores magna ex parte sunt, quàm qui longo? Quoniam animus toto in corpore coactius, & compactius manet, si breue est: si longum, passus per longitudinem exoluitur, & hebetascit. vnde Homerus Vlyssem breuem, B ac prudentissimum refert, Aiacem longum, & stultissimum prodidit. Hoc modo qui breuiore sunt corpore, sunt etiam fortiores quam qui proceriore. 26

Quare qui minus sunt prudentes, suspenso corpore, ac vultu sublimi incedunt? Quia quemadmodum nauicularius non admodum robustus nauim recta non agit, sic nec corpus animus imbecillior. 27

Cur plerique stulti liberos prudentissimos procreauerunt, & contra, multi valde prudentes stolidissimos? Quod homines stultiores cum concumbant, totos libidini sese dedunt, itaque animo penitus in corporis concreationem demerso, astrictoque rei tantum venereæ, semen vires optimas tum rationales, tum naturales adeptum perfluit, creatque proinde hominem prudentiorem: At homines prudentes, & docti semper aliquid vel honesti, vel vtilis animo complectuntur, nec in ipso quidem venereo coitu omnino a rerum studio desistunt. itaq; C animo remissiori profluens semen expers longe facultatis illius animalis incumbit. Hinc etiam deduci ratio potest, cur homines stulti atque indocti filios robustos maxime procreant, prudentes & docti imbecillos. 28

Problema hoc in nonnullis exemplaribus nõ legebatur, nec ob id, a Theodoro fuit trãslatũ.

Cur ferarum animantium stercus minus, quàm vrbanarum fœteat, & damarum, & aliorum quorundam excrementa paulisper aroma redoleant? Quoniam fere ciboficciori simpliciorique vescantur, laborantque vehementius: hominum vero stercus omnium maxime animantium fœtet, quòd vario, humidoque cibo magis cæteris vtuntur: atque plus quàm sit satis importune prius, quàm egeamus, gulæ ingerimus, atque minus nos per laborem exercemus, atq; minus calore abundamus. cum igitur cibus, vel plene concoqui, vel satis difflari propter copiam non queat, putrescit aliquantulum, itaque grauius fœtet. 29

30 Cur ſinapi, & piper, & acrium omne genus cuti ſuperimpoſitum noſtri corporis vlcerare nimirum poteſt, deuoratum ventrem vlcerare non poterit? Quoniam ante immutatur atque concoquitur, quàm incipiat agere. adde quòd eius vehementia hebetaſcit nimio ventris humore, quinetiam cutis ſuam ob denſitatem tempus ad agendum rebus admotis acribus ſatis adhibet: & quoniam imbecilla eſt, facile ſentit, at pars inteſtina vna, & laxior, & validior eſt. D

31 Cur & præ nimio dolore, & præ nimia lætitia æque lachrymæ excutiantur? Quoniam qui dolent, ſpiſsitudine meatuum, qui poſiti oculis ſunt, humorem, quem oculi continent, exprimunt. dolor enim meatus refrigerat, atque aſtringit. At qui letãtur & geſtiunt, humorem ex laxitate meatuum effundunt. oculi tamen quicunq; arctioribus conſtant meatibus, lachrymam neutra de cauſa mittere conſueuere.

32 Quam ob cauſam qui dolent, ſumma corporis parte palleſcere conſueuere? Quoniam vires naturæ cum ſanguine partes interiores corporis ſubeant, ſicut ſuperius dictum eſt. ſanguis autem eſt, qui ſummã corporis partem calfacere poſsit, & laxare. E

33 Cur ſæpenumero euenit, vt qui mingunt, etiam flatum ventris extrudant? Quoniam veſica plena vrinæ intumeſcat, & premat, & adducat rectum inteſtinum: itaque vrina, dum egeritur, inteſtinum illud relaxatur, & flatibus inteſtinis incluſis libertatem effluendi concedit. Sunt tamen, qui dum vrina ſecernitur, conſenſum quẽdam membrorum effici omnium cenſeant.

34 Quam ob rem qui oſcitantem viderint, oſcitare incipiant? Quoniam natura animantium conſentiens inter ſe, afficiq; mutuo aptiſsima eſt, maximeq; brutorum. Hinc vbi è grege aſinorum meiere vnus adorſus eſt, cęteri quoque omne identidem faciunt, quibus veſica plena eſt vrina.

35 Cur ſanum lippiens ſua aduerſa valetudine afficiat, ſanus vero lippientem ſua bona valetudine emendare non queat? Quoniam oculi humidi, molles, affectuiq; opportuni ſint. adde, ꝙ ſanitas temperies quędam ſit corporis: morbus autem intemperies, faciliuſque modicus habitus ab immodico mutetur, vertaturque, quàm econtrario: merito lippitudo, quæ habitus quidem immodicus eſt, ſanitatem, habitũ laudabilem celerius mutat. omem mutationem autem ob naturalem cõſenſum corporum fieri certum eſt. F

36 Cur numus, aut pomum in aqua demerſum amplius ſeipſo videatur? Quoniam aqua ſubmerſo adhęrens corpori, eadem afficitur qualitate, coloremq; proinde trahit eundem, quo fallere oculum poſsit, quaſi corpus amplius ſit, cum vndique aqua continetur. Hac enim eadem ratione Sol quoque, & Luna, & Errones omnes, cum vel exoriuntur, vel occidunt, corpore eſſe ampliori videntur, quippe cum ita primum cœlum recipiat eandem qualitatem, afformeturque conſimilius.

Cur

A Cur quadrata e longinquo rotunda esse videantur? An quia quadrati angulos vtpote subtiles e longinquo percipere oculus nequeat: quibus detractis rotundum videtur, quod relinquitur. 37

Quam ob causam, cum aliquid procul percutitur, ictum statim cernamus, strepitum lentius audiamus, quanquam vna cum ictu strepitus oriatur? Quia visum tenuiorem atq; acutiorem quā auditum habemus. visus igitur anticipare, vtpote acutior potest, auditus vt crassior, lentius suo fungitur munere. Eadem hæc ratio est, cur in attritu confrictuq; nubium ictum, quod tonitruum appellamus, & ardorem, cui nomen fulgur inditum est, nō ex æquo percipiamus: sed fulgur primum videamus, post tonitruum audiamus: quanquam ictus vel prius tonitruum, quam fulgur efficiat, vel vtrunque simul committat. Ergo vel hac in re visus vtpote agilior, & tenuior præcurrit, atque anticipat, auditus vt crassior, & tetardior, postmodum sentit. 38

B Quam ob rem ex frigoris vehementia partes nostri corporis cæteræ rigeant omnes, facies minime, cum hæc vna detecta frigori pateat? An propter consuetudinem. facies enim quòd semper detecta est, aeris mutationibus insueuit. iuuat autem plurimum ad resistendum consuetudo, atque exercitatio. 39

Quam ob causam bilis suo conceptaculo affectu admodum facili complexa nunquam id corrodat, vbi vero in dentem corpus solidissímum paulisper decubuit, illum corrodat, atque interimat? Dixerim, quia natura, vt in illo vno corpore bilis contineatur, statuit. vis enim naturæ plurimum ad prohibendum ne quid officiat, valet. Cōstat hoc etiam rebus aliis. fœtus enim decem fere menses in vtero per manens nullum ponderis sensum gerenti fœminæ mouet. at si quis flatus eodē ruat, tormentum protinus excitatur, & pondus sentitur, & distentio rapit intolerabilis. arteria item aspera spiritus vnius conceptaculum est. ita, vt si quid cibi, aut humoris in eam delapsum sit, strangulatio se-
C quatur, & tussis subita: natura enim non cibo, sed spiritui viam hanc vni vendicauit. 40

Cur alii balneas sitibundi ingressi, extincta siti egrediantur, alii cōtra? Qui habitu sunt sicciori, siti balneo humefacti absoluuntur, præsertim si non penitus tabeant siccitate. at qui humidiores sunt, & siti omni vacantes, iis humor per sudorem absumitur, itaque sitis creatur: quippe quæ siccitate oriri solita sit. 41

Quam ob causám radice per cibum ingesta, alii fœde eructant, alii non? Quorum ventriculus non vitiosis excrementis, maximeque pituitosis redundat, horum eructus purior est. Quorum autem illis redundat, impurus, & male olens. radix enim vim calfaciendi, incidendi, extenuādiq; materias obtinet, flatusq; ex humoribus mouet, quos per ructum retrudit, ac reiicit. ita feces quoque diri odoris, si immotæ manent, fœtorem non spirant: si mouentur, ampliter spirant. haud 42

ῥάφανιν radicem reddit.

enim audiendi sunt illi, qui radicem ipsam vitiosam natura, & foetido constare genere censent. argumento quòd etiam foris tam marcida male olet: nam si id esset, omnes, qui eam edissent, foetidum eructarent. A

43 Cur summis frigoribus, digiti & omnino extrema corporis nigrescant, & decidant? Quia vis summi frigoris calorem insitum ad corporis profunda impellit, & claudit. itaque extrema, quoniam vires* animales & calorem nequeant adipisci, primum liuent, deinde nigrescunt, & moriuntur. decidũt vero propterea, quòd natura reliquo suo corpori consulens, adstringit ad se quod integrum est. relinquit, atque reiicit, quod mortuum vacat. extrema ita affici possunt, eo quòd parum carnis, calorisque obtinent: hinc enim & in genere stirpium, quæ infirma laxioraque & minus calida sunt, frondes hieme ineũte amittunt. Errant enim, qui principio calorem innatum vim aduersam frigoris aufugere introrsum existiment: proinde coactum, & quasi recreatũ proficisci vniuersum larga cum copia omnibus auxilio membris: itaque feruore nimio extrema posse exuere: nam dum intus manet, cogi melius potest. B

44 Quam ob rem qui extremis perfrixere, si membra igni admoueant, doleant vehementer? Hoc vniuersim & ad subitam qualitatis mutationem accidere arbitrandum est. fit enim, vt ex multo frigoris repente transeant ad multum caloris. omne autem quod immodice, vniuersimque malo agitur habitu, dolorem naturæ infligere potest, sicut quod per habitum bonum modice, atque ad naturalem cõditionem vniuersim mutatur, naturam vero vehementer permulcet, atque oblectat. corpus enim humanum habitu temperatiori, quàm cætera animalia constat.

45 Quam ob causam, qui piper, aut panis frustum grandiusculum deuorarint, singultiant? Qui ventriculum mundum, & sentientem, & calidum habent, hi celeriter piperis acritudine mordentur: quo morsu stomachus ad repellendam rem, quæ id efficit, excitatur. Itaque oritur, qui singultus vocatus est. At qui ventriculo sunt frigidiori, pituitoso, atque hebetiori, hi lentius singultiunt. quinetiam qui panem incisum iusto amplius deuorarint, oppresi magnitudine panis, singultire coguntur. membrorum enim natura nequit quiescere, quoties aliquo detrimento infestatur. Piper igitur qualitatis suæ acritudine facit, quòd singultus obueniat. quomodo bilis quoque interior pungit, & concitat. Panis vero sua opprimens quantitate idem committit more pituitæ, quæ singultum aggrauando ciere potest. respondet enim piper bili, panis pituitæ, vtraque vero proxima rebus extrinsecus infestantibus: dixerim, spinis & lapidi. piper enim & bilis acumini spinarum respondent: pituita & panis lapidum ponderi. F

46 Quam ob rem vitia, quæ in vnguibus digitorum consiterint,

A dolore afficiant vehementi? Quoniam nerui ad extremos vſque porrecti digitos ſuis ipſi excrementis vngues conficiunt, ſicut etiam dentes in gingiuis. Cum igitur vis, quæ per neruos author ſentiendi præſtatur profluens extremis inſiſtat digitis, eo ſe colligés, augeatur aquę modo, quæ in compita confluit, conſtat eo magis doloré poſſe amplificare, quoniam plus ſenſus vitiis augetur.

Quam ob rem iis, qui panem inciſum grandiuſculum deuorarint, & ob eam rem ſingultire incipiunt, retentio ſpiritus ſingultum ſedare poſsit? An quia ſtomachus ad aſperam arteriam poſitus eſt, idcirco premitur ab ipſa arteria, & inſtringitur, ita vt panis intruſus in ventriculum excutiatur, quo excuſſo, pondus tollitur, quod ſingultũ ciere poteſt. 47

Quam ob cauſam qui ex pane ſingultiunt, ſoluantur ſingultu, cũ 48
triſte aliquid audierint? quoniam ſunt intenti ad hoc, quod ægritudinem attulit. B Cum enim vis animalis aliorſum conuerſa, mouere thoracem deſinat, ſpiritus parum tantiſper affluit. itaque coactus ſingultum præ ſua copia ſedat, vt dictum iam eſt.

Quam ob cauſam, cum picturas intuemur, ſi prope aſtamus, 49
colores plano contineri omnes videamus, ſi procul, partim cauo, partim deuexo repreſentari neceſſe eſt? Quoniam vis conſpiciendi, quoties per longum extenditur interuallum, langueſcit: atque ita colorum profunda diligentius nequit explorare, ſed partem albiorem deuexam videt, nigriorem cauam. Album enim, quoniam lucido proximum, foras verſus elucet, nigrum, vtpote obſcurum, introrſus nitet. Hic adiici illa congruum iudico, Artium aliæ materiam transformate ſolent, vt cum fictor æneum equum, bouem, aut quod aliud animal conflando, aut ducendo hominem, aut vas aliquod affingat, videlicet materia æris a forma in formam immutata: aliæ per adiectionem agunt, vt quæ cæra, aut luto effigiant: C aliæ per demptionem, vt quæ animal ſculpendo afformant: aliæ per compoſitionem, atque appoſitionem, atque conglutinationem, vt ars ædificandarum ædium, aut nauium, aut lignaria: ſunt præterea, quæ per habitus alterationem, penitioremque immutationem fiant, quemadmodum natura genus animalium ex ſemine creare ſolita eſt: non deſunt, quæ per habitus mutationem atque additionem prodeant corporis, quomodo natura membra enutriendo augere vtique conſueuit: addo etiam, quæ per colorum miſtionem, atque adiectionem corporum conficiantur, vt artem pingendi ſuo fungi officio nouimus.

Cur aqua frigida neruis officiat, calida non proſit, ſed talis quoque aduerſa ſit? Nam, ſi quid noxium eſt, contrarium eius commodum eſſe neceſſe eſt. haud enim fieri poteſt, vt contraria modo con ſimili efficiant. Dixerim aquam, non qua eſt calida poſſe officere, ſed qua calida & humida, neruorum etenim ictus, quoniam ſumma in

Al. L. prima ratione, & p ſe efficiũtur

neruis ſenſio eſt, contendi, aſtringique deſiderant. quod humor pręſta D re nequit. imo neruos emollit, laxat, ad cariem ducit: calorem vero neruis haud quaquam eſſe incommodum conſtat, argumento olei, cuius perfuſione iuuari neruos palam eſt, eo ſcilicet quòd aliquid obtinet aſtriſtionis.

afficitur. Al. l. per ſe neruis.

51 Cur poma obeſſe ſua frigida humidaq; natura poſsint: aqua, quę frigida & humida eſt, non tantundem officiat? An quòd aqua pomis tenuior eſt, ac digeri celerius poteſt: idcirco non ex æquo offendit, præſertim cum membra firmare aliquantulum valeat.

52 Quam ob cauſam plerique cibos craſſos, atque difficiles concoquere facilius poſsint, vt carnes bubulas: faciles, & ſucci compotes laudabilis ægræ concoquant, vt piſces ſaxatiles? Rationem alii ad conſuetudinem referunt, alii ad habitum quendam naturalem ingenio humano inexplicabilem: alii ventris calore immodico cibos concoctu faciles vltra modum pro ſua facilitate concoqui, itaque perfringi, corrumpiq; cenſent. difficile vero, & quod modice immutatur, concoqui tantū, nō E præterea quicquam vitiari. Nam & paleæ, quoniam perquam facile afficiuntur, in cinerem vertuntur ab igne largo, & rapido: quod ligno querno accidere non poteſt.

53 Cur farina hordeacea extinguere inflammationes poſsit, cum frigidum omne cogendi, denſandiq;, non digerendi vim habeat? Dicendū non vi refrigerandi, ſed tergendi, diſcutiendiq; farinam poſſe digerere hordeaceam. Scindit enim & deterget humores. & vero pleraq; alia rē ſibi contrariam efficere queunt, videlicet non ratione primaria, & per ſe, ſed ſecundaria, & per accidens. Exempli gratia, apium, quod calidū eſt, febrem minuit, nō eo quòd calidum (ſimilia enim ſe mutuo iuuant:) ſed quòd materias infeſtantes diſcutere, atque detergere poteſt, & vim mouendi vrinam habet. Iris item, & hyſſopum herbæ, quamuis calidiores, proſunt tamen ad laterum dolores, quoniam materias incidunt, quæ inflammationem membranæ coſtis ſubditæ excitant, F quinetiam aquæ perfuſione frigidæ neruorum diſtentionem ex materia ortam frigida ſedatam aduertimus, per accidens, ſcilicet caloris interuentu interioris. Quoties igitur ex ſe nullo interueniente medio quicquam agit, proprie rationeq; primaria rem effici dicimus. at ſi nō ex ſe, ſed per aliquod medium agat actionem per accidens, rationeque ſecundaria proficiſci dicere conſueuimus.

54 Cur ante quàm balneas introeamus, tepidam egeramus vrinam: cū diutius intus manſerimus, frigidam? Dixerim quaſi per comparationem alterius ad ſolitum euenire. vrina enim, cū tepida effluat vere foras, quoniam noſtrum corpus iam frigidū eſt, tepidum, quod emingimus, corporis cōparatione ſentitur. At verò intus, quoniā plus quā vrina corpus recaleat, frigida eſſe videtur, quanquam aliquantulo calidior eſt. Conſtat hoc etiam, ꝙ ſi balneas ingreſſus prius, quàm recaleas, te recipias in labrum, aqua, quæ calida leuiter eſt, feruens admo-

A dum sentietur, sed si postquam concalfactus es, labrum adieris, nō ex æquo feruore eandem percipies.

Cur aqua interdum locis effossis maritimis dulcis comperiatur? 55
Causa quòd pars maris tenuior dulcis est: crassior salsa. quantum igitur tenuius est, dulceque est, hoc per terræ foramina transmissum, liquatumque in ipsam se condit tellurem. quod ea effossa comperitur. hæc eadem pars maris tenuior efferri quoque in cœlum, atque in humorem dulcem ac in pluuiā euadere solita est. crassa illa resiccata, cocta transit in salem. Quæ igitur litore laxiori cōtinetur, salsa propterea est, quia crassior quoq; humor terram subire per meatuum amplitudinem potest, qui salsus est.

Cur aqua puteorum per hiemem calida, per æstatem frigida est? 56
Quoniam contrarium omne suum vitare contrarium semper solitū est: cum igitur frigidum, quod calido contrarium est, atque exitiosum, fugiat per æstatem, cum cœlum recalet se adima telluris recipiat neB cesse est: quo euenit, vt aqua frigida efficiatur. Contra per hiemem, quoniam extrinsecus frigus vergit, calor ad ima fugiens aquam tepefacit. Contraria enim per idem loci & temporis simul manere natura noluerat.

Cur in Aegypto, quæ terra calidissima est, vinum frigidum nasci 57
soleat? Ratio eadem illa est, quam superiori reddidimus quæstioni: calor etenim facit, vt frigida omnis qualitas deferat se ad radices vitiū. itaque illas refrigerat: quod, cum stirpibus commune eueniat omnibus, vites amplius sentiunt, quia molliores atque affici opportuniores sunt.

Quam ob causam aqua, quæ feruida demissa in puteū est, frigidis- 58
sima fiat? Quoniam frigor putei calori pugnans aquæ demissæ, facileque præ sua frigidissima copia superans calorem vniuersum expellit, magnaq; cū vi permeat per aquam, atque ita vehemēter eā refrigerat.

C Quam ob rem cum bestiola oculo inciderit aliqua, comprimi al- 59
terum prodest? Quoniam spiritus visui a natura delegatus, non præterea effluit, sed se colligens, copia larga redundat. itaque ad apertum oculum sua copia deriuatus implet illum, & tumefacit, & in priorem partē reddit propēsiorem. vnde fit, vt quod incidit infirmū, ac leuius, expellatur. fortasse spiritus quoque ipse vniuersus occurrens per foramina oculi bestiolam reiicere potest.

Quam ob causam qui in faciem percutiūtur, ignem videāt? Quòd 60
spiritus visui accommodatus extenuatus per ictum ardet, profectusq; in aerem talis videtur, qualis per ictum redditus est. Sic enim & duobus lapidibus, aut ferris mutuo attritis aer interueniēs ictus, extenuatusq; maiorem in modum in ignem conuertitur. quod idem & in nubibus euenire certum est.

Cur non lapides omnes per mutuum attritum ignem excutiant? 61
Quoniam sunt qui corpore soluto, læui, & laxo constent. haud enim

æque per attritum aer extenuatur, cum nullo vehementiori afficiatur ictu propter corporis læuitatem. & cedens quoque, & se in foramina laxioris contextus recipiens, non omnis pari modo percussus recalescere potest. hoc etiam per attritum lignorum mutuum accidit. Ignis vero, quem de Sole, & aqua excipimus, reflexu radiorum Solis ad vitrum, ac inde reditu ad planum contrahitur. fit enim ita, vt aer amplius concalfactus ignescat. quomodo etiam in speculis agitur. D

62 Cur scalas facilius descendamus, quàm ascendamus? Quoniam in descendendo pondus nostri corporis iuuat, vt pronius deferamur, at in ascendendo vires dum pondus corporis sustinent, atque efferunt, laborant. sic enim & lapis facilius deorsum, quã sursum fertur. nam graue omne deorsum ferri aptissimum est.

63 Cur pueri statim, vt ex vtero parentis in lucem venerunt, plorare incipiant? Quoniam sensum iam & naturam alienam sibi experiuntur: quippe qui ex corpore calido, & molli, quo continebantur, ad aerem frigidum prodeant, fortasse vel luce ipsa percussi contristari, vociferariq; incipiunt. Haud enim illi audiendi sunt, qui animum dicant, quòd amisso cœlesti domicilio corpus inhabitare terrenũ occepit: idcirco infantem cogere dolere, atque plorare. E

64 Cur apes, formicæ, muscæ, atque ad summã animalia insecta oleo pereant? Quia spirandi meatus continent angustissimos. oleum enim quoniam lentum est, intersepit, & claudit iter, ita vt via spiritui omnis denegetur. quod cum accidat, interitum sequi necesse est. idem etiã serpentibus contingit ex iis quæ mali sunt odoris. Nam spiraculorum angustias obstruit suffimentorum crassitudo.

65 Cur flando calida refrigerare, frigida tepefacere possimus? Quoniam nostra respiratio calida est, spiritus qui ore profluit, qualitatem abolere contrariam potest. calida vero refrigeramus, eo ꝙ calidã etiã qualitatem mouerimus, atque digesserimus.

66 Quam ob causam carnes, quæ Lunæ plenæ expositæ pernoctarũt, putrescant, & pereant? Quoniam aer orbe Lunæ completo calidus reddi solet, & humidus: quæ quidem qualitates putredinem cõtrahũt. ita enim a natura sancitũ est, vt si calor, & humor modice adsunt, concoctionem efficiant. si humor paulo exuperat calorem, putredinem moueat, si nimium, extinctionem committeret. si calor valde humorem vincit, deustionem adduci necesse esset. Luna vero, cum quadriformi notetur habitu, primo cum æqua portione diuisa est, humida & aliquantulum calida regit: secundo pleniter orbe, calida & quodam modo siccior est: tertio cum senescit, sicca & frigida redditur: quarto cum luce omni exhausta silet, frigida humidáque euadit: tum enim expers est radiorum Solis, quos calidos esse nemini ambiguum est. F

67 Cur piper & synapi, si solida deuorentur calfacere ventrem ne-

A queant, si contusa, nimirum queant? Quoniam quæcunque non actu, sed potentia suas continent qualitates, aliquod extrinsecus desiderant auxilium, quo suam potentiam ad actionem promant. cum enim per contusionem tenuiora reddantur, meatusque corporis altius subeant, atque a calore moueantur natiuo, merito iam suam exercere potentiam valent. hæc eadem ratio cæteris quoque qualitatibus afferenda est. rerum autem, quæ sua qualitate agant, aliæ actu proferunt qualitatem, vt aqua, ptisana, lac: sunt enim hæc humida ex se, atque frigida præsidii nullius indigentia exterioris, quo refrigerẽt atq; humefaciant: consimili modo & sal, & terra, & reliqua generis eiusdẽ. sicca enim constant natura tam potentia, quam actu, & facie. At mare * & feruida naturæ fluenta, faciem quidem humidam præ se ferunt: sicca vero potentia intelliguntur. contra panis, & semen lini cum siccam præ se ferant speciem, humidam potentiam sortiuntur. * τὰ αὐτοφυῆ τῶν ὑδάτων

B Quam ob rem pleraque omnia animalia videre interdiu queant, noctu nequeant? Quoniam spiritum vsui visus accommodatum habent crassiorem, quàm vt aerem permeare ad rem vsque videndam valeat. crassescit enim per noctem, cum Solis absentia refrigeretur: extenuatur interdiu beneficio aeris, qui tenuis, & calidus est. feles tamen & hyenæ, & vespertiliones contra se habent. cum enim interdiu nihil ferè videant, acute omnia per noctem conspiciunt. spiritum quidem illum visorium, & tenuissimum, & dilucidissimum habent, ita vt per noctem hic modice incrassescens, idoneus ad rerum conspectum reddatur, per diem luce præclara supra modum extenuatus expandantur, & euanescat. quam ob rem leones quoque per Solem ingredi acriorem non patiuntur. sunt enim acie oculorum acutiuscula, & ignem interdiu iidem ob eam rem fugiunt. constat talem leonis aciem esse argumento pupillæ, quæ præfulget, atque etiam partis humidæ oculorum, quæ dilucidissima est. 68 natiuæ aquæ

C Quare, cum per noctem inter dormiendum oculos repente aperiamus, lucem percipimus? Quia spiritus videndi coactus, amplificatusque in dormiendo vniuersus larga copia erumpit per tenebras, atque elucet: itaque speciem quandam lucis merito potest conspicari. 69

Quare quos puduit oculos deorsum vertere soleant? Quoniã oculos speculum plane animi natura extruxerat: quippe cũ cæteras quoq; affectiones animi per oculos intelligamus: videlicet cum angitur, cum irascitur, cum verecundatur. quod cum animus personam quampiam reuertendam respicere libere, atque alloqui audentius temperet, palpebras trahi deorsum a musculis cogit. quasi occulens partem, qua facultas conspiciendi administrari solita est. 70

Cur sedes audiendi, humorem omnem in offense, præter quã aquã patiatur? Quòd aqua præ sua frigiditate neruum illico audiendi ministrum subit, frigus autem omne neruis inimicissimum est. 71

72 Quam ob causam, cum ventus futurus vehemens est, splendores quidam tanquam stellæ discursent, aut tanquam fulgura coruscent, potissimum per cœlum serenum & sudum? Dicendum iam moueri ventum incœpisse: verum nobis, vt corpore cõstantibus crassiori, atq; ad sentiendum hebetiori, nondum patet, aerem tamen superiorem vt tenuiorem, ac ætheri proximiorem, mouendo incendit. atque ita nos partes illius more scintillarum duci cernimus. post vbi ventus inualuit, aerem quoque familiarem hunc terræ, & crassiorem mouet, cuius agitationem percipimus. D

73 Cur ventus vehemẽtius per loca spiret angusta, quàm per ampliora? Quoniam vnum in locum coactus vires auget, roburq; pro suo profundo accipit amplius. at vero expãsus, diffususq; per spatia laxiora infirmus redditur, atq; imbecillus. hinc ignis quoq;, & aqua, & qualitas omnis coacta validior, quã expansa, est eadem ratione.

74 Quam ob rem nonnulli, cum magna posita procul videre nõ possunt, parua in propinquo cernere queant: quos myopas ideo cognominanius, quoniam non nisi conniuendo respiciant? Dicendum spiritum, cui videndi officium deputatum est, tenuem, syncerumq; in his esse, itaque longe deductum, vt rem apprehendere non possit. propinqua tamen, vel parua explorare suam ob tenuitatem, synceritatemq; non immerito potest. at qui etiam minima e longinquo cernũt, vt senes quoque aliqui faciunt. his causa contraria reddi debet. quòd spiritum oculorum crassum, largumq; habent. opusq; est ob eam rem moueri longo itineris spatio, videlicet, vt attenuetur, & ad rem percipiendam reddatur idoneus. E

75 Quam ob causam canes soli ex omnium animantium numero colligari post coitum venereum soleant? Quoniam & ceruix vuluæ caninæ angusta est, & coles in vsu venereæ rei inflatur, ac intumescit, nec protinus retrahi potest. Adde ꝙ semen lentũ, glutinosumq; est. vtrũq; vero per immodicam siccitatem accidere intelligimus. nam & indensare arctiusque colligere membra, & humores stringere, atque durare siccitas potest. F

76 Cur soli animantium canes rabiant per æstatem? Censendum id fieri propter habitus sicci amplificationem. canes enim, cum semper suapte natura habitu sicciori constant, tum per æstum magis resiccãtur, & tabent. humor enim contentus in his, totusq; habitus cõcalfactus, resiccatusq; supra modum incenditur. Itaque ritu hominum per febrem insanientium furiunt, & saliuam siccissimã, rubiginosissimãq; emittunt, incendi totum habitum constat, eo ꝙ & frequẽti ore anhelant, & oculos habent igneos & fauces reserant, orèque hiscente vagãtur, vt refrigerentur. cauda item præ nimia siccitate horret, tabescit, extenuatur: nec inter eos quilibet rabit, sed qui siccissimus est. Placet quibusdam sidus quoque caniculæ rabiem canibus per delibationem quandam cœlestem atque influentiam emoliri.

A Cur qui rapide, inconsulteq; inciduntur, minus doleant, quàm qui consulto? Quoniam alteri animo sunt occupati cuique negocio, vt ex æquo sentire præterea non possint. alteri suum animum ad membrũ id vertunt, quod secandum est: atq; ita, vt amplius sentiunt, sic vehementius dolent. 77

Quam ob causam qui onera portant, aut trahunt, cum cantu ambulare consueuerunt? Quoniam dum animus modulis permulcetur, attenditq; numerorum suauitati, minus sentire potest, itaq; minus ab onere angitur. Hæc eadem ratio est, cur ingentibus tibias, atque tympana adhibeamus: & cur ad eos, qui vel morte suorum anguntur, & mœrent, vel morbo laborant, homines congregari, varioq; vti sermone solitum sit. animus enim, cum se ad verba transferat, minus rem sentit aduersam. vnde veteres varia scęnarum oblectamina sibi excogitarunt, vt animum solatiis, modo his, modo illis exceptum ab angore seiungerent. 78

B Cur Aethiopes magna ex parte cum febricitant, intereant, & cum lippiuerint, exulcerentur? Quoniam calidi sunt nimium, & sicci. fit enim per febrem, vt omnis elementorum destruatur constantia. quandoquidem humor, qui est in his exiguus, absumptus, atque abditus, facit. vt tota elementorum constructio resoluatur. calorem enim deleri per alimenti inopiam necesse est. qui cum defuerit, frigus oriri nulli dubium est. Quinetiam siccitas humore interempto exuperat. quapropter mortua corpora sicca & frigida sunt. Vnde Homerus, cum ex elementis duo, q̃ tenuissima, & leuissima sunt, abire, & euanescere: duo reliqua manere corporibus mortuis nollet, deprecatus in hũc modũ est: 79

Sed dii vos omnes faciant vndamq;, solũmq;. »

Videlicet gelidos, & siccos. exulcerantur per lippitudinem oculi, quoniam sanguis bilem ex inflãmatione excipiẽs, oculos præ nimia acritudine excedit, & lacerat.

C Cur in conuiuiis poculis modo contrario vtamur? Cum enim comedere incipimus, minuto bibimus poculo: cum satiati sumus, amplo iam agendum censemus. hoc etsi contemnendum potius, quàm discutiendum videtur, habet tamen causam non ineptam. vt enim epularũ gratia crebrius bibamus, a minutis incipimus poculis, atq; ad ampliora finimus: quippe cum minuta implere satis, vbi potare liberalissime libuit, non quæant. at si ab amplioribus incipiamus ocyus expleri necesse est. Itaque frequentius, quod epulantes decet, haurire non possimus. adde quòd natura largo protinus, vniuersoq; haustu excepta, rẽ moleste fert alienam, & copiam omnem successiuam aspernatur. at verò minutis exorsa, paulatinis amplioribus assueta, copiam quoque familiarius demum admittit, & patitur. 80

Quam ob causam, qui aqua intercute laborant, assidue sitiant, cũ aqua sint pleni? Quoniam humor, qui in his non digeritur, sed putrescit, salsus quoque efficitur, atque ita stomachum reficcare potest. præ- 81

ſertim cum febriculæ adſunt. ad hæc, quanto venter amplius intumeſcit, tanto reliquum corpus minus ad portionem capiens alimentum reſiccatur, vnde etiam extenuari conſueuerunt. maxima enim pars ſibi conuerſa in aquam, ortum, amplificationemq; vitii exhibet. D

82 Cur per conuiuia, vt inter initia ſibi, & ante quàm impleamur, anguſtia præmimur: ſic poſt ſatietatem atq; ad finem cœnæ relaxamur, neque vllo accubandi cœtu * adduci præterea conſueuimus? Quoniã principio omnes præ nimia edendi auiditate ad partem lectiſterniorũ * exteriorem tendimus. hinc euenit porrò, vt non mediocri premamur anguſtia. At poſt ſatietatem alius in partem potius vergit inferiorem, alius in latus diſcumbit, alius item erectius ſedet, alius vel priorem in partem inclinatur, vel in poſteriorem paulo reſupinatur: atque ita efficitur, vt poſt ſatietatem rellaxemur: adde, ꝙ omnes inter edendi initia in pectus propenſi, & in lata enixi corporis accubamus. itaque euenit, vt anguſtia premamur, neceſſe ſit.

* augi

* interiorẽ. Sic enim legit Politianus.

83 Quam ob cauſam, cum tres corporis noſtri materiæ ſimplices, vniformesq; ſint, non tres quoque morbi vniformes, atque ſimplices veniant, ſed plures? Duplex enim in qualibet materia genus eſt ægrotandi, videlicet continens, atque intermittens. Cenſendum propterea id accidere, quoniam non tantum ex materiis morborum diſcrimina oriuntur, verum etiam ex locis calida enim, tenuiſq; materia febrem acutam, breuem, ardentemque efficit: frigida & craſſa hebetem, & longam. ſic enim & ligna, quæ calida & ſicciſsima ſunt, vt tedæ, vt laurus, ingentem excitant flammam, atque ocyus abſumuntur: at quæ humida, & viridia, ignem humilem reddunt, & fumoſum, & lentius deuruntur. locus item ſi amplus, latuſque ſit, celerius pleniuſque accendit materiam ob eam ſcilicet cauſam, quòd quantum materiæ vitiatum eſt, coactum eodem in loco ſubſtat, perpetuaque via accenſum vitat. Sed ſi anguſtus, exiguuſq; ſit, vt non totam, ſed particulatim materiam capere totam poſſit, febrem imbecillam creat, & diuturnam. Ergo ſi materię naturam, & locum coniunxeris, numerum omnem comperies febrium, quas putrens materia contrahere poteſt. Nam ſi in amplis conceptaculis, id eſt venis, atque arteriis flaua bilis putreſcit, quoniam calida eſt, febrem accendit ardentem, acutam, breuem, qui Ardor vocatus eſt. Sed ſi pituita frigida in paruis venis, & arteriis, cuti propinquis putreat, febrem imbecillam, & longam mouet, cui nomen Quotidianæ inditum eſt. Item ſi flaua bilis paruis in conceptaculis putret, febrem creat breuem, diuturniorem tamen, quàm ardor ſit: quam Tertianam, vel acutam ſimpliciter nominamus. Sed ſi pituita in amplis putret conceptaculis, febrem excitat quotidiana aliquantulo breuiorem. Pari modo & atra bilis, ſi amplioribus venis putreſcat, quoniam tota vno tempore incendatur, breuem agit quartanam. At ſi in paruis, diuturnam. accidit enim vt ſimul & materia frigida, craſſa, immutariq; difficilis ſit, & lo-

B

F

καὶ ὑφ' ἓν ὅλον ἐξάπτεται σηπόμενον, ſic Politianus, vna ois ſcilicet humor putrefactus accenditur.

A cus arctior obsistat, ne bilis tota simul deuri possit, & absumi.

Cur febris quartana diuturnior sit quàm quotidiana, cum pituita, 84
quæ frigida, crassa, lentaque sit; quomodo etiam atra bilis, quæ quartanam agit, frigida, crassa, atque etiam longe minor, quàm pituita contineatur? Quoniam pituita quamuis frigida, & crassa, tamen humida est: humidum autem quodq; facile immutari potest, atra bilis, sicca & frigida est. Siccum autem omne difficile immutatur. Captiose igitur agunt, qui missa, & quasi operta reliqua aduersaq; qualitate frigidi, vnius affinitate, & pituitæ copia ratiocinantur. adde ꝙ pituita naturæ accommodatior est, quàm atra bilis: vnde per esuritionem pituita pro alimento natura vti consueuit. febre igitur quotidiana vrgente natura quantum pituitæ vtile comperit, totum ad id corpus alendum concoquit, atque dispensat. quantum autem inutile est, id putrescens accendere potest febrem.

Quam ob rem materiæ nostri corporis cum quatuor sint, putre- 85
B scantq; omnes, genera febriendi non quatuor, sed tria constant? Quoniam sanguis naturæ familiarior est, alimentumq; suppeditat corpori. hic enim si abundat, plethoram, id est repletionem tantummodo creat: si putreat, non sanguis præterea esse potest: quippe qui recalescés flauam in bilem transeat. at reliquæ omnes materiæ, si superent, vitia per cutem maxime pariunt, vt vlcera, quæ a serpendo herpetes appellamus, vt cancros, vitiligines: sed si putreant, febrem excitare consueuerunt.

Cur, si per parietes inuicem obiectos fenestræ sint, accidat, vt alte- 86
ra clausa, non præterea multus, ac vehemens ventus irrumpere per alteram possit? Censendum hoc propterea euenire, quoniam aer excitus, id est ventus, non nisi corpore constat. ergo altera clausa, aer, qui ingressus per alteram est, domum replet. & quoniam corpus est, nihil amplius aeris superingredi patitur, ne corpus in corpus
C admittatur. at si fenestra aperiatur, aer qui domum præoccuparit, pulsus per eam extruditur, itaque locum exteriori dat aeri, & cedit, vt libere ingredi valeat, qui etiam ipse per obiectam fenestram cursu consimili effluens facit, vt alius per alteram admittatur. quod cum assidue agatur, impetus aeris, & agitatio vehementior excitetur, necesse est.

Cur hominum, qui amoribus detinentur, partes postremæ alias fri- 87
gidæ, alias calidæ efficiuntur? Censendum id propterea fieri, quia quoties anguntur, desperantq; potiri se posse, quam ardent, calor insitus in profundum se contrahit cum natura, itaque extrema omnino refrigerantur. & pallent vero ob eam rem, & tristi vultu, demissoq; redduntur. At vero quoties contra vel spem obtinent bonam, vel admodum excandescunt, calor ille natiuus idē ad cutē cū natura effunditur, itaq; calidiores rubentioresq; redduntur. Quā ob rē pictores cupidinē alias tristē, anxiū, iacentemq; pingunt: alias hilarē, subridentē, volitantem

puerum item eundem vegetum repræſentant,quoniam cupido vehemens quidem eſt, ſed nõ diuturna & ſtabilis. Amor enim honeſtus perpetuo vel inter bonos amicos eſt, vel inter parentes & liberos, vel inter maritum & vxorem.inhoneſtus ille parum edurat, magnaq; ex parte inter externos,parumq; cognitos oritur.honeſtus item moderatus,ac ſobrius eſt,inhoneſtus vehemens, furibunduſque. Tenet funale,atque pennatus eſt,ꝙ animantium videlicet animi efferri, mutariq; facile conſueuerunt:& calor eorum natiuus propter vehementem, aſſiduamq; ſolicitudinem marceſcit,& vritur. * Enſis parte dextera pendet: læua pharetra ſagittis referta pluribus, quoniam principio amor per radium oritur vnum oculorum. ſtatim quippe vt quis aſpexit,amauit:poſt, frequentes ad rem amatam radios mittit, quaſi tela iaciat, & capere illam conetur. ſagittæ abditæ in pharetra ſunt: quoniam qui amant, occulte radios mittunt oculorum. accedit ad hæc conſuetudo, quæ amorem ita accendit, vt ignem auget afflatus, quanquàm ortus amoris non ad conſuetudinem proprie referendus, ſed nonnunquam etiam exiſtere ſubito arbitrandus eſt. Semper enim amore caperetur, qui cuipiam conſueſceret, nudus præter ea fingitur, ꝙ & palam fit animus amantis, & ſine vllo interuentu rei prodit cupiditas. haud enim per alium mare quis poteſt, * neque ita occulte, vt intelligi a nemine poſsit. vnde ſtatuarum quoque artifices, Deos ac reges nudos ſæpenumero cauſa honoris,& laudis effingunt,ſcilicet vt perſpicua eorum poteſtas,& animo ſynceri, nulloque vitio protecti per corporis nuditaté indicentur. Plures cupidines facimus, vel quia varia libido eſt (aliud enim alius cupit. vnde Plato cupit. vnde Plato cupidinem * multiplicam beluam appellat) vel quia ſæpius euenit vt idem pluribus ſe cupiditatibus dedat. Matrem omnes Venerem habere vnam dicuntur, id eſt libidinem. Venus enim libidinis effigies eſt. Ferunt Cupidinem furiam arſiſſe infernam, quoniam ſunt,qui in amores turpes, deteſtandos, illicitos ruant, vt libro Secundo Allegoriarum de Diis abunde docuimus.

* al.l. Sagittam qdẽ manu dextra tenet, pẽdet vero ad ſiniſtrã Pharetra.

* al.l. neq; occulte, neque quẽ nõ nouit,

* πολυκέφαλον, multorum capitũ legendũ forte multicipem.

88 Cur per ſtatum aeris peſtilentem alii intereãt,alii reſiſtere poſsint? Cenſendum id habitus ratione accidere. etenim qui corpore male habito ſunt, iis aer vitiatus exiguum quoque materiæ, quod integrum extat inſpiratus corrumpit,atque ita materiæ corporis omnes deprauatæ morbos plures,& inſanabiles creant, vt moriendum ſit. at qui corpore bene habito eſt,hunc peſtilens aer aut nihil offendere, aut parum poteſt. habilitatem vero corporis eſſe, quæ cauſam illam efficiendi euocet ad agendum conſtat argumento materiarum externarum. Quercus enim difficilis paſſu ignis aſpernatrix eſt, harundo facilius ignem recipit,longe facilius ſtuppa verum ſi ſtuppam madefeceris, & harundinem ceperis viridem, quercum verò ſiccam, aut etiam ſulphure illitam igni mandaueris, hæc facile corripietur,flagrabitq;: ſtuppa & harundo nullum penitus ignem excipient. hoc eodem exemplo redden-

A da ratio eſt,cum quæritur quam ob cauſam labor febrem ephemeram ex tempore diei vnius appellatam potius,quam putridam facit,aut hecticam ex firmitate habitus nominatam. † quoniam ſi corpus ſpiritũ integrum habet naturalem, nulliſq; materiarum recremẽtis vitiatum ſit,aptum † iam conſtat ad genus morbi eiuſmodi concipiendum. quo enim ſolidius, eo ſiccius, & perinde languori id genus * opportunius eſt. Cur item Solis feruor aliis ſomnum afferat,aliis remoueat,eadem illa ratio eſt. quorum enim caput plurimum pituitæ cõtinet, iis ea ipſa humoris copia per Solis ardorem reſoluta, diffuſaq; cerebrum humefacit,itaq; adducere ſomnum poteſt: at quorum caput humore vacat immodico,iis amplius reſiccatum vigiliam auget.

† al.l. Dicimus id eueni re ex pcedẽti corpis diſpõne,et cauſam ad illã referimus: quoniam

† al.l.minus eſſe, iam

* minus opportunum.

Qua de cauſa Sol hominem nigrum reddat, linteum candidus faciat, & ceram emolliat,lutum induret? Cauſam prædicta habet patiẽ- 89
tis materiæ aptitudo. materiæ nanque noſtri corporis excepta pituita quoties nimium recaleſcũt, * per cutem nigrent. At linteum nitro aut
B ſalſugine purgatum,ſolem deterſas maculas abſumente, merito candidius redditur. Sol item humorem ex cera penitiorem euocãs omnem, emollit.luti nimium,ſummumq; humorem exhauriens, ſiccat, atque indurat. quod ſi * præter rem patientem, atque efficientem aptitudo quoque rei patientis cauſam effectus adhibeat,fieri poteſt,vt nos quoque,ſi animum pietate muniamus, ſi corpus victu ſobrio tueamur, ſi ſpretis opibus magnis,contenti paucis degamus labe humana immunes,quo ad humanis viribus licet, euadamus, dum ſcilicet occaſionem rei efficienti nullam ſuggerimus, qua agere quicquam valeat in rem patientem:ſiue Dęmon infeſtus ſit:ſiue ſidus,ſiue quodlibet aliud,qđ extrinſecus cauſam afferat noſtri erroris,vel vitii.

* al.l.circa

* al.l.in patientis aptitudine eſt poſita effectus ratio:

Cur qui morbo laborant regio,aſtricto ſint aluo, excremẽtaq; ad- 90
modum alba egerunt? Quoniam flaua bilis per totum corpus eorum effuſa eſt,quod & oculorum,& cutis colore indicatur,neque ad inteſti
C na præterea ita confluit vt tingere poſsit excrementa: neque per ſuam acritudinem vim excrementariam inteſtinorum excitat ad fęces eiiciẽdas. Quam ob rem ars medicinalis, quemadmodum cæteræ quoque artes,naturam ſequens pro viribus, quoties valetudo vrget aduerſa, viribus infirmis & languidis corporis auxiliatur. cum enim ſtercus excerni bilis beneficio incitantis,purgantiſq; ſoleat,videlicet ita, vt & inteſtina, cum muſculis ad ea ipſa pellenda enitantur, & ſtercus ipſum molle, ac lubricum per humores lentos inteſtinis appoſitos contineatur,ars perquàm aptè clyſterem adhibuit, qui mel vice bilis cont[illegible]t. nitrum vero quia purgat,& morſu incitat inteſtina,& muſculos ad expellendum:aquam atque oleum,vt humefaciat, emolliatq; fæces,quæ febre exaruerunt. Conſtat enim alias naturam ſolam ſine opera medici poſſe agere, vt cum iudicatur de morbis, & materia quæ concoquitur,tunc enim * natura veluti aduerſariorum duorum arbitra, morbi, & naturalis potentiæ adeſt,& de ægro decernit,ac iudicat:alias medi-

* al.l. modi c' veluti aduerſariorum arbiter.

cum solum sine naturæ auxilio subuenire, vt cum membra, quę suis D semota sedibus sunt, medicus ipse reponit, & collocat, alias naturam simul, & medicum opitulari; vt cum medicus quidem sordida vlcera & caua purgat & obstrusa foramina reserans, liberos meatus sanguini præbet, natura vero per inuisibilia foramina vlceris sanguinem syncerum transmittit, quem per alimentorum immutationem ad eum finem confecit, vt carnem crearet, medicus item carnem recens conditam, atque infirmam medicamentis desiccantibus stringit, atq; consolidat, natura colorem ad postremum adducit, & quoad maxime licet, expolit & ornat.

91 Quam ob causam multi cum febre synocha & feruore continua appellata laborassent, cutem aliquandiu nigram post decretorium diem habuerunt? Quoniam febris bili commissa est flaua, quæ morbo inualescente deusta atrum sibi colorem hausit, itaque cum indicaretur, pulsa in cutem ab natura summa corporis tinxit, quomodo per albugines cutem reddi albidam nouimus. crassitudine vero materiæ accidit, vt difficulter coloris deleatur. E

92 Cur atra bilis si in mammam decumbat aut in crus, exesionem faciat, si in cerebrum, nihil exedat, sed insaniam tantum excitet? Censendum propterea id fieri, quoniam in mammam venæ amplæ, permultæq; propter lactis originem coeunt, itaq; atrę bilis copia illo confluit, & vero in crus bilis dilabitur largior: quoniam grauiora quæq; ad ima tendunt facilius, at vero cerebrum, quia & venæ tenues, & ascēsus difficilis, parum bilis effertur, ita vt pungere illic possit, exedere nequeat. adde, ꝙ, cum cerebrum non modo frigidum, verum humidum etiam sit, pugnat aliqua ex parte bilis atræ naturæ, & mitigat. Quæ igitur bilis atra vehemens est, cancrum esitantem in mamma gignit, vlcus diuturnum & depascēs in crure, insaniam feram in cærebro. quę autem flauior est fluxionem tantummodo agit, & tumorem cancro similem sine exesione creat, & ad insaniam vertit leuiorem. F

93 Quam ob rem vbi aluus suppressa nihil reddit. papyrus prosit conuoluta in longum, intrusaq; in sedem? Quoniam musculos sedis collapsos, compressosq; diducit humefacta, & excitat. quod idē etiam in vlceribus facit, quorum orę importune contrahuntur, & conniuent, diductis autem musculis fęces excedunt, & quicquid affligit, reiicitur.

94 Cur vasa, quæ baucalia nominamus strepitum quēdam, dum aqua implentur, reddere soleant, vnde nomen his inditum est, quo modo & murmur, & susurrus, & reliqua factitia nomina dici incęperunt? Censendum id propterea fieri, quoniam vas, cum nullam continet aquam, plenum aeris est, corporis longe tenuioris. itaque, cum aqua in id vniuersim irrumpit, aerem tenuem facile pro sua grauitate extrudit. simul enim eodem in vase contineri aquam, & aerem fieri non potest. demonstratum quippe habemus nunquam duo corpora locum eundem per idem tempus posse occupare. quod cum aer sursum vni-

A uersus per locum expellatur compresſiorem, ſtrepitum excitari illũ neceſſe eſt, neque vnum, ſed plures. agitur enim veluti pugna inter humorem, & aerem, cum deorſum aerem humor premat, aer ſurſum humorem compellat. hoc enim cum viciſsim crebro agatur, merito accidit vt etiam ſtrepitus percrebreſcat.

Cur vaſa, quæ harpagia nominamus, ſi digito admoto foramen eorum ſuperius obturetur, aquam nullam per foramen ſui fundi emittant: ſed ſi apertum ſit, libere emittere poſsint? Cenſendum hoc propterea fieri, quoniam ore aperto aer ingrediens aquam deorſum compellit, cum etiam humor ipſe labi deorſum aptiſsimus ſit. Ita efficitur, vt aqua quæ ore per digitum clauſo effluere nequit, reſerato libere effluat. hinc omnem fere fabricam machinalem per aerem, atque humorem conſtruimus. vt horologia, clepſydras, vt ſonos ſimulachrorum, cæteraq; generis eiuſdem. 95

Cur tam vinum, quàm aqua delirium, atq; inſaniam faciat, ſi inop 96
B portune febrientibus detur, cũ hęc contraria inter ſe ſint. frigida enim aqua, vinum calidum eſt? Quoniam vini calor efferens ſeſe ad partẽ ſuperiorem, cerebrum cum febre deurit. itaque primum illud animi inſtrumentum, quod ſpiritus gerens ſpecimen ætheris eſt, commotum, vexatumq;, vim, qua ſapimus, delirare, atque improbe agere cogit. conſtat hoc argumento multorum, qui cum corpore, & animo eſſent integro, ſuæ mentis eſſe per vſum meri frequentem atque immodicũ deſierunt. aqua ſane: quoniam obtrudit foramina, & iter claudit, quo putris materia poſsit exhalare, putredinem febreſque auget. itaque facit, vt mens de ſuo ſtatu moueatur. ſæpe etiam feruore nimio corporis aqua iniecta pro alimento febribus eſt, quemadmodum & fabri ferrarii nonnihil humoris conſpergere conſueuerunt, vt carbones ardentius candeant.

Cur mulieres, ſpadones, & pueri vocem reddunt acutam? Quo- 97
C niam eorum arteria propter humoris copiam ſe dilatare nequit. diducere enim, amplificareq; meatus caloris vnius intereſt. Vt enim anguſta tibia ſonum reddit acutum, ita etiam canalis ſpirandi, quę arteria nominata eſt aſpera, vocem pro ſuo anguſtia extringit acutiorẽ. Haud enim audiendi ſunt, qui mulieres propterea vocem acutiorem emittere cenſeant, quoniam in parturiendo, vociferare iuuat ad partus facilitatem.

Cur * infantes deſtillatio perexercet, quæ Siriaſis appellata eſt? 98
Aeſtu tantiſper detineri infantes multitudo dicere conſueuit. febriunt enim parte interiori febre tenui. oculis ſubſidentibus redduntur, vigilant omnino, debilitantur. Cenſendum propterea hoc fieri, quia infantes perquàm facile affici poſſunt, & pituitam largiorem ſuo in capite continent. ergo per æſtus pituita recaleſcens, putreſcenſque febrem accendit, & membranas cerebri ferueſacit, vt inſomnia angantur. Feruor deinde per arterias deſcendens ad ſedem

* al. l. infantes p æſtatẽ capitis inflãmatio & deſtillatio
* al. l. debilitãtur. Quidã & laborãt p fluuio vẽtris

* vitalem. cordis, & spiritum * animalem feruefaciens, febrem sine putredine accendit. & vero bilis augeri per febrem solet, quæ mouere profluuium potest, aluum mordens, & intestina. causam atque originem mali esse in cerebro intelligimus, eo ꝙ capiti admota quæcunque refrigerant, prosunt, quasi feruor extinguatur, qui inde ortus corpus totum infestat. accidit hoc idem etiam firmæ ætati, cum pituita redundat in capite, aut flaua bilis vel colligitur, vel etiam putrescit. Quinetiam per aerem, quem feruidum trahimus, membra spiritalia recalescunt, & febrem per feruorem nimium excitant. D

99 Cur difficulter vlcera rotunda curentur? Quoniam per bilem acrē, atque exedentem consistunt: exulceratur quippe in orbem quoties bilis guttatim confluit, & exedit, itaque fit, vt medicamenta, quæ admodum sicca, & prope deurendi vim habent, afferre necesse sit: Medici ita volunt. naturæ vero, & sapientiæ studiosi curari hæc difficilius propterea dicunt, quoniam principium nullum est, vnde cicatrix adduci incipiat: circulus enim & principio caret & fine: vnde figuram hanc vlceris ferramento immutandam censent in angulos, vt pars idonea sit, vnde cicatrix oriatur. E

100 Cur sæpe eueniat, vt locum quem statuimus petere prætereamus? Quoniam noster sæpenumero animus rebus aliis occupatus diuersus ita est, vt sensibus non plane insistat ad ea ipsa percipienda, quæ sua singulis sensibus habentur: fit igitur, vt quasi videntes non videamus. quoniam illa vis non aduertit, quę iudex rerum sensibilium est.

101 Cur mel, quod omnibus dulcissimum est, amarum ab iis sentiatur, qui morbo laborant regio? Quoniam eorum lingua bile amara redundat: sic etiam quæque pars alia corporis. mel igitur materiam excitat quiescentem, & gustus bilem amariorem percipiens, falsam affert imaginationem, quasi mel sit amarum, quod dulce est.

102 Cur hominum admodum irascentium oculi * ruffi efficiātur? Quoniam ira sanguinis cordi suffusi, & spiritus calidi feruor est. Hic igitur, vt tenuis ad caput effertur, atque ad oculos, quoniam perlucidi sunt, se ostendit. & vapores ascendunt sanguinei, vnde facies quoque rubicunda existit. hoc & Homerus cum ita fieri aduertisset, ex ritu ardentis cādebant lumina flammæ, retulit. F

* Velut ignei

103 Cur serpentes aqua aspersi infestentur, & fugiant? Quoniam natura sunt frigida, sicca, neruosa, exangui: hinc enim refrigerationem immodicam fugiant necesse est. habitu vero serpentes esse eiusmodi constat eo, ꝙ per hyemem latebras, & terræ profunda, quæ per id tempus calidiora sunt, petunt, contraq; per æstatem, quòd terræ ima refrigescunt, inde discedunt, & loca poscunt tepidiora: quinetiam Sole occidēte aerem sæpenumero fugiunt, vt frigidiorem.

104 Cur ouum, non quemadmodum cum assatur, sic etiam cum in aqua feruenti decoquitur, rumpi possit? Quoniam ignem sine aqua experitur, humor contentus in eo immodice recalescens copiam spirituum

parit

A patit largiorem, quæ cum per angusta exire cogatur, disrupto oui tegumento exiliat necesse est. quod idem fit etiam in doliis, cæterisq; fictilibus, si prius, quàm mustum efferueat, obturētur. adde, quòd flamma nimia testam oui corripiens rumpit. Quod etiam vasis fictilibus euenit, cum vltra modum torrentur. quapropter ouum, plerique ante quàm igni admoueant, aqua diluunt. at vero aqua ebulliēs paulatim pro sua mollitudine humores effundit, absumitq; relaxando, non subito corrumpit.

Cur per venereum coitum oculi paulisper conniueant? Censendū id propterea fieri, quoniam in concumbendo ita voluptati nos dedimus, totiq; dilabimur, vt erigere oculos, animumq;, & sensum in sublime euehere nequeamus: quo fit, vt animus minus corporeas sentiat affectiones. 105

Cur nonnulla ex medicamentis simplicibus vires contrarias simul contineant, vt experimento latissime patet? Mastiche.n. & abstergit, 106
B & digerit, & firmat: acetum calfacit, & frigefacit. Dixerim vires illas contrarias propterea contineri, quoniam eorum particulæ indiuiduæ per appositionem non per confusionem coeunt. Vt arena si lento conglutinetur humore, inque vnum corpus coagmentetur, non per confusionem corpusculorum suorum in corpus, quod vnum videtur, concrescit, sed per coniunctionem, contactumq; consistit. ergo, si ita est, contrarias qualitates diuersis particulis mastichæ, aut aceti inditas, confundiq; inuicem recusantes, existimasse absurdum non est.

Cur per offensionem digiti pedis inguem intumescere soleat? Quoniam natura subuenire parti cuique dolenti soleat. & cum materia, quæ esculēta, cognata, & benignior est, sanguine inquam pro vehiculo vtatur, cum in digitos pedis descendit cū sanguine, venas amplissimas inguinis impleri, & perinde adenes, quæ corpuscula rotunda sunt posita inter sanguinis conceptacula, necesse est ergo per im- 107
C modicam sanguinis * rarefactionem inflammatio excitatur, & tumor. quæ quidem res inguen a parte, qua oritur, corporis nomen acceperat.

* Politianus σφήνωσιν legit. i. cōstipationem.

Cur auium generi vesicam, & renes natura dare noluerit? Quoniam larga humoris copia opus erat ad pennarum ortum, & incremētum, quinetiam continens volandi euibratio potest absumere humorem. Aues igitur hac de causa vsu mingendi caruerunt, cum tamen bibunt, stercus larga cum copia humoris eiiciunt. 108

Cur pueris calculi in vesica nascūtur, senibus vero ī renibus? Quoniam renes puerorum meatus continent præangustos. hinc enim terrena, crassaque permanans materia per renes vi arctioris meatus ab vrina, & renibus, canaliculatisq; conceptaculis propellitur ad vesicā. hæc locum præ sua amplitudine dat tùm excernendi, qua affluat vrina, tum consistendi, qua materia subsideat calculi: At seniorum renes, quoniam meatu sunt ampliori, locum & vrinæ effluēdi præbere pos- 109

ſunt, & terrenæ materiæ ſubſidendi, & concreſcendi. Colore autem calculi, quænam materia ſit, quæ peperit, noſci poteſt. D

110 Quam ob cauſam cum calculus per calorem conſiſtat (pueri nanq; calidi ſunt) & in ſenibus non niſi per illam eandem cauſam concreſcit? Haud enim tantam refrigerationem eſſe in illis putandum, quantam nix & gelu contrahunt. Quippe cum ſummũ frigus renes omnino interimere poſsit, cur inquam ſi ita eſt, non medicamentis contrariis ad reſoluendam calculi concretionem vtamur, ſed ſimilibus, id eſt calidis: vt * ſaxapio & fœniculo, & eiuſmodi cæteris? Ipſum per nimiam vſtionem, exaſſationemque accidit, vt calculus in arenã frangatur modo pulueris, qui ex fictilibus immodice torrefactis dilabitur. Itaque minuti calculi facile cum arena minguntur. fieri tamen poteſt, vt etiam per frigidam potionem calculus expellatur, videlicet cum renes ita corroborentur, vt bonis admodum viribus per vim excernendi eiiciant. necnon renum feruorem immodicum, qui calculorum concreſcendorum cauſa eſt, frigida potio extinguit. E

* petroſelino.

111 Cur vlcera tam renum, quam veſicæ difficulter curẽtur? Quia vrina per ſuam acritudinem recentem cicatricem relacerat. vnde fit, vt & difficilius curentur, quæ in veſica conſtiterint: manet enim in ea vrina, tranſit vero tantummodo per renes.

112 Cur aquam ingreſsi balnei calidiorem poſt modum ſentiamus, ſi moueatur? Quoniam vbi ingreſsi ſumus, aqua, quæ calida nobis obducta eſt, non ſolum egit, verum affecta etiam eſt: quippe quæ & corpus calfecerit noſtrum, & refrigerata ex eo aliquantulum ſit. res enim omnes, quæ ſub ortum, atque interitum veniunt, dum efficiunt, affici etiam ipſas demonſtratum plane habemus. Quoniam igitur aqua refrigerata parumper non ex æquo præterea calfaciat, minus poſt, quam principio calida ſentiatur neceſſe, eſt præſertim cum nec aſſueſcendi ratio deſit. quòd ſi aquam mouerimus, partem, quæ obducta noſtro corpori, & proinde moderata iã eſt, diuertimus, calidioremq; aliam, quę non affecit, affectaq; eſt, alliciemus, quam ſuum itẽ immodicum ſeruantem calorem, merito calidiorem, & merito prope vrentem tantiſper experimur, donec etiam hæc afficiat, atque afficiatur, itaq; ſuo in calore frangatur, quod vice pari facere licet per ſucceſsionem. quandiu enim aquam mouemus, tandiu calida, vt eſt, quæ accedit, percipitur. vnde qui amplius ſeſe calfieri velint, aquam aſsidue mouent, quandiu libeat calfieri. F

113 Si omne, cum moueatur, calidius ſe ipſo effici ſolet, pręſertim ſi aere, atq; loco feruentiore moueatur: cur aer agitatus, ventilatusq; frigidior ſentiatur, & quidem per æſtatem cum Solis calore ferueſcit ardentiori? Hoc enim rationi pugnarę videtur ſuperiori. quandoquidẽ aqua calida ſi mouetur, calidior reddatur: aer autem calidus ſi ventilatur, frigidior occurit. Cẽſendum hoc fieri propterea, quoniam quod qualitatę, aut viribus ſuperat, quanquam euincerę id poteſt quod eodem

A in genere minus est: tamen ita euincit, vt etiam ipsum mutuo aliquantulum afficiatur a minori. Aqua igitur, quæ admodum calida corporis nostri comparatione est dum calfacit, refrigeratur: nec eandem seruare qualitatem præterea potest. At circumfusus aer, cum per æstatem mediocriter calidus, videlicet aquæ illius feruentis comparatione nostris obducatur corporibus, quæ statu cœli calidiori referuent, calfit, itaq; nos mutuo calfacit. Quod idem linea quoque faciunt vestimenta. frigida enim primum calore nostri corporis obtepescunt, deinde nos mutuo calfaciunt. Ergo cum aer, qui iam calfactus a nobis est, per ventilationẽ e nostro semoueatur corpore, atq; alius nõ calfactus accedit, merito is sentitur frigidior, qui subinde accessit.

Cur vlcerũ cicatrices, quæ in pupilla oculi cõstiterũt, albæ videantur: cũ extra pupillã, parte inquã oculi nigra, cicatrix nulla alba induci possit? Quoniã liquidus, ac perlucidus ille spiritus, cui videndi vis data est, per pupillã tantum permanat. Idcirco euenit, vt vbi cicatrix B meatus tunicæ corneæ obcœcauit, spiritus ille trãsmeare præterea nequeat. itaq; coactus cicatricẽ pro sua copia maiorẽ in modũ illustrando reddere albã potest. & facultas quoq; vidẽdi propterea tollitur, qm per condensationem ocelli, spiritus non emanet. 114

Cur vt paleæ aquam seruare calidam, ita niuem * cõtinere integrã possint, cum aduersæ sint istæ inter se qualitates? Naturam palearum certa, exploratаque qualitate vacare censeo. Quam ob rem nonnulli paleas apœas, quasi sequales. i. qualitatis expertes nominarunt. cum igitur media, & (vt ita dixerim) dubia temperatione cõstent, qualitatem eorum quibus obductæ sunt, celeriter capiunt. itaque seruare modo calida, modo frigida possunt. 115

* al. l. seruare frigidam.

Cur vbi per hyemem imber desiit, stellæ illustriores videantur? Quoniam tam aer superior, quã inferior per agitationem extenuatur, & quasi per imbrem detersus conspectum synceriorem corporum cœlestium præstat, & transitum liberiorem oculis præbet, & ampliorem. C constat hoc argumento eorum corporum, quę aquis demersa puris atq; dilucidis clara, & nitida percipiuntur: turbulentis vero, & fœculentis, aut nullo modo videri possint, aut obscure, & dubie. 116

Cur sępenumero accidat, vt inter mingendũ inhorrescamus? Quoniam bilis acrior confluens, & mordens vesicam totum excitat corpus ad consentiendum, protendendũq; paulisper suas excernẽdi vires. horror enim talis excitatio est. quod quidem pueris potissimum accidit, quoniam illa ætas largiore excrementorum copia redundat, propter nimium edendi vsum, & varium. 117

Cur dolores per noctem magis soleant augeri? Quoniam per id tempus animus otiosus est, nullis videndi, aut audiendi, aut gustandi, aut cuiuslibet sensus negotiis occupatus: tractusque ad exteriora, hac de causa corporis affectiones per sensum tangendi amplius percipit. Actiones enim paucæ per noctẽ animales seruãtur, spi- 118

ratio inquam, & cogitatio. Animum vero ductum per actiones pro- D
prias ad exteriora minus corporis affectiones percipere constat, eo, quòd cum aut lugemus, aut ægrotamus, aut alia qualibet molestia angimur, amicorum præsentia, & sermo leuat nostrum malum, & mitigat. Neque vero ignorare debemus naturam suis actionibus minus interdiu fungi solitam, coctione inquam ciborum, materiarum mutatione, sanguificatione, digestione, nutricatione, agglutinatione, assimulatione, cæterisq; generis eiusdem, animum autem suas per id tempus exequi potius actiones ad vsum mouendi, sentiendi, imaginandi, cogitandi, reminiscendi, & quicquid eiusmodi. contraq; per noctem naturam magis animum minus agere consueuisse.

119 Cur vitra per hyemem, si quid vehementer calidum immittatur, rumpi soleant? Quoniam frigoris multum ex aere ambiente gelido hauserunt, quoties igitur ante, quàm vitrum tepefacimus, aquam feruentem indimus, caliditas contrariam sibi frigiditatem persequitur. tum illa derepente fugiens vna cum ipso spiritu distrahit corpus cõ- B
tinens vitri, atque dirũpit. foramina quippe corporis vitri etsi visum, sensumq; nullum partiuntur, tamen nonnihil aeris tenuioris contineant naturæ ratio exigit. Sunt qui per nimium rigorem frigoris exiccari, indurariq; corpus vitri existiment, quoniam quantum in eo est tenue, vel humoris, vel aeris exprimatur inde, & euanescat. itaque ruptioni, fractionique reddi opportunum, sicut lignum cum exaruerit. Hinc enim Hippocratem quoque medicum venas rumpi à frigido scripsisse affirmant. Ergo si ita est, cum nimius calor amplius vitrũ resiccet, quod sicciusculum occuparit, merito id irrumpere potest: si tamen prius, quàm subeat calor, molliter tepefiat, ac moderetur, nullum penitus sentiet detrimentum. Quemadmodum Athletæ, cum perluctandi certamen adituri sunt, oleo sese permulcent, ac reddunt ad flexus, tractusque obedientiores? etenim & qui modulorum sunt studiosi, ante quàm ad rem veniant, promere nonnihil consueuerunt, quo spirandi meatus relaxent, & membra emolliant ad vocem F
eliciendam elegantiorem. fit enim, vt relaxatis meatibus, rigor facile cum spiritu abeat, & mollior constantia vitri relinquatur, quæ cedens calori superuenienti immunis ruptioni omni persistere valeat. Vitrum autem foramina continere inuisibilia, vel vasorum fictilium argumento probari potest. nam nisi pice intus crustentur, aquam large per æstatem resudant, quam continent: quin etiam vitrum ipsum per æstatem aqua admissa frigida resudare: per hyemen si aquam continet feruidam, fumigare vidimus, & corticem vero mali medici, si vitrum admotum extrinsecus collidas, humor contentus qualitatem corticis recipit, vt posit eundem reddere odorem.

120 Cur pueri, præsertim infantes, in terram cadentes non facile, quẽadmodum viri, infringantur? Censendum corpora puerorum propter suam mollitiem sic duritiæ soli cedere, vt eius vires intentas, ri-

A gidumque ictum resoluant,& hebetent adeo,vt parum affici posſint. At viri,quoniam duro ſunt corpore,ſoli duritati, aut lapidis cuiuſpiã renituntur:itaque amplius ictum intendunt, vt lapis pro ſua acriori duritia agere efficacius poſsit.Hac eadem ratione ſpógia quoque frangi cadens non poteſt:vitrum autem, & fictile, & aliud quodlibet generis eiuſdem cum ceciderit,frangitur. Hinc etiam cauſam duces, cur vehemens venti impetus quercum euertat,harundinem illæſam prætereat. quercus enim vt prædura,valida,ampla, excelſa vento renititur:itaque facit,vt impetus plenius intendatur, atque forteſcat: harundo vt mollis,leuis, tenuis, breuis huc & illuc flatui cedens aduerſo vires noxias tuto tranſmittit,& hebetat: hinc & Athleta cum ſuo reſiſtit, atque renititur aduerſario, vires ſibi contrarias auget, cum aliquantulum cedit, & huc & illuc circumagit, reſoluit facilius, & proſternit.

Cur infantes,cum modulos audiant, primum vagitu ceſſent,deinde dormire incipiant? Quoniam modulandi ratio, quæ Muſica nominatur,eſſentiæ noſtri animi indita à natura eſt, vt etiã cæteras omnes ſcientias haberi inſitas opinio fert,non aliter quã in igne calor inſitus ſit:neque per doctrinam quicquam acquiri, ſed per reminiſcentiã atque recordationem omnia ſciri Plato author eſt. Igitur quoties animus concentum aliquem, modulumq; comptiorem ſentiat, primum reminiſcens,ac repetens cogit infantem quieſcere, tum permulctus in ſomnum vertit:ſic enim intelligẽdum, vt artes omnes habitu ſyncero,promptoq; in animo inſint,quandiu immunis luceat ſordibus corporis:demerſo autem in corpus,pollutoq;,omnia obliuioni mandentur,& deliteſcant. 121
B

Cur nutrices,cum in ſomnum velint puerulos vertere,mouere eos conſueuerunt? Vt humores delapſi per agitationem cerebrũ moueant: quod homines ætatis perfectæ nunquam patiuntur. 122

Cur aliqui ex vinolentis gemina videant? Quoniam muſculi oculorum varie humore completi,factiq; proni & languidi, oculos deprauant, vertuntque alterum ſurſum,alterum deorſum: itaque radii oculorum non eundem in locum præterea concurſare poſſunt; ſed diuerſas partes eiuſdem corporis adeunt, vt cum radii ſeorſum mittantur, conſpectum rei geminari neceſſe ſit:conſtat hoc etiam eo, ꝙ qui alterũ oculum premit,ſurſumq; impellit, gemina omnia videt. 123
C

Cur qui ab ortu naturæ ſtrabones ſunt, gemina non conſpiciunt? Quoniam oculos non ſurſum,deorſumq; habẽt deprauatos,ſed dextrorſum,ac ſiniſtrorſum:quòd enim oculi ſuum obtinent ſitum, id eſt directum,radii eundem in locum profluant,atque identidem referant neceſſe eſt. 124

Cur pubeſcentes aduleſcentuli, videlicet annũ ætatis circiter quartumdecimum, vocem reddere aſperiorem incipiant, quod trageſcere à vocis hircinæ aſperitate dici ſolet? Quoniam per id tempus natu- 125

ra parens ; & gubernatrix humani corporis magnam vniuersamque agit mutationem. D
argumentum ꝙ fœminarum mammas tū ampliari solitum est, vt lactis idonea sint conceptacula, & sedes quoque augetur coxarum, vt capax sit futuri, virorum pectus, & dorsa amplificantur, vt onera sustinere valeant grauiora. Testes item ampliores redduntur, vt semen satis gignant, & teneant, & coles insignem accipit magnitudinem, vt per ampliorem meatū genitura expeditius profluat. Quinetiam totum corpus iisdem ipsis ampliari solitū sit, quod vel morborū mutationes abolitionesq; * indicant, & vocis ergo asperitas, qua de re agimus, per spiritalis membri immutationem tunc euenit. cum enim arteria aspera dilatetur, accidit, vt partim plus, partim minus incrementi proueniat, eiusq; pars interior inæquabili structura ad guttur vsque ascendat: igitur spiritus, cum per eas partes emanet, quasi per itineris inæqualitatem impingat, vocem etiam inæqualem, asperam, & raucam agit: quod idem etiam accidit iis, quorum E
arteria destillatione infestante affecta per ductionem est: delapso nāque humore leuis interior membrana facta inæqualis, exitum etiā spiritus præstat inæqualem: talis hircorum quoq; arteria est, & guttur, ob nimium humorem, & qui immodice oleo vtuntur, illo eodem vitio non carent: qui cum per intentos, frequentesq; clamores rauce *proferant, hi denique siccitate arteriæ vocem reddunt inæqualem, & asperam. At vero gruum arteria, cæterarumq; auium, quæ rauce vociferantur, facta est a natura omni ex parte aspera, quoniam ita esset ad id commodior, quod author illa, & parens omnium spectabat. Post pubem vero adulescentes tragescere desinunt, quòd iam in plenum arteria tota sit dilatata, suamq; naturalem æqualitatem receperit.

†al. l. idicāt, quę circa annum quartū decimum solent cōtingere, & vocis quoq; asperitas.

* vero

* proferūt.

126 Cur oleum epotum vomitum moueat, & potissimum bilis flauæ? Quia vt leue, & superiorum appetens, cibos ad stomachum inuitat, & effert: quibus stomachus ipse oppressus, aggrauatusq; vim excernendi incitat ad euomendum: sed maxime bilem reiicit flauam, quia le- F
uis hæc, & tenuis est, & facilius petens superiora. Oleum vero factum sic esse a natura, vt semper ad locum tendat superiorem perspicuū est: quoties enim cuiquam miscetur humori, recipit se ad sedem superiorem, & innatat.

127 Cur oleum humidis nullis se permiscere patiatur? Quia cum lentum, suique pertinax sit, in particulas secari indiuiduas, cæterisque humoribus commisceri nescit: hinc dilapsum quidem in humum nō potest celeriter subire.

128 Cur oleum, & aqua sæpe & facile gelu durentur: vinum, acetum, garum, aut nunquam, aut rarenter congelascant? Quoniam oleū nulla exuperat qualitate, sed medio potius constat temperamento: refrigerari ob eam rem cito potest, atque adeo vehementer, vt stringatur, & consistat. Aqua quia frigida est, facilius se ipsa frigidior redditur, itaque gelascit. At garum quia tenue, & calidum est, ideir-

A co minus perriget. & vinum quoque eadem illa de causa potest resistere. Acetum vero quia partibus tenuissimis constat, incongelabile est.

Cur quæ contraria sunt qualitate, efficere identidem valeant? Nã, vt frigus, ita etiam calor humorem stringit: aqua enim gelu cogitur. Calculus calore in vesica concrescit. Per diuersas id effici vires censendum est. Calor enim quia nimium absumit humorem, indurat: gelu quia cogit, constipatq;, humorem omnem squalidiusculũ exprimit, sicut spongia manu compressa humorem, quem suis in foraminibus continet, emittit. 129

Cur sæpe contingat, vt * frigus ægrotum affligẽs se remittat, si strepitus, aut aliud quodlibet terrificum per id accidat tempus, quo frigus vrget, aut si aquæ copia in ægrotum vniuersa iaciatur? Quoniam sæpenumero materiis iam per temporis spatium concoctis, attenuatisq;, calor naturalis ex cute ad partem corporis interiorem vniuersus irrumpens, materiam morbi digerit, & absumit: quod idem etiam facere theriaca potest, & pars magna generis calidi & sicci, modo oportune post concoctionem sumantur. 130

* rigor.

B

Quare qui diu circumaguntur præter consuetudinem, cadere solent? Quia cũ spiritus animalis in cerebro per illum motum necessario perturbatus, & cum humoribus confusus, ineptus deinceps euadat ad suscipiendam animæ facultatem, sensum motumque suppeditantem: nulla vi ad neruos & musculos peruadente, fit vt moles corporis, quæ sustineri ac vehi ab animali spiritu desinit, feratur in terra pro suo pondere ac nutu insito. Hinc autem offunduntur oculis tenebræ: ꝙ spiritus videndi facultate præditus sit perturbatus, nec perinde vt sensus reliqui, suũ tueatur munus. At iis, qui paulatim & diu circũagi consueuerunt, raro istud accidit: quia per illam consuetudinẽ anima desinit haberi apud naturam peregrina, ac ipsi conciliatur. Quod enim paulatim, diu, & continenter fit, desinit tandem esse insolens, ac sensum fugere incipit, vt nihil omnino percipiatur. 131

Duo hæc sequentia Problemata in Theod. trãslatiõe haudquaquam leguntur.

C

Quare vitrea specula splendeãt plurimum? Quoniam stanni natura quo intus illinuntur, cum sit pellucida, vitro ex se perspicuo commista, magis resplendet: & radios suos per vitri exiguos meatus transmittens, ac externam illius corporis faciem duplicans, reddit magnopere lucidam. Qualitatum porro aliæ quidem vires suas in profundum nequaquam transmittunt: vt album, nigrum, fuluum, & huiusmodi: alię penitus transfundunt per transmutationem: vt frigus, calor, siccitas, humor, quæ propterea ad discrimẽ & cõparationẽ supradictarũ, effectrices qualitates à Philosophis & Medicis appellantur. 132

Quam ob causam in speculis, atque aquis dilucidis nostram speciem cõspicere valeamus? Quoniam oculorum radii profecti in corpora, quæ nobis splendida * obducta sunt, refringantur, hac suam repetant sedem: speciem enim nostram iam sibi habẽt obductã postquã 133

* opposita.

refracti sunt, itaque illam conspiciunt.

134 Cur vastæ, syncereæq; speluncæ, & loca excelsa, puraq; soleant resonare? Quoniam loca eiusmodi, vbi aerem ictum, quæ vox est, exceperunt, refringunt, nobisq; reddunt eundem aerem, quem nos percussimus, afformauimusq; in vocem: vox enim aerem, aer locum ferit: & quo plenius percussus hic percutit, eo vehementius resonare necesse est, loca humida, vtpote molliora illato ictui cedunt: itaque omnis impetus elanguescit, vt nulla effici possit reciprocatio: errore igitur vulgus Echo tanquam numẽ reueretur, & colit, errore Pana, Deũ illam arsisse credidit. Pan.n. homo doctus causam resonantiæ primus indagauit, ductusq; auiditate noscendi, cum aliquandiu in scrutando elaboraret, moleste ferebat, more eorum, qui puella, quam arserint, potiri non queunt. Vt etiam Endymion homo cœlestium cursuum studiosus, cum Lunæ cursus, faciesq; varias quæreret, nocteq; vigilaret, interdiu dormiret, deliciæ Lunæ fuisse, somnoq; dormiuisse inexpugnabili, edoctusq; ab ea, vt Philosophus, causæ ipsius solutionem fingitur: Illum etiam pastorem fuisse ferunt, ꝙ in solitudinibus, ac excelsis montibus Lunæ motum specularetur: citharam vero habuisse, quia quæ alta sunt, a ventis magis efflauntur, siue ꝙ concentum cœlestium figurarum indagauerit: Quinetiam Prometheus, ꝙ studio rerum cœlestium flagrarit, naturamq;, & situm, & causam sydereæ aquilæ indagando elaborarit, libidineq; pernoscendi tabuerit, dum beneficio Herculis hominis doctioris rem didicerit, quam desyderauit, fabulam de se prębuit cruciatibus liberari opera Herculis, qui aquilam iecur lacerantem, exedentemq; amouerat.

135 Cur aqua manens, parumque alta iacto in eam lapide orbes agat permultos? Censendum lapidem per sui iactus vehementiam vndique aquam a se propellere, atque ita orbem agere, primum pleniorem: sed cum ad terram vsque lapis deferatur, suaque mole aquã deinceps secet, dispellatque, merito non vnum, sed plures orbes conficere potest: primum enim aquam per summa feriens dirimit, inde suo continenti delapsu depellendo, alium atque alium orbem ducit, idque tantisper vice agitur successiua; dũ lapis stet, atque quiescat: quod tamen se lapidis contentio paulatim remittit, idcirco orbem posteriorem eo, qui proxime antecessit minorem obduci necesse est: quando etiam aqua varie, hunc scilicet in modum lapidis iactu depelli consueuit.

136 Quare multi existimant risum ex liene oriri, hoc argumento, quod quibus lien scirrho, id est tumore duro vitiatus est, nõ perinde sint ad ridendum comparati, vt qui sunt incolumes: sed sint mœstiores? Lien non proprio, ac per se, sed ex accidenti risus causa censendus est: Quandiu enim est sanus omnino fœculentum & melancholicum succum ex iecinore trahit: atque ita dum sanguis purus & defœcatus totum corpus cerebrumq; peruadit: naturam simul & animam non

Problema hoc i Theodori codice nõ reperit.

A aliter quàm vinum oblectat, exhilarat, & in tranquillam rectamq; cõ
stitutionem traducit: inde autem risus excitatur.

Cur mulæ parere nequeant? Quoniam ex animalibus constant spe 137
cie diuersis: mistio enim seminum, quæ tam habitu, quam natura inter
se discrepant; aliud quidpiam præter vires suorum simplicium confi-
cit, & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri mi
stio abolitis extremis coloribus alium parit colorem fuscum nomina-
tum, qui neuter extremorum est: igitur habitus genitalis aboletur, &
specierum habilitas omnis destruitur, quæ creatrix certi indiuidui est.

Quam ob rem qui surdi ab ortu naturæ sunt iidem & muti viuant? 138
Quoniam quæ nunquam audierunt, hæc fari nequeunt: medicis ta-
men placet, vt par idem neruorum sit, cuius pars altera ad linguam al
tera ad aures vsque porrigatur; atque ita necesse sit communem accide
re affectionem. Verum mutos fieri, qui ex morbo surdescunt, negant:
propterea quòd pars altera tantum, quæ scilicet audiendi officio dele-
B gata est, suas vires amiserit: & mutos quoque eadem ex causa; non etiã
surdos reddi affirmant: videlicet, quòd alterius nerui linguæ accommo
dati læsio est.

Cur pleriq;, post quàm ieiunarunt, cibo ingesto * frigere incipiant? 139
Quoniam vsu solito cibi prætermisso bilescunt; & materiam aggre- * rigere.
gant acriorem: pòst enim cibo ingesto membris iam confirmatis; bilis
cutem versus expellitur: itaq; fit, vt rigor oriatur, cum bilis membra
remordeat, exciteq; ad repellendum.

Cur sues, cum sursum videre cogantur, sileant? Quoniam genus id 140
animantium vnum semper pronum in terram est, cibi auidum, & re-
bus gaudens fœdis, ac sordidis: idcirco subita mutatione conspectus stu
pescit, lucisq; copia perculsum, vocem emittere nullam potest: sunt ta
men qui asperam huius animalis arteriam comprimi per angustiam
velint, cum in sublime erigitur.

C Cur stercoribus sues gaudeant? Medici rationem reddunt, quòd ie- 141
cur habeat maximum: quod quidem membrum sedes cupiditatis, siue
libidinis est. Aristoteles Philosophus aliter docuit: quòd enim sues na
ribus crassis, interceptisq; sunt, idcirco vim hebetem olfaciendi habe-
re, itaque fœtorem nequire percipere scripserat.

Cur vlceribus sanescentibus inflammationeq; cessante prurigo so- 142
leat excitari? Quoniam membrum iam corroboratum reliquias ma-
teriæ noxiæ, quæ vlcus commiserit, expellit: cum enim per cutem illę
digerantur, atque excutiantur, pruriginem pariunt.

Cur alterius oculi morbus grauior, multoq; diuturnior esse; quàm 143
vtriusq; consueuit? Ratio bifariam reddi potest, aut enim quia fluxio
in alterum tãtum occultum tota decumbit: redditur nanq; infirmius,
quod diuiditur, eoq; magis hebetatur, quo sectum numerosius est: aut
quia cum alter integer oculus frequenter se moueat, cogit etiã ægrum
toties moueri, quod noxium est: quietem enim summum esse reme-

dium membri affecti nouimus. D

144 Cur homo amplius, & crebrius, & vehementius, quàm cætera animalia soleat sternutare? Quoniam cibo & potione largius, magisq; varie vtitur, & sæpenumero vltra satietatem repletur: hinc enim cum cibos satis concoquere nequeat, multum spiritus ob humoris copiam mouet, spiritus vero prę sua tenuitate efferens ad cerebrum, cogit id crebro ad se expellendum incitari: strepitus itaq; mouetur, quoniam per nares meatus denique arctiores spiritus extrudatur vniuersus: quemadmodum etiam ad partes inferiores spiritus idem euolutus murmur per intestina excitat, & per sedem insigni cum sono excedit: atque etiã ad superiora enixus ructum per stomachum agit, & vocem per guttur, & sonitum, ac tinnitum per aures.

145 Cur defunctorum pili & vngues augeri aliquandiu soleant? An nõ augeri censendum, sed carne emacerata, consumptaq; partes imas, quę ante opertæ latebant, detegi, atq; patere: itaque fallere quasi per adiectionem auctum quicquam sit. An, quod nonnulli volunt augeri vngues vel mortuo homine propterea possunt, quoniam per excrementa vacãtemq; materiam oriantur: mortua autem corpora in recrementa per cariem resoluuntur: quæ cum per foramina, extremaq; corporis effluant, merito pilos augent, & vngues. E

146 Cur digitis manuum potius, quam pedum nascantur, quæ albugines appellatæ sunt: & per puerilem magis, quàm per firmam ætatem? Quoniam pituitæ excremento oriuntur, quę in pueris potius, vt edacioribus atque otiosioribus superat. Vnguibus autem pedum minus, propterea hoc accidit vitium, quoniam pedes per ambulationem frequentem, & agitationem amplius exercentur: itaque vacantem illam materiam digerunt melius, atque absumunt.

147 Cur pili pedum non cum barba, aut capillis, sed lentius canescere soleant? Eadem illa reddenda ratio est. pedes enim per continentem, contentioremq; ambulationem excrementum pituitosum, quod canos efficit, digerunt, atque consumunt: & pubes quoque sero canescit, quia pars calidior est, & pituitam absumere per coitum venereum pót. F

148 Cur homini vox, atque sermo lente perficiatur: cætera animalium genera aut statim, aut paulo post vocem suam reddere plene incipiãt? Quoniam vox hominum multiplicior, & artificiosior est, & doctrinam magis desiderat: bestiarum simplicior, & naturalis potius est, quàm animalis.

149 Cur plurima ex animalibus suas peruibrare caudas soleant, cum notos sibi agnoscant: & cur leo iratus costas per caudam verberet, atque etiam taurus? Quoniam dorsi medullam ad caudam vsq; habent porrectam, quæ vim continet animalem, & motionis authorem: igitur, cum animal notum sibi agnoscat, per caudam quasi per manum ritu hominum excipit, & partem sui corporis mouet, quę agilior, & promptior est. Leonum vero & taurorũ anima, vt per iram affici potest cum

A natura: sic eandem naturam propterea moueri vehementius cogit, vt etiam homines sæpe manus, aut aliquam sui corporis partem per iram percutere nouimus: cum enim illico vlcisci animus nequeat, alio quodam modo feruorem suum extinguit, id est ictu, aut strepitu, aut alio quolibet generis eiusdem remedio.

Quam ob causam hordeum tostum, redactumq; in puluerem cicatricibus equorum conspersum faciat, vt pili non albi, sed cęteris vnicolores oriantur? Quoniam vim discutiendi, purgandiq; obtinens detergit, atq; absumit excrementum pituitæ, atque materiam omnem vitiosam, quam vlcus per membri infirmitatem collegerat. 150

Cur hominibus pili per cicatrices oriri nequeant, equis vero queāt? Quoniam cutis hominum spissior est: quod pili indicant ipsi, qui molles, ac tenues sunt: & cicatrix vero ꝙ longe quàm cutis spissior, foramina omnino adducit, & excęcat. at vero equis laxior cutis est: quod B pilis eorum percipitur, qui duri, crassiq; exeunt: quare cutis foramina claudi ex toto per cicatricem nō possunt: ergo cum subiecta, collectaq; excrementa per meatus tenues, qui relicti sunt, exeant, & concrescant, pilos gignunt, & augent. 151

Cur hominibus morsis a dipsade sitiq; ob eam rem intolerabili detentis, theriaca, quæ calida & sicca est, sitim epota extinguat, non augeat? Censendum non sui habitus ratione theriacam sitim posse extinguere, sed auxilio, quod membris afferre offensis potest, & suæ penitioris naturæ ratione: constat enim ex pluribus herbis, quæ singulæ membris principalibus subueniunt singulis. Dictamum enim cordi accommodatur: quippe quod mirifice cor firmet, atque conseruet. Eupatorium iecur adiuuat. Scolopendrium lienem *. Petrapium os ventriculi. Hyssopus transuersum septum, atque pulmonem. Inula campana renes. Ruta laxum intestinum. Gentiana cerebrum. Seseli vesicam. His omnibus viperarum carnes miscentur, quæ vi suæ naturæ C contra venenata omnia genera, omnemq; illatam iniuriam, auxiliantur. Igitur cum membra omnia præsidium sibi ex theriaca trahant, merito malum sedatur, quod sitim creat, atque ita extingui sitim congruum est. 152

* petroselinum.

Libri Primi Problematum Alexandri.

FINIS.

ALEXANDRI D
PROBLEMATVM
LIBER SECVNDVS.

1 VAM ob cauſam qui per arduam febrem inſaniunt, vt laxius, ſic plenius ſoleant reſpirare? Animam per neruos, ac muſculos fungi ſuis muneribus certum eſt: Pectus igitur totuſque thorax per ea ipſa mouetur media. ſed quoniam vires animæ læſæ ſunt, deſerunt ſuum officium: nec neruis, & muſculis ex æquo præterea imperant: itaque merito fit, vt ſpiritus interſtitione reddatur laxior: plenius tamen eius gratia rei effunditur, vt cor ſatis poſsit refrigerari: vis enim vitalis exurgit, & vim animalem ſtimulat, interitum plane minitans, niſi ſuum ad munus redeat, ſpiritumq; reddat, & trahat. Ergo quod anima exequi aſsidue propter morbum nequiuit, hoc vires cordis ob ſui vſus neceſsitatem amplitudine ſpirandi compenſare conſueuerunt.

2 Quam ob cauſam æſtuoſos eſſe neceſſe ſit, quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniam eorum pulmo humoris copiam continens calorem excipit aduentitium: factus enim ſic eſt, vt aſsidue moueretur; hinc vapores quoque citantur, qui ſuam ob leuitatem ſeſe ad * ſedem cerebri efferunt, a qua concreſcunt, & in naturam ſuæ originis tranſeunt: quod idem etiam in balneis, atque opertis lebetibus euenire videmus: vapores enim ſuum omnem calorem amittunt, redduntur q; ex natura cerebri longe ortu ſuo frigidiores, atque ita morbum creare aliquem poſſunt.

* al.l. caluariam.

3 Cur tabe ii conſumantur, quibus gargar penitus abſciſſum eſt? Quoniam quandiu gargar tegmentum gutturis extet, aer, qui per os trahitur, recaleſcit, & antequam adeat pulmonem, deſiſtit a ſuo immodico frigore. Contra vero illo detracto aer prius ad pulmonem defertur, quam moderetur, itaque ſupra modum refrigerat, & ſanguinem contentum in conceptaculis indurat, & pulmonem facit ad motum tardiorem: quod cum per vim pulmo moueri enitatur, rumpuntur conceptacula ſanguinis: quam ob rem tabem oriri neceſſe eſt. Hic addidiſſe non ab re forſitan ſit, quid gargar, quid columella, quid vua oris ſignificet. Gargar illa carnicula eſt, quam gutturi pro tegmento natura addidit, nomine a ſoni genere indito, vt etiam ſuſurrum, & murmur, & reliqua huiuſcemodi noſtri maiores nominarunt. Columella vitium gargaris eſt, cum ſcilicet in longum per fluxionem adducitur. & Vuam quoque gargar idem per morbum appellare ſolemus, quo-

A ties per inflammationem speciem accipit vuæ acini. Sunt qui fundibulum gargar. ipsum appellent eo, q; supra amplius, infra arctius est.

Cur hominum malæ rubeant, quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniam sanguis, cum in pulmone ebulliat, vaporem sibi similem emittit: quod enim oritur, similitudinem suæ originis præferat, esse necesse perpetuum est. Hic igitur vapor, cum præ sua leuitate ad malas se extulit, consistit, atque ita per cutis tenuitatem, veluti per vitrum colorem suum ostendit. 4

Cur pituitam per hyemem nasci, augeriq; solitum est, cum per id tempus parte interiore corporis simus calidiores, vt Hippocrates medicus libro Aphorismorum scribit? Quoniam cibos, quos per hyemem largius sumimus, venter minus concoquere potest. Ergo larga ista ciborum copia pressus, calore insito quasi extincto, pituitam per refrigerationem gignit: quæ sanguis imperfectus quidam non perperam potest appellari. 5

B Cur in terra Aegypto, quæ calidissima est, vinum fieri frigidum soleat, contrà in Scythia, quæ frigidissima est, calidum fiat? Vinum omne calidum est: verum quoniam aliud magis, minusve alio hanc obtinet qualitatem, nomen illud contrarii habitus accipit, frigidumq; vocatur, quia longe minus calidum est. Terra autem Aegyptus vina frigidiora cæterorum scilicet comparatione affert, quoniam calor illius cœli immodicus ita humum elaxat, vt calorem omnem Soli intestinum euocet, atque absumat. Scythia quòd frigida est calorem ad ima terræ compellit, atque includit: itaque vina efficit calida, & validiora. Quod idem etiam incolis terræ Scythiæ, & Aethiopiæ accidit. Aethiopes enim loca inhabitantes feruentissima, timidi sunt, & effœminati, & nigri. Scytharum gens sedem gelidam tenens, animosa, fortis, & cãdida est. quippe, cum calor Aethiopibus eductus ad summa corporis sit, quod atro cutis colore indicatur, Scythis interiora teneat, situsq; in sedibus sit principibus, id est corde, & iecore: quod coloris candor plane ostendit. 6

C

Cur æstate frigida sunt olera & fructus: cuiusmodi sunt pepones, cucurbitæ, intyba: hyeme autem calida. velut brassica, radiculæ, rapa, pastinacæ? Quoniam Solis motus circa polum, non est vniusmodi. Aestate enim superiorem zonam tenet: sicut declarat dierum longitudo: vnde calefiunt quidem quæ super terram extant, plantæ vero refrigerantur. At hyeme, inferius percurrens hemisphærium, ac terram penitus calefaciens, plantas reddit calidiores. 7

Hæc quõ est alicunde adiecta: est.n. frigidior ratio, q̃ pro huius authoris eruditione: atq; a Theodoro, haud quaq̃ trãsfertur.

Cur ex febre ardua pulmonis inflammatio excitetur, inflammatione pulmonis febrem oriri arduam haudquaquam necesse sit? Quoniam ardor ex bili proficiscitur flaua, quæ ad ventriculum, & pulmonem e suis refluere conceptaculis solita est. Igitur natura, cum varie materiam noxiam reiicere tentet, si tenuis materia sit, & vires suppetant, & tempus calidum iuuet, per sudorem causam morbi exhaurit: si 8

e contrario, per aluum educit, aut per os euomit, quod magna ex parte facere solita est, quoniam & oris habitus in propinquo est, & bilis flaua efferri aptior est, quàm deferri: quod cum se bilis pulmoni insinuet, membrumq; id impleat totum, excitat inflammationem, quam Peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur, quoniam prius extinguitur, quàm vt posit committere ardorem. D

9 Quare Hippocrates, qui in febrium vigore cibum offerre vetat, permittit in morbo lateris & pulmonum inflammatione? Dicit enim vbi de ptisana scribit, non esse eam præbendam, nisi pus in sublime feratur: non ferri autem sursum, neque expui, morbi initium ostendit. Quoniam in aliis quidem morbis, natura coquit humores, in aliis vero etiam morborum causas expellit per vrinas & deiectiones. In his porro non oportet cibum assumere, ne causa morbi neglecta ad illum conficiendum natura incumbat, quam oportet singulari certamine cũ morbo pugnare. In morbo autem lateris, natura quidem coquit vitiosum humorem, anima vero euacuat, accedente musculorum auxilio. B Hæc enim thorace contracto, vi propria expellit reliquias infestantis humoris. Accedit, quòd natura quidem inutilibus humoribus proprii alimenti loco interim abutitur: animales vero partes, cum sensu sint prȩditæ, quod prauum est, secernunt, quod vtile, sibi ascifcunt. Quã ob rem, nutrire consentaneum est, vt musculis roboratis, ad expellendam humorum molestiam insurgamus.

Hæc qõ in Theodorici codice desideratur.

10 Cur febris tertiana, quæ ex bili, materia calida, agili, efficaci creatur, die vno prætermisso accedat: Quotidiana, quæ ex pituita prouenit, materia frigida, graui, hebete nullum intermittat diem: Quartana diebus duobus intermisis conflictare incipiat? Quartana, cum exiguum materiæ habeat, statim a sudore, aut vomitu potest digeri, itaque accesio ad tertium vsque diem protollitur, donec tantum materiæ moueatur, quantum valeat infestare. Quotidiana quòd ex larga, crassaque materia oritur, frequens est. morbum vero per copiam augeri materiȩ constat ex febre continente. hȩc enim, quia sanguine abundante prouenit, nullam obtinet intermisionem. F Quotidiana tamen, quia minus quàm continens habet materiæ, nonnihil intermisionis, quod vel sensu percipi potest, ostendit. multoque amplius, tertiana, quam materia calida & tenuis condidit. atq; etiam longe amplius quartana, quo enim minus materiæ subest, eo lentius venit accesio: quin & quintana, & septana, & nonana committi potest, prout minus, minusve materiæ vitiatum est. sic enim natura statuit, vt sanguis, qui nostra aleret corpora, cæteris omnibus materiis esset largior, pituita locum teneret secundum. nam hæc quoque alere potest, bilis flaua tertio loco haberetur, hæc enim suam ob acritudinem vsum nullum præstat alendi. atra bilis sortis esset postremæ, quoniam naturæ est inimica: quippe quæ membra exedat, atque interimat.

A Cur vbi altera gena resoluta est, non ei remedia admoueamus, sed alteri? Quoniam cum duo musculi obiecti inter se genas moueant, si accidat vt eorum alteruter resoluatur, reliquus suam vim integram præterea obtinet, trahitq; ad se alterum languentem, ita vt pars sana rugetur, ægra distendatur, trahaturq;. hoc idem etiam euenire oculis distortis nouimus. Nam si pupilla in angulum vergat ampliorem, minoris anguli facta resolutio est, si ad minorem, e contrario. 11

Cur si pes offendatur, inguen intumescere soleat? Quoniam vis animalis ad postremas vsque corporis partes per neruos se porrigit, atque ita cum oblæsus pes sit, crus quidem totum perreptat, sed nihil agit, quoniam locum nullum idoneum inuenit: post vero vbi in inguen ipsum decubuit, nacta iam sedem aptiorem subsistit, aggressaq; adenem, vitiat eius habitum, inq; tumorem excitat contrarium naturæ. Adenes corpora sunt parua, rotunda, laxa, inter amplas venas, & arterias posita modo cuneolorum, ne conceptacula ipsa humida ex co-B pia sanguinis mutuo putrerent adesu. & equidem eo ipso venarum humore nutriuntur, & inflammatim inguina faciunt, concallescentes scrofulas committunt. 12

Cur capitis pars anterior calueat, vnde caluaria nominata est, tempora hirtiora reddantur? Quoniam partes capitis eminentiores humoris indigent. Quam ob rem suos continere pilos non queunt, inferiores autem, vtpote humidiores, pilorum copiam & gignunt, & seruant: quomodo etiam telluris loca excelsa, atque saxosa parum fructificãt, submissa, & humecta fœcundiora sane experimur. 13

Quam ob causam, cum ex quatuor elementis constemus, id est, igne, aere, aqua, & terra, non quatuor sed tria illa contineamus genera, humidum, solidum, animale siue spirabile? Quoniam, vt aliquibus placet, ignis in aeris transit naturam, quemadmodum & aerem cõ coctum extenuatumq; ignem gignere nouimus. Sunt tamen qui vel C igneam ipsam naturam actu esse opinentur, vt non tria, sed quatuor enumerent genera, igneum, animale, humidum, terrenum. 14

Cur in abscessuum doloribus * frigus præcedere, febrem sequi solitum sit? Quoniam calor naturalis vehementia doloris conflictus cedit, ac recipit se ad loca interiora. qua de causa, corporis summa refrigerantur, & sanguinis conceptacula concrescunt: post tamen, vbi calor se recollegerit, expulsusq; bonis viribus partes sui corporis omnes aduersus iniuriam frigoris occuparit, sanguis concretus recalescit, atq; diffunditur: itaq; conceptacula vaporis repleta accendere febrem possunt. adde quòd cum membro affecto cæteræ omnes partes consentiant, iniuriam collectionis quasi propulsando, vires excernendo intendunt, ac excitant. horror itaq;, * frigusq; exultat, febrem vero post hac sanguis putridus accendit, & auget, 15 * rigor. * rigorq;.

Cur ex fructibus alii partem inutilem intus contineant, vt palmulæ, pruna, persica: alii extrinsecus ea ipsa contineant, vt nuces, vt 16

mala punica? Quoniam natura, cum ortum æternum, vicesque succedendi perpetuas moliretur, prætegenda occultandaque semina, quæ ortum præstarent, censuit. Sic tamen, vt ne pulpam quidem suorum fructuum nudam relinqueret. D

17 Quam ob rem aut semen, & pulpam eodem tegmento muniuit, aut semen ligno intus inclusit? Pulpam autem membrana, aut corio, aut alio quolibet eiusmodi quantum satis esset. operuit. denique varie de custodia fructuum, prout res exigebat, & patiebatur, curauit.

18 Cur fieri potest, vt qui carnes bubulas concoquunt, pisces saxatiles concoquere nequeant? Carnes bubulæ, quoniam duræ sunt, vi magna caloris conficiuntur, & concoquuntur. materiam enim patientem causæ respondere efficienti conuenit. aliter fieri non potest, vt effectus is prodeat, quem vel natura vel hominis ingenium spectet. quòd si venter supra modum calidus sit, piscis non paulatim concoquetur, sed subito corripietur, deuretur, fumigabitur, vt cruditatem pene quod accidit, imitetur. E

19 Cur homines qui tabe laborant, vnguibus reddi aduncis videantur? Vngues quia corpore constant solido, tabescere nequeunt: quippe cum affici difficulter possit, quod solidum sit, verum carne vndique tabefacta speciem aduncam illam ementiuntur, sensumque decipiunt. Licet hic de tabe illa adiicere. Vlcus, quod ex hoc vitio in pulmone committitur, insanabile propterea est, quoniam nunquam pulmo quiescit. natura enim ita construxerat, vt per motum cordis perennem pulmo assidue moueretur, atque agitaretur. Quinetiam, cum pus per tussim efferatur, vlcus amplius lacerari necesse est.

20 Cur in febriendo carnes minuantur, pili augeantur & vngues: contra in conualescendo pili defluant, corpus augeatur? Quoniam alimenta pilis per excrementa administrari natura voluit: quę quidem excrecrementa redundare in febriendo solent per adustionem humorum. ergo vt corpus propter habitum malum nutriri non potest, sic pilus abūde iam habet, quo nutriatur. verum, cum vires suas colligere corpus incipiat, consumptis iam materiis omnibus, redactisque quasi in puluerem vapores desistunt, atque ita per alimenti inopiam pili defluunt: corpus tamen effœtum cibos auidius trahit, liberaliusque replens sese augetur, & viget. F

21 Cur si quod in vrina subsidet album sit, bonum dari indicium existimemus? Quoniam partes solidiores firmioresque nostri corporis, id est ossa, neruos, venas, arterias colorem habere huiusmodi certum est. Coloris enim similitudo naturales iam vires reconciliari, corroborarique indicat: quippe, cum natura partibus solidis & firmis circa humores & spiritus sedem suam crediderit. fit enim, vt cum morbi materia in conceptaculis concoquatur, & per vrinam, quod cōcoctum inutile est, excernatur, color quoque rei concoquentis, qui albus est, distringatur, atque (vt ita loquar) delibetur. Quam ob rem, cum vires per

A res per febrem debilitatæ paulatim materiam concoquant vitiosam, principio parum agunt, itaque exiguum admodum cum vrina mittunt, quod pro sua leuitate sublime specie araneæ supernatat, facitq;, quod enæorema, id est Sublitamentum vocató est: deinde cũ proficiat, ampliusq; possint concoquere, plus excernunt: quod in medio vrinæ consistens, facit, quod nubeculam appellamus: eo nanque magis delabitur, quo factum grauius est. post, vbi per materiæ morbosæ omnis concoctionem plene excernitur, iam, quod ante leue pendebat, graue pro sua copia subsidet, fundoq; vasis coniungitur: redditq; quod hypostasin, id est subsidens, siue substãtiam nominamus: quod plane sanitatis est indicium. materiam enim vitiatam, quæ integro permista sanguini est, demum natura ex toto per concoctionem secernere, atq; reiicere potest. Albedo igitur subsidentis, colorem solidiorum membrorum, hoc est sedis virium seruari significat, læuitas materiæ concoctæ æqualitatem ostendit. quod partim enim crassius, partim tenuius est, B inæqualitatem concoctæ materiæ indicat: continentia talis videlicet, vt nihil distractum, discussum ve sit, plenam virium efficientiam præfert. Respondet pus in* collectionibus subsidenti in vrinis, verum pus fœtidũ est, quoniam in angusto arcetur quod putret, vt neque difflari, neque misceri possit cum sanguine: quippe quod per summa corporis cuti substare solitum sit. Subsidens illud vrinę, quoniam e contrario se habeat, merito fœtore immune est.

*φλεγμοναῖς, inflammationibus.

Quã ob causam febrem bilis & faciat, & tollat? Facit cum excitata acrior reddatur, vt putreat. Tollit cum viribus naturæ intentis ad id ex pellendum quod detrimento est, ea quoque foras versus concurrat, atque ita educta, causam morbi per suam detractionem aboleat. 22

Cur oculi subsident eorum, quos angor detinet? Quoniam per angorem anima intus vergit, itaque corpus considet, atque tabescit: cuius rei contrarium illis euenit, qui vehemẽter irati sunt. Oculis enim C redduntur propensioribus, videlicet ob animæ impetum ad exteriora. fit enim vt quocunque vis animæ tendat, eodem etiam instrumenta, materiæq; moueantur. 23

Cur ossa, quæ validiora sunt, ex lapsu, casuq; frangantur, caro quæ mollior, & * mobilior est, ictus iniuriam euadit? Quoniam quæ validiora sunt, rei noxam inuehenti renituntur: itaque sua persistendi contentione corrumpuntur, quæ autem infirma, & mollia sunt, locum rei dant occurrenti, & cedunt: itaque tutius subterfugiunt: licet hoc etiam in stirpibus, & in quibusuis aliis rebus conspicari. 24

*ἀσθενής, debilior.

Quid est, ꝙ spadones, proceros, blæsosq; faciat? Proceros humoris copia reddit, & caloris inopia, blæsos imbecillitas facit. Cũ enim eorum partes inferiores nequeant sustinere superiores, facile peruertuntur. itaque vitium, quod blęsitatem pedum vocamus, cõmittitur: quod idem etiam ædificiis accidit, nisi superior moles fundamẽtis respõdeat. 25

Cur partes corporis nostri postremas rigere maxime soleamus?

a pauci sanguinis, Quoniam tenues neruosæ,*vesangues,atque ob eam rē frigidę sunt. D

27 Cur per metum aut horrorem pili erigi solent? Quoniam affectus omnes refrigerant,refrigeratio autē foramina cutis adducit, & condensat:pilus quippe,cum vndique astringatur,intenditur, atque erigitur.

28 Cur homines melancholici munera quidē naturæ exequi valeāt, quippe qui cibos concoquant, atque in sanguinem vertant, animi nullum munus integre exequi queant? Haud enim recte hi cogitare possunt, quibus atra bilis redundat. Quoniam vitiosus hic habitus sedem animi, qua sapimus, id est cerebrum occupat, & deprauat.

29 Cur morbi,qui crebrius veniunt,curari possunt facilius, quā qui rarò? Quoniā quod sæpius euenire solet, minus naturam infestat, videlicet ratione assuetudinis.adde,ꝙ crebriores committere parua deprauatio habitus poteſt,graues magna inducit,curatur autem facilius, quod ex causa prodiit leuiore.

30 Quam ob causam qui febriunt, plus siti, quam fame affligantur, qui conualescunt plus famescant,quàm sitiant? Quoniam sitis ex nimio calore febris consistit. quemadmodum etiam iis,qui bene valēt, si multum meri hauserint,sitis oriatur necesse est. fit enim sitis ex nimio calore,vt modo dixi,aut à siccitate,videlicet humore absumpto, quod iis accidit,qui ieiunarunt. verum famen non sentiunt, quoniam multum vitiosæ materiæ suo in stomacho continent: contra qui côualescunt,propterea fament, quòd febris late humores consumpserit:siti non infestantur, quòd febre sublata, corpus refrigeratur, & rehumescit. E

31 Quare cum moritur homo,pediculi suis emigrant locis? Quoniam desiderant teporem & alimentum, quæ a sanguine petebantur, qui cum sit refrigeratus & consumptus,discedunt locum priori similem vestigantes.

Hęc duo, q̄ sequūtur q̄si ta apud. Theodorū, haudquaquā reperiuntur.

32 Quare quæ iugulantur animalia aſsiduę calcitrant? Propter dolorem,potius quam ꝙ conuellantur. F

33 Quam ob causam caudæ quorundam animalium abscissæ magis, quā reliquum corpus,moueantur? Quoniam propter meatuum suorum angustiam magis seruant naturalem calorem,quo vis mouendi, & sentiendi continetur: vnde fit, vt etiam si quiescant, rursus moueantur, si tangas.

34 Cur medicina purgante epota oculi primum perturbentur,& caligent: post purgatione peracta,emēdentur, atque acutius videāt? Quoniam principio materias medicina mouet,trahitq; ad ventrem, quare vaporum copiā excitat,quę ad caput effertur, perturbatq; cerebrum, vt neque sensus, neque cogitatio conitare integre posit, post vbi materiæ excesserunt,extinctusq; est omnis vapor,nihil præterea est, quod vel sensum,vel rationem impediat.

35 Cur tabidis & purulētis copia interdum pediculorū oriatur? Quo

A niam pus humores corrumpit: humores denique vitiati calore naturali concalfacti, animalia creant. ſicut etiam in cœno, aut quibuslibet fæcibus, enaſci vermes conſueuerunt.

Cur vehementius per ictum teſtium doleamus? Quoniam appendices teſtium ſentire maxime omnium membrorum poſſunt. adde, quòd natura ſummam voluptatem ex pene oriri voluit, vt propenſiores eſſemus ad rem veneream, qua vna genus humanum ſeruari poteſt. Atqui teſtibus cum pene, & cognatio, & ſedes communis eſt: ergo communem etiam affectionem, ſenſionémq; ſortiantur neceſſe eſt. At vbi magna ſenſio eſt, indidem etiam magna voluptas exultat: vbi autem magna voluptas eſt, dolor etiam indidem vehementior. bono enim maiori, malum obiici maius certum eſt. Hic ſubiungere illa non incongruum cenſeo. Conſenſus rerum atque affectus communis trifariam fieri ſolitus eſt: aut enim per cognationem, vt cerebri, & ſtomachi. habent enim communem copiam neruorum, B aut per ſitus propinquitatem, vt cordis, & ſtomachi. ſic enim cor ſentit, quoties materia acrior ſtomachum mordet, mouetur q; ad id expellendum quod moleſtum eſt, aut per imbecillitatem, & tranſitionem, vt cum pedis digito offenſo inguen tumeſcit. Dum enim vis naturæ cum ſanguine ad partem læſam feſtinat, adenes inguinis ſanguine implentur, & contumeſcunt. Accommodari vel moribus, ac vitæ hominum tripartita hæc diuiſio poteſt. dolemus enim vicem cuiuſpiam, vel quia parentela coniuncti ſumus, vel quia vicini habitamus, vel quia caſum audimus miſerabilem. atque ita efficitur, vt affectio, tum propria quædam, tum communis obueniat. 36

Cur ſuper lippitudine caput totondiſſe ad cutem iuuet? Quoniam melius caput difflatur, liberiusq; per ſuos meatus digerit materiam vacantem, & fluitantem. 37

Cur vbi ex tenebris ad lucem, aut ex luce ad tenebras venimus, non ſtatim cernere valeamus? An quòd tenebræ craſsiori, frigidiori q; conſtant aere, itaque diducunt confunduntq; ſpiritum, cui cernendi munus accommodatum eſt. lux vero quòd clara, candida, & calida eſt, ſpiritum illum digerit, atque diſpergit. cum autem per temporis aliquantulum ſpatium aſſueſcat, cernere integre poteſt. adde, quod ex contrario, ſubito in contrarium traducti, rei nouitate turbamur, vt minus cernere ex æquo præterea valeamus. 38

C

Cur in beſtiis febres omneſque abditi affectus difficilius curentur, periculoſioreſque ſint, quàm in homine? An quoniam naturam ſentiendiq; poteſtatem parte intima ſui corporis gerunt immerſam, non ad exteriora per rationem euocatam, quemadmodum homines habent. ergo ſi ita eſt, merito ſenſus dolorem percipit vehementiorem, vireſque omnes naturæ proſternit, immergitq;. adde, quòd beſtiæ, vt affici minus aptæ quàm homines ſunt, ſic etiam curari difficilius poſſunt. cauſam enim mali vehementiorem vrgere ne- 39

cesse est, quandoquidem id ægrotat, quod in morbum difficile incidit. D

40 Cur bullæ, quas imber excitat, indicium afferant imbris vehementioris? Quoniam aquæ copia & vaporis spiritum multum gignit, & crassum. qui, cum vndiq; aquam subeat, erigatq; in deuexum, inflat, & facie vesicæ afformat. quomodo etiam vitrum inflari potest, & genus omne humoris, cum ebulliat, conuerti in spiritum, atque intumescere solitum est.

41 Cur minus doloris per sectionem cutis caput integentis percipiamus, quam cum quælibet alia pars secatur? Quoniam minus carnis musculosæ in capite quàm cæteris corporis partibus est.

42 Quam ob causam ex conualescentium pedibus squamæ magna ex parte distringantur, atque etiam ex manibus, quanquam raro? Propterea quia materia ferri deorsum aptissima est. & vero pedes a sede cordis positi longius, & ob eam rem frigidiores, minus excrementa concoquere atque digerere possunt.

43 Cur tabes, scabies, lippitudo, mala cõtagiosa sint: aqua intercutis, febris, & stupor totius corporis, cui nomen apoplexia, transire in aliũ nunquam soleant? Quoniam oculus quidé, vt humidus, affectioniq; opportunus facile morbosis deprauatur radiis, qui cum spiritu a lippientis oculo proficiscũtur. tabes autem expirãdo putrem aerem reddit, qui tractus ab homine sano pulmonem, membrum affectu facile vitiat, & corrumpit. Scabies quoque, cum per summa corporis sit, lentamq; saniem emittat, facile sese propagare, cutemq; integri corporis vitiare potest. cæteri sane morbi, aut positi intus cutem attingere nequeunt, nullamve reddunt delibationem, vt aqua intercutis, vt stupor attonitus. aut cum per summa corporis nateut, nihil tamen humoris præ nimia sua lentitate, & siccitate, & corpulentia emittũt, vt albugo, vt lepra. aut positi quidem parte interiore sunt: sed quoniam nihil pestilens, atque putrefaciens mittant, suum aliorsum transmittere vitiũ non possunt, vt febres crebriores, & solitæ. B F

44 Cur nonnullis febre laborantibus lienes augeantur? An quoniam affluentius aquam hauriunt? est enim membrum id laxius, atque fungosius. An quia debile est, materias illuc affluentes facilius excipit.

45 Cur senes, & pueri magis quàm qui ætate sunt firmiore, calculosi sunt? Pueri vt edaciores, senes vt frigidiores, & imbecilliores, multa per cruditatem colligunt excrementa, quæ calculum contrahunt.

46 Cur titillatio, & fricatio plãtarum somnum afferre possunt? Quoniam extrema neruorum eo concurrunt, & coeunt. his enim vehiculis pertractatio illa leuis ad cerebrum vsque transmissa permulcet animum, atque ad requiem, somnumq; inuitat. Sunt qui excremẽtis causam tribuant, quæ tum sua proniore natura, tum motione pedum frequentiore ad palmas delabantur, rursusq; per mediocrem fricandi motum remeent, neruisq; aliquantisper ad cerebrum peruehantur:

A itaque sede illa superiore oppleta somnum concilient.

Cur ampliores crebrioresq; Lunæ defectus fiāt, quàm Solis? Quoniam Luna tam in terminos deficiēdi coituum, quàm in turbine vmbræ ex terra per Solis diametrū ortæ incurrit. & quidem crebrius Luuam eo deuenire propter sui orbis celeriorem absolutione necesse est: Sol per coitus tantum defectioni deputatos obumbratur, cum scilicet Luna cursum per eos agat occultetq; faciem superiorem, quòd tamen Sol longe maior, quam Luna est, totus abscondi non potest, Luna sępius tota occulitur. Mouere æs, ferrūq; multitudo, quoties Luna aut Sol deficit, consueuit, quasi * spiritus quosdam vitiosos velint depellere. haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt, neque benifica delibetatio inde manat, qua mali infestiq; spiritus repelli possint, & coerceri. 47

Ex hoc loco colligitur φ author iste tenet dari spiritus siue dæmones.

Cur infantes, qui septimo mēse in lucem venerint, viuere possint, qui octauo nō possint. Quoniam septenarius perfectus numerus est, & vt Pythagora, censet, & omnes scientiæ numerorum professores autumant, octonarius imperfectus est. Itaque quod tunc prodiit, imperfectum, minusq; aptum ad vitam est. Qua ratione etiam monstra viuere nequeunt: quippe quæ non ex consulto naturæ orta sint, sed imperfecta vel per inopiam, vel per superantiam, & temeritatem materiæ forma diuersa contra naturæ legem peruēnerint. nihil enim imperfectum vel tempore, vel forma a natura creari solet. quam ob rē si quid tale erumpat, id edurare non solet. Nasci infantes mense septimo possunt, quoties vis afformandi validissima est, & sanguinem sibi obtinet cōmodum. sic enim ocius rem perficere potest: sed si è contrario est, decimo exeant necesse est. Numerum tam septenarium, quàm denarium esse perfectum varie constat: orbem nanque terrarum septē insignibus stellis regendum nouimus. homo septimo mense dentire incipit. anno septimo dentes permutat. quartodecimo, id est bis septē annis peractis, pubescere incipit. vigesimoprimo firmam aggreditur ætatem: quod tempus ter septem annis consūmatur. morbi numero septenario iudicantur. Luna per septenarium suas accipit formas. mēses septenis constant diebus. vocales literæ septem sunt. & denarius quoque numerus ortum omnem, atque interitum rerum complectitur, author Aristoteles est, & numerus omnis ex denario oritur per repetitionem. Vndecim enim & duodecim, & reliqui omnes sequentes, vnitates quibus denarius constat, repetunt. & homines prisci non tabulis, sed dextris suis rem, de qua agerent, confirmare solebat, videlicet numeri denarii causa, quem diligit, explent. 48

B

C

qd nō est ad mētē Alex. qui aīę mortalitatē sustinuit.

* malos genios, siue dęmonas.

Cur ouum pressum vtroque extremo ambabus manibus frāgi nequeant, præssum latere facile frangitur? Quoniam per angulos tantummodo suos manibus renititur opprimentibus. Est enim angulus, quod quaque in structura validius constet. adde quòd pressum per extrema, parte minima sentit: pressum per latera, parte ampla conflicta- 49

tur,vt facile poſsit deſtrui.

50 Cur in tinnitu aurium digito in aurem indito meatus diutius moueamus? Quoniam meatus ſic ampliatur,& ſpiritum, qui ſonitũ excitat,digerit,atque tranſmittit. Quinetiam ſpiritus ipſe,qui per contentiorem digiti motum attenuatur,ſecerni melius poteſt.

51 Cur fœminæ omnes calculum ſua in veſica lente cõcipiant? Quoniam ceruicem veſicæ ampliorẽ quã mares habeãt.hinc enim fieri põt vt cum vrina excrementum quoq; eiiciatur, quod calculum cõtrahit.

52 Cur genus ſtirpium ſylueſtrium validius,& lætius eſſe ſoleat,quã vrbanum? Vnde dici ſolet tellurem eſſe matrem ſylueſtrium, nouercã autem vrbanorum. Quoniam ſolertia naturæ, non humani ingenii creatur.caret enim humoris nimia copia, quæ ſatiuas ſtirpes elaxat, atque effœminat.

53 Cur muſculi tranſuerſe inſecti difficilius vniantur, & curentur? Quoniam fibræ,filaq́; neruoſa affatim ita inciduntur. Natura enim neruum carpſit, in quo fila diſcreuit permulta,quibus carnem vndiq; E veluti deducto porrectoq́; ſtamine texuit,fecitq́; muſculum, nomine a ſimilitudine muris animalis translato,cui ſane oppoſitum neruum condidit,qui tendo a tendendo vocatus eſt, cuius extremum artubus partium mouendarum annexuit. cumq; rem mollem duræ coniungere ſine vllius interuentu nequiret(ſunt enim cõtraria)per oſſa, medullamq; membrum quoddam neruacem edidit,quod copulam nominamus,eoque tendonis partem poſtremam alligauit: ex quo vſu nomen copulæ accepit.Muſculum ſolers naturę ingenium alibi in globi ſpeciem collegit, alibi in membranæ planum attenuauit. Deniq; pro vſu membri mouendi muſculum quoque aptiſsime accommodauit. Nam vbi membrum magnum,ac validum trahi deberet, vt crus, coactiorem,plenioremq́; muſculum afformauit. Talem enim res poſtulabat,vt mouendi vim ampliorem contineret.vbi paruum,aut inualidum eſſet regendum,vt palpebra,aut lingula,muſculum membranæ ſimilem addidit. Quoniam membra eiuſmodi parum potentiæ F mouentis deſiderarent.

54 Cur aliqui faſcinari poſsint,præſertimq́; pueri? Quoniam talem ſortiuntur naturam, vt affici perquam facile poſsint,& immutari: genus id vitii tale eſt. Qui ſumma animi nequitia perpolluti liberalem aliquam, ex oſculandamque formam conſpicati mouentur, radios ſui conſpectus vitiatos tranſmittunt, quaſi veneno quodam vitio ſui animi radios veluti telum illinant,iaciantq́; in rem,cuius inuidia tenentur,& deſiderio.prodit igitur de pupilla radius exitialis, qui per oculos obducti hominis ſubit,vertitq́; quam aggreſſus naturam eſt, maloque habitu deprauat, vt mox corpus langueſcat, morboque laboret. quam vero aditus per oculos pateat contagioni, conſtat etiam ex iis,qui mortua hominum corpora contueri recuſant: ne radii ſui * conſpectus aliquam ſibi luem,peſtemq́; referant. Sed omnium ma-

* Al.l.cõſpectus refracti p oculos aliquam.

A ximc pueri vitio illo capiuntur. Quoniam natura tenerrima ſunt,facillimeq; affici a quolibet poſſunt.

Quam ob rem nonnullis vehementer tuſsientibus, aut euomen- 55
tibus ſplendorum quædam imagines ante oculos obuerſari appareant? Quoniam abductio vehemens pectoris & ventris humores ſurſum compellit,& ſpiritus: qui, cum ad oculos veniant, ſpiritum conſpiciendi perturbant, atque deprauant, ita vt foris illas imagines ementiantur,quod ſi vapor ductu oblongiori eſt,imagines etiam hac eadem forma apparent. item ſi bilis ex vitello cognominata vaporem excitat,aurum imagines imitantur.ſi pituita mouet, albi ſuſpitio occurrit.Ad ſummam pro figura coloreq; cauſæ viſa quoque imaginamur.Qui tamen per febrem arduam delirant,atque inſaniunt, iis de cerebro ipſo vapores ad conſpectorium ſpiritum funduntur. & vero qui oculorum ſuffuſione infeſtantur,eaſdem illas ſibi videntur videre imagines.

B Cur qui aquam bibere conſueuerunt,acutius videant? Quòd vini 56
copia flatus nimium excitans ſpiritum conſpectiuum,ſenſuſq; omnes perturbat & vitiat.

Cur qui oculis cæſiis ſunt, vehementius ex lippitudine doleant,
nec pati poſsint acerbitatem medicamentorum? Quoniam oculorũ 57
humorem omnem,& a cryſtallo illum cognominatum propenſiorẽ ad partem exteriorem patentioremq; ſenſui continent. at qui nigris ſunt oculis,minus ob cauſam contrariam ſentiunt.

Cur qui leuiter euomunt, pituitam egerant, qui plenius, bilem, 58
qui ſupra modum, etiam ſanguinem? Quoniam qui vehementer intendunt, materias quoque imis infixas poſſunt euellere. pituita vero vt craſſa, illinitur, atque ob eam rem vel a leuiore excitatione moueri, ac reiici poteſt. quod ſi bilis quoque per ventrem innatet, ocyus mouebitur, quam pituita. Verum materiæ,quæ in ve-
C nis continentur, egeri per medicamentum hoc modo conſueuerunt. Natura cum corpus male habitum purgatione indigere animaduerteret, poſtrema venarum ad ventriculum finiuit, quemadmodum ad vuluam alias duxerat venas propter menſtruam purgationem, atq; ad nares etiam alias, & ad ſedem coniecit, vt inde morbis remedia per purgationem paterent. quæ quidem ora venarum coniuncta lex tandiu continet naturalis, dum aperiendi neceſsitas ſit. hæc igitur quoties febres vrgent acutæ, ſponte ſuæ naturæ per vim excretoriam patefacta, materiam amplis in venis atque arteriis concoctam egerunt, aut per os, aut per aluum.at, cum medicina epota ſit, per vim ampliantur,permittuntque ex conceptaculis materias attrahi. Piper enim & ſcamonea, & cætera generis eiuſdem ſuo naturali calore ora aperiunt, deinde ſibi quodque conuenientem materiam attrahere naturali quadam proprietate poteſt, vt dictum inter initia eſt. ſanguis tamen, quoniam amplexus eſt a natura, claruſque

habetur, non nisi tractus per vim nouissime exit, cum scilicet vltra modum exinanitur. D

Cur pondera facilius parte læua ferre possimus, cum hæc infirmior sit, quam dextra? Quoniã dextra vt validior, læuæ subuenit, leuatq; aliquantulum onus: quod quidem officium læua præstare dextrę suã ob imbecilitatem non potest.

60 Quã ob causam vinũ, aut quẽlibet aliũ humorem per fistulam exugendo attrahere valeamus? Censendũ per vim inanis humorem posse efferri, nõ per oris attractionẽ. fistulę nãq; meatus plenus aeris videlicet corporis prętenuis est. & cũ fieri nõ possit, vt duo corpora per idẽ tempus eodem in loco maneãt, vtpote humor & spiritus atque etiam eũ locũ esse inanẽ, id est corpore omni vacãtem natura omnino recuset, (omnis. n. locus cõtinet aut corpus solidũ, aut humorẽ, aut spiritũ) necesse est, dũ aer canalis interior per oris suctionẽ detrahitur, humorẽ tantisper consequi, vt inane spatiũ relinquatur. quod idẽ etiã per id agitur instrumentũ, quo admisso vrinam elicimus. lana. n. obturãte detracta, spiritus ẽt internus educitur, atq; ita ne inane sit, vrina attrahitur. E
Quinetiã medicinales cucurbitę eadẽ illa ratione sanguinẽ attrahũt. ignis enim* admissus, vbi extinctus est, facit vt tm̃ sanguinis attrahatur, quantũ loci ipse occupabat, ne inane sit, a quo penitus natura abhorret. deniq; omnia quibus hunc in modũ quicquã attrahimus, ad rationẽ inanis referre omnino debemus. neq; enim calor, neq; oris attractatio causę potissimæ sunt, vt late in vrinaria illa fistula patet, quæ neutro eorum attrahit vrinam. sunt tamẽ alia quæ sui caloris ratione possint attrahere, vt tapsia illita. necnon & inualidum à valido trahitur, & proprietate quadam occulta pleraque attrahunt, vt ferrum magnes, sanguinem membra.

* al. l. admissus fundit cõtentũ humorem, tenuat, & vacuat, q vbi.

61 Cur naturales potẽtiæ natiuæ, atque insitæ sint, animales aduentitiæ omnes habeantur? Quoniam naturales, id est attractoria, retentoria, immutatoria, secretoria ad ipsam tantum viuendi pertinent rationem, neque plus quicquam obtinent, quã necessum sit: animales vero, & sensales, & mortales ad bene viuendum non commodæ plane adsunt. membra enim nisi alantur, interire necesse est: at si non vel moueantur, vel sentiant, non idcirco intereunt: quanquam pulmo, quoniam vires habet trahendi, reddendique spiritus, idque assidue ex periculo strangulandi exercet, insitam sibi simulet motionem. Naturales vero potentiæ ordine atque numero illo ob hanc causam habentur: cibus, & hæc sanguis, quoniam vacant anima, non ex sese possunt adglutinari membro, quod ali debet. Quam ob rem vim adesse oportet trahendi, quæ fungi officio possit. Item, cum corpus omne quod mutatur, non sine vllo tempore, sed per temporis spatium immutationem patiatur ab re, quæ agit, atque immutat, vim secundam adesse necesse est, quæ contineat, subministretque ad tempus, quantum satis sit immutandi potentiæ. Vnde F

A etiam tertiam quoque vim esse oportet, cuius officium sit immutare. Sed cum vis hæc immutatoria concoquēdo partem quidem sanguinis vtilem membris adiungat cohærēdam, inutilem autem relinquat, quæ, cum permaneat, non iter tantummodo claudat, & foramina, per quæ sanguis alimentumq; permeet, verum etiam putreat: costat vim quandam subiungi quartam esse necesse, quæ partim per inuisibilem exhalationem, partim per sudorem, cæterasq; vias sensibiles excrementum secernat. ordo hic est, & numerus naturalium potentiarum. Membra autem non omnia ex æquo potentias, quas enumerauimus, omnes sortiuntur, sed ea duntaxat, quæ sibi tantum operantur, vt neruus, vena, os. Nam quæ non modo sibi, sed etiam cæteris omnibus membris victum emoliuntur, munereq; funguntur publico, hæc vnam habent potentiā intentam, & potiorem. verbi gratia, venter, & iecur vim amplissime mutatoriam obtinent. Lieni, stomacho, fellis folfolliculo, renibus attractoria potius data est intestina, atque vesica excretoria plurimum valent. vulua insignis per retentoriam est. proximum sane, qđ
B de sensibus animaduertimus, est. haud enim pro compari modo genera animalium omnia sensibus prædita omnibus sunt, sed olfactu canes præcellunt, visu aquilæ, gustu protogeustæ animalia Indica: vnde & nomen acceperunt: tactu serpentes & quædam aues, auditu anseres.

Cur sensus quinque tantū, non plures, neque pauciores habeamus? 62
Quoniam pro rerum natura sensibilium, atq; numero, sensus quoq; condi debuerunt. Tactus enim asperum, læue, durum, molle atq; cæteras qualitates, quæ positæ in solidis sunt, percipit. gustus dulce, amarum, salsum, & cætera saporis genera, quæ in humoribus, succisùe constant. olfactus bene malè ve olentia, quæ vaporibus tribuuntur. auditus sonos & strepitus, quæ ictu aeris efficiuntur. visus colores, qui tenuissimo, ætheriq; finitimo spiritu continentur. quippe res solida resoluta diffusaq;, humor redditur. humor in vaporem transit, vapor in
C aerem, aer in æthera, atque spiritum tenuissimum, ita vt quasi series quædam ex terra ad cœlum vsque deducatur perpetua. liceat hic quid spiritus aeri intersit subiungere. discrepat aer a spiritu tenuitate, & motu. spiritus enim aer concitatus est, qui cum concitetur, etiam extenuetur, necesse est.

Quam ob causam caro corrupto ossi sub posita laxa fit, fungosa, & liuida? Quoniam ossis corruptio non nisi per habitum vitiosum fit. qui mutandi potentiam deprauat: qua deprauata, fieri non potest, vt caro integra, solida, colorataq; gignatur. sanguis enim mutari prꝫterea ex naturæ ratione non potest. 63

Cur in omni transmutatione, id quod generatur exprimit generātis & transmutantis colorem? Quoniam facultates transmutantes naturales sunt: in partibus solidis tanquam sedibus firmis, a natura collocatæ, vtpote ossibus, venis, membranis, & arteriis, non autem in humoribus & spiritibus: nimirū fluxis infirmis ac facile prodituris cte- 64

Quęsitū hoc apud Theodorū nō legebatur.

ditas facultates. Porrò autem, cum vniuersum corpus tribus istis com- D
ponatur substantiis: & solidæ partes colore sint albo præditæ, consentaneum est in vrinis percoctis contenta esse alba & plus, lac, semen, mucum, lippitudinem, id est humorem in oculis concretum, chylum, hoc est lacteum in ventriculo succum, & iis similia, sanguinem verò esse rubrum, pro iecoris, a quo generatur, colore. Cæterum, eorum quæ in animalis corpore generantur, quædam sunt omnino contra naturam: vt calculus, vermes, lapidosa duritas in podagra, impetigines & cætera huiusmodi, quæ ex vitioso nascuntur humore, quædam sunt prorsus secundum naturam: vt semen, lac, sanguis, infans, caro, & huiusmodi, quæ vera sunt naturæ germina, quædam deniq; sunt amborum media: vt pus, alui deiectiones, mucus, aurium oculorumque sordes & his similia facultatis concoctricis excrementa. Bonæ porro temperaturæ gignunt naturales facultates, atq; vt nonnulli existimant, etiam animales, siue, vt verius dicam, sunt ipsarum in- E
strumenta. Nam quemadmodum fidibus in cithara & foraminibus in tibia recte constitutis, artifex optime modulabitur: male autem dispositis, perperam agat necesse est, cum ipse in re nulla sit imminutus, sed potestate tantum, non etiam actu artem habeat incolumen: ita omnis facultas pro instrumenti agit constitutione. Siquidem cerebro, verbi gratia, per intemperiem deprauato, vis animæ rationalis nequit suo perfungi officio: cum tamen ipsa interitus expers potestate permaneat immutabilis, contra autem restituto organi temperamento idoneo, vim & potestatem suam exerit & confert ad actionem. Itaq;, bona quidem membrorum temperies facultates seruat incolumes: facultates vero producunt actiones, sicut hæ vicissim ipsum opus proferunt. Nimirum moderato calida & humida iecinoris temperies, parit quidem vim sanguinis effectricem: aut certe conseruat: sicut alii malunt. vis autem illa actionem edit, sanguinis videlicet confectionem, ex qua deniq; opus ipsum, vtpote sanguis, existit. Vnde licet F
vicissim atque ordine inuerso hunc in modum colligere. Si sanguis generatur, incolumem esse sanguinis confectionem: & si hæc salua est, validam quoq; esse facultatem huius actionis parentem: qua item superstite, necesse est bonam hepatis temperiem etiamnum extare: & ea integra, rectam denique esse, quæ ipsam tuetur, ac moderatur, elementorum commixtionem.

65 Cur acetum conspersum vuluæ dolorem inuehat vehementem? Quoniam vulua neruosa admodum est neruis enim sentimus, & acetum ipsum per suam acredinem mordet, ac percutit. sicut etiam pectus aceto offendi nouimus, quoniam membranis, & musculis constat numerosis. neruosam vuluæ esse texturam natura voluit, vt sentiret præcipue, voluptatemque ob eam rem summam ex coitu venereo caperet seminis gratia concipiendi, tum vt in partu multum extenderetur. Sunt qui per discordiam quandam naturalem acetum vuluæ aduer-

A sari existimet:* narrantes obstetricem, artem medendi sibi vendicantem, aliquando in partu clam ac dolo in vterum puerperæ iniecisse acetum cum re alia quapiam, mercedis gratia, atq; ita intulisse conuulsionem, & summum dolorem: deinde simulantem se mederi, infudisse rursus alia quæpiam, atque ita restituisse sanitatem: tum autem in ipso facto deprehensam sceleris dedisse pœnas. Nonnulli strangulationibus vuluæ res bene olidas infra, male olidas supra per nares afferunt, rati esse animal, & propterea male olida fugere, accurrere vero ad bene olentia, atque ita ad propriam sedem redire. mihi vero videntur bene olida, cum vim habeant tenuiorem, & calidam, lentam materiam, morbum in vtero generantem, concidere, & digerere, quæ infestat: male autem olida, cum viribus sint crassioribus, foramina intersepire, vt vulua retrahi nequeat. Sed quanquam male olida vuluis prosint, tamen comitialibus auertenda omnino sunt. faciunt enim, vt qui eo morbo capi solitus est, collabatur & æstuet. Ergo vi-B tandum pennas igni iniectas, lapidem gagatem, bitumen, cornu omne, lucernas, lanas pice illitas & deustas, lapidem thraciam, qui aqua vritur, oleo extinguitur, denique omnia, quæ crassos reddunt humores. quippe cum tracti vapores eiusmodi crassent spiritum animalem, & cogant, præserim cum iam aliquid ex se ipse habeat crassitudinis & frigiditatis. atque ita efficitur, vt anima apto careat spiritu ad munerum suorum perfunctionem, corpusque suum spiritali orbatum vehiculo premi, collabi, prosterni patiatur.

* Hoc totũ in Theodori translatione nõ reperit.

Qui fieri potest, vt quæ qualitatum contrariarum sunt, affectum eundem possint aduehere. rigorem enim & calor concitat, & frigus? 66
Censendum hoc causis agi diuersis. oritur enim rigor ex flaua bile ratione acritudinis, quæ membra pungit, & mordet. excitatur enim corpus ad id repellendum, quod tentet, cumque id ipsum frequenter faciat, vicissimque modo bilis superfluat, & impungat, modo membra C concitentur, atque repugnent, rigor exultat. oritur item ex refrigeratione, quoties natura per immodicam mutationem conflictatur, suaq; membra rursus frequenter excitet ad rem expellendam inimicam. modica enim refrigeratio chara, & accommoda naturæ membrorum est, immodica, abhorrenda, & noxia. Membra primum obtorpescunt, deinde inhorrescunt, tum autem inalgescunt, & rigent vario scilicet refrigerationis incremento.

Quam ob causam, cum vinum cum pane febrientium imbecillitati concesserimus, febris nihilo per calorem vini aucta est, immo minor esse incipit? Quoniam exiguum, atque inualidum dedimus. hinc enim facile concoctum, digestumq; in omnes partes membrorum est. membra autem recreata assumpti beneficio alimenti firmiora ad concoquendam morbi materiam efficiuntur. habet enim panis, & vinum ex proprietate quadam plus virium, quàm cæteri cibi ad alendũ, firmãdumq; mẽbra humani corporis, modo quis modice assumat. 67

ex quo illud Homeri, Et Cererem, & Bacchum: nanque hinc vires, animiq;. Quinetiam odore suo hęc reficere, firmareq; hominem possunt. & malum quoq; sui odoris qualitate recreat, atq; firmat, longeq; magis, si edatur & vero capreoli vitium, & * myricæ, & rosæ, & his similia olfacta in febriendo recreare possunt, atque firmare. D

*mirti.

68 Cur oleum nullo cum humore misceri patiatur? Quoniam lentũ, crassum, & continens est: neque vllas in partes tenues consecandum, idcirco nullum humoribus locum dat subeundi, miscendiq;. Iunguntur autem quæque aut per * confusionẽ, vt elementa, quæ primas suas qualitates omnino amittunt, cum coeant, corpusq; vnum augmentet, quanquam resoluti a natura, restituiq; possint ad pristinam conditionem, cum nõ sint reuera: aut per adiectionem, vt aqua iungi cum oleo solita est: aut per mistionem vt hordeum cum tritico: aut per adglutinationem, vt lapis cum lapide: aut per agnationem, intimationem, & assimilationem, vt sanguis cum carne, vel cum medulla, vel cum osse: aut per affixionem, vt lignum cum ligno clauo adacto: aut per mutuã retentionem, complexionemq;, vt * ansæ ostiales. In iis vero, quæ animata sunt, vt qui per luctam suas manus cõseruerunt, quònam modo animus coniungatur corpori, nondum expositum est: nullus enim ex prædictis modis conuenit animo, sed per habilitatem potius censendum iungi cum corpore animum medio quodam interueniente, quod aliqua ex parte naturam continens vtriusque, atq; familiare vtriq; se exhibens, atq; * vtrunq; ingenue simulans, miscet naturam incorpoream cum natura corporea, immortalem cum mortali, puram cum impura, diuinam cum terrena, videlicet hunc in modum: Oritur spiritus quidam vaporis prope speciem gerens: in iecore per calorem humoremq;, qui ea in parte modice habentur, qui cum per venam cauam cognominatam ad sedem cordis ascendat cum sanguine, atq; amplius recaleat, & extenuetur, in speciem prope aëris transit, rursusq; per arterias carotides ab aggrauatione cognominatas ad basim, id est partem subditam cerebro effertur, qua in parte frigiditate cerebri moderatur, naturaliq; quadam proprietate afficitur, transformaturq; in spiritum æthera plane imitantem, quo animus instrumento aptissimo vtitur actionum suarum. Quinetiam aer, qui naribus trahitur extenuatus in corde ascendit ad cerebrum per arterias, alimentumq; offert sese spiritui æthereo illi, & animali. hic igitur spiritus, vt non incorporeus, accommodari corpori potest: vt tenuior, syncerior, atque clarior, quàm natura vulgaris corporis patiatur, iungi cum animo põt. Deniq; vinculum perquã idoneum corporis, atq; animi hic accedit, naturasq; oppositas copulat, & suo familiari interuentu conciliat, atque continet. hic quandiu constans, atque integer sit, facultatem recte cogitandi, agẽdiq; omnia animo præstat: at cum a sua natura desciscat, si leuiter retrigeretur, indensetur, crassetur, ineptum denique reddatur ad intentas animi actiones, committit, vt animus retardius, segnius, atque veter- E F

*κρᾶσιν Id est temperamentum.

* annuli catenarum.

*al. l. vtriusque naturã imitans.

A nosius agat. sed si nimium refrigeretur, factusq; sit corpulentus, efficit, vt animus suas penitus deserat actiones, quod his plane euenire videmus, quibus sedes memoriæ torpet, vitioq; tenetur lethargo: aut iis, qui toxica hauserunt. Contra si immodice recaleat, moueaturq; sæuire insanireq; cogit, vt * tantisper animus disiungi a corpore per sui vinculi deprauationem videatur. Considerandum porro mihi aliud diuinum opus, cum enim animam a corpore cœlesti & diuino demissam, terrestri corpore claudi oportet: descēsum ipsi excogitauit per corporis figuram, constructionem & colorem. Ipsum enim caput rotundum formauit, tanquam paruum quoddam cœlum. Cerebrū vero purum ac perlucidum construxit, largitus spiracula septem, velut fenestras, pro planetarum numero. denique superposuit toti corpori: quia cœlum eminet rebus omnibus generationi & corruptioni obnoxiis.)

* Al.l.tādē. Tota hæc particula in theodori codice non legebatur.

Cur animantium alia parere plura, alia pauciora consueuerunt? 65
Censendum naturam sic statuisse, vt quæ breui tempore viuerent, hęc
B partu essent numerosiori, videlicet ea de causa, vt vitæ breuitas partus copia compensaretur. genera eiusmodi sunt sues, canes, aues complures, pisces omnes. quæ autem diu viuerent, hæc pauca procrearent. quippe cum temporis amplitudo posset rei, quam natura spectaret, satisfacere. Sunt hoc in genere elephanti, serpentes, cornices, cerui. quæ vero mediocriter viuerent, hæc etiam partu essent mediocri. Stirpes quoque modo eodem illo fructificant. annua enim omnia, quoniam vitam breuem sortita sunt, largam seminis copiam effundunt, vt triticum, hordeum, milium. Arbores parcius ferunt eo ꝙ vitam agunt diuturniorem. Mammæ quoq; animantibus pro partuum numero datæ sunt Quadrupedibus item intra sese fœtificare, atque vterum ferre natura voluit, ob eam scilicet causam, qm̄ & corpore sunt ampliori robustioriq;, & terram pro sedę sortiuntur, gradiq; non magno cum labore consueuerunt. Volucribus partus foris conficiendos censuit, vt eo
C immunes essent onere, & laborę, qm̄ & corporę sunt imbecillo, & per aerem agitantur.

Cur febrium accesiones certo venirę ordine soleant? Quoniā tm̄ 70
materiæ putret, quantum a natura concoqui potest. ꝙ cum materia concoquenda certa sit, potentiam quoque certam tempusq; certū esse necesse est. subiungendum hic illa, quodq; materię genus suum habet vaporem. Sanguis enim vaporem humidum & calidum reddit more aquæ feruentis, quod in peletum tegminibus patet, atq; in balnearum tectis, & in aere. sic etiam nubes consistunt, & quemadmodum vapor aquę in rorem concrescit, rursusq; speciem aquę recipit, sic etiam sanguis stringitur, & sanguis iterum fit. bilis flaua veluti fuliginem agit calidam & siccam ritu * lapidis ignem sentientis. Atrabilis quasi fauillam emittit modo lignorum, quæ deusta in cinerem aridum vertuntur. pituita fumum humidū crassum, mordacemq; reddit instar lignorum viridium, cum vrantur. est enim quodq; ortum eadem essentia,

* alia litera lucernę ardentis.

qua sua origo est. D

71 Qua de causa mel inueteratum, aut supra modum coctum, amarũ euadat, necesse est? Quia suum omnem humorem amittit qui calorem temperare immodicum potest. quemadmodum etiam quilibet humor alius dulcis affici solitus est, vt vinum, vt defrutum. vnde fit, vt etiam temporis spatio crassescat, & minuatur. & quemadmodum vinum quatuor illa continet, florem, qui leuissimus innatat, fecem, quæ corpulenta subsidet, humorem, qui temporis absumitur spatio partemq; illam vinaceam, atq; idoneam alimento: sic etiam mel ex quatuor constat, eiusq; humidum recrementum illud vim quandam obtinet detersoriam. quapropter incoctum tergit, & purgat. coctum alere tantum potest, eo scilicet, ꝙ sors superuacua omnis igne absumitur. Vt vero mel in vetustate amarescit, sic pinguia omnia, & oleosa rancida efficiuntur, vt butyrum, oleum, adeps. Hic de saporibus illa addidisse non ineptum fortasse sit, dulcedinem plus caloris, minus humoris parit, acritudinem caloris, & siccitatis copia producit, salsuginem plus siccitatis, minus frigiditatis committit, acorem frigiditatis humiditatisq; copia gignit, austeritatem siccitas largior, & frigiditas dant, amarorem siccitas & calor plenior creãt, pinguitudinem ex humore pluri, & calore exiguo oriri censendum est. E

72 Cur hominibus admodum vinolentis circumuerti omnia videantur? Quoniam larga copia vini exhalationem spiritus vaporiosi ad cerebrum mittit nimiam, qui spiritus cum digeri, atq; consumi nequeat prius, quàm temporis spatium concoctionem exhibeat, per cerebrum voluitur, & quaq; versus percurrit, atq; ita perturbatus profluit p neruum conspectiuum, pupillamq; ad res conspectui obuias, facitq; vt tales videantur, qualis ipse est. Affectum etenim interiorem foris esse imaginantur. quocirca efficitur, vt etiam caligent, & vertigine tãtisper tententur. cuius vitii nomen a conuolutione aquarum deductum est, neque vero ex vino tantum, sed ex materiis etiam corporis accidere illud potest: quoties vaporem ad cerebrum nimium efferant, affectumq; moueant, quæ caliho vocata est. F

73 Quam ob causam cum nerui iidem a cerebro, & dorsi medulla in partes membrum omnes transmittantur, non eadem actio, sed varia soleat prouenire? Quoniam non modo ratione essentiæ, verum etiam structuræ euariat actio, alia enim strues, & effigies nerui conspectui est, alia auditorii, alia gustatorii, alia eius qui in ore ventris positus est. Neruus enim conspectorius ille perforatus porrigitur. Auditorius explicatior tendit, atque etiam magis gustatorius simplici ducitur serie, qui stomacho deputatus est, voluitur in anfractum. Porro ampliorem in orbem se agit, qui ventrem perficit. quemadmodum & cithara, quæ fidibus varie concinnatur: quippe quæ crassioribus, tenuioribus, intentioribus, remissioribus constet. aliter enim nunquam illa concinendi amœnitas reddi potest. Quin etiam in reliquis membris,

A quorum aliquod officium est, varium perspicere artificium licet. Iecur enim & lien carne quadam crispa, atque tortitia constat. quam & * materiaceam, quòd materiæ similis est, nominemus. Renum quoq;, & cordis caro * sui generis est. Stomachi vero fila, quæ in directum porrecta sunt, attrahunt: quæ transuersa ducuntur, impellunt. Vulua profecto, & reliqua membra, quæ vim obtinent continendi, non nisi per obliquum filorum tractum suo funguntur officio. Venæ, & arteriæ, & membranæ membris omnibus vsui sunt, ministriq; publici habētur. membra autem ipsa suis queq; distribuuntur muneribus, & singulis singula actionibus delegantur, vt perspicuum sit, cui præcipue tribuere actionem debeamus.

* παρέγχυμα. affusionem. * propria.

Cur mulieres, quæ vterum gerunt, secundo aut tertio mense gustare aliquid improbe appetant, quapropter picare tantisper dicuntur a pica, quę terę glebas suauiter esitat. Aut quia varius & alienus est eius color: vt harum appetitus. Natura sanguinem omnem men- 74
B struum colligere in matricem necessariæ fœtus afformationis gratia consueuit, qui sanguis si vitiatus est, suum vitium ad os ventris transmittit, atque ita stomachus ipse improba motus qualitatē materiæ cibos alienos, atque incommodos appetit, idq; ipsum varie peccat pro materiæ subditæ conditione. Nam si atra sit bilis, carbones, aut lateres, & genus quodlibet fictile appetit. si pituita acida, sapores acidos concupiscit, si bilis vitellina, * pinguia quærit. si alia miscella quælibet sit, auiditas quoque gustandi ratione illius oritur insolens. veram hanc esse causam constat eo, quòd non omnibus pręgnantibus hoc idem vsu eueniat, sed complures sobrio appetitu degant, quibus scilicet sanguis ille collectus integer est, & vacuus excremento. Vitium id vltra mensem tertium non protrahitur: fœtus enim iam perfectior copiam absumere sanguinis potest, vt nihil pręterea sit, quod stomachum efferatur. Hoc idem etiam aliquibus esurientibus vi famis illa intolerabili, quam bulimum appellamus, atque etiam morbo maioris intestini laborantis accidit, eadem illa de causa, quòd stomachus materiis vitiosis refertus est, quo fit, vt his summopere prosit purgatio.
C

* Alia litera nidorulēta.

Cur autumnus inęquabilius sit? Habet enim eodem in die frigus, & calorem. De hoc varia sententia est: alii enim ad abditam atq; inexplicabilem causam illud referunt, alii ventus per id tempus varios, & inæquales afflare aiunt, alii quod terra nimio æstatis æstu deusta refrigeratur per autumnum, hinc calore adhuc extante vicissim agi modo frigore, modo calore opinantur. Haud enim illi audiendi sunt, qui propterea inæquabilem esse autumnum existimant, quoniam medius inter hyemem, & ęstatem positus est: nam & mediū est, quod non ita euariat, Hic adiicere illa non alienum est, diei & noctis spatium quatuor anni tempora plane imitatur. prima enim diei pars vsque ad meridiem veri similis est, meridies ipsa ęstatem simulat: 75

hinc ad vesperam species agitur autumni, nox deinde hiemem præ- D
fert, vt quæ humida, & gelida sit propter solis absentiam.

76 Cur somnum lassitudo afferre possit, cum hæc siccet, siccitas vigiliam pariat? Censendum non interne a lassitudine somnum proficisci, sed per mediam frigiditatem, atque humoris consumptionē. Quippe cum lassitudo ex se siccitatem creet, siccitas calorem aboleat (humor enim caloris est nutrimentum) abolitio caloris frigus augeat. Igitur natura humido alimento consumpto, vitaliq; spiritu diminuto quiescit, vt acquirat, rependatq; quod amiserit.

77 Cur lapis, aut ferrum, aut quid tale proiectū in aquam sine aliquo ligni sustentamēto demergatur, ligno susceptum descendere nequeat? Censendum aerem per ligni meatus admissum, lignum eleuare, ac facere, vt innatet, quanquam pondus sustineat: at vero lapis, & ferrum, quia solidiora sunt corpora, prędensoq; meatuum contentu stringuntur, nullū sibi admitti spiritum patiuntur, atq; ob eam rem nequeunt innatare. sic enim & qui per vndas interierunt, primum ad imum delabuntur, post aliquot diebus emergunt, & fluitant, cum enim corpus putret, & tabet, spiritus oritur, quo pulmo meatusq; omnes implentur, corpusq; eleuant ita, vt facultas sit innatādi. vnde piratas quosdā, homines quos enecassent, pulmone exempto in altum proiicere, ne efferentur, proditum est. Hæc eadem ratio est, cur oua integra dimissa in aquam demergi soleant, vrina & corrupta sustineatur, & supernatent: tabet enim humor eorum, & inflatur. B

78 Cur testes gallorum gallinaceorum, quos lacte saginant, amplissimi, & concoctu facillimi efficiantur? Quoniam sanguis non modo serum in se continet, quod renes trahunt, sed etiam lentorem, quem sibi testes pro alimento hauriunt, crassiorem vrina, tenuiorem sanguine, cuius speciem prope imitatur. Sed quandiu natura copia alimenti indigeat, quod quidem in ætate accidit puerili, lentorem etiam illum ad totum enutriendum corpus dispensare solita est, Vbi autem multus desiit alimenti vsus, videlicet tempore pubescendi, colligit hunc ad testes: quæ quidem res testium ipsorum amplificatione, pilorumq; pubertatis ortu palam fit. Testes enim per id tempus augentur, & pubes pilo integitur, Sed cum iterum sanguine natura indigeat largiori, scilicet postea quam fœmina concepit, vt & fœtum nutriat, & lac moliatur lentorem illum a testibus reuocat, rursusq; cum sanguine miscet, atque ita lac efficit. Sanguis etenim albens lac fere est: quod testes gallinaceorum plus lactis hauriunt, scilicet blandimento lentoris, quem suum in lacte comperiunt, plenius augentur, & alentiores facilioresq; redduntur, F

79 Cur mel illud commendemus, quod acrius sentitur, & mediocriter hoc idem calidum esse existimemus, cum acritudo non nisi per calorē immodicum consistere soleat? Censendum non acre mel, sed temperatum id esse. Verum linguam suo calore plenius calfaciendo in acri-

dinem

A tudinem vertere: dulce etenim omne acre primũ, poſt nimium incaleſcens amarum redditur: quod autem ſacchar Indi appellant, mellis coagulum eſt, Sole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinẽ: quod idem monte Libani fieri certum eſt: fit ſacchar id proximum ſalis glebulis, candidum, fragile: vim id quoque tergendi purgãdiq; melli ſimilem habet, & coctum ritu mellis noſtratis non æque, atque incoctum purgare poteſt: cibo tamen ita aſſumptum aptius ad alẽdum eſt: mel item quod galbanarium cognominamus, diſcrimen tertium mellis explet, paſtu ſcilicet apum, quem galbana vitiat: prodeſt hoc illitum ad oculorum claritatem: quinetiam quod Thymum redolet, vẽtrem iuuat frigidiorem. Aegyptium vero, humidum, dilutumq; eſt, videlicet ea de cauſa, quòd flores tractus illius immodice hument ex larga Nili amnis irrigatione. Omnium optimum inſulæ ferunt, & loca maritima: quippe quæ ſicciora ſint, & ſynceriora. Melli montis Hymetti, terræ Atticæ, laus præcipua datur, propter florum ſingularem
B præſtantiam.

Cur lac frigidum ſit, & cur facile concoquatur, probeq; nutriat, cũ habitu ſit frigidiori? Cenſendum lac propterea facile tranſire poſſe in ſanguinem: qm̃ e ſanguine factum eſt, & fere ſanguis albefactus eſt: album vero, atque frigidiuſculũ fit per mammarum adenes, qui albi ſunt, & ſanguine vacui, cum tamen ſuo in fonte aliquid habeat caloris: longe frigidius a mulctra expoſitum aeri euadit, quemadmodũ ẽt ſemen. Cogẽdum nõ coagulo animalis, ſed ſucco ficulneo eſt, aut gutture gallinæ, aut enico: ſic .n. caſeus cõcoqui, digeriq; expeditius põt. 80

Cur vlcera pulmonis curari non queant? Quia quod curatũ iterũ eſt, quieſcere debet. Vnde illud Hippocratis medici, Pedis remedium quies eſt: motus enim confluuium agit materiæ ſuperuacuæ, quæ excitare poteſt inflammationem. Pulmo autem ob rẽ ſpirandi neceſſitatem in motu aſſiduo eſt. Adde, ꝙ purulenta pulmonis repurgari non niſi per tuſsim poſſunt, quæ ſuo intento motu vlcus lacerat, & dilatat.
C quinetiam ꝙ membrum illud humidum, calidum, laxum, putredini opportunum ſpiritus conceptaculum eſt, refici propterea nequit, niſi a natura vna, primordio ſeminis. 81

Quam ob cauſam homines, qui ex ardua febre inſaniũt, robuſtiſſimi, quandiu inſaniunt ſint: ſoluti inſania admodum debilitentur, & langueant? Quoniam ſiccitas per cerebrum & neruos agitur immodica: robur enim ex ſiccitate neruis acquiri certum eſt: ſedata autem inſania, laſsitudinem ſentiunt, quòd iam ſenſus integrior eſt, & nerui molliores redduntur, & laxiores. 82

Cur piſces ſaxatiles concoctu faciliores ſint? Quoniam aqua ſaxis vicina moueri etiam, cum ſerenum eſt, conſueuit: durum enim ac molle, quoniam contraria inter ſe ſint, quieſcere nequeunt, cum inuicem tangant: at quod mouetur, tenuuius reddi ſolet, quàm quod quieſcit. Ergo piſces quoque agitati per aquam ſynceriores, puriores, & inde 83

concoctu faciliores euadant, necesse est: hæc eadem ratio est, cur auium D
alas concoqui faciliores, quam reliquas corporis partes experiamur.

84 Cur iis balneum non præcipiamus, qui febre continua iam laborare desinunt? Quoniam materiæ noxiæ, crudæ, crassæq; adhuc cōstāt, corporeq; absolui nondum patiuntur: quantum materiæ autem vtilis sit, id tenue, atque liquidum substat: ne igitur calor balnei prius vtilē partem vt tenuiorem, quam inutilem trahat, abstinendum a balneo est: neque per id tempus tantum, quo morbus minuitur, verum etiam, quo incipit, & omnino quo materia minus concocta est.

85 Cur Medici hominibus febre laborantibus hectica ab habitu nominata, parum aquæ bibendum ante cibum præcipiant? Vt membra solida, quæ persiccent, humefiant, reddanturq; aptiora ad solidioris alimenti agglutinationem, agnationemq;: hinc artifices quoq; tectorii operis prius quàm admoueant calcem, aqua parietem aspergere soliti sunt, vt tenacius incrustetur, & firmius.

86 Cur omnia dulcia lienem & iecur augent? Iecur per sui habitus similitudinem facilius rem dulcem attrahere potest: calidum enim atq; humidum est: lien vero, cum partem sanguinis fœculentam de iecore trahat, sanguinem quoque elicit largiorem, videlicet pro copia, quæ posita in iecore est, quod quidem tantisper agit, quandiu inualeat vis eliciendi, vnde nomen sortitus est. E

87 Quam ob rem vehementer percusi parte capitis, quæ tempora appellantur, intereundum sit? Quoniam musculus, qui eam continet partem, ex cerebro oritur, vicinusque illi positus est: consentiens igitur cerebrum, ictumq; communem accipiens, dolet, atque cōtrahitur: & spiritus quoq; animalis vna cum eo constipatur, atq; crassescit: itaque animus, cum idoneo careat instrumento, a corpore cōfestim discedit: vinculi enim corruptio solutionem afferat rerum conuinciendarum necesse est.

88 Cur homines, quos ingens tonitrui strepitus attonitos fecerit, intereant: aut certe amentes degant? Eadem illa ratio est, quam proxime diximus: ictus enim immodicus aeris, cerebrum, atque spiritum animalem per aures subit: quam ob rem spiritus ille cōtrahitur, crassescitq;, denique ineptus ad animi actiones redditur: & cum immodice incrassescat, etiam discessum animi a corpore agit, quæ mors est. F

89 Quam ob causam oui vitellus concoctu facilis, albumen difficile est? Quoniam vitellus calidus, albumen humidum, & frigidum est. ouum quippe qualitates elementorum omnes complectitur, & quatuor illa rerum primordia plane in se sita ostendit: tegmentum enim testaceum terræ proximum est, siccum nanque, & frigidum: albumen aquæ cognitionem gerit, humidum enim, & frigidum: spiritus in albumine contentus pro aere est, calidus enim & humidus: vitellus ignē repræsentat, plus enim calidus, minus siccus, neque colore igneo vacat. Denique orbis vniuersi, quem mundum vocamus, speciem in

A oyo dixeris demonstrari: nam & ex quatuor constat elementis, & in sphæræ faciem conglobatur, & vitalem potentiam obtinet.

Cur stercus hominum, qui morbo maioris intestini laborant, speciem gerat bubuli? Quoniam morbus hic ex pituita, magna ex parte, oriri solitus est: pituitæ autem copia putrescens spiritum agit, qui fœces subit, inflat, tumefacit, atque ita similes bubulis reddit: vnde fit sæpius, vt vel in aquã valeat innatare: Bubulum autem inflari propterea arbitrandum, quoniã plurimum bouum pabulum palea est, & fœnum, plurimusq; proinde spiritus mouetur. 90

Cur membrana cerebri pleniore vulnerata, oriri per secturam soleant, quæ fungorum nomine appellamus? Quia vapores qui ex cerebro assidue proficisci, digeriq; per rimas consueuerunt, disiecto iam osse, amploq; patefacto itinere effluunt vniuersi, ossiq; gelido occursantes concrescunt, & speciẽ fungi capiunt: quippe qui supra ampliusculi, infra prætenues, videlicet loci ratione perficiantur. 91

B Cur pituita, quæ crassa, & frigida est, & inde apta ferri deorsum, sępe ad caput ex pedibus ascendat? Censendum non ex se pituitam posse ascendere, sed per vim secernendi, quæ indita membro cuique est: hæc enim quamuis in pede nocens illa materia sit, tamẽ depellere sursum potest: quod cum membra omnia faciant, tandem ea in parte consistit materia, quæ minus depellere potest, quam satis fit. 92

Cur per flatum aeris pestilentem homines multi, & inæquales malo eodem intereant? Quæ quidem res tollere fatum videntur, id est necessarium rerum consequentiam, quam stellarum ordini & motioni tribuimus. Censendum illos homines rapi conditione cœli pestifera, qui concepti natiq; sunt tali motu stellarum, vt longinquo tempore viuere nequirent: quemadmodum enim ædificium vetus, atque infirmum facilius impetu venti corruit, quàm nouum & validum: sic etiam homines, qui ex fato vitam sortiti sunt breuiorem, expeditius C ab aeris vitio mouentur, & capiuntur: malum autem commune propterea est, quoniam aer, qui syderum pestilenti defluuio vitiatus est, idem continet omnes, atque ab omnibus trahitur. 93

Cur multitudo per crapulam vino vini molestiam leuari, dicere soleat? Hoc etsi vulgare est, vere tamen asseritur. quippe cum membra per nimium vini calorem resoluta, vini adiectione recreentur, firmẽturq;, vt spiritus coactos, tentantesque caput discutiant, & depellant: præsertim si temperatum est quod secundo hauritur. De vino hæc annotare non alienum hic est. Vinum si exiguum bibatur, salubritatem largitur. si modicum, facundiam parit. si immodicum, & menti obest, corpori, vt Theagenes quoque poetà inquit, Meri copia noxia est. at si quis eo recte vtatur, non noxium, sed percommodum est. Liberum patrem bacchis comitatum non inepte effingunt. choream enim, quam vini hilaritas extruit, baccharum cœtus designat. Satyros eidem coniungunt ratione agilitatis, facilitatisq;. Lydiam etiam 94

addunt, quoniam per immodicum vsum vini hominem resolui necesse est. Quinetiam pardi sectantur ob eam causam, quod multa, & varia imaginantur, qui multum vini hauserint. Animal enim hoc varia integitur pelle. vnam ex bacchis Agauen matrem Penthei suum discerpsisse filium narrant, eo quod multi per vinolentiam facile in homicidium ruunt. nudus fingitur Bacchus, quoniam vinum mentem, atque animum detegit, & patefacit. arsit Venere Bacchus, arsit Ariadnam: vino enim inebriatis libido maxima oritur. Neque caluus quidem Bacchi comitatui deest, scilicet propter cerebri detrimentum, quod vsus vini immodicus inuehit. amittit enim vires suas sedes hęc animi, atque marcescit. vnde vinum Maronem a marcore plerique nominant: necnon & Pana hisce adesse volunt, videlicet ob summam vini potentiam, aut ob varium eius feruorem, viresque varias. tangitur Bacchus a fulmine prius quàm veniat ad lucem. eximitur vtero matris, coniectus in femur patris clauditur, quoniam vinum persæpe fictilibus contentum Soli exponitur, atque ita vires in plenum accipit, & saporem. Sorores quatuor Bacchus habet, quoniam vinum mutationes quatuor recipit. sanguis ex materiis nostri corporis vino tū in habitu, tum in natura respondet. Quemadmodum enim ex quatuor vinum constare partibus exposuimus: sic sanguis quapripartitus est: quippe qui partem habeat dilutissimam, quam renes hauriunt & tenuem quandam, veluti florem, quam fellis folliculis trahit. & crassam, ac fœculentam, quam lien capit, & puram, atque syncerami; quæ digesta in membra alere potest modo vini, quod sua tantum parte synceŕa præstare alimoniam potest.

95 Quam ob causam præputium & genarum partes tenuiores discissæ coniungi adglutinariq; nequeant? Omnino quæ ex semine natura creauit, hæc destructa recreari non queunt: non enim neruus, non vena, non membrana, non reliqua generis eiusdem suam possunt recipere integritatem. ergo non immerito ista quoque refici nequeunt, cum semine orta sint: at quæ principio sanguis constituit, hæc denuo gigni, recrearique possunt, eo quod sanguis nulla in parte ętatis deesse potest.

96 Cur vinacea, & zizania, & grana ficulna integra, vt ingessimus, per aluum egeri soleant? Vtrum quia parua admodum sunt, & sicca, ideo concoqui nequeant. an quia semina sunt, & generandi perfecte obtinent facultatem, resolui non patiantur, sed peruicacius ad eum finem edurant, cui sunt destinata à natura. hac enim de causa specie quoque globi formata sunt, quæ omnium figurarum perfectissima est.

97 Quam ob causam parte iecoris gibba intersepta iugale collo subiectum grauescat, & dilabatur? Quoniam vena a trunco cognominata, quę ex parte iecoris gibba ad collum vsque ascendit, amplificata per interseptionem, infartionemq; grauius ponderat, tenditq; deorsum.

A quemadmodum intestinum quoque carnibus, aut quolibet alio corpore infartum deferri cogitur, atq; collabi. Sic.n.vena illa detracta iugalis interiora secum trahit, mouetq; dolorem. Tussi quoq; iidem arida infestantur. malus enim iecoris habitus efferens sese ad membra spiritui deputata, excitat illa ad rem depellendam, quę vrget, atq; inde tussis exultat.

Cur vulua vna omnium membrorum aspera parte interiore est: ha 98
bet enim quosdã excessus, quos caliculos siue acetabula appellamus? Vt semen humidum possit retinere. humor etenim omnis facile per læuem corporis faciem labitur. hinc.n.& artifices tectorii operis scalptis parietibus calcem admouent, vt per caua & summa asperiora crusta contineatur, & hęreat. hac vero de causa semen quoq; ipsum lentũ, glutinosumq; factum a natura est, videlicet vt tenacius insidere possit, & firmius.

Cur multi, cum suam vrinam exitum appetentem retinuissent, resso 99
B luti sint, atq; destillatione vrinæ laborarint? Quoniam vesica nimiũ plena, extumescenteq; vltra modum, humorem ex natura membranę inditum omnem expressit, atque ita siccior facta est, vt præterea contrahi nequiret, more pellis, quæ exsiccata extendi nõ potest, nisi aqua mista cum oleo diluatur: fieri autem vrinæ destillatio solet, vel per musculi resolutionem, qui ceruicẽ vrinæ claudit, vel per exulcerationem ipsius vesicæ, vel per iniuriam calculi. mordetur enim vesica, aut aggrauatur. itaq; excernere incitatur quantum vrinæ receperit minimum. difficultas vero vrinæ nomen, generalius, quàm destillatio est, sicut & coquendi, aut audiendi, aut spirandi difficultas.

Cur vehementer ii sitiant, quorum ventrem inferiorem fluxio exer 100
cet? Quoniam humoribus deorsum collapsis stomachus resiccatur: sitis autem non nisi per siccitatem oriri solita est.

Quid est quod lachrymas moueat, cum angamur? Spiritus, qui per 101
C angorem affectus est: hic enim ad cerebri membranam effertur, atque humorem ibi positum exprimit: quod idem vel præ nimia lætitia potest euenire.

Cur barba spadones careant? Quoniam calore vacant, quo pili & 102
oriuntur & augentur.

Quam ob rem qui pueri execti sunt, vocẽ reddunt acutiorem, quã 103
qui adultiores, quos gallos nominamus? Quoniam per id tempus execti sunt, quo meatus sunt arctiores. spiritus autem eo tenuis sonat, quo per angustiora extruditur.

Cur cibo tam humido, quàm sicco ingesto eructemus? Quia spiri- 104
tus vel cum cibo admittitur, vel post ex concoctione mouetur: qui cũ tenuior sit, petit superiora. itaq; p os extrudit. q̃ rẽ ructũ appellamus.

Cur alii magis, alii minus concumbere valeant? Quod aliis alii 105
sunt calidiores.

Quare qui ex luce amplissima ad mediocrem venerunt, cernere

protinus nequeant? Quoniam lux medioris propius ad tenebras, quam amplissima illa accedit. tenebræ autem suam ob crassitudinem vim conspiciendi obfuscant. D

106 Cur mulieres vulua male affecta mente labantur, & delirent? Quoniam membrum id natura constat neruosa, suaq; primordia e stomacho, atque membranis cerebri ducit, quod vel ipso contextu palã est.

107 Cur mulierum menstrua colligantur? Quoniam per vitam, quam otiosiorem degunt, amplius materia superuacua redundant. at sanguis largior in homine, quam cætera materiarum genera est. ergo merito is, cum amplius vacet, egeri leuandi corporis gratia solitus est.

108 Cur pestem lippitudo magna ex parte præcedere soleat? Quoniam pestis spiritus affectio est: quod cum spiritus motus, vitiatusq; efferatur ad caput, oculos perturbat, eosq; prius quàm cætera vitiat, vtpote qui tenuior, atque mobilior sedem adeat oculorum.

109 Cur homines tremuli cum bibant, circumferri soleant? Quia vini calor immodicus neruos subit, & spiritum contentum in his perturbat, qui ex sede cerebri ducitur. E

110 Cur bestiæ statim ab ortu naturæ ambulare queant, homines nequeant? Quoniam bestiæ calorem omni ex parte sui corporis parem continens, homines plus caloris habent in capite: itaq; non ante erigi, ambulareq; possunt, quàm modo æquali calor in omnes partes corporis digeratur.

111 Cur, qui neruorum distentione laborant, si ardue febriant, liberari distentione possunt? Quoniam ex refrigeratione, afflictioneq; spiritus contenti in neruis distentio oritur, & ex calefactione aboletur: febris autem calida est.

112 Quare qui bilem atram euomuerunt, periculo pateant? Quoniam nulla præterea bile substante sanguis ex iecore trahatur necesse est.

113 Cur a mictu spiritus aluo excedere soleat? Quoniam quandiu plena vesica est, rectum intestinum, quod sibi subditum habet, premit: egesta autem vrina relaxatur, atque ita spiritus in intestino illo detentus labitur, atque effluit cum sono. F

114 Cur vbi eminximus, aut oscitati sumus, inhorrescere cõsueuimus? Quoniam aliquid spiritus calidi excurrit, cuius detractione corpus refrigerari congruum est.

115 Cur albugines, aut vitiligines, acu adacta, nullum sanguinem emittant? Quoniam calor omnis summis ex meatibus vel recessit, vel difflatus, exactusq; est.

Hunc appetitũ siue morbum Malaciam vocat Plinius.

116 Cur plereq; omnes mulieres cum conceperunt picare, id est appetere sapores minus conuenientes soleant? Quoniam conceptus preter naturam est. affectus autem stomachi vitium id est, quod picam vocamus, quemadmodum auiditas, & fastidium.

117 Cur febres quartanæ diuturniores cæteris omnibus esse soleant? Quoniam in ea materia peccatur, quæ terrena maxime est. terrenum

A autem omne graue est. quocirca merito quartanæ & lentius repetunt, & longius tenent.

Cur vlcera articulorum reduci in cicatricem nequeant, quod in plerisq; aduertimus? Vtrum quòd plus materiæ in articulis est. Ergo; cũ materia largius illuc confluat, acrior redditur: itaq; maturius siccat. An quoniam articulorum postremum chartilago est: idcirco cicatrix firmari nequit, sed labitur. 118

Cur aqua pluuia leuior sit, cum ex mari hauriatur, quod graue est? Censendum quãuis ex mari hauriatur, spiritus tamen agitatam tenuem efficit, & leuem. 119

Cur res frigida omnis, ossibus, dentibus, neruisq; inimica est? Quoniam hæc natura constant terrena, terrenum autem omne frigidum est: ergo si frigida qualitas augeatur, merito accidere detrimentum potest. 120

Cur qui per febris ardorem insaniunt, pulsum arteriarum habeant leuiorem: qui per lethargum vitium memoria obtorpescunt, pleniorẽ reddant? Quoniam alteri spiritu relaxato cerebri delirant, alteri eodem illo spiritu crassescente, grauescenteq; premuntur, & infestantur. 121
B

Cur febribus quibusdam per sudorem leuatis, cordis periculosę affectiones sedari soleãt? Quoniam materia vitiosa partim difflatur, partim resoluitur. 122

Cur per hiemem plus cibi assumere, pleniusq; concoquere possimus? Quoniam calor nostri corporis pulsus exterioris frigoris vehementia, ad sedem interiorem se recipit: itaque facit, vt cibus & concoquatur, & assumatur. 123

Cur qui nimis concubuerunt, si præterea coeant, sanguinem vice seminis emittant? Quoniam semine omni exhausto nullus humor propius sanguinę rei venereæ se offert. 124

Cur nerui non quemadmodum puncti, ita etiam præcisi excitent inflammationem? Quoniam spiritus inæquabili punctionis segmento occurrens, retorquetur, atque in se coactus, stipatur, & recalescit. at præciso penitus neruo spiritus effluit omnis, & abit. 125
C

Cur sudores, qui ante accessionem venerint, graues sint, & molesti? Quoniã qui febrem sequuntur, per relaxationem, remissionemq; effluant. qui antecedunt, per expressionem vtiq; violentiorem extringantur. 126

Cur os ieiunum grauiter oleat? Quoniam stomachi acritudo, nisi cibo recenti temperetur, insuauem reddit exhalationem. 127

Cur nullus in corde morbus possit consistere? Quoniam per membri opportunitatem, ante mors rapit, quam morbus pateat. 128

Cur scrobe iuxta mare effossa, dulcis aqua comperiatur? Quoniam mare transmissum, liquatumq; per terram, suam crassitudinem omnẽ amittit, inque humorem dulcem extenuatur. 129

Cur ambusta difficulter cicatricem recipiant? Quoniam per ignem 130

meatus corporis omnes extruduntur, oblitanturq́; vt caro propemodum mortua sit. fit enim vt materia in hisce inclusa perquam difficulter educatur. D

131 Cur homines natu maiores vinosi esse consueuerunt? Quoniam per ętatem refrigerati calorem desiderant: vinum autem: calorificũ est.

132 Cur pondus facilius parte læua, quam dextra efferre valeamus? Quoniam materia partis læuæ oppressa plus durare, patique, quam dextra potest, quippe cum altera difficilius, altera facilius moueatur.

133 Cur pars dextra sanabilior sit, quàm læua? Quoniam per exercitationem ampliorem, materiæ compescuntur, redduntur q́; sanitati opportuniores,

134 Cur mel vlceribus acre, gustui dulce sentiatur? Quoniam vlceribus horridis, resiccatisq́; mellis tenuitas occurrit, tenue autem omne acre est, At gustus quia humidus est, mellis percipere potest lenitatem.

Secundi Libri Problematum Alexandri Aphrodisei.

FINIS.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo

Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb.

Omnes quaterni Bbb duernio.



VENETIIS Apud Cominum de Tridino, Montisferrati.

M D L X.